8
50
G
10

Digitized by Google

NAZIONALE
8
50 G
10
CENTRALE V.E. II
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12 12
F B
26 18

8-50-G.10

M





REMIGII

EPISCOPI ANTISSIODOrenſis, uiri ſuo tempore facile doctiſſimi, enarrationũ in pſalmos Dauid liber VNVS,

poſt annos ſexcentos & amplius triginta, quibus uulgo ignoratus fuit, nunc primum luce donatus.

Inuenta una precioſa margarita, abiens uende omnia quæ habes, & eme illam.

Coloniæ ex officina Eucharij Ceruicorni, impenſa M. Godefridi Hittorpij. Anno Chriſti nati M. D. XXXVI.





TRITEMIVS IN LIBRO DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS.

REmigius monachus Antiſsiodorēſis, ordinis ſancti Benedicti, & poſtea (ut ferunt) urbis eiuſdem antiſtes, uir in diuinis & humanis ſcripturis eruditiſſimus, carmine & proſa ſcriptor inſignis, ſancti Odonis Cluniacenſis primi abbatis præceptor, uita & doctrina præclarus. Edidit utroque ſtylo multa uolumina, de quibus ſubiecta feruntur.

In Cantica canticorum	liber unus.	
In totum pſalterium	liber unus,	Prophetia eſt diui-
In euangelium Matthæi,	liber unus.	na inſpiratio.
In Canonem miſſæ	liber unus.	
De officijs diuinis	liber unus.	
De feſtiuitatibus ſanctorum	liber unus.	
Ad epiſcopum Eduorum	liber unus.	
Sermones quoque plures	liber unus.	

Alia inſuper compoſuit tam in ſacris literis quam etiam in ſecularibus ſcripturis, Donatum & ueteres autores exponendo, quæ a multis habētur. Claruit ſub Carolo Caluo imperatore, Anno domini D.CCC.LXXX.

DOCTISSIMO VI-
RO, M. CONRADO TIGEMANNO MIN-
DENSI, VIGILANTISSIMO SCHOLAE
Durenſis apud Menapios rectori, compatri ſuo & amico ſin-
gulari, Eucharius Ceruicornus S.

QVotieſcunq; reuoluo mecum, qua tandem ratione librarium aliquod munus
tibi dedicem, fit neſcio qui, ut in tanta bonorũ autoꝝ copia, quos uel meis, uel
alienis ſumptibus prodire feci, nihil ferè obuiet, quo cogitationi iſti meæ ſa-
tisfiat. Conſiderans enim quanta ſit, quantumq́; mereatur noſtra neceſſitudo,
pudore quodam afficior, niſi dum tibi gratificari ſtudeo, tale quiddam diſpi-
ciam, quod amicitiæ iſti noſtræ adamuſſim quadret. Ita iam longo tempore
ſuperſedi hoc officio: non ꝙ omnino non eſſet quo tibi ſatisfieret, qui ſic erga
me afficeris, ut etiam quiduis meũ boni conſulas: ſed ꝙ ego curioſior (ſi uitiũ eſt, libenter agno-
ſco, libenter etiam ignoſces) eſſem in hoc gratificãdi tibi negocio, q̃ ut me, quod fieri oporteret,
ſatis digne facturum arbitrarer. Cæteꝝ quia nunc demigrationis meæ tempus adeſt, de qua iam
dudum certior factus es, cogor propemodũ ex tempore cõſilium ſumere, dũ tibi reliquisq́; ami-
cis meis ualedico. Tametſi quod ad te attinet, adeo non fortuita offert occaſio, ut diu etiam quæ-
ſita uideri poſſit. Nam cum his diebus abſoluiſſem prælis meis commentarios Remigij in Pſal-
mos Dauid, eſſemq́; ſolicitus cuinam hos potiſſime dicarem, tu primus, imò ſolus occurriſti, qui
munere tali fruereris. Sciens enim in primis te ſingularem eſſe muſices amatorem, nec amatorẽ
modo, ſed & alumnum: eumq́; non uulgarem, ſed è ſummis, atq; adeo ſummum: qd potui apti-
us, q̃ ut pſalteriũ muſico, id eſt, ſimile ſimili, offerrẽ? Sciẽs etiam, pſalmos Dauid rite modulatos,
quod Remigius hic noſter facit & docet, eius eſſe uirtutis, ut animi curas uel abigant omnino, uel
leniant ex parte: commodum exiſtimaui, ſi tibi multis iampridem afflicto moleſtijs, eiuſmodi do
num mitterem, unde non modo in poſterum, ſed & in præſenti hanc caperes utilitatem, ut ſoli-
citudines iſtas tuas aut pelleres ex integro, aut minueres aliquantum. Habe igitur pſalteriũ hoc,
ſicuti mea ſoles omnia. Non eſt enim inepti alicuius grammatici ineptioribus gloſſulis oneratũ,
ſed inſignis theologi inſignibus commentarijs ueluti nouis quibuſdam chordis adornatum. Ha-
be inquam, non quaſi poſthac nihil ex mea officina habendi indicium, ſed à ualedicente pro neceſ-
ſitate præſenti miſſum. Scis quò mihi proficiſcendum ſit. Nam accepta conditione ab uniuerſi-
tate Marpurgenſi, interuentu & ſalario inuictiſſimi principis & domini, D. Philippi Lantgrauij
Heſſiæ, prope eſt ut me illuc cõferam. Ea profectio quia multis, ſed maleuolis, ſed omnia ſiniſtre
interpretantibus, calumniandi anſam præbebit, ut ſemper & ubiq; cauillatorum magnus eſt ꝓ-
uentus, ſi forſitan eiuſmodi quid te præſente fiet, tuarum partium erit dilecte compater, ita com
patris tui partes agere, quemadmodum hoc uſq; de te mihi pollicitus ſum, hodieq́; etiamnũ con-
fido. Quis unquam bonus uitio dedit cuiquam, ꝙ in aliena regiõe commodum ſuum honeſte ꝓ-
ſequeretur? Ego uolente deo nihil agam aut imprimam Marpurgi, quod uel hic licitum non ſit,
uel non omnibus ex æquo conducturum. Neq; id clam aut ſuppreſſo uocabulo meo, quod ſcio à
quibuſdam magnæ etiam (ſi dijs placet) opinionis factum: ſed ubiq; expreſſo nomine cognomi-
neq; meo, quicquid agã, in conſpectu ſolis huius agam. Nam ſigni mutatio adeo nulli debet ſuſpi
cioni eſſe, ut propter hanc uitandam, illa ſit facta. Quo enim nouius erit ſignum, hoc notiora uo-
lemus eo ſignata. Quanquam iſta ſignorum ratio iamdudũ minus rata eſt, præſertim apud chal-
cographos, q̃ de qua ſermo fiat. Etenim quo nos ſigno utebamur initio laborum noſtrorum ty-
pographicorum, hoc iampridem utitur quidam Germanus: & quod poſtea uſurpauimus huc-
uſq;, id hodie uſurpat quidam Gallus. Cum quibus licet expoſtulare contendereq́; iuſte poſſem,
cũ pacem q̃ litem malens, uiolentos utcunq; fero, iuri etiam meo cedens, dum niſi quod nullius
eſt, mihi non inuideatur. Hæc obiter ſuſpicioſorum iſtorum gratia dicta ſint, non tui monendi.
Nec enim te latent iſta, qui initio laboris mei impreſſorij aliquandiu mecum uerſatus, poſtea con
ſiliorum meorum omnium particeps fuiſti. Cuius familiaritatis occaſione tibi iſtam nunc trado
prouinciã, cæteraq́; omnia quæ hic relinquo, tuæ fidei ac protectioni haud aliter q̃ ſi tua ſint, com

mendo:unū illud quanto maximo fieri poteſt ardore efflagitans,ut theſauri illius unici,animæq́
meæ dimidij,Vrſulæ(ea relicta hic,teſtis erit omnibus & bonis & malis,quo animo ſimus hinc
diſceſſuri)filiæ dilectiſſimæ præcipuus reſpectus habeatur:ne qua fiat, ut cum iam non ita dudū
manus applicuerit aratro,reſpiciat aliquando poſt tergum: idq́ non tam,ne uel oleum meū,uel
opera tua in ipſius eruditione perdita uideantur:q̄ ut ſuſurrones iſti, bonarumq́ diſciplinarum
oſores,qui detrahebant mihi ꝙ puellam artibus linguiſq́ utilibus inſtrui curarem, eos labores
perditum iri diuinantes,& adhuc forſitan optantes,inueniantur hallucinati. Suſcipe curam eius
etiam in religione,qui hoc olim feciſti & in baptiſmo,& poſtea in docendo,ut eo uerior ſit com-
paternitas noſtra,quo tu plurimis modis es ſuſceptor:& illa tibi ſic prope plus debeat ſecundum
ſpiritum,q̄ mihi ſecundum carnem. Præmonſtra illi quod per ætatem adhuc minus uidet,ne quā
profeſſionis ſuæ cognomento indigna fiat.Non enim ita longe diſtat à Dura collegium illud uir-
ginum,in quod recepta eſt,quin ſereno aëre adeas uel deambulando:tm̄ abeſt ut quieq̄ tergiuer-
ſari queas,præſertim cum ea ſit humanitas uenerabilis Prioris Iohannis, uenerabiliſq́ abbatiſſæ
Mariæ,nominibus ſuis abunde in hoc reſpondentium, ut etiam pro beneficio, proq́ leuamine
oneris tuam ſint habituri ſedulitatē,nedū non pro offenſa.Pſallat tecum ſubinde pſalmum unum
& alterum,non tonis iſtis exterius ſonantibus,quibus muſici utuntur:hoc enim quotidie ſepti-
es in uirginum choro facit:ſed illis,qui interius dulcem neſcio quam melodiam reddunt,non q-
buslibet, uerum ijs tantummodo qui audiunt auribus audiendi: quorum adeo egregius artifex
eſt hic noſter Remigius,ut non modo tibi & Vrſulæ, ſed toti etiam collegio Ellenſi, adeoq́ pijs
omnibus gratiſſimum fore confidam. Non eſt enim uulgarium iſtorum interpretum unus, q ad
hoc ſolum labores interpretandi capeſſunt,ne ſcilicet non ſcripſiſſe uideantur,ob id etiam præter
ſtipulam & paleam nihil afferentes:ſed illorum q ſpiritu dei aguntur,qui aurum,argentum la-
pideſq́ precioſos in domum domini adferunt,unus non in poſtremis. Qui ſi uirtutibus ſuis (ut
dignum eſt)lectori gratus erit,debebitur nonnihil & nobis,qui gemmam hāc diu ſepultam,poſt
centenarios aliquot annorum quibus abſcondita fuit, nunc uelut ab inferis eruētes,in publicum
damus:ſi modo qui cura ſua bonos autores è tenebris aut potius ſepulchris afferunt, quicq̄ me-
rentur. Quamuis autem aliquid ſit,non omnino perdidiſſe, incertum tamen puto, utrum illi qui
poterant citius hunc theſaurū pauperibus erogare, magis culpandi ſint ꝙ abſconderint huc uſq́
in ſuis ſudarijs: an hi qui nūc tandem publicari ſinunt,laudandi.Certe publicatio huius adeo fuit
difficilis,ut niſi nos qua potuimus opera inſtitiſſemus,nondum eſſet facta,nūquam fortaſſis etiam
facienda.Quo nomine præter lectorem ipſe quoq; Remigius nobis aliquid debet, ꝙ non modo
ipſum luci,ſed & ſe ſibi reſtituerimus:qm̄ exemplar, quod unicum nobis præſidio fuit,nec enim
aliud ullum reperiri potuit,nullius uſquam autoris mentionem certam faciebat: niſi quòd alie-
na quadam manu,ſed recentiore q̄ cui fides haberetur,appoſitū erat in libri tegmine ignoti cui-
uſdam nomen,qui diceretur Manegoldus.De quo cum nihil cōſtaret, præterq̄ quod in Supple
mento Iſidori commemoratur Manegoldus quidam Teutonus ſcholas rexiſſe, ſcripturaſq́ in-
terpretari ſolitus,idq́ huc nihil certitudinis adferret:nos autoritate abbatis Spanheimenſis com-
moniti,uolumen iſtud Remigio ueluti mancipium fugitiuum ſuo domino, fideliter cenſuimus
reddendum:alioqui haud facile Gallo daturi quod Teutoni eſſet,ſi quid certius hac de re conſta-
ret.Quanq̄ de poſtrema huius pſalterij qnquagena merito ſub dubio relinqmus cuius ſit. Diſcre
pat enim tum colore tum forma characterum ipſorum à ſuperioribus duabus. Vt ne dicam ꝙ
nō fortuito,ſed data opera ac de improuiſo ab alijs abrupta ſit quaſi alius quidam Tomus. Quod
ipſum & nos in exemplatis(liceat ſic dicere)noſtris obſeruari curauimus, titulis etiam mutatis.
Cuiuſcunq; ſit,certe Remigij nō eſſe,expoſitio pſalmi centeſimi quadrageſimitertij facile conuin
cit,id quod hic ingenue profitemur, ne uel perſonas hominum reſpexiſſe, uel commodum no-
ſtrum mentiendo quæſiſſe uideamur.nam ueritati ſcientes nunquam detrahemus. Vide mi Con
rade,quorſum me abripuerit tecum loquendi deſiderium.ſed ignoſce,quoniam & tu colloquijs
eiuſmodi(id eſt,non breuibus) apud me uti ſoles,& mihi nūc abituro haud liquet,an ita cōmode
tecū agere ſtatim licebit.Cape mnemoſynon hoc amici tui quo datur animo:ſalutatiſq́ omnibus
meo nomine ſalutandis,bene uale. Coloniæ ex officina mea ipſis Idib.Martij. M. D. XXXVI.

INDEX COMMENTARIORVM REMIGII IN PSALMOS.

MEmineris lector breuiorem eſſe indicem hunc pro magnitudine libri, non quòd liber parum quid contineat ad rem faciens, ſed quòd materia & uocabula pleraq; pſalmorum, apud pſalmos ipſos peius tum ſuo numero diſtinctos, facilius inueniantur, atq; hoc laborioſo quærendi modo: & autor ipſe magis ſpiritui ſtuduit, quàm uocabulis aut alioqui rebus ad indicem paucis multa explicantem, accommodis. nam longas periodos in indicem redigere, id eſt librũ facere, nõ indicẽ. Sed priuſquã ad hũc indiculũ accedas, memineris antea et corrigẽdũ tibi numerũ paginæ 39. 40. 45. 46. 88. & quatuor his literis a, b, c, d, ſic uſos eſſe nos, ut quoniam paginæ pleraq; omnes, demptis ijs quæ propter pſalmos integræ ſunt, in duas ſecantur columellas, prioris columellæ pars ſuperior ſignificaretur per a, inferior per b: poſterioris columellæ pars ſuperior per c, inferior per d. idq; adeo, ut prope digitis ipſis quod quæritur, innuatur.

AAron quid ſonet 347.b
Abimelech quid ſonet 88.d 139.a
Abſalom quid ſonet 7.b
Abyſſus quid ſit 120.a
Abyſſi 375.d
Achis quid ſonet 89.
Achitophel quid ſonet, & quẽ ſignet 16.a
Adam myſtice græcis literis diuiſum, quid 271.a b
Adeps 39.c 167.c 374.b
Adhuc 357.c
Aduenæ 263.b
Adulãtiũ uoces aliquot 27.a
Aegypt⁹ qd ſonet 184.b 307.c
Aequitas uera 304.d
Aerugo quid ſit 220.a
Aeſtas quos ſignet 206.c
Aethiopes myſtice qui 184.b
Aetas prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta & ſeptima 261.a
Affligi malos etiã a bonis angelis, bonos non niſi a malis 220.c
Agar cuius figura 11.a
Agareni quid ſonet 233.a
Alienum peccatum & occultum, quod 51.a
Alleluia quid ſonet 286.b d 303.b
Amalech quid ſonet 141.a 233.a
Ammon quid ſonet 233.a
Amores duo conſtituentes ciuitates duas, qui 171.a b
Amorræi quid ſonet 349.b
Anatole quid 271.a
Ancipites gladij 376.d
Andreæ in adeunda cruce lætitia 76.d
Andreæ uerbum 60.c 118.b
Annus benignitatis 173 d
Anni noſtri quot 255.a
Antichriſti inimici qui 26.c
Aper de ſylua 227.c
Apponere 28.c
Apoſtolus abſolute dictum, quem ſignet 82.a
Appropinquare iniquitati 330.a
Aquæ 4.a 42.b 44.d 283.b 294 b
Aquilæ iuuẽtus & aſtutia 279.b
Aquilarum erga pullos ſtudium 257.b
Aquilo myſtice quid 129.d
Araneæ & annorum noſtrorum collatio 255.a
Arabum aut Arabia quid ſonet 198.a
Arbor 4.a
Arbuſta 227.b
Arca ſanctificationis 346.a
Archiſynagogi filia mortua, quid 3.b
Arcus 18.b
Arcus æreus 46.d
Arcus prauus 221.b
Arctos quid 271.b
Area ſicca 1.a
Arena maris 218.d
Armilla 285.b
Arundo 184.a
Aſaph quid ſonet 203.a
Aſcendere ſup. cherubim 43.d
Aſpidis aſtutia 33.c 154.b
Aſſur quid ſonet 233.a
Aſſyrij quid ſonet 209.a
Atrium 73.c 172.b
Audire dei 11.b
Auerſio dei 14.c
Aurora myſtice qui 206.c
Aurum quid notet & unde dictum 198.b
BAbylonia ubi ſit & quid ſignet 171.a
Babylonia qd ſonet 69.c 371.b
Baculus 61.a
Barba 347.b
Baſan quid ſonet 182.d 349.b
Baſilicos quid ſonet 259.a
Baſiliſcus 259.a
Beatus unde dicatur 2.b
Beel 292.a
Benedictio 8.d
Benefacere, & magnificare ipſum facere 339.d
Beniamin adoleſcentulus quis 183.b c
Beniamin quid ſonet 226.b
Berſabee ſiue Bethſabee ſecundum diuerſam interpretationem, quæ fuerit 135.d
Beſtiæ ſyluæ 284.d
Blaſphemia quædam paganorum 275.c
Boues 21.c. 177.a
Boethij inſigne dictum 24.c
Bubo 274.d
CAdes quid ſit, & duplex eius interpretatio 72.d
Calcaneus quid ſit 131.a
Calcaneum 10.a
Caligo 43.c
Calumniator quis ſit 196.d
Campus myſtice quid ſignet. 217.a
Canes 158.d
Canticum 8.b
Canticum pſalmi quid 174.b
Canticum uetus & nouũ 85.d
Caput ſerpentis 10.a
Caput uituli contriti 250.c
Capſarij Chriſtianorũ qui 152.a
Captiuitas Sion myſtice quando ſit 339.b
Carbones 359.c
Caro Chriſti cur pſalterium & cithara dicatur 298 a
Carnes 218.c
Carthaginis & Didonis mentio 130.b
Cataractæ quid ſint 118.d
Cathedra quorum ſit 2.d
Catuli 284.d
Cauda ſerpentis 204.b
Cedri quos ſignent 72.b

Cælum 184.d
Cælum inſtrumentum 20.c
Cælum cæli 309.c
Cæli 5.d.20.b c.86.b
Ceruorum mos 117.b
Cham quid ſonet 220.d
Chamus(alij camus)&frenum 84.c
Chanaan quid ſonet 349.b
Cherubim quid ſonet 226. b. 270.a
Chordæ decem 1.c
Chordæ 377 c
Chordarum extenſio 85.c
Chorus 376.b
Chriſtum proprie ſubſtãtiam diei 253.a
Chuſi quid ſonet 16.a 19.a
Cicatrices 106.d Cinis 374.c
Ciſon quid ſonet 233.b
Cithara 373.b
Ciuitatis definitio 146.a
Ciuitatis cuiuſdã myſticæ deſcriptio 144.d
Ciuitates 23.d
Clamare corde & ĩ corde 329.b
Clamor 368.d
Clamoris duplex acceptio
Cleronomos 181.b (273.d
Cleronomia quid 181.b
Clibanus quid ſit 54.a
Colles 196.c
Columbæ etymologia 145.c
Columna nubis & ignis myſtice quid 180.d
Cõceptio hominũ cur aut quõ peccatis obnoxia ſit 157.a
Cõcordia euãgeliſtarũ de hora crucifixiõis Chriſti 169.b
Cõcubinarum amplior quàm reginarum numerus, myſtice quid ſignet 127.a
Confeſſio duplex 22.d.265.b 303.d
Confundi temporaliter, &confundi in æternum 77.a
Confortatio Chriſti per angelum cuiuſmodi 258.d
Confuſio 188.d
Confutatio negantium ſanctis ſupplicandum 336.d
Confutatio teſtimonij cuſtodum à Iudæis corruptorum 175.c.170.c
Conſcientia 15.a
Conſilium iuſtorum 4.d.303.d
Conſilium quid ſit 2.b.87.a
Conſummationis finis 324 c
Contuberniũ unde dictũ 34.b
Conuerſio dei 14.c
Cophinus 229.c
Cor quõ dicat 141.c. Corda 17.d
Core quid ſonet 117.a.234.b
Cornu 42.b
Cornua iuſti & cornua pctõrũ (209.c
Corona anni 173.d
Coronare ĩ miſericordia 279.b
Coruorum pulli 373.c
Credere in deum, quid 216.c
Cryſtallus 374.c
Cubilia dæmonum 284 c
Cymbalum 377.d
Cynomyia quid ſit 288.d
Cynomyiæ quid 220.a
DAuid qd ſonet 5.a 92.b. 363.b
Decachordũ pſalteriũ 367.d
Defectum non ſemper in malum accipi 323.a
Delicta iuuentutis q̃ ſint 64.b
Dentes 8.c 152.b
Deorum appellatio quõ hominibus conueniat 231.b
Deſcriptio mortis 144.d
Deſertum 296.b
Deus unde dictũ 11.c.162.d.88.a
Dextera 47.d.367.d
Dies ante ſabbatum 261.a
Dies myſtice qui 206.c
Dies ſeptima & octaua 13.d
Differentia inter adiutorem & redemptorem 51.c
Differẽtia inter arguere & corripere 14.b
Differentia inter contemplari & conſiderare 198.a
Differentia inter orare & deprecari 9.b
Differentia inter tranſire & per tranſire 280.c
Differentia lætitiæ & exultationis 13.a
Differentia locuſtæ & bruchi. (288.d
Differẽtia miſericordiæ & miſerationis 64.b
Differentia propoſitionum & parabolarum 215.d
Differentia pſalterij & citharæ (195.c
Digitus dei 20.c
Diſcrimen orationis & deprecationis 37.a
Diſtinguere labia 292.a
Diuitiæ quæ uocentur 140.c
Doeg quid ſonet. 139.a
Dolores inferi 42.c d
Dolus 71.a. Domicilium qd ſit (274.d
Domus Aaron 309.a
Donati dogma confutat 277.a
Donatiſtarum inepta ad ſuum dogma firmandum, ſcripturæ allegatio 58.b
Dormitio 8.a
Dormitio duplex 166.b
Dyplois quid ſit 301.a
Dyſis quid 271.a
EBurneæ domus 126.d
Eccleſia 376.b
Edere cum peccatoribus & nõ edere 272.c
Edom quid ſonet 353.a
Eleemoſynã triplicit fieri 85.b
Elephantis caſtitas 126.d
Eliſeus cuius figura 117.a
Elongari a lege dei 330.a
Endor quid ſonet 233.b
Ephraim 160.d 298.c
Ephratha quid ſonet 345.d
Eſſe in lege, & eſſe ſub lege 3.c
Ethan quid ſonet 206.b 248.b
Excuſſores 341.c
Ex omni gente aliquot eſſe in eccleſia. 20.b
Expergefactio 8.a
Extaſis quid ſit, & quomodo græce ſcribatur 76.b
FAcere laudabiles ſermones 149.d
Facies 4.c Fames 288.b
Fauus qui ſint 50.c
Fœnerator myſtice quis 300.a
Fœnum tectorum 343.a
Feruor charitatis 107.c
Flagellorũ dei cauſæ tres 22.b
Flumina Babylonis 352.b
Flumina & imbres myſtice q
Filia Babylõis 353.a c (219.d
Filiarum cultus 368.b
Filius dei uerbũ cur dicat 86.b
Filius mulieris uiduæ mortuus, quid 3.b
Filij matris 187.c
Filij & filiæ myſtice quæ dicantur 368.b
Fontes aquarum 44.d
Forſitan 356.b
Fortis qs, fortior, fortiſſimus 45.a
Fundamenta 43.a b
Funes peccatorum 320.d
Framea 39.d Frameæ 23.c
Fratres 134.d 187.c
Frigus charitatis 107.c
Frumentum 374.b
Fumus 43.b Funes 37.a
Furfur 374.b
Furor quid ſit 14.b
GAlaad 298.b
Galaad qd ſonet 160.d
Gallinæ quantus erga pullos affectus 257.b
Gebal quid ſonet 233.a
Gemitus carnis & cordis 107.b
Genera prauorum duo 114.a

Genera inimicorũ duo 145.a
Generationes duæ 69.c 13.d
Gñanões mille ꝗs notẽt 287.c
Gentes q & unde dicãtur 5.b
Geron quid 194.c
Geth quid ſonet 149.a
Gladius Chriſti 368.a
Gladius ſanctorum 252.d
Gloriã regni cæleſtis maius incitamentum eſſe uirtutis, ꝙ pœnas inferni 135.a
Goliath ſiue Golias 366.a
Gradus quid ſignificet 334.a
Graduum quindecim rõ 333.b
Grando 44.c

HAbere cor contritum & non humiliatum 138.c
Habere cor rectũ corã dño gd
Haggeus gd ſonet 171.b (219.b
Heman (alias Hęman & Eman) quid ſonet 245.a
Herba 373.c
Hæreticum quid faciat 12.c
Hæreticoꝝ de ſacro altaris impie ſentiẽtiũ, ꝗs nũc ſacramẽtarios uocãt, cõfutatio 59.d
Hæreticorum mos 359.a
Hermõ quid ſonet 108.c. 120.a 249.d.347.c
Herodius quid ſit 284.a
Hirci 177.a
Holocauſtum unde compoſitũ ſit, & quid ſonet 52.a
Homo, & filius hominis 21.b
Homo unde dictus 209.b.358.b
Hoïes dupliciter in nocte eſſe. (348.c
Hymnus gd ſit 1.c
Hyſſopus quid ſit 137.b

IAbin quid ſonet 233.b
Iacob myſtice quis, & quid ſonet 34.c.348.d
Idithũ quid ſonet 109.a.163.b.
Idumæa gd ſonet 161.a b.166.a
Idumæus quid ſonet 159.a
Ieremias quid ſonet 171.b
Ieruſalẽ quid ſonet 61.d 171.b
Ieruſalem ubi ſit, & ꝗ alio nomine prius appellata 171.a
Iemini quid ſonet 16.a
Iezraelita gd ſonet 245.a 248.b
Ignis 29.c. Ignis uires tres 329.a
Ignorantiæ 64.bc
Imbres quid ſint 219.d
Impij 4.c
Impiorum conſilium 2.bd
Impij & eorum conſilium 3.d
Inchoatio cælorum 367.c
Infernus 14.d
Infernus inferior 241.d
Infidelium iniuriæ & blaſphemiæ quibus Chriſtianos diebus feſtis afficiunt 191.b
Inimicus dei quis 20.d
Inimici quidam 182.c
Iniquitas 156.b
Iniquitatẽ pdire ex adipe quid
Iniuſti 12.a b (200.c
Innocenter uiuere 66.b
Innocentes & recti qui 66.a
Innocentia 17.d
Innocẽtia ṽa 45.b.262.b.272.a
Inſulæ unde dictæ 198.a
Intelligere 6.d.50.d
Interitus 359.d
Interula Chriſti 57.d
Inueterare ſeu inueteraſcere 15.b c
Inuocans deum quis 142.a
Ioab quid ſonet 159.d
Iohannem eſſe illũ, qui relicta ſindone, nudus fugerit 87.d
Ionadab quid ſonet 192.d
Ionas cuius figura 40.c
Iordanis quid ſonet 118.c 119.d
Ira 74.d
Irriſio qui fiat 5.d
Iſrael myſtice qui 348 d
Iſrael quid ſonet 209.b
Iubilus (uel iubilum) quid ſit 69.b 85.d 174.d 228.d
Iubilare quid ſit 250.a
Iucundus homo quis 305.d
Iudas quid ſonet 183.b
Iuda quid ſonet 130.c
Iudæa gd ſonet 209.b 307.d
Iudæos de ſolo gaudere, ſed nõ recte 209.b
Iudices in portis ſolitos iudicare 25.b
Iudicia dei ꝗtuor quæ 45.b
Iugum 5.d
Iumenta 283.d 373.c
Iumenta grandinata 220.b
Iurare 302.c
Iurare dei 345.b
Iuſtitia 17.d
Iuſtũ recipere in noïe iuſti, gd (279.d
Iuſti qui 85.b
Iuuenculæ 183.a
Iuuenes 221.d

LAbia 53.b
Lactẽtes & lactãtes 20.c d
Lacus miſeriæ 112.b
Lapis reprobatus 313.b
Laqueus 25.c. Laquei duo 77.c
Laudare nomen domini 306.b
Laurentij in paſſione ſua uerbum 118.b
Lazarus ſepultus, quid 3.b
Lectus 15.a Lect⁹ doloris 115.b
Leproſa Moyſi man⁹, gd 205.c
Libanus quid ſonet 198.c
Libanus ubi ſit, & quos ſignet
Liber uitæ 24.a (72.b
Lignũ 3.d. Ligna ſyluaꝝ 267.c
Lingua 152.b. Locuſta 220.a
Loth quid ſonet 233.a
Lucifer 301.b
Luna 21.a.351.a
Lunæ & eccleſiæ comparatio 197.b

MAceria quid ſit 164 b
Madian gd ſonet 233.b
Maeleth 244.b
Maeleth ſiue Mahaleth, quid ſonet 141.a
Malignus 12.a
Malignus gladius 368.a
Manaſſes 226.b.298 c
Manaſſes quid ſonet 160.d
Mandata dei intelligere 325.c
Manus 5.a.167.c
Manus Moyſi leproſa & ſanara, quid ſignet 94.d
Mare 285.a.295.d.307.d
Mare rubrum 42.b
Mariambulus quis 113 a
Mater myſtice 126.b
Media nox 320.d
Medullatum holocauſtũ 177.a
Melchiſedec quid ſonet 302.d
Mel de petra 231.c Mel q ſint
Memoriæ acceptio 57.b. (50.c
Mene quid ſonet 229.a
Mendacia uaria 12.b
Meſembria quid 271.b
Meſopotamia gd ſonet 159.b
Millenarius 287.c
Mirabile quiddam 180.b
Miſeratio quid ſit 136.b
Miſeratio & mĩa quid ſint 64.b
Miſericordiæ menſura, & quatenus exercenda 279.c
Moab 161.a.233.a.298.c
Modus quidã locutiõis græcæ
Montes 6.b.196.c.367.b (181.c
Mori quid ſint 220.a
Mors quid ſit 3 a
Mos quidã ſeruatus olim circa mortuoꝝ ſepulturam 132.c
Mos quidam Iudæorum 313.d
Munus triplex 67.c
Muſcæ caninæ 220.a
Myſterium mutationis primogeniti aſinæ 365.c d
Myſterium ſignorum ſacramẽtalium corporis Chriſti 60.a

NAblath quid ſit 1.b
Nebula 374.c
Neceſſitates 65.c.78.a

Negocij etymologia 257.d
Neminem ita ſanctũ eſſe quin habeat in ſe aliquid uindicandum 270.d
Neon quid ſonet 229.a
Nepthalim (alias nepthali) qd ſonet 183.c
Nimis uelle j mãdatis dei 305.b
Notabile quiddam 187.c
Nouaculæ cum Iudæis comparatio 139.c
Nox 49.a.
Nox myſtice qui 206.c
Nubes 44.c.349.a
Numantinorum ſtulta & crudelis religio 144.c
Numerare 373.a
Nurus myſtice 126.b
Nycticorax quid ſit 274.d
OBſecratio 363.d
Obturo uñ dictũ 154.b
Occaſus ſolis myſtice q 306.b
Occulta dei mirabilia & manifeſta quæ 23.a
Octoginta 255.c
Octonarius 333.d
Odium perfectum 357.d
Og quid deſignet 349.c
Og quid ſonet 349.b
Oleum dñi & peccatorũ 10.d
Olei & miæ comparatio 139.d
Olus quid ſit 100.b
Onager quid 283.b
Opera domini 304.a
Operire cælum nubibus. 373.c
Opinio quorundam de generatione apoſtolorum 183.b
Oratio 363.d
Oratio difficilis quæ 66.b
Oreb (alias Choreb) quid ſonet (233.c
Orphanus quis 27.c
Ortus ſolis myſtice qui 306.b
Os 357.a Oſſa 274.a
Oues 21.c.358.c
PAllor auri 181.c
Palpebræ 29.b
Partes animæ duæ 169.d
Paſſer 234.d
Paſſerum calliditas 338.c
Paſſerum mos 28.b
Pater myſtice 126.b
Patrimonium pauperis 211.d
Pauli raptus qualis 1.b
Pauperis cauſæ quomodo ſubueniendum 86.a
Pauli conuerſio difficilior q̃ Lazari ſuſcitatio 67.a
Peccantem omnem, prius in ſe peccare q̃ in alterũ 16.d 18.d
Peccare temporaliter & æternaliter, quid 18.a 64.d
Pctõri quatenus aſſumere teſtamẽtum dei per os ſuum liceat 134.c
Peccatores & eorum uia 3.d
Pctm̃ om̃e quodãmõ & bonũ & malum eſſe 8.b
Peccatum 156.b
Pecora campi 21.d
Pelicanus quos ſignet 274.c
Pelicani natura 275.a
Pellis 281.d
Pennæ 181.282.c 356.a
Pennæ unde dictæ 145.c
Perambulare ſemitas maris 21.d
Perſecutiones duæ 27.b
Perſecutio duplex 191.c
Pes 25.c Petra 68.d
Phãtaſmata aiæ q̃ta ſint 107.
Phegor 292.a
Philiſtæi quid ſonet 233.a
Piſces maris 21.d
Placationem dare deo 132.b
Plateæ 358.d Pluuia 349.a
Præceptum de non uocando patrem ſuper terram, quomodo intelligendum 215.d
Præcingere uirtute 46.b c
Preſ byteros quid 194.c
Prima ſabbati 61.b
Primogenita Aegypti myſtice quæ 351.b
Primogenita occiſa 210.c
Profectum non ſemper in bonum accipi 323.a
Prophanatio ſanctuarij 252.c
Propheta abſolute dictũ, quẽ innuat 82.a
Propiciatio quid ſit 172.b
Propoſitiões quid ſint 215.b d
Proximus quis 34.d
Pollutio tẽpli myſtica 224.a
Ponere 28.c
Pomi pomorũ cuſtodiã 224.a
Porphyrij opinio 112.a
Portæ duæ 77.c
Portæ mortis 25.b
Poſſeſſio 6.b
Poſſeſſio myſtica 220.b
Poſteriora dorſi 181.b
Pſallere 175.a
Pſallere ſapienter 129.c
Pſalmus 175.a
Pſalmus cantici quid 174.b
Pſalmum primum & ſecundum unum eſſe 5.a
Pſalterium 1.b 376.b
Plantationes nouellæ 368.b
Propheta quid 1.a
Pudoris & confuſionis differentia 194.a
Puer 41.d
Pueri inſultantes quorum figura 117.a
Pulmo myſtice qd ſignet 137.b
Puluis 75.b
Pupilla quid ſit 39.b
Pupillus quis 27.c 231.d
Pupilli 263.b
QVadraginta anni 265.d
Quadrati firmitas 243.c
Quaternarius 171.c.225.d
Quatuor quædam tẽtationes, inuocationes, liberatiões, cõfeſſiones 293.b
Quatuor quibuſdã impugnari fideles 257.c
Quẽ ſibi quiſq; deũ faciat 8.c
Quærere panem 103.b
Quæſtio de intentione cælorũ, & eius ſolutio 277.d
Quæſtio gemina 141.c
Quæſtio notabilis 314.b
Quicquid bene & fideliter ex ſcripturis elicitur, id ratum eſſe 343.b
RAnæ 220.a
Ratiocinatio murmuratoris 199.b d
Recens deus 230.a
Rectum cor habere 305.b
Rectus prædicatiõis ordo 131.d
Reges 354.a.368.a
Reges fortes myſtice qd 349.b
Reges terræ 5.c
Regno dei qñ uis fiat 255.c
Rememoratio quot modis fiat (190.b
Renes 17.d.57.a
Reſurgentium differentiæ 4.c
Retributiones quatuor 316.a
Retributionum differentiæ ſex (299.c
Retro cadere 93.c
Rhamnus quid ſit 155.a
Ros quid deſignet 347.c
Rotũditatis pecuniæ cã 234.b
Rupes 307.c
SAba quid ſonet 198.a
Sabbatum & prima & ſecunda ſabbati 129.b
Sabbatum groſſum & delicatum 259.b
Sabbatum quid ſonet 105.b
Sabbatum quid uocetur 61.b
Sabuli & ſaxorum inter ſe collatio. 113.d
Sacerdotes & uiduæ eorum 221.d 222.a
Saccus quid ſit 75.c
Sacrificium iuſtitiæ 10.b
Sagittæ 18.b c 44.c 152.b 367.c
Salices 352.b c
Salinæ quid ſint 159.d

Salmana quid ſonet 233.c
Salomon quid ſonet 195.b
Salubris confuſio 242.d
Sancti proprie qui 8.a
Sara cuius figura 11.a
Sarcaſmos 140.b
Saul quid ſonet & deſignet 41.d 138.d
Scabellū adorandū q̄d 270.c
Sciniphes (alij cinipes uel cinifes, itemq́ alij aliter) quid ſit 288.d
Scribarum quorundam uelocitas 125.d
Sedere ī cathedra peſtilētiæ 3.d
Sedes 336.c Selmon 182.a
Semita iræ dei 220.c
Semper quærere dn̄m 287.b
Senectutis & ſenij differentia 194.c
Seon quid ſonet 349.b
Septenarius 14.a
Septenarij 333.d
Septenarij myſterium 171.c
Septenarij partes 159.d
Septuaginta 255.b
Seræ myſtice qui 374.b
Serpentis aſtutia 359.c
Sicelech quid ſonet 141.a
Sichima quid ſonet 160.c 298.a
Signa 204.d
Signa aliquot ſeu indicia timentis deum 65.b
Silo quid ſonet 221.c
Similitudo peccantis & mulieris concipientis 18.c
Singularis ferus 227.c
Singulæ noctes 15.a
Sion myſtice qui 347.d
Sion quid ſonet 6.a
Siſara quid ſonet 233.b
Sitis animæ, quid 166.d
Sobal quid ſonet 359.b
Socrus myſtice 126.b
Sol 351.a Sol myſtice qui 206.c
Sors 79.b
Spes ſine timore, q̄d 87.d 90.c
Spina 83.b
Spiritus procellæ 295.d
Sp̄us ſancti appellatio quō & patri & filio nonnunquam conueniat 118.c
Stella 351.a Stellæ 21.a
Stratū 15.a Subſannatio 224.c
Subſannatio qui fiat 5.d
Sulfur 29.c
Summum Chriſto & infimum, quid 54.c
Superiora & inferiora præcepta 282.a
Supplantare 40.a
Suſceptus quis 7.d
Suſceptor quis 7.d
Sylua lignorum 205.a
Synagoga quid ſonet 36.c
Syria quid ſonet 159.b
TAbernaculum 54.b 120.d
Tabernacula q̄d ſint 189.c
Tanis, alij tanes, q̄d ſonet 217.a
Tecum ſum, quid myſtice inſinuet 357.c
Temeraria quorundam de ultimo die opinio 13.b
Templum 368.bc
Templum domini, qui 305.a
Termini terræ 206.c
Ternarius 171.c.225.d
Terra Cham, quæ 288.c
Terra iuſta 365.b
Tertij cæli myſtica acceptio 1.b
Teſtimonia domini 316.d
Thabor quid ſonet 249.d
Thalamus 49.b
Tharſis quid ſonet, & quid aut ubi ſit 150.b.198.a.197.d
Thronus quid ſit 23.c
Thomā primo omnium à Chriſto fugiſſe 87.c
Tibiæ 373.d
Timendo mori 77.d
Timor ſine ſpe, quid 87.d
Titulorum diuerſitas 35.b
Topazius 327.d
Torcularia 20.a
Torcularibus qui fructus obnoxij 254.a
Torrens 302.d Torrētes 42.b
Tranſire nubes 44.b
Tremor cuius ſit 6.d
Trepidatio 68.b
Tres animæ mortes 5.b
Tres diaboli tentationes quibus innuantur 21.d
Tria quædam ſerpentis fuſilis notabilia 204.c
Tribulatio maxima q̄ ſit 229.c
Tribus 336.c
Tribus modis peccata remitti (82.b
Trinitatis indicatio ex uerbis pſalmiſtæ 151.c
Triplex animæ poteſtas 171.c
Tubæ ductiles & earum inſtrumenta 269.c
Turtur 234.d
Tympanum 228.d.376.377.c
Tympanum unde fiat 183.a
Tyrus quid ſonet 127.b.255.a
VAccæ 184.a
Vallis lachrymarū 235.b
Vanum 367.d
Vaſa mortis 18.bc
Vellus madidum 1.a
Vellus prius irrigatū, q̄d 197.b
Venenum aſpidis quale 33.c
Ventus 282.c
Venti 349.a
Verbum aſperum 257.a
Veritatis corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia, aſſertio 59.d
Ver quos innuat 206.c
Vertex capilli 18.d.182.c
Veſpere, mane & meridie, myſtice quid 147.a
Veſtimenta dei 126.d
Via latronum 38.d
Via peccatorum 2.d
Vibrare gladium 18.a
Videre 50.d
Viduæ myſtice qui 180.a
Vidui 263.b
Viæ duræ 39.a
Viæ uitæ 57.d
Vigilia duplex 166.b
Vincula 5.d
Vindictam facere & increpare quomodo differāt 376.d
Vinea 220.a
Vinum domini 10.d
Vires animæ duæ 3.b
Virga 61.a
Virgæ in ſerpentem uerſæ, myſteriū 204.b
Virgines 221.d
Vir ſanguinum quis 12.bc
Vitulus Libani 72.c
Vnicornes 260.c
Vnctio Dauidis triplex 67.b
Volucres cæli 21.d
Vota reddere 311.c
Votorum aliud commune, aliud ſpeciale 210.d
Vox ſepties repetita, quid uelit 72.a 73.a
Vrbs abſolute dictum, quam ſignificet 82.a
Vrſi duo quorum figura 11.a
Vulpes Sāmſonis 230.b
Vulpis natura 168.c
Vſque 33.b
Vſura peccati 198.b
Vxores Dauid & filij myſtice quid 141.a
ZAbulon q̄d ſonet 183.c
Zeb quid ſonet 233.c
Zebee 233.c
Zelus domini 224.a
Ziph quid ſit & quid ſonet 142.b
Ziphæi quid 142.b

DIVERSA DIVERSORVM IN PSALMOS, PRAEAMBVLA.

¶ Quid ſignificet, in finem, quod frequenter inuenitur in titulis pſalmorum.

FInem duobus modis accipimus. Primus eſt iſte cõmunis atque moralis, quãdo res aliqua ad extremum deducta peruenerit, nec ulterius poteſt prodire, quæ motus ſui terminũ probatur accipere. Sic enim dicimus finitum cibum, qui ſedula comeſtione conſumptus eſt: finitam pecuniam, quæ docetur expenſa. & cætera quæ hoc modo probantur edici.

Secũdus dicitur finis perpetu⁹ atq; perfectus, quem modo quærimus. qui tunc nobis protendi magis ac dilatari incipit, quãdo ad eum mẽs
Roma. 10 deuota puenerit. Finis ergo legis ac plenitudo, Chriſtus eſt, ſicut Apoſtolus dicit: Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti: ad quẽ dum peruenerimus, nihil ultra perquiremus. ſed ipſo beatitudinis fine cõtracti, pleniſſima iucunditate perfruimur, cuius amor tantum proficit, quantum intellectus noſter domino præſtante clareſcit. & ideo quoties in titulis pſalmorũ finem reperies, ad dominum ſaluatorem noſtrũ aciem mentis intende, q̃ eſt finis ſine fine, & bonorum omnium contemplatiua perfectio.

¶ Quare pſalmi dicuntur.

GEnus eſt muſicorum, hoc eſt, cithara, decẽ cordas habẽs, cui propter hoc pſalterium nomen eſt additum, quia eius plectro deſuper chordæ pulſantur. Quando autem inferius tangitur, cithara nũcupatur. Ex quo intelligere debes, pſalterium deſuper canens, non carnalia aut terrena, ſed ſpiritualia & cæleſtia pſonare.

Quare pſalmi tunc per iſta organa canebantur? Quia populus carnalis erat, q̃ per huiuſmodi delectationes fuerat ad idololatriam deprauatus, & neceſſe fuit eum ſimili dulcedine ad deum reuocari. Auſterioribus eum monitis curari nolebant. Dum enim concurrunt quaſi cantica & melodias audire, uerba dei in eorum mentes ſalubri & conſueta dulcedine ferebantur. Magis enim tenetur, quicquid libenter auditur. Simul etiam ut hæc magis quàm turpia diſcerent decantare. Hac ergo cauſa Dauid choros cantorum cum principibus ſuis octoginta & octo, in Paralipomenon legitur ordinaſſe, ut magnitudo ſonitus organorum & uocum, populi cor & delectatio terrori mixta compungeret.

Quomodo ſoluitur quod dicitur, defecerũt laudes Dauid, & poſtea inueniuntur pſalmi Dauid? Sic: Sciamus in quo pſalmo finiuntur. in ſeptuageſimo ſcilicet primo, qui Salomonis titulatur, & ad Salomonem omnino nõ pertinet, ſed ad Chriſtum. Merito ergo laudes Dauid in laude Chriſti finitæ ſunt, quia lex & prophetæ uſq; Matt. 11. ad Iohannem prædicauerunt.

In Salomõe quoque intitulatur unus, Moyſi hominis dei, id eſt, ſiue duodecim iuxta Hebræos, qui aiunt ſequentes pſalmos uſque ad nonageſimumnonũ, titulum non habentes, octogeſimooctauo eẽ iungẽdos, ſicut in libro ſit prophetarũ, quorum tempora non notantur.

Quid eſt diapſalma? Vbicunque ſeptuaginta diapſalma poſuerunt, in Hebræo non habetur diapſalma, ſed ſela, hoc eſt, ſemper. diapſalma interpretatur percantatio. ipſum autem uerbum ſela, ipſi ſeptuaginta in finem, ſunt interpretati, in pſalmo ſeptuageſimoſeptimo dicentes: Etem̃ dominus habitabit in finem. Ita & ipſi nõ intellexerunt ſela. Quidam ſane putant ceſſationem ſpiritusſancti eſſe diapſalma. ſed cum in finem tertij pſalmi in Hebręo habeat diapſalma, ſuperfluum eſt, ceſſationem ſpiritusſancti nominare, cum etiam ſi hoc nomẽ poneretur, nemo dubitaret in finem eſſe ceſſatũ: ſed in nono pſalmo canticum diapſalmis dicitur, quod utique impoſſibile eſt. & quis poſſet cantando ceſſare, aut ceſſando cantare?

De his autem qui ſine titulis ſunt, traditio etiam talis eſt, ut cuius autoris pręſcriptio præceſſerit, cæteri qui ſine titulo ſequuntur, ipſius eſſe credantur.

Sciẽdum tamen eſt, quod apud Hebræos omnes pſalmi permixti fuerunt & inordinati. q̃s quidem primus Eſdras in unum uolumen coegit, & in ordinem numerumq; diſpoſuit, ac titulos appoſuit. ac per hoc occultum ſacramenti myſterium, alios alijs prætulerit ordine.

Decorus & mirabilis ordo, numero quidẽ myſtico terminatus, ſed ſacris uirtutibus infinitus. Hic autem totus ordo pſalmorum, quantũ humanum ingenium inueſtigare præualuit, duplici myſterio noſcitur eſſe decurſus. Primum ſicut autoritate patrum dictum eſt, noui & ueteris teſtamenti ſacramenta complectitur. Septem quippe decades referuntur ad ſabbatum, quod ad primam illam pertinet ſine dubio culturam. octo uero decades quę ſequuntur, noſtro tempori deputantur, qui reſurrectionẽ domini die octaua pia deuotione ueneramur. Secundo, quia ſicut quinquaginta diebus ſuperducto diluuio criminibus ſuis terra diluta eſt, ſic pſalmorum ſpiritualis abyſſus peccatis inquinata corda mortalium, uſque ad iudicii tempus perpetua inundatione purificat.

Pſalmi omnes qui inſcribuntur ipſi Dauid,

ad Chriſti pertinent ſacramentū, quia Dauid di
ctus eſt Chriſtus. Denique pſalmi qui fugam paſ
ſionemq́ Dauid explicant, oſtendūt fugam paſ
ſionemq́ dominicam.

Illi autem qui in finem inſcribuntur, perfecti
onem bonorū operū produnt, quia hic finis diſ-
ſimilis eſt aliis finibus, cum ille habeat hic reple
Roma. 10 mentum. finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam
omni credenti.

Pro torcularibus, pro æternorū munerum
fructibus hymnus eſt.

Pro his qui hæreditabūt retributionem ſan-
ctorum ſiue eccleſiæ quæ, eſt corpus Chriſti, &
hæreditatem capiet regni cælorum.

Pro octaua, quidam hunc numerum euange
liis deputant, eo quod continentur in his beati-
tudines, per quas uenitur in regnum dei, ſiue illi
us arcæ octo animæ.

In dedicatione, uel conſummatione taberna-
culi, perfectio eccleſiæ intelligitur.

Pro his qui commutabuntur, pro populi iu
daici ac gētilitatis, uel ſynagogę & eccleſiæ com
mutatione, prouidet.

Pro occultis, de aduentu filij dei pronūciat,
qui iudæis occultus fuit.

Canticum reſurrectionis, ipſius dominicæ re
ſurrectionis ueritas.

Oratio Moyſi hominis dei, ad legem dei re-
uertitur, eo quod ipſa nos redemptoris reſurre-
ctione ſatiare pronunciat.

Pſalmus in Salomonem, id eſt, pacificum,
quod eſt in Chriſto, qui eſt pax noſtra.

In confeſſione uero docet, ut iugiter homo de
um & uoce fateatur, & corde.

Illi ſane qui res geſtas ſecundum literam nar
rant, uerticem ſpiritalis intelligentiæ cognoſcun
tur habere.

Pſalmus filiorum Core, per paſſionem Chri
ſti redimendum populū præfigurauit: quia Co-
re interpretatur caluitium, quia dominus noſter
Ieſus Chriſtus in loco caluariæ crucifixus eſt.

Pro uerbis Chuſi filij Iemini, hoc eſt, quod Chu
ſi relicto Dauid, ad Abſalom trāſiit, qui erat ho
ſtis patris ſui, ſicut Iudas Chriſti.

In aſſumptione matutina. Quia dominus re-
ſurgens mane, aſſumpſerit captiuitatem, redu-
cens ſecum ex inferis.

In prima ſabbati, in ipſa reſurrectione.

Priuſquam liniretur, antequam reſurrectio-
ne clarificaretur.

In remuneratione delictorum, utiq; ſuorum.

Cāticum graduum, cæleſtem deſignat aſcen-
ſum.

Pſalmus ergo ille qui in medio canticorum
graduum eſt, tanquam turris pulcherrima po-
nitur.

Sed nec ſine myſterio arbitror eſſe, quod
hic liber in tribus quinquagenarijs conſtat ſcri-
ptus. Primus enim remiſſionem peccatorum
pſtat. Secūd' ad ſpem inuitat regni cæleſtis. Ter
tius nos ad regnū æternæ beatitudinis mittit.

Diapſalmæ uero, quę ſemper, interpretātur:
docent, ut animæ ſemper in his exerceatur fide
lis intentio.

In primo libro Paralipomenon legitur, cum 1. Par. 25.
Dauid ꝓpheta deuota domino ætate ſenuiſſet,
quatuor iuuenes ex iſraelitico populo elegiſſe,
qui pſalmos quos ipſe domini aſpiratione pro-
tulerat, organis, citharis, nablis, tympanis, cym-
balis, tubis, propriaq́ uoce in magna iucundita-
te ſupernæ gratiæ perſonarent. Quæ ſuauis ad-
unatio, tribus partibus diuiſa conſtabat. Ratio-
nalis pertinebat ad humanam uocem, irrationa
lis ad inſtrumenta muſica. Communis autem de
utriſque partibus aptabatur, ut & uox hominis
certis modulationibus ederetur, & inſtrumen-
torum melos conſona iucunditate coniungere-
tur. Sic ſuauis illa & iucunda muſica, eccleſiam
catholicā tali actu prædicabat, quæ ex diuerſis
linguis uarioq́ concentu, in unam fidei concor-
diam erat domino præſtante croditura.

Ex quo numero indita nomina frequenter in
titulis inuenimus, ut Idithum, Aſaph, filij Core
& his ſimilia. non quia ipſi (ut quidam uolunt)
autores fuiſſent pſalmorum, ſed quoniā impoſi
ti artificibus, adminiſtratores earum rerum pro
babiles extiterint, ut honorem de tali comme-
moratione ſumerent, qui officio ſancto deuotis
mentibus ſeruiebant, maxime quia & nomina
eorum intellectus rerum congruos indicare no
ſcuntur. Non enim ſupradicti uiri ad pſal-
mos faciendos electi ſunt, ſed eos congregatos
tantum legimus ad canendum, pſalmographos
autem fuiſſe hiſtoria nulla teſtatur. & præſum-
ptuoſum eſt dicere, quod nulla poſſit autorita
te probari. pſalmos autem ad ſolum prophetā
Dauid pertinere, certis declaratur indicijs. De-
nique in Apocalypſi uolens iſtud opus intelligi,
ſolius Dauid meminit, dicēs: Hæc dicit ſanctus Apoc. 3.
& uerus, qui habet clauem Dauid. qui aperit, &
nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In euāge
lio quoque phariſæis dominus dicit: Quomodo Matt. 22.
ergo Dauid in ſpiritu uocat eum dominum, di-
cens: Dixit dominus domino meo, ſede a de-
xtris meis? Vnde probatur, uniuerſos pſalmos
non multorum exiſtere, ſed tantum ipſius quē
a domino conſtat eſſe nominatum. Vſus quoq;
catholicæ eccleſiæ ſpiritusſancti inſpiratione ge
neraliter & immobiliter tenet, ut quicunq; eo-
rum cantandus fuerit, qui ex diuerſione præ-
notatur, lector aliud prædicare non audeat, niſi
pſalmus Dauid. quod ſi eſſent proprij aut Idi-
thum, aut filiorum Core, aut Aſaph, aut Moyſi,
eorū nomina utiq; prædicarentur. ſicut & in eu
angelijs, quando aut Marci, aut Lucæ, aut Mat-
thæi, aut Iohānis uocabulo ꝓnunciantur. quod
etiam ſecutus pater Auguſtinus, congruenter o-
mnes pſalmos dicit eſſe Dauidicos.

Pſalterium eſt, ut Ieremias ait, in modum Δ
literæ formati ligni ſonora concauitas, obeſum

uentrem in ſuperioribus habens, ubi chordarū
fila religata, diſciplinaliter plectro percuſſa, ſua
uiſſimam dicuntur reddere cantilenam. Huic ci
tharæ poſitio eſſe uidetur contraria, dum quod
iſta in imo cōtinet, cōuerſa uice geſtat in capite.

Hoc autem genus organi canorum atq; ſin-
gulare, aptatur corpori domini ſaluatoris, quo-
niam ſicut iſtud de altioribus ſonat, ſic & illud
glorioſæ inſtitutionis ſuperna celebrat, ſicut ipſe
Iohan. 3 in euangelio ait: Qui de terra eſt, de terra loqui
tur: qui autem de cælo uenit, ſuper omnes eſt. et
quod uidit & audiuit, hoc teſtatur. Vnde quidā
& hoc opus Dauidicum, ideo pſalmos dictos
eſſe præfiniunt, quia de ſuperno culmine reto-
nare noſcuntur.

Cognoſce ergo quod iſti tantum pro excel-
lentia ſui dicātur pſalmi, qui hoc uolumine con
tinentur. Pſalterium græcum nomen eſt, & lati
ne organum uel laudatorium dicitur, quia He-
bræi nablum uocant. Pſalmus a pſallendo no-
men accepit, uel a pſalterio, uel ἀπὸ τοῦ ψάλλειν
hoc eſt, a tangendo.

Pſalmus eſt, cum ex ipſo ſolo inſtrumēto mu
ſico, id eſt, pſalterio, modulatio quædam dulcis
& canora profunditur.

Cāticum eſt, quod ad honorem dei cātatur,
quando quis libertate propriæ uocis utitur, nec
loquaci inſtrumento cuiquam muſico conſona
modulatione ſociatur. hoc & quod etiam nunc
in diuinis laudibus agit.

Pſalmus cantici erat, cum inſtrumento muſi
co præcinente, canens chorus ſociatis uocibus
acclamabat, diuinis duntaxat ſermonibus ob-
ſecutis.

Cāticum pſalmi erat, cum choro ante canen
te, ars inſtrumenti muſici in unam conuenientiā
communiter aptabatur, uerbaq; hymni diuini
ſuauis copula perſonabat.

¶De multifaria inſcriptione titulorum.

QVaſdam ſuperſcriptiōes pſalmorum per
alluſionem conſimilem conſtat ſpiritali-
ter intuendas: quia ſi literam conſideres, extra-
neum eſt, cum non ea inuenias in pſalmis, quæ
continentur in titulis. Si uero trahantur ad typi
cum intellectum, nimis uidentur accommodæ.
Vt eſt illud, ubi res geſtæ ſignificantur, Cum fu
git à facie Abſalom. ubi locus, ut eſt, Cum eſſet
in deſerto Idumææ. Vbi dies, ut eſt, in prima
ſabbati. Vbi Hebræa nomina, ut eſt Idithum.
Vbi facta eſt comparatio geſtorum. ut eſt, com
mutauit uultum ſuum coram Abimelech. uel
ſpecie rerum conſimilium, id eſt, pro torculari-
bus. Quapropter in ſuperſcriptionibus titulo-
rum ſiue pſalmum, ſiue canticum, ſiue pſalmum
cantici, ſiue canticum pſalmi, in finem, ſiue aliqd
de ſexta quam diximus complexione reperire
potueris, aut ſingulatim unum, duo uel tria, ſi-
ue quatuor eis inſerta cognoueris, ad illas uirtu
tes trahe cuicunque ineſſe dicimus: quia rerum
iſtarum commemoratio ad ſimilitudinem oc-
cultæ intelligentiæ poſita ſubtiliter inuenitur.

Iſtę enim ante fores pſalmorum tanquam ſa
cra uela pendent, per quæ ſi aciem mentis inten
das, rareſcentibus quibuſdam filis facile eorum
penetralia contueris. Nā per titulū uniuſcuiuſq;
pſalmi intellect⁹ habetur. Quis enim tot cauſis,
tot diuerſitates nominum putet ocioſas, cū ne-
fas ſit credere diuinas ſcripturas aliquid ſuper-
uacuum continere, cum ſit ſcriptum: Amen di
co uobis, quod iota unū aut unus apex nō prę- Matth. 5.
teribit a lege, donec omnia compleantur? quid
enim titulus niſi clauis? & ſicut in domum nemo
ingreditur, niſi per clauem: ita uniuſcuiuſq; pſal
mi intellectus non intelligitur niſi per titulum.
in cuius enim perſona cantatur, per ipſum intel
ligitur, aut in perſona Chriſti, aut eccleſiæ, aut
prophetæ.

Inter expoſitores pſalmorum, de hoc nomi-
ne quædam noſcitur eueniſſe diuerſitas. Hiero-
nymus Hebraicæ linguæ doctiſſimus inquiſi-
tor, continuationem ſpiritusſancti eſſe confir-
mat, dicens: Quidam diapſalma commutatio-
nem metri eſſe dixerunt, aut pauſum ſpiritus-
ſancti: nonnulli, alterius ſenſus exordiū aut rhy
thmi diſtinctionem. & quia pſalmi tunc tempo
ris iuncta uoce ad organū canebantur, cuiuſdā
muſicæ uarietatis eſſe ſignaculum. Nobis nil
horum uidetur, cum Aquila qui uerborum He
bræorum diligentiſſimus explicator eſt, uerbū
Hebraicum ſela, ſemper, tranſtulerit: quod ſe-
ptuaginta interpretes & Symmachus & Theo
dotion, diapſalma tranſtulerunt.

Inuenimus in pſalmorum quorum fine dia-
pſalma poſitum, ut eſt in fine tertij pſalmi, & in
fine uigeſimitertij, & in pſalmis multis penitus
non inuenitur. ex quo animaduertimus hoc uer
bum, ſuperiora pariter & inferiora nectere. &
docere ſempiterna eſſe quæ dicta ſunt, ut ſcia-
mus non tantum ad præſens tempus, uerum eti
am ad æternum, uel quæ ſequātur, uel quæ præ
ceſſerunt, pertinere. Sciendum autem, apud He
bræos in fine librorum unū e tribus ſolere ſub
necti: ut amen ſcribant, aut ſela, aut ſalom, quod
exprimit pacem. Igitur ut nos ſolemus ad diſtin
ctionem rei alterius ſubſequentis, medium in-
terponere, explicit, aut feliciter, aut iſtiuſmodi:
ita Hebræi ea quæ ſcripta ſunt, roborant, & di-
cunt, amen: aut in ſempiternum ſcripta & ſcri-
benda commemorantes, ponunt ſela: aut tranſ
acta feliciter proteſtantes, pacem in ultimo, ſub
notantes ſalom.

Iſta Hieronymus. Hæc Auguſtinus.

Beatus autem Auguſtinus rerum obſcura-
rum ſubtiliſſimus indagator, inter ardua ſine of
fenſione diſcurrens, hanc potius partem elegiſ-
ſe cognoſcitur, ut magis diuiſio eē uideatur, no
minis ipſius diſcutiens qualitatem. Sympſalma

ſppe dicit uocũ adunata copulatio. Diapſalma
uero, ſermonum rupta cõtinuatio. docens ubi-
cunq; repertum fuerit, aut perſonarum, aut re-
rum fieri permutationem. Merito enim tale no
men illic interponitur, ubi uel ſenſus, uel perſo-
næ diuidi comprobantur. Vnde & nos cõgrue
diuiſiones faciemus, ubicunque in pſalmis dia-
pſalma potuerit inueniri.

Tribus modis pſalmi dicũtur de perſona do
mini Ieſu Chriſti, pro inſtructione fidelium.

Primum, per id quod ad humanitatem eius
noſcitur pertinere. ut illud ſecundi pſalmi, Aſti-
terunt reges terræ, & principes conuenerunt in
unum. & in uiceſimo pſalmo, Deſiderium ani-
mæ eius tribuiſti ei &c.

Secundo, quod æqualis & coæternus oſtendi
tur patri. ut illud eiuſdem ſecundi pſalmi, Do-
minus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie
genui te. Et in centeſimonono, Tecum principi
um in die uirtutis tuæ.

Tertio, a membris eccleſiæ cuius ipſe dux &
Pſal.21. caput eſt CHRISTVS. ut eſt illud, Longe à
ſalute mea uerba delictorum meorum. Et in ſe-
xageſimooctauo, Deus, tu ſcis inſipientiam me-
am, & delicta mea à te non ſunt abſcondita. q̃d
dictum pro unoquoque fidelium debemus acci
pere. Cæterũ delicta, a Chriſto probãtur fundi
tus aliena. Siue enim caput loquatur ſiue mem-
bra, unus eſt Chriſtus, & capitis eſt proprium,
loqui etiam in perſona membrorum. ipſam no
ſtram conſuetudinem aduertite primo, quomo-
do loqui in membris noſtris non poteſt niſi ca-
put. Iam uero caput noſtrum quomodo loqua
tur in perſona omnium membrorum, aduerti-
te. In anguſtia tibi aliqs pedẽ calcat? Calcas me,
dicit caput. Vulnerauit tibi aliqs manũ? uulne-
raſti me, dicit caput. Sic ergo audiamus Chriſtũ
loquẽtem, ſed unuſquiſq; agnoſcat ibi uocem ſu
am tanquam hærẽs in Chriſti corpore. De ipſo
Ephe.5. enim & eccleſia dictũ eſt, Erũt duo in carne una,
id eſt, in uno corpore. Aliquando dicit uerba,
in quibus nullus noſtrum inueniat ſuam perſo
nam, quia ad ſolum caput pertinent. Hoc ſi ani-
mo recondimus, nulla confuſione trahemur. nã
ſi uno modo locutus fuiſſet tantum, quis eius ge
minam ſubſtantiam potuiſſet agnoſcere, cum
etiam nunc in tam euidentiſſima diſtinctione, na
turã diuinitatis & humanitatis domini Chriſti,
aliqui nitantur ſacrilega uoluntate confundere?
Multa quoque ſecundum literam commonet,
multa ſpiritaliter iubet. perſonas decenter ſubi
to immutat, ut nũc Chriſtus dei uerbum, incar
natus & homo factus, caput eccleſiæ: nunc ipſa
eccleſia, nunc homo iuſtus, nũc pœnitens loqui
uideatur, ut oĩa neceſſaria tangat atq; cõcludat.
Vbique pleniſſimum cæleſtium ſanctum ui-
brat eloquiũ, & multiplici diuerſitate uirtutum
propter humani generis largiendam ſalutem, re
gni ſui adoranda myſteria pius redemptor in-
ſinuat.

Hæc ideo præfati ſumus, ut cum uentum fu-
erit ad loca talia, intrepidus lector audire poſſit,
quod de ſe ſalubriter didiciſſe cognoſcitur.

Ordo autem pſalmorum, non ſecundum exi
ſtentiã temporum, ſed pro qualitate ponitur di-
ctorum. Teſtante enim Regum hiſtoria, tertius
pſalmus, cuius titulus eſt, Pſalmus Dauid cum
fugeret a facie Abſalom filij ſui, quinquageſimo
pſalmo actu poſterior ẽ: quẽ poſt culpã adulte
rij & homicidij, Abſalom filij eius pſecutio no
ſcitur contigiſſe. Sed pro uirtute ſua competen
ti numero probatur aptatus. Tenere eñ illum
locũ tertiũ oportuerat, q & ſanctæ trinitatis po
tentiam, & triduanæ reſurrectionis in ſe myſte-
ria continebat. Nam per liberationem Dauid,
reſurrectio domini congrue ſignificatur. Talem
autem de ordine rationem omnium pſalmo-
rum inuenire nobis eſſe difficile profitemur, q̃d
indeterminatum atque ſuſpenſum, patrum eti-
am autoritas reliquit.

Per totum pſalterium quatuor pſalmi ſunt,
qui integrum alphabetum apud Hebræos ha-
bere mõſtrantur, id eſt, centeſimusdecimus, cen
teſimusundecimus, cẽteſimusdecimuſoctauus,
cẽteſimus quadrageſimuſquartus: quia iſtos in-
dicant laudes domini, ipſa largiente meritorum
deuotione cantandæ. Tres autem pſalmi ſunt,
qui ſubtractis quibuſdam literis, integrum al-
phabetum non continent, id eſt, uigeſimuſquar
tus, qui ſextam & nonamdecimam literam non
habet: trigeſimuſtertius, qui ſextam literam
non habet: trigeſimuſquintus, qui ſextamde-
cimam literam minus habet. qui oſtendunt ta-
les in eccleſia pſallere, quibus non adeo omni-
um bonorũ operum arridet integritas. Sicut eñ
illi completis literis omnibus excellentiũ me-
rita uidentur indicare iuſtorum, ſic iſti quaſdam
literas minus habentes, illos deſignãt, qui nõ ad-
eo uniuerſis meritis repleti ſunt, ſed tamen in ſe
cundo concilio habitare noſcuntur. Nam cum
omnes literæ apud Hebræos ſignificantias ſuas
habent, credere fortaſſe dignum eſt, cui deeſt ali
quod elementum, eum quoque ſignificationes
ipſius non habere.

Textus totius pſalterij ſecundum numerum
apoſtolorum in duodecim partibus concludi-
tur, ut quod apoſtoli fecerunt, hic contineri no-
ſcamus. In pſalterio nanq; carnalis uita domini
deſcribitur. Primum, natura deitatis. Secun-
dum, multitudo nitentium extinguere dominũ.
Tertium. Quartũ, admonitio prophetæ, ut de-
ſinant Iudæi mala facere. Quintum, oratio Chri
ſti ad patrem, ut in reſurrectione eius mundus p
ficiat. Sextum, uerba pœnitentis. Septimum,
Chriſti, ut eis ſubueniatur a patre. Octauum, o-
mnia referuntur ad Chriſtum allegorica ſimilitu
dine. Nonum, laudes domini per alleluiaticos ti
tulos qui ſignificant, laudate dominum. Deci-
mum, gradales, ut nos perducãt ad ſaluatorem.
Vndecimũ, hymnidica exultatiõe laudamus ſan

ctam trinitatem. Duodecimum, ſeptem pſalmi relinquuntur in fine, qui totam gloriam trinitatis concelebrant.

¶ *Epiſtola Hieronymi ad Damaſum Papam.*

BEatiſſimo papæ Damaſo ſedis apoſtolicæ urbis Romæ, Hieronymus. Supplex precor ego cliens tuus, ut uox iſta a pſallentibus in ſede Romana die noctuq; canatur in fine pſalmi cuiuslibet, ſiue matutini, ſiue ueſpertini. hoc eſt, præcipe ut ſemper dicant, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, Sicut erat in principio & nūc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. Iſtud carmen laudis omnibus pſalmis coniungi præcipias, ut fides trecētorum & octodecim Niceni concilij, & noſtro ore pari conſortio declaretur. Alleluia ſemper cum omībus pſalmis affigatur, in omni loco communiter reſpondeatur nocturno tempore. In eccleſia autem a reſurrectione paſchæ uſque ad pentecoſten, pſalterium finiatur. Inter dierum quinquaginta ſpatia, pro nouitate ſancti paſchæ, uox iſta laudis cantetur in aleph, quod eſt alleluia.

¶ *Dicta ſancti Auguſtini, quot ſint uirtutes pſalmorum.*

CAnticum pſalmorum animas decorat, inuitat angelos in adiutorium, effugat dęmones, expellit tenebras, efficit ſanctitatem. Homini peccatori refectio mentis eſt. delet peccata. ſimile eſt eleemoſynis ſanctorū. parit fidem. ſicut ſol illuminat. deum oſtendit, diabolum offendit, uoluntatem illicitam extinguit. Oleum miſericordiæ eſt, ſors lætitiæ, pars angelorum electa. aſperitatem lenit, omnem furorem deprimit, iracundiam frangit. laus dei aſſidua, ſimile eſt melli. Canticum pſalmorum, carmen electum eſt apud deum. Omne peccatum expellit, uinculum charitatis commendat. Omnia perpetrat, omnia ſuffert, omnia implet, omnia docet, omnia ſignificat. animam magnificat, os purificat, cor lætificat, turrim excelſam ædificat, hominem clarificat. ſenſum aperit, omne malum occidit, perfectionem inſtruit. excelſa demonſtrat. deſiderium regni cæleſtis dat, pacem inter corpus & animam facit. Ignē ſpiritalem in corde ſuccendit, omnium uitiorum ſolicitudinem tollit. certamen bonorum eſt. quotidie radicem omnium malorum expellit. ſicut lorica induta, & ſicut galea defendit. Spes ſalutis eſt, conſolatio doloris, perfectio laboris, notitia ueri luminis, fons ſanctitatis. hominem iuuenem caſtigat, regnum dei ſuper terram dat, tædium animæ detrahit, tuba mirabilis eſt. Qui diligit canticum pſalmorum aſſidue, non poteſt agere peccatum. Qui habet laudem dei in corde ſuo, in poſtremo apud deum gaudebit, & animam ſuam in cælo mirificabit. Pſalmi orant pro futuris, gemunt de præteritis, gratulantur ꝓ beneficijs, ſperant de miſericordia, timent ꝓ culpa, ex lapideo corde lachrymas educūt. Angelorum opus, laus Chriſti perfecta eſt. pronunciatio aduentus Chriſti, incarnationis, reſurrectionis ſpem & ſuppliciorum metus admonet. gloriæ pollicitatio eſt, myſteriorum reuelatio, tribuit facundiam & felicitatem, honorē & gloriam, doctrinam & intellectum. Canticum pſalmorum omnibus, diligendum, quia omnes uirtutes multiplicat, omnes uirtutes inueniuntur in pſalmis. ¶Si uis agere cōfeſſionem & pœnitentiam, canta duo, Domine ne in furore tuo arguas me. & duo, Domine exaudi. Beati quorꝫ. Miſerere mei deus. De ꝓfundis. ¶Si uis orare, dic: Ad te domine leuaui animam meam. In te domine ſperaui. Inclina domine. Deus in adiutorium. Deus in nomine tuo. Deus, miſereatur noſtri. Exaudi domine iuſtitiam meam. ¶Si uis deum laudare, dic pſalmos q̃ intitulantur alleluia, & quorum initium eſt, Confitemini, Laudate, Benedic. ¶Si in tribulatiōibus humanis, uel ſpiritalibus afflictus ſis tentationibus, & tibi uideris à deo derelictus: canta, Deus deus meus reſpice in me, Exaudi deus orationem meam cum deprecor, Saluum me fac, Vſq; quo domine, Deus auribus noſtris, Miſerere mei deus, Exaudi deus orationem & ne deſpicias, In te domine ſperaui. Poſt hæc accepta quiete, Benedicam dominum, Benedic anima mea. ¶Si tibi faſtidioſa uita ſit, & ſupernam iam deſideras uidere patriam, canta: Quēadmodū, Quàm dilecta, Deus deus meus ad te de luce uigilo ¶Si te uis exercere in diuinis laudibus, & mādatis cæleſtibus, canta: Beati immaculati. Et licet ad obitum mortis, huius hymni uirtutem compleueris, nūquam perfecte (ut puto) illum intelligere poteris, in quo nullus uerſus eſt, in quo non ſit uel uia domini, uel lex, uel mandatum ſeu præceptum dei, uel uerba, uel iuſtificationes, uel ſermones, uel iudicia. In omī tempore ſiue proſperitatis, ſiue aduerſitatis, hymnum trium puerorum canta. In pſalterio inueniuntur omnes diuini libri ex parte.

Sciendum eſt quod pſalmi non fuerūt antea prætitulari, ut nunc ſunt, ſed a ſeptuaginta interpretibus prius coniuncti, & deinceps poſt migrationem Ieruſalem ab Eſdra propheta ſpiritu ſancto inſpirante, in iſto ordine quo nunc ſunt, fuerunt poſiti atque prætitulati. Quos ſeptuaginta quamuis ſanctus Auguſtinus affirmet fuiſſe incluſos in ſingulis cellulis quando interpretati ſunt, ſanctus tamen Hieronymus hoc minime concedens, ait: Si incluſi fuiſſent, nō interpretes, ſed magis prophetæ dicti fuiſſent. & hoc cognitum eſt quod coacti fecerunt. dicunt autores, quia ipſe rex Ptolemæus unum deum colebat, ſicut Hebræi. & ideo pro amore illius, Hebræorum ſcripturas in ſuum iuſſit transferri eloquium.

Titulus eſt clauis gratiæ, ſicut per clauem in domum ingredimur, ita per titulum pſalmum intelligimus.

Intentio huius prophetiæ eſt, cõſolari genus humanum. quod primi parentis culpa, de maxima beatitudine in maximas miſerias deiectũ erat. nec inde poterat reſurgere, niſi m dei miſericordia. Vt ita: Propheta intendit in hoc opere omnes cõtemporaneos & futuros, ad hoc inuitare, ut conformando ſe Chriſto, inquantum membra caput imitari ualent, totã in eo ſpem æternæ beatitudinis ponant.

Primus pſalmus non habet titulũ, quia ipſe quaſi titulus totius libri eſt, agens de illo ad quẽ totius libri intentio referenda eſt. Primi pſalmi intentio eſt, oſtendere illum per quem reſurgere ualeamus a miſeria in quam deiecti ſuimus.

Si quæratur quare iſta prophetia frequentius aliis recitetur in eccleſia, reſpõdeo quia tota diſpenſatio hic copioſius quàm in aliis demõſtrat. & quia uerba unicuique iuſto uel peccatori ita amplificari poſſunt, ut his quaſi propriis uti poſſit, & quia maiori affectu & compunctione humanam mẽtem commouet, quàm aliæ, hic quædam aſcribuntur Chriſto ſecundum humanitatem, quædam ſecundum diuinitatem, quædam ſecundum utrunque. Et illa quidem quæ ſecundum humanitatem humanæ naturæ eius conueniunt, ideo proponuntur, ut in quibuſdam nos cõformantes ſibi, in eo ſperemus. Quæ uero ſecundum ſublimitatem diuinitatis, uel ſecũdum utrunque ei competũt, ad hoc referũtur, ut per conformitatem illi famulari non dubitemus, q tantus eſt, ut nobis ſecundum uitium noſtrum retribuere non nequeat.

Sicut in mundanis libris, ita & in diuinis quæri poteſt, ad quam partem philoſophiæ ſpectet. Eccleſiaſtes enim tendit ad phyſicam, in quo q̃ritur initium & finis omniũ rerum, quæ in mundo ſunt, & omnia uanitati ſubiacere oſtendunt. Prouerbia uero tendunt ad Ethicam, Canticum canticorum ad theoricam, id eſt, ad contemplationem diuinarum rerum.

Vbi autẽ qd minus habetur in græco ab hebraica ueritate, Origenes de tranſlatione Theodotionis hic in loco addidit ſignum, ponens aſteriſcum •.i. ſtellam, quę quod prius abſconditum uidebatur, illuminet. Vbi autẽ quod in hebræo nõ eſt, in græco inuenitur, – obelon, id eſt, iacentem uirgulam præpoſuit, quàm nos latini ueru poſſumus dicere. quo ſigno oſtenditur confodiendum, quod in authenticis libris non eſt.

i	ij	iij	iiij	v	vi
a	b	g	d	e	ſt
α	ϐ	γ	δ	ε	ς
alpha	beta	gãma	delta	e breue	epiſimon
mia	dyo	tria	teſſara	pẽte	hex

vij	viij	ix	x	xx	xxx
z	e lõgũ	th	i	k	l
ζ	η	θ	ι	κ	λ
zeta	eta	theta	iota	cappa	lambda
hepta	octo	ennea	deca	icoſi	triaconta
xl	l	lx	lxx	lxxx	xc
m	n	x	o	p	yi
μ	ν	ξ	ο	π	ϙ
my	ny	xi	o breue	pi	coſe
teſſara-cõta,	pẽte cõta,	hexe cõta,	hepte cõta,	ogdoa cõta,	ennea-cõta.

c	cc	ccc	cccc
r	ſ	t	y
ρ	σ	τ	υ
rho	ſigma	tau	y pſylon
hecaton	diacoſij	triacoſij	tetracoſij.
d	dc	dcc	dccc
ph	ch	pſ	o
φ	χ	ψ	ω
phi	chi	pſi	o longum:
pentacoſij,	hexacoſij,	heptacoſij,	ogdoacoſij

¶ Epiſtola beati Hieronymi ad Paulam de alphabeto hebræorum.

NVdius tertius cum centeſimum octauum decimum pſalmũ tibi inſinuare conarer, & dicerẽ omnem moralem locũ in eo eſſe comprehẽſum, ſtudioſiſſime perquiſiſti quid ſibi uellent hebraicæ literæ, quæ in pſalmo quem legebamus, uidebantur inſertę. reſpondi ſecundum ordinem literarũ eum eſſe cõpoſitum. Quod uidelicet ex prima litera, q̃ apud hebræos Aleph uocat, octo uerſus inciperent, in capite ſingulorum uerſuum eadem litera inſerta. rurſus, ex ſequenti beth, totidem uerſus exordiũ ſumerent. ac poſtea, ex gimel idem numerus compleretur. atque ita uſque ad thau, quæ apud eos extrema litera eſt, pſalmum eſſe conſcriptum. & in ſingulis quibuſque elementis ſecundum interpretationem eorum debere intelligi quæ ſequerẽtur. Hoc item flagitaſti, ut interpretatiões ſingularum edicerem literarum. Dixi fateor. Verum quæ propter barbariem linguæ memoria labitur omne quod diximus, deſideras commentarium fieri: quo ſi in aliquo forte titubaueris, obliuiõem lectio conſoletur. Ac priuſquam de ſingulis diſſeram, ſcire debes quatuor pſalmos ſecũdũ ordinẽ hebræorũ incipere elemẽtorũ: centeſimumdecimũ, & cẽteſimũ undecimũ, & hunc de quo nũc ſcribimus, & centeſimũ quadrageſimumquartum. uerum in prioribus ſingulis literis ſingulos uerſiculos, q trimetro iambico cõſtant, eſſe ſubnexos: inferiores uero, tetrametro iambico conſtare, ſicuti & Deuteronomij canticum ſcriptum eſt. Dent. 32. In centeſimo decimooctauo ſingulas literas octoni uerſus ſequũtur. In centeſimo quadrageſimoquarto ſin-

gulis literis ſinguli uerſus deputantur. Sunt qui & alios pſalmos putãt hoc ordine incipere. ſed falſa eorum opinio eſt. non enim habent integrum alphabetum. Verum iam complendum eſt quod petiſti, ut ſenſum uniuſcuiuſq; elementi interpretatio annexa ſignificet. *Aleph* interpretatur doctrina. *Beth*, domus. *Gimel*, plenitudo. *Deleth*, tabularũ. *He*, iſta. *Vau*, &. *Zain*, hæc. *Heth*, uita. *Teth*, bonum. *Iod*, principium. *Caph*, manus. *Lamed*, diſciplinæ ſiue cordis. *Mem*, ex ipſis. *Nũn*, ſempiternum. *Samech*, adiutoriũ. *Ain*, fons ſiue oculus. *Phe*, os ab ore, nõ ab oſſe dictũ, intellige, ne literarum ambiguitate fallaris. *Zade*, Iuſtitiæ. *Coph*, uocatio. *Res*, capitis. *Sin*, dẽtiũ. *Thau*, ſigna.

Poſt interpretationem elementorum, intelligentiæ ordo dicendus eſt.

Prima connexio eſt, Doctrina, Domus, Plenitudo, Tabularum. Quia uidelicet doctrina eccleſiæ quæ domus dei eſt, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum.

Secunda connexio eſt, iſta, Et, hæc, uita. Quæ enim alia poteſt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturarum, per quas etiã ipſe Chriſtus agnoſcitur, qui eſt uita credentium?

Tertia cõnexio eſt, Bonum, Principiũ. Quia quãuis nunc ſciamus uniuerſa quæ ſcripta ſunt, tamen ex parte cognoſcimus, & ex parte pro-
1.Cor.13. phetamus, & nunc per ſpeculum uidemus in ænigmate. cũ autem meruerimus eſſe cum Chriſto, & ſimiles angelis fuerimus, tunc librorũ doctrina ceſſabit. & tũc uidebimus facie ad faciem bonum principium ſicuti eſt.

Quarta connexio eſt, Manus, Cordis ſiue Diſciplinæ. Manus intelligimus in opere, cor & diſciplina intelligũtur in ſenſu. q̃a nihil facere poſſumus, niſi prius quæ facienda ſunt, ſcierimus.

Quinta connexio eſt, Ex ipſis, ſempiternum, adiutoriũ. Hoc explanatione non indiget, ſed om̃i luce manifeſtius ẽ, ex ſcripturis æterna ſubſidia miniſtrari.

Sexta connexio eſt, Fons, ſiue Oculus, Oris, Iuſtitiæ, ſecundũ illud q̃d in quarto numero expoſuimus.

Septima cõnexio eſt q̃ & extrema, q̃ & in ipõ quoque ſeptenario numero ſit myſticus intellectus, Vocatio, Capitis, Dẽtium, Signa. Per dentes, articulata uox exprimitur, & his ſignis ad caput omnium qui eſt Chriſtus, peruenitur. Oro te quid hoc ſacratius ſacramento? quid hac uoluptate iucundius? qui cibi, quæ mella dulciora, quã dei ſcire prudẽtiam, in atria eius intrare, ſenſum creatoris inſpicere, & ſermones domini dei tui, qui ab huius mundi ſapientibus irriden- 1.Cor.2.
tur, plenos docere ſapientia ſpiritali? Habeant ſibi cæteri, ſi uelint, ſuas opes, gemma bibant, ſerico niteant, plauſu populi delectẽtur: & per uarias uoluptates, ſuas diuitias uincere nequeant. Noſtræ diuitiæ ſint, in lege domini meditari die ac nocte, pulſare ianuam non patentem, panes trinitatis accipere, & ſeculi fluctus domino prę eunte calcare. Saluta Bleſillam & Euſtochium tyrunculas noſtras. Saluta Felicianam, uere carnis & ſpiritus uirginitate felicem. Saluta reliquũ caſtitatis chorum, & domeſticam tuam eccleſiam, cui omnia etiã quæ tuta ſunt timeo, ne dor-
Mat.13. miente patrefamilias, inimicus homo zizania ſuperſeminet. Quãuis enim dicere audeant, ego ciuitas firma, ciuitas quæ non oppugnatur: nullus, hoſtili obſidẽte exercitu, ſecurus eſt. Nemo (ut beatus Cyprianus ait) ſatis tutus, periculo proximus. Exemplar epiſtolæ ſi accipere uolueris φιλοπονωτάτη noſtra Marcella, tribuito. Et memento mei, obſecrans ut dominus noſter Ieſus Chriſtus cõterat ſathanam ſub pedibus noſtris Ro.16.
uelociter. Amen.

REMIGII EPISCOPI ANTISSIODORENSIS, SVARVM IN PSALMOS ENARRATIONVM, PRAEFATIO.

PROPHETIA eſt diuina
inſpiratio vel cognitio
myſteriorum dei. & fit
per occultam inſpirati
onem, vel per angeli-
cam adminiſtrationẽ.
Per angelicam admi-
niſtrationẽ, tribus mo
Luce.1. dis: dictis, vel factis, vel viſione. Dictis, vt Aue
Maria gratia plena. Factis, vt Gedeoni dubitã-
Iudic.6. ti ducere filios Iſrael contra Madianitas, & ſi-
gnum quærenti, datum eſt ſignum, quod in pri
ori nocte vellus ſuper aream extenſum, madi-
dum fuit & area ſicca: in ſequenti, area madida
& vellus ſiccum. Vellus prius madidum, ſigni
ficauit Iudaicum populum, prius doctrina ver
bi dei irriguum. Area ſicca, gentilitas eſt, ſuper
quam dominus nondum pluerat doctrinam fi-
dei. Area poſtea madida, ſicco vellere, ſignifica
uit verbũ dei tranſmigratum à Iudæis ad gen
Actuũ.13. tes. vñ illud, Vobis oportuit primũ euãgeliza-
re verbum dei. ſed quia illud repellitis, ecce con
2.Cor.12 uertimur ad gentes. Viſione, vt Paulus qui ra-
ptus eſt vſq; ad tertium cælum, & Iohannes in
Apocalypſi. Cum vero non ſit niſi vnum cæiũ,
non videtur Paulus materialiter raptus vſque
ad tertiũ cælum. Videtur ergo commodius ſic
poſſe accipi, vt primum cælum, id eſt, prima co
gnitio, ſit ſenſus: ſecundum, ratio: tertium, intel
lectus. ad quem raptus, audiuit arcana verba
quæ nõ licet homini loqui. Per occultam inſpi
rationem fit prophetia tribus modis: de præte
Gen.1. rito, de præſenti, de futuro. De p̃terito, vt Moy
ſes: In principio creauit deus cælum & terram.
De p̃ſenti, vt Eliſabeth ad beatam Mariam: Vn
Luce.1. de mihi hoc, vt veniat mať domini mei ad me?
Ioh.1. Et Iohannes, Ecce agnus dei. De futuro, vt hæc
tota prophetia Dauid, quæ vocatur pſalteriũ.
Quoddam muſicum inſtrumentũ eſt, quod vo
catur hebraice nablath, græce pſalterium, lati-
ne organum. Hoc inſtrumento modulauit Da
uid laudes pſalmorum, quos cantabant centum
quinquaginta viri circa arcam fœderis, cum re
2.Re.6. duceret de Silo in Ieruſalem. Reducta arca, con
1.Par.15. ſtituit trecentos ſuccẽtores, qui aſſidue ſuccine
rent pſalmodiam in templo domini in Ieruſalẽ.
1.Par.16. Quibus præfecit quatuor præcentores, Eman,
Ethan, Aſaph, Idithun. Et ab hoc inſtrumento
nominauit prophetiam pſalmorum, pſalteriũ:
non ſine ratione, quia formam illius inſtrumen
ti myſtice geſtare videtur. Pſalterium (vt dixi
mus) muſicum inſtrumentũ eſt, triangulatũ, ha
bens decem chordas ſuper ſe extenſas, quod in
ferius percuſſum, dulcem ſonum deſuper red-
dit. Ita & nos ſi pſalmodiã, id eſt, dulce melos,
deo canere volumus, non ſolũ voce, ſed & cor
de inferiorem noſtri partem pcutere debemus,
id eſt, carnem affligere. Quãto enim carnem af
fligimus, tãto magis ſuperior pars noſtra, id eſt,
ſpiritus, deo placet. Quod organum digne deo
modulari non valemus, ſi fides ſanctæ trinitatis
deſit: quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Heb.11.
In decem chordis, decẽ verba legis accipimus:
quæ obſeruãdo, & carnem macerando, & in fi
de ſanctæ trinitatis perſeuerando, iucundũ pſal
terij organum deſuper in ſpiritu ſancto reſona-
mus. Intitulatur aũt his tribus modis: Incipit li-
ber pſalmorum. vel, Incipit liber hymnorum.
vel, Incipit liber ſoliloquiorum dei. Pſalmorũ,
id eſt, diuinarum operationũ. Hymnorũ, id eſt,
laudum dei. Hymnus eſt laus dei metrice com-
poſita. Hinc Arator:

Pſalterium lyrici compoſuere pedes.

Soliloquiorum dei: vel quia melius ac familia
rius & dignius alijs prophetis hic de Chriſto p
phetauit, tanquã ille, cui ſpũſſanctus oſtenderat
eum de ſtirpe ſua naſciturum: vel quia ad Chri
ſtum maxime hæc pphetia referenda eſt. Nar
rantur autem à prophetis aliqñ futura per præ
terita, aliqñ præterita per præterita, aliqñ futu
ra per futura, aliqñ præſentia per præterita. Et
non mirum, quia ſpiritui ſancto qui per os pro-
phetarum loquitur, nihil eſt præteritum vel fu
turum, quia æternitas apud eum eſt, id eſt, omni
um rerum præſens ſtatus: & ideo aliquando de
nunciat res, ſecundum quod apud eum ſunt: ali
quando, ſecundum quod apud nos ſe habent.
Sicut in mundanis libris, ita & in diuinis quære
re põt vnuſquiſq;, ad quã partem philoſophiæ
ſpectet. Sed ſicut in illis, ita & in iſtis quidam ad
phyſicam, vt Eccleſiaſtes (in quo quæritur ini-
tium & finis rerum omniũ quæ in mũdo ſunt,
& oſtenduntur omnia hæc vanitati ſubiacere)
& Geneſis: quidam ad ethicam, vt Prouerbia
& euangelia ex parte: quidam ad theoricam, vt
Cantica canticorum & euãgelia ex parte, quæ
nos ad cõtemplationẽ diuinorũ mittunt. In di
uinis non habetur logica, ſed loco logicæ theo-
rica habetur. Sciendũ quod oẽs pſalmi à Dauid
cõpoſiti ſunt, licet non oẽs eius nomine intitulẽ
tur. Ezras ſcriba qui titulos appoſuit, alios ſub
nomine Dauid intitulauit, alios ſub nomine di
uerſarũ perſonarũ, vt Aſaph, Eman & aliarũ. Sed
hoc vel cauſa myſterij, vel interp̃tationis nomi
nũ, quæ illis pſalmis cõuenit, quibus tales tituli
appoſiti ſunt. Intentio iſtius pphetiæ eſt, ſicut

& alioꝝ,in toto libro cõſolari humanũ genus,
quod primi parentis culpa de maxima beatitu
Gen. 3. dine in maximas miſerias deiectum eſt: nec in-
de poſſe reſurgere,niſi per dei miſericordiã. In
vnoquoq; tamen pſalmo ꝓpria intentio quærẽ
da eſt. Et eſt intentio ꝓphetæ in hoc primo pſal
mo,oſtendere quõ & per quem ab illo caſu, &
ab illa miſeria in qua hũanũ genus iacet & ver-
ſatur,reſurgere valeat.ſ. per Chriſtum,imitãdo
eum. Quia per nos cecidimus,ſed per nos reſur
gere nõ valemus. Primus pſalmus titulũ nõ ha
bet,quia q̃ſi titulus eſt totius libri. aperit eñ ad
quẽ tota libri intẽtio ſit referenda. Nũc ad pſal
mi primi expoſitiõem, deo iuuãte,accedamus.

PSALMVS PRIMVS.

BEATVS VIR QVI NON ABIIT IN CON
ſilio impiorum,& in uia peccatorum non ſtetit,& in
cathedra peſtilentiæ nõ ſedit. Sed in lege domini uo
luntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanquam lignũ quod plantatum eſt ſecus de-
curſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tem-
pore ſuo. Et folium eius non defluet, & omnia quæ-
cunq; faciet proſperabuntur. Non ſic impij non ſic,
ſed tanquam puluis quem proijcit uentus à facie ter-
ræ. Ideo non reſurgunt impij in iudicio,neq; pecca-
tores in conſilio iuſtorum. Quoniam nouit dominus
uiam iuſtorum,& iter impiorum peribit.

ENARRATIO PSALMI PRIMI.

BEATVS VIR, quaſi dicat: Olim venit
quidam in hunc mundũ,qui non fuit vir,
ſed ſine viribus, quia incẽtiuis vitiorum ſuccu
buit. & ideo infelix, quia abijt à lege domini
dei ſui per delectationem vitiorum,ſtetit per
conſenſum, ſedit per operationem & conſue-
tudinẽ. propterea de ſumma felicitate decidit
in ſummã miſeriam, de vita ad mortem,de im
mortalitate ad mortalitatem: & ſecum velut ra
dix,omne humanum genus tanquam ramos in
ima deiecit. Sed veniet quidã vir, & bene vir:
Iohan. 3. quia fortis,quia inſuperabilis. Beatus, quaſi be
Roma. 12 ne auctus, ſcilicet vir perfectus. quia cum alijs
Col. 2. dentur dona ſpiritusſancti ad menſuram, in eo
Iſai. 11. habitauit omnis plenitudo diuinitatis corpora
liter,id eſt,integre & ſolide, vt ait propheta: Et
requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus
ſapientiæ & intellectus &c. *Qui non abijt*,qui nõ
recedet à lege dñi dei ſui, quẽadmodũ ille infe
lix,delectatione peccati periẽs, ſ. *in conſilio im-
piorum*. Conſilium impiorum, fuit ſerpentis &
Euæ. Conſilium dicitur,excogitata ratio. Et ſer
pens cum non poſſet per ſe Adam ſeducere,ſe-
duxit Euam, & per Euam Adam. Callide ſatis
Gene. 3. per vitium quod eſt virtuti proximum, per cu
pidinem honoris,dicens: Eritis ſicut dij,ſcientes
bonum & malum. Inde & dicitur,quod in for
ma ſerpentis diabolus Adam & Euam ſeduxe-
rit: quia nullum vitium facilius ſerpit in animũ
hominum, quàm ambitio: non quod formam
ſerpentis induerit,cum in ſpecie humana homi
nẽ facilius decipere poſſet. Aliter, *in conſilio im
piorum*. Conſilium omnium impiorum, eſt ſua
quærere, non quæ ſunt dei. Chriſti animũ nec
elationis cupido ſubrepſit, qui non rapinam ar Phil. 2.
bitratus eſt,eſſe ſe æqualẽ deo. ſed ſemetipſum
exinaniuit,formam ſerui accipiens &c. Nec vl
lam peccati habuit delectationem,nec quæſiuit
ſua,ſed quæ dei patris. Propheta hic loquitur
de Chriſto capite,& ideo uidetur ſufficere quæ
dixit, Qui non abijt. Quia ſi non delectatus eſt,
multo minus conſenſit. Si non conſenſit,multo
minus fecit. Sed ut oſtenderet eodem ordine eſ
ſe reſurgendum a triplici morte animæ, a cõtra
rio quo cecidimus, & in Chriſto eſſe nobis for-
mam reſurgendi,ideo hoc illi attribuit. Poteſt
& aliter legi, vt hæc diſtinctio apte conueniat:
ſed diuerſis perſonis, vt oſtendat modos reſur
gendi,ita: Beatus vir qui non habuit vllam de
lectationem peccati, vt MARIA, Iohannes. & il
le beatus,qui etſi delectatus eſt, etſi cõſenſit, nõ
tamen in actum duxit, quamuis non adeo bea
tus vt ſuperiores. *& in via peccatorum non ſtetit*.
Via peccatorum, omnis illicita cogitatio eſt: in
qua ſtamus, cum conſenſum præbemus. Sed
Chriſtus qui nec vnquam illicita cogitauit, mul
to minus conſenſit. Peccatores & impij hic pro
eodem accipiuntur. *Et in cathedra peſtilentiæ non
ſedit*. Id eſt, qui peccatum in operationem nõ du
xit. Qui enim nec cogitauit, nec conſenſit, mul
to minus fecit peccatum. Cathedra regum eſt
vel magiſtrorum. Quod eſt dicere, regnum ter

renũ noluit. Cum enim viderent homines eum,
qui de quinq; panibus & duobus piſcibus quin
q; millia hominum ſaturaſſet, terrenis commo-
dis inhiantes, regnum ei offerre cogitauerunt:
Ioh. 6. quorũ cogitationi ſic obuiauit: Operamini non
cibum qui perit, ſed qui permanet in vitã æter
nam. Quia illi ad hoc eum volebant regem cõ
ſtituere, vt neceſſaria illis prouideret. Non ideo
poteſtatem terrenam ſpreuit, quin eam poſſit ſi
ne peccato habere: ſed quia eam mortales ſine
peccato & aliorum incommodo habere neſci-
unt, ne daret eis occaſionem & exemplum per
duiõis, noluit regnum terrenum, quod uere eſt
peſtilens ſemper ad elationem. Quiſquis ex cõ
ſuetudine peccat, quaſi ex neceſſitate iam pec-
cat. & talis vix vlterius peccantem impugnat,
& ſit ſæplus vt ad noxia trahat. quos dum pec
cantes iam tueri contendit, in cathedra nimirũ
ſedet peſtilentiæ, id eſt, perditionis, non ſolum
ſe perdens, ſed quod eſt peſſimum, quibus põt,
eſt autor perditionis. Autoris autem & cathe-
dra eſt, & ſedere. Chriſtus autem verbo & ex-
emplo bonæ operationis ſemper autor extat,
& ideo in cathedra peſtilẽtiæ non ſedit. Tres la
pſus Adę, teſte Auguſtino, trinam animæ mor
tem præfigurauerunt. Sicut mors eſt ſeparatio
animæ à corpore, ita mors eſt ſeparatio animæ
à deo. Sicut enim corpus uiuit adhærendo ani-
mæ, ita anima uiuit adhęrendo deo. Eſt quippe
in nobis Eua, eſt & Adam. Duæ ſunt uires hu-
manæ animæ. vna qua corpus viuificatur, quæ
poteſt dici animalitas, & hoc ex corporis affini
tate. Et ratio, quæ refrenat animalitatem, ne ex
tendat ſe ad cõcupiſcendum illicita. quia vt ait
1. Cor. 11. Apoſtolus, caput mulieris vir, caput viri Chri
ſtus, caput Chriſti deus. Quod ſi ratio nõ refre-
nat vt vir, ſed conſentit carnalitati, delectando
vel confitendo uel opãdo, in ſimilitudine Adę
tres caſus facit, recedendo à capite ſuo Chriſto,
& vxori adhærendo. Has tres mortes animæ
Mat. 9. ſignificant tres mortui illi, quos ſuſcitauit Chri
Marc. 5. ſtus. Filia archiſynagogi, quã in domo reſuſci-
Luc. 9. tauit, ſignificat animam intus mortuam delecta
tione peccati. Qui em̃ uiderit mulierem ad con
Mat. 5. cupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in cor-
de ſuo. Sed hæc animæ mors non adeo eſt uali-
da, quia per puellam ſignificatur: quæ quaſi ad
huc pudica eſt, cum nondum conſenſu polluta
eſt. & facile ab eo poteſt reſurgere, ſcilicet do-
minica oratiõe. Quod in eo oſtenditur, quia do
Luc. 7. minus porrexit manum, & leuauit eam. Filius
mulieris uiduæ, quem dominus in porta ſuſcita
uit, ſignificat animam mortuã ex conſenſu pec
cati. Peccatum cum uſque ad conſenſum perdu
cit, non longe eſt ab operatione. Quæ foris eſt,
hæc mors ualida. nec ab ea poſſumus reſurge-
re, niſi digna pœnitentia. Quod ſignificatur per
Ibidẽ. hoc, quia iuuenis erat. Et dominus dixit ad eũ:
Iohã. 11. Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Lazarus iam fœti
dus, quem tamen dominus reſuſcitauit de mo

numento ſignificat animam illam, quæ uſq; ad
operationem peccatum perducit: & ex longa
conſuetudine, & nimio uitiorum fœtore, iam in
deſperationem ſuæ reſtaurationis cecidit. Pec- Pro. 18.
cator cum in profundum uenerit, cõtemnit. Ta
les dominus reſuſcitare dignatur, ſed maxima
pœnitẽtia & magno labore. Quod ſignificatur
per hoc, q̃a dominus uoce magna clamauit: La Iohã. 11.
zare, ueni foras. Beatus uir qui nõ cogitauit ma
lum, nec conſenſit, nec docuit operando uel do
cendo. Et quia non ſufficit declinare à malo, niſi
quis ſtudeat facere bonum, ſubdit: *Sed in lege do
mini uoluntas eius.* Hoc unũ refertur ad illa duo,
non abijt, nec ſtetit: quia utrunque ad uolunta-
tem. Aliud eſt, eſſe in lege: aliud eſt, eſſe ſub le-
ge. Qui amore uirtutum peccare nolũt, cum le-
ge ſunt & in lege: quia iuſto non eſt lex poſita. 1. Ti. 1.
Qui autem timore pœnæ legem cuſtodit, ſub le
ge eſt: quia ex neceſſitate bene agit, nõ ex uolũ
tate. Timor, ſeruorum eſt: amor, filiorũ. & ideo
uoluntas filij dei, in lege patris fuit. *Et in lege ei-
us meditabitur die ac nocte.* Ad augmẽtum boni,
addit ſtudium uoluntati, ſuperius ubi dixit, In
cathedra peſtilentiæ nõ ſedit. ad q̃d etiam iſtud
refertur. Die ac nocte, uel omni tempore, uel in
proſperitate & aduerſitate. Proſperitas Chriſti
fuit, reſurrectio & aſcenſio: aduerſitas, ante paſ
ſionem & in paſſione. Nec proſperitas Chriſtũ
extulit, ut à lege domini recederet: nec aduerſi-
tas ſic cõturbauit. Hucuſq; propheta de capite
Chriſto. Poteſt & ſic intelligi, ut ipſemet Chri-
ſtus de ſe hæc omnia dicat. ut Iohannes, Hic eſt
diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, Ioh. 21.
& ſcripſit hæc. quia ſolent homines familiarius
de ſe & ad ſe loqui. Poteſt & ſic intelligi, ut ad
tria tempora referatur: ante legẽ, ſub lege, ſub
gratia. vt ita dicatur, Beatus vir qui nõ abijt in Gene. 4.
cõſilio impiorum, ſcilicet qui ante legem à deo
creatore ſuo non receſſit, ſeruiendo potius crea
tori q̃ creaturæ, ut Abel & alij ante legem. Im-
pios uocat, idololatras: conſilium eorum, crea-
torem cõtemnere & creaturas colere. Et ille be
atus, qui in uia peccatorum non ſtetit. Peccato-
res uocat, trãſgreſſores legis, Iudæos ſcilicet ſub
lege. Viam eorum, carnalem intelligentiam. id
eſt, Beat⁹ ille qui ſpiritaliter legem intelligit. Et
ille beatus, qui in cathedra peſtilentiæ non ſedit
ſub tempore gratiæ. Hæretici ſedent in cathe-
dra peſtilentiæ, quia peruerſa doctrina multos
ſeducunt. Et ille erit beatus, qui uiam dei in ue-
ritate docebit. Sed in lege domini, iſtud nõ mu-
tatur, vſq;: *Et erit tanquam lignum.* Et iſte beatus
vir, erit tanquam lignum. i. conformans Chri-
ſto. Et deinceps ad Chriſtum, Et erit tanquam li
gnum. & ideo, quia nunquam recedet à lege do
mini dei ſui, erit ſicut illud lignum, *quod planta-
tum eſt ſecus decurſus aquarum.* id eſt, in irriguo lo
co. Talis arbor tẽpeſtiue dat frõdes & flores &
fructus. ita & Chriſtus. Ipſe Chriſtus noĩauit ſe
lignum, ut ibi: Si in uiridi ligno hæc faciũt, in ari Luc. 23.

do quid fiet? Hic non ponitur ſimpliciter lignũ,
ſed lignum plantatum .i. arbor. Et dñs arborem
ſe noĩauit iudæis, facta eius recipientibus & di-
cta, ipſum aũt cõtemnentibus, dicẽs: Aut facite
Mat. 12. arborem bonã, & fructus eius bonos: aut facite
arborẽ malã, & fructus ei⁹ malos. Et arbor illa
q̃ plãtata fuit in medio paradiſi, CHRISTVM
figurauit. Aquæ tribus modis accipiuntur in di
uina pagina: pro donis ſpũſſancti, pro fluxu car
naliũ concupiſcentiarum, pro populis. Ideo iſtud
diuerſe poteſt intelligi, Et erit CHRISTVS
tanq̃ lignum .i. talis erit, tã benignus, tã efficax,
vt decet eſſe iſtud lignum, quod plãtatum eſt ſe
cus decurſus aquarum, id eſt, ille homo, qui con
ceptus eſt in beata MARIA non ſecundum
carnalem concupiſcentiam, ſed ſecus decurſus
aquarum, id eſt, ſecundum abundantiam dono
Luc. 1. rum ſpiritusſancti. vt illud, Spiritusſanctus ſu-
perueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. Spiritusſanctus veniens in beatam MARI
AM, ab omni æſtu illicitarum concupiſcentia-
rum eam protexit, & totũ eius amorem in deũ
direxit. Et qui ex tali operatione tam purus na
tus fuit, nihil illicitum perpetrare potuit. Bene,
decurſus: quia ſpũſſctũs ſuperuenit, & quia eius
operatiõi nihil obſtare põt, oẽs illicitas cogitati
ones a B. Maria remouit. Quod lignũ .i. Chrs *fru
ctum ſuum* .i. fideles ſuos, eccleſiã ſuã, *dabit in tem-
pore ſuo*. Omne tempus ſuum eſt, ſed illud maxi
me viſum eſt ſuum, in quo magis notus & cla-
rificatus eſt, ſcilicet cum eſſet triginta annorum,
& docere cœpit, & poſt aduentum ſanctiſpiri-
tus, cum in omnem terram exiuit ſonus apoſto
lorum. Vnde dicitur: Nondũ erat IESVS cla
Iohã. 7. rificatus, quia ſpiritusſanctus nondum erat da-
tus. Vel tempore ſuo, id eſt, in cõſummatiõe ſe-
culi, cum tradiderit regnũ deo & patri, quãdo
nouiſſima deſtruetur mors. vel, erit tanq̃ lignũ,
1. Cor. 15. id eſt, ſicut ille homo, qui venit in hunc mundũ,
nõ in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis pec
cati, quia ſine peccato cõceptus eſt & natus: ſed
Ro. 8. tamen ſimilis in pœna peccati, quia mortalis, quia
paſſibilis. Vel, *ſecus decurſus aquarum*, id eſt, iu
xta naturam populorum, in qua aliis decedẽn-
tibus, ſuperueniunt alij. Spiritusſanctus aqua di
citur: quia ſicut aqua abluit exteriores ſordes, ita
ſpiritusſancti gratia interiores. Et non mirum ſi
fructũ ſuũ dabit, quia *folium eius non decidet*. i.
verba eius nõ erunt inefficacia. Etſi in quibuſdã
nõ operentur, tñ hoc verum eſt q nõ ſunt inefficа
cia: quia talib⁹ nõ ſunt verba, q aure cordis ea nõ
percipiunt. Ideo verba dei folijs comparãtur, quia
ſicut folia arbores, ita doctrina CHRISTVM
ornat. & vt fructus latet in folijs, ita & beatitu-
do fidelium tegitur in doctrina CHRISTI.
Et *omnia quecunque faciet, proſperabuntur*. ſiue in
ſe, ſiue in ſuis. in ſe, ſiue in dictis, ſiue in factis: in
ſuis, ſiue ſint pſpera, ſiue aduerſa. In hoc eſt dei
prouidentia mirabilis, quia etiã malis ſuorũ vti
tur ad bonũ. Quoſdã enim permittit cadere, vt
fortiores ſurgãt, vt Petrũ in negatione, & Tho
mã in dubitatione. vel etiã ad ſuã & aliorum vti-
litatem, vt Petrus, qui in ſuo caſu didicit, quãta
mãſuetudine ſubditorum vita ſit corrigenda. *Non
ſic impij*, ſ. vt illa oĩa cooperentur in bonum, cũ
etiã illa q̃ eis videntur bona, cooperãtur in ma-
lum. vt illud, Proſperitas ſtultorum perdet illos. Pro. 1.
Impios vocat, deum ignorãtes, vt iudæi, genti-
les & hæretici, qui erũt cõparabiles pulueri nõ
ſolidato ab imbre, *quem ventus* prohibet *à facie*
.i. deſuper faciem *terre*: quia carentes humore
verbi dei, propter impietatẽ ſuã a vento .i. à diabo
lo vel prima ſuggeſtiõe, repellent a cognitione
dei, qui eſt terra viuentiũ .i. à facie. Facies pro co-
gnitione accipitur, quia ſecundũ faciem de qua-
libet re cognitionẽ habere ſolemus. *Ideo nõ reſur
gũt impij* .i. idololatræ. *in iudicio* .i. vt iudicent vel
iudicent, quia iã dãnati ſunt. Reſurgentiũ alij re
ſurgũt ad iudiciũ, alij non ad iudiciũ reſurgunt.
Qui reſurgunt ad iudiciũ, aut iudicabunt ad ſa-
lutem, iã purgati in purgatorijs: aut ad dãnatio-
onẽ, vt illi quorum perditio nõ eſt in hac vita mani-
feſta. Reſurgentiũ nõ in iudiciũ, alij nõ iudicabũ
tur, quia iudicabũt alios, vt ſancti apoſtoli & alij
perfecti in eccleſia, alij nõ iudicabunt, quia iã euiden
ter dãnati ſunt, nõ ſolum apud deũ, ſed apud ec
cleſiã, vt gentiles, iudæi & hæretici, & illi qui in
criminalibus peccatis pñſentem vitã ſine cõfeſſi
one & digna pœnitẽtia finiũt, licet ignorent ab ec
cleſia. *neq; peccatores* ſ. reſurgũt præuaricatores le- Septuagin
gis iudæi & falſi Chñiani, ad hoc vt ſint *in cõſilio* ta legunt
iuſtorũ, quia hic noluerunt eſſe in cõſilio iuſtorum. conſiliũ.
Hoc ideo dicit, ne de ſacramentis præſumerent, ſ. Hebræi
vt iudicent vel iudicentur in bonũ, ſicut nec im concilũ.
pij. nã ſoli pij reſurgẽt in iudicio, vel vt iudicẽt,
vel vt iudicent in bonũ. & hoc ideo, quia *nouit
dominus viã iuſtorũ* .i. probauit & dilexit viã .i. vitã
bonã. Impij & pctõres ideo nõ reſurgẽt eo mo-
do, quoniam *iter impiorũ* .i. vita quã ipſimet ſibi elege-
rũt, *peribit* a dignatione dei. Aliter, Impij tanq̃ pul
uis diſſipabũtur, quia circũferentur idololatræ Ephe. 4.
omni vento doctrinæ, vel afflatu ſuperbiæ. vt Iſa. 14.
ille qui dixit, Ponã ſedẽ meã ad aquilonem, &
ſimilis ero altiſſimo. A facie terræ, a viſione dei,
qui eſt terra viuentiũ. vt illud, Tollatur impius Iſa. 26.
ne videat faciem dei. Ideo fiet, quia impij .i. ido-
lolatræ nõ reſurgũt a caſu primi parentis & pro
prio. in iudicio, ſ. vt ĩ hac vita iuſto iudicio per
pendant, q̃ iuſtũ ſit vt minor ſeruiat maiori, ſer
uus dño, creatura creatori, & ab eo recedere, ſi
ne q̃ eſſe non poteſt, & creaturã venerari. Neq;
pctõres .i. trãſgreſſores legis, reſurgent in conſi-
lio iuſtorum. Conſiliũ iuſtorum eſt, vt q̃ dei ſunt, quæ
rant, non q̃ ſua: vt non ſibi, ſed deo placeant. &
propterea iter impiorum peribit .i. vita & labor eo
rum ſine mercede erit. Qui enim non habuit par Apo. 20.
tem in reſurrectiõne prima, nõ habebit partem
in reſurrectiõe ſecũda. Quod iter impiorum peribit,
oſtẽdit a cõtrario: quoniam nouit dñs nõ ſolũ cogniti
one, ſed etiã dignatiõe viã iuſtorum, vitã & actũ.

Pſalmus Dauid. II.

QVare fremuerũt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Dirumpamus uincula eorũ,& proijciamus à nobis iugum ipſorum. Qui habitat in cælis, irridebit eos: & dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Ego autem cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicãs præceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos. Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de uia iuſta. Cum exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

QVare *fremuerunt gentes?* Quidam à Beatus
vir, vſq; Beati omnes qui confidũt in eo,
vnum pſalmum dicunt eſſe. Hieronymus hanc
rationem dat ꝙ ſit vnus, quia à beatitudine in-
cipit, & in beatitudine deſinit. & beatus Paulus
Act. 13. vnum oſtendit in Actibus apoſtolorũ. Qui au-
tem diuerſum pſalmum habent, à ſuperiori mo
do intitulãt, Pſalmus Dauid. Pſalmus, id ẽ, ope-
ratio. Hac ratione per pſalmum accipitur ope-
ratio: quia pſalterium, vt ſonum reddat, manu
tangitur. Per manum, accipimus operationem.
Dauid interpretatur, manu fortis vel viſu deſi-
derabilis. in quo ſignificatur Chriſtus, qui ẽ ma
nu fortis, quia vicit diabolum & ſpolia eius diſ-
Eph. 4. tribuit. Quoſdam enim dedit apoſtolos, quoſ-
dam prophetas, alios doctores. Viſu deſidera-
bilis eſt: quia non ſolum homines, ſed & angeli
deſiderãt eum videre. Ipſe enim eſt cibus ange-
1. Pet. 1. lorum & hominum. vt enim panem angelorũ
mãducaret homo, rex angelorum factus eſt ho
mo. Dicamus ergo ita: Operatio q̃ in hoc Pſal-
mo intelligiť, eſt Chriſti. & hęc eſt intẽtio, oſten
dere ut quicũq; uelint regnare cum Chriſto, ei-
Ro. 5. us perſecutiones non recuſent: quia ſi compati-
2. Ti. 2. mur, & conregnabimus. Siue vnus pſalmus ſit
cum ſuperiori, ſiue ab eo diuerſus, in uoce Chri
ſti legitur, & cõtinuatur cum ſuperiori, ita: Ego
1. Ti. 1. in hunc mundum veni peccatores ſaluos face-
1. Pe. 2. re, nec malũ feci, nec malũ docui. & ideo, Qua-
re fremuerunt gentes? id eſt, ad quam utilitatem
ſuam? certe nullam, imo ad ſuam dãnationem,
& ad meam gloriam. Gentes. i. gentiles, Pilatus
& Herodes. fremuerũt, id eſt, ſine ratione ut le-
ones in me fremitum dederunt. Per gentes acci
piuntur pagani, qui geniti ſunt, non regenerati.
Et *populi*. i. Iudæi, q̃re *meditati ſunt inania?* id eſt,
inefficacia, à veritate vacua. Collegerunt enim
Ioh. 11. cõcilium, dicentes: Si dimittimus eum ſic, om̃es
credent in eum. Ab illo ergo die cogitauerũt in
terficere eum. Inania hæc fuerũt, quia illa mors
Chriſti exaltatio fuit. Et iam totus mũdus poſt
eum abijt. *Aſtiterũt reges terræ.* Duobus modis
poteſt legi iſtud. Quaſi dicat, nõ ſolũ gentes, ſci
licet minores milites Romani, ſed etiã reges ma
iores aſtiterunt illis. i. adiuuerũt illas aduerſum
me. Reges terrę, id eſt, terreni, terrena amantes,
& cæleſtia contemnentes. Et non ſolum popu-
li iudæorum, id eſt, minores, ſed & principes ſe
culi, Annas & Caiphas. Et illi et iſti *conuenerunt*
in unum, ſ. conſilium, ſcilicet *aduerſus dominum* il-
lum, qui eſt dominus dominorũ. i. aduerſus pa-
trem. Ideo aduerſus patrem, q̃a *et aduerſus Chri*
ſtum eius. i. uoluntatem eius, quia uerbum patris
eſt eius uoluntas. Aliter, aſtiterunt reges terræ.
Non ſolum fremuerunt uoce, ſed aſtiterunt, id
eſt, appropiauerunt operatione. Ille appropin-
quat ad nocendũ, qui laborat ut perficiat. & po
puli iudęorum non ſolum meditati ſunt inania,
ſed etiam omnes in unam ſententiam conuene-
runt aduerſus dominum eorũ autorem, & ad-
uerſus Chriſtũ eius, mediatorem dei & homi-
num, dicentes: *Dirumpamus uincula eorum*, id eſt,
Chriſti & Chriſtianorum. Vincula, id eſt, ratio
nes & doctrinas, quibus nos attrahere uolunt
ſub iugum fidei. *Et proijciamus à nobis iugum ipſo*
rum, id eſt, fidem. vel iugũ, id eſt, legem, qua nos
coercere volunt à iucunda conſuetudine, Non Exo. 20.
mœchaberis, Nõ furtũ facies. Per vincula, blan Matt. 19.
dam doctrinam qua ad fidem alliciũt, intellige.
Per iugum, duram legem quæ poſt fidem Chri
ſtianis imponiť. Ipſi cogitauerunt vincula Chri
ſti diſrumpere, & iugum eius à ſe proijcere. ſed
fruſtra, quia ille *qui habitat in cælis*, id eſt, in prędi
catoribus ſuis, ſcilicet ſpũſſanctus, *irridebit eos*.
Cæli dicuntur ſancti prædicatores, quia cõplu-
unt ꝟbis, coruſcãt miraculis, intonant minis. Ir
ridebit eos. Diuina ſcriptura ſępe deo attribuit,
quod in alijs operatur. Sic, irridebit eos, id eſt,
oſtendet dignos riſu, cum non poterunt effice-
re quod voluerunt. vt illud, Omnes incipient il Luc. 14.
ludere ei, dicẽtes: Hic homo cœpit ædificare, &
non potuit cõſummare. Et nõ ſolum irridebit,
ſed & q̃d grauius eſt, *ſubſannabit*. cũ non ſolum
oſtendet prauæ uolũtatis inefficaces, ſed etiam
poſt ſe abire faciet: vt qui prius fuit perſecutor
Chriſti, poſtea fiat prędicator Chriſti. Irriſio fit
ore. ſubſannatio, in rugas naſo cõtracto. Vel ir
ridebit eos, hic dando in reprobum ſenſum, id

eſt, in tenebras interiores. Et poſt ſubſannabis
eos, mittēdo in tenebras exteriores. Aliter: Diſ
rūpamus uincula eorū. In perſona Chriſti. Qua
ſi dicat: Ipſi conuenerūt aduerſus dominum, &
aduerſus me Chriſtū eius. Sed nos o prædica-
tores mei, diſrumpamus uincula eorum, iudæo
rum uel gentilium, ſcilicet eorū blanditias, qui-
bus nos retrahere uolunt à prædicatione fidei.
& proijciamus a nobis iugum ipſorū, id eſt, mi
nas eorum contemnamus. Et bene poſſumus:
quia ille qui habitat in nobis cælis prædicatori
bus ſuis, irridebit eos. Iſtud non mutatur. *Tunc*
loquetur ad eos in ira ſua. Tunc, id eſt, poſtquā ir-
ridebit et ſubſannabit, quoſdam conuertendo,
ad incredulos loquetur in ira ſua, q prius in mi-
Pſal. 33. ſericordia locutus eſt: Venite filij, audite me, ti-
morem domini docebo uos. Ponet incredulos
Mat. 25. a ſiniſtris, et dicet eis: Eſuriui, et non dediſtis mi
hi manducare. etc. Hæc dicet tunc in ira ſua, id
eſt, iuſta uindicta. Et poſt hæc *in furore ſuo cōtur*
Ibidē. *babit eos*, dicēs: Diſcedite a me maledicti in ignē
æternum. Nec ira, nec furor, nec aliqua mentis
commotio cadit in deum, ſed ex effectu ipſo
hæc uidentur. Ego *autem cōſtitutus ſum rex ab eo.*
Illi conuenerunt aduerſus dominum, & aduer
Iere. 11. ſus me Chriſtum eius, dicentes: Eradamus eum
de terra. Sed fruſtra. Ego autem per illam paſſi-
onem & mortem conſtitutus ſum rex, & nō ſu
per paleam, tamē ſuper grana, id eſt, *ſuper Sion.*
Sion interpretatur ſpecula. & ſignificat illos, q̄-
Phil. 3. rum conuerſatio in cælis eſt: qui ea quæ retro
ſunt obliuiſcentes, in anteriora ſe extendūt. Ta
les etiam montes dicuntur, propter eminenti-
am uirtutum & ſtabilitatem fidei. *montem ſan-*
ctum eius, id eſt, quem ipſe ſanctum fecit. Ad hoc
additum eſt, ſanctum, ne intelligeretur mons il
le Sion. Et quia etiam locus ille ſanctus diceba
tur, quia erat iuxta Hieroſolymam, ideo addi-
dit: *prædicans præceptum eius.* Ad hoc prædicās,
ut dentur mihi gentes in hæreditatem, & termi
ni terrę in poſſeſſionem. Duobus modis legitur
iſtud. Ad hoc ego prædico, ut dentur mihi gen
tes in hæreditatem. & quia hoc a quibuſdā ua-
rie poſſet accipi, determinat. & termini terræ. i.
omnes gentes. Aliter, vt dentur mihi gentes in
hæreditatem. Hæreditas ad hoc colitur, ut pa-
ſcat. ita & Chriſtus ad hoc p̄dicat eccleſiæ ſuæ,
Iob. 4. vt eam reficiat. vt illud, Meus cibus eſt, vt faciā
uoluntatem patris mei. Eccleſia eſt hæreditas
Chriſti, quæ eum paſcit. & Chriſtus ſimiliter hę
reditas eccleſiæ eſt, eam reficiens. Et non ſolum
gentes, ſ. minores, ſed ut termini terræ, id eſt, illi
qui ab amore terrenorum ſe iam contraxerūt,
id eſt, perfecti uiri, dentur mihi in poſſeſſionem.
Poſſeſſio ſolet dici illa, quæ in domo eſt. & illa
ꝓpinquior eſt & magis chara. ita & illi ſunt cha
riores deo, qui iam ſeculo abrenunciauerūt. Re
uera dabo tibi, quia *dominus*. i. deus pater. *dixit*
ad me, id eſt, mecum diſpoſuit iſtud. *Poſtula à me*,
id eſt, talem te fac vt poſtulare poſſis. id eſt, aſſu
me inferiora, vt minor fias. quia poſtulare non
dicitur, niſi minor a maiore. Niſi enim homo fi
eret, pro nobis poſtulare nō poſſet. *Et dabo tibi*
gētes in hæreditatem, & poſſeßionem tuam terminos
terræ. Hoc expoſitum eſt. Et merito eas tibi da
bo in hæreditatē, quia *tu es filius meus*, id eſt, uo-
luntas mea. nā *ego genui te*, id eſt, de eſſentia mea
procedere feci. & hoc non temporarie, ſed *ho-*
die. i. æternaliter. Semꝑ filius procedit a patre,
nunquam tamen deſerit patrem: quia eius uolū
tas nunquam ab eo diſſentit, vt noſtra. Hoc nō
eſt dictum ad humanitatem filij, ſed ad diuinita
tem. Aliter, non ſolum ſuper Sion conſtitutus
ſum rex, id eſt, ſuꝑ iudæos, ſed etiam ſuper gen
tes. Quod probat nō qualicunq; autoritate, ſed
maxima, ſcilicet autoritate dei patris. Filius me
us es tu, non gratia uel adoptione tātum, ſed na
tura. Merito dabūtur tibi gentes: ideo, quia ad
hoc tu es idoneus. Tu *reges eos in uirga ferrea*, id
eſt, inflexibili iuſtitia, nō in humana iuſtitia, q̄ fa
cile mutatur: quia quod ſemel eſt iuſtum apud
eum, nūquam erit iniuſtum: vel quod iniuſtū,
nunquam erit iuſtum. *Tanquam uas figuli cōfrin*
ges eos. hoc modo reges eos, eos inquā, forma-
tos a primo parente uaſa lutea nō in honorem,
ſed in cōtumeliam. Cōfringes, auferendo ab eis
q̄d luteū eſt, ut reformetur in melius. Aliter: Re
ges eos in uirga ferrea, ſcilicet tibi obediētes. in-
obedientes uero confringes, tanquam uas figu-
li, ſcilicet facile, qa tales contra te fragiles ſunt.
Et nunc reges intelligite. Et quia conſtitutus ſum
rex ueſter, & uos eſtis hæreditas mea. & ꝑ hoc
facti reges, q prius fuiſtis ſerui peccati. Ideo re-
ges, quia ualetis regere quod in uobis luteū eſt,
ratione & imperio animi. nunc cōfringamini vt
vas figuli. Intelligite, id eſt, rationabiliter agite,
ne vos in ſuperbiam erigat ꝙ reges vocaui, qa
ſuperbia etiam in bene factis cauenda eſt. *Erudi*
mini a me, qui cum in forma dei eſſem, non rapi-
nam arbitratus ſum, eſſe æqualem deo, ſed hu-
miliaui me potius, factus obediens patri uſque Phil. 2.
ad mortem: quia ſub illo humiliari, regnare eſt.
Si compatimini, & conregnabitis. *Qui iudicatis*
terram, id eſt, qui iam per gratiam reges facti, iu 2. Ti. 2.
dicatis. i. damnatis quod in uobis terrenum eſt,
ſcilicet uitia carnis ueſtræ. Vel per reges, inferi-
ores in eccleſia: per illos qui iudicant terrā, præ
latos accipimus. Exequitur quod dixit, intelli-
gite. *Seruite domino in timore.* Hoc eſt intelligere,
ſ. intelligenter agere, perpendere iuſto iudicio q̄
dignum ſit vt creatura ſeruiat creatori ſuo. ſer
uus domino. In timore, animi ſ. timete, ne anim⁹
ueſter ſe erigat, quod iuſtificati eſtis, quod re-
ges eſtis. ſeruite potius illi, cui ſeruire, regnare
eſt. Et ne ſeruitiū uos humiliet & contriſtet, ex-
ultate, quia hoc modo regnatis. *Exultate ei*, id ē,
in gaudio et ſeruite, non gaudio carnali in gula
& ebrietate, ſed *cum tremore* in afflictione car-
nis, quia hoc eſt gaudiū mentis. Tremor, corpo
ris eſt: timor, animi. *Apprehēdite diſciplinā.* Exe-

quitur quod dixit, Erudimini. Apprehendite
id eſt,magno deſiderio capite & amate diſcipli
nam.i.flagella mea.id eſt, qui uult ſequi CHRI-
1. Ioh.2. STVM,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe am-
2.Ti.2. bulare. Non coronatur, niſi qui legitime certa-
Heb.12. uerit.Ideo diſciplinam patris amate,quia quem
pater diligit,corripit.ideo apprehendite, *ne ira*
ſcatur dominus,quoniam ſ eius diſciplinam non
apprehenderitis.Ira,ut dictũ eſt,non cadit in de
um. Vnde illud prophetæ: Tu aũt domine Sa-
Sap.12. baoth omnia cum tranquillitate iudicas.Iraſca
Iere.11. tur,id eſt,uideatur iratus, cum uos iuſte damna
bit. *Et pereatis de uia iuſta*, à doctrina iuſtorum,
qua omnes iuſtificabuntur,dati in tenebras inte
riores,id eſt,in reprobũ ſenſum. Aliter,ne pere
atis de uia iuſta:hoc eſt,ne cadatis à Chriſto,q
eſt uia quæ ducit ad uitam,dum non uultis eius Iohã. 14.
diſciplinã pati. Quaſi dicat:Quid nobis nocet
de uia illa pire? Multũ.tandẽ uenietis ad æternã
miſeriam.Quod oſtendit per contrarium,quia
beati omnes erunt *qui confidunt in eo*. Et hoc erit
tunc,*cum ira eius* quæ modo in uobis ardet,dan
do in tenebras interiores:exardeſcet,id eſt,ual
de ardebit,mittendo in tenebras exteriores.

¶Pſalmus Dauid cum fugeret à facie Abſalom filij ſui. III.

DOmine,quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ,non eſt ſalus ipſi in deo eius. Tu autem domine ſuſceptor meus es,gloria mea,& exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui,& exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Ego dormiui,& ſoporatus ſum,& exurrexi: quia dominus ſuſcepit me. Nõ timebo millia populi circundantis me:exurge domine,ſaluum me fac deus meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum cõtriuiſti. Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.

Titulus. PSALMVS Dauid cum fugeret à facie
Abſalom filij ſui Legitur in hiſtoria,quod Ab
2.Re.15. ſalom perſecutus ſit Dauid patrem ſuũ, uolens
ei auferre regnum ſuum. & abſtulit partem,ſci
Iohã.18. licet Iſraeliticam tribum. & Iudas cum parte Iu
dæorum perſecutus eſt Chriſtum, de qua perſe
cutione ad Chriſtum ait hic pſalmus: Domine,
quid multiplicati ſunt. Vnde hic titulus conue
niẽter huic pſalmo ab Ezra eſt appoſitus. quia
quod ibi hiſtorialiter factum eſt in Dauid car-
nali, factum eſt & hic in ſpiritali Dauid,id eſt,
CHRISTO figuraliter. Abſalom interpreta
tur patris pax, nõ quod Abſalom pacem in pa
trem haberet,cũ aſſidue eũ perſequeretur : ſed
quia pater in eum pacem habebat,quantum ad
ſe.Quoties eñ ſui dirigebant aciem contra eũ,
rogabat ut uiderent ne Abſalom periret.mor
tuum quoque diu fleuit fletu magno. Ita & in
Iuda Chriſtus pacem habuit : qa in nocte illa q̃
eum tradebat,à cœna eũ non repulit,ſacramen
tum corporis & ſanguinis ſui cum cæteris diſci
Mat. 26. pulis ei tradidit,oſculũ ei nõ negauit. filius fuit,
quia vnus diſcipulorum, de quibus dominus:
Mat.9. Non poſſunt filij ſponſi lugere quãdiu cum il-
lis ſpõſus eſt. Pſalmus Dauid,id eſt,operatio q̃
in hoc pſalmo intelligitur, eſt Dauid ſpũalis,id
eſt,Chriſti,pręfigurata in hiſtoriali Dauid,cum
fugeret à facie Abſalom filij ſui.Fugit ille Ab-
ſalom,& Chriſtus fugit Iudam : quia ſurgens à
Mat. 26. cœna,receſſit ab eo in montem oliueti, vt ora-
Iohã.14. ret. ille autem iuit ad iudęos, vt eum traderet.
Vel receſſit a corde ei⁹,ut diabolus intraret: qa
non erat digna habitatio dei,cum fur eſſet,& lo
Ioh.12. culos habens,ea quæ mittebantur portabat. Et
eſt intentio capitis in hoc pſalmo,exemplo ſuo
hortari membra ſua,in multis & magnis tribu
lationibus nõ deficere, etiam ſi ab his qui intus
ſunt, perſecutionem patiãtur, ſi ad eandem glo
riam peruenire uolunt, ad quam & ipſe perue-
nit.Et in hoc differt hæc intentio a ſupiori, quia
ille pſalmus egit de perſecutione quæ fit ab his
qui foris ſunt:hic autem de illa, quę fit etiam ab
illis qui intus ſunt,id ẽ,a falſis fratribus. & hor
tatur nos ſuo exẽplo,in tribulationibus ad quẽ
ſit confugiendum. Vox capitis:
D*Omine,quid multiplicati ſunt qui tribulãt me?* Initium
Quid,id eſt,inquantum, vt etiam de nu- pſalmi.
mero diſcipulorum augeretur numerus perſe-
quentium. Vel quid,id eſt,ad quid? ad ſuã con-
fuſionem, & ad meam clarificationem. Hoc ad
exhortationem & conſolationem ſuorum. Re
uera tribulant,id eſt, affligunt me in carne,quia
multi inſurgunt.i.intente ſurgunt *aduerſum me*,id
eſt,non vt ſequantur,ſed vt perſequantur. Ve-
re aduerſum me, quia *multi dicunt animæ meæ*, id
eſt,uitæ meæ, vel non ſolũ corpori, ſed etiã ani
mæ. *non eſt ſalus ipſi in deo eius*,nedum reſurre-
ctio.nec etiã aliq̃ ſalus in deo eius,ſ.cuius filium
ſe facit.Quaſi dicat,Deus dereliquit eum. quia
hoc putabant.ideo perſequebantur. Si eum co
gnouiſſent,nunquam dominum gloriæ crucifi 1.Cor.2.
xiſſent. Sed mentiuntur, *Tu autem domine ſuſce*
ptor meus es,id eſt, defenſor meus. Suſceptor di
citur, qui cauſam alterius ſuſcipit ad defenden
dum. Suſceptus,q ſuſcipitur. vel ſuſceptor hu
manitatis meæ. Hic uidetur quod i hoc pſalmo
humanitas Chriſti loquitur ad diuinitatem. *Glo*
ria mea,id eſt,gloriatio humanitatis meæ. Quia
ego inquantum homo,ignominia mea. vel glo
ria mea,in quo eſt ſolum gloriãdum. Qui enim Ierr.9.
gloriatur, in domino glorieť. Ideo gloria mea, 1.Cor.1.
quia *exaltans caput meum*, id eſt, mentem meam,

quæ carnalitatis caput eſt, erigens, ne deficiat in tribulationibus. Et merito me exaltas: quia ſic oraui, vt exaudiri dignus eſſem. Ego *clamaui*, id eſt, irremiſſe bona opatus ſum. *uoce mea*, id eſt, cordi conſona, quia ex magno deſiderio operatus ſum bona. *ad dominum*, ſ. nullũ aliud poſtulans pręmium: quia ſi quis bene operatur, & aliud petit q̃ dominũ, non exaudietur a domino. Amen dico vobis, receperũt mercedem ſuam.
Mat. 6. Et quia tam idonee clamaui, *exaudiuit me de monte ſancto ſuo*, id eſt, de me qui mons ſum propter eminentiam virtutum & ſtabilitatem fidei: *ſancto*, id eſt, ſanguine vncto. Soli martyres ꝓprie ſancti dicunt, alij beati vel iuſti. Vel ſancto ſuo, id eſt, quem ſanguine martyrij ſui conſecrauit. Vel de mõte ſancto ſuo, id eſt, de iuſtitia quam
Psal. 35. mihi dedit præcipuam. qui eſt mons. Iuſtitia tua ſicut montes dei. Vera innocẽtia, ſumma eſt iuſtitia. Illa eſt natura innocentia, quę nec nocet ſibi, nec alij. & hæc fuit in Chriſto. Hæc etiam fuit cauſa quare exaudiretur. Vere exaudiuit. Ne
Ioh. 10. mo enim tollet animam meã a me. Porius ego *dormiui* ſponte patiendo. Dormitio eſt em̃ trãſitus de uigilatione ad ſomnum, ſicut expergefactio tranſitus ad uigilationem. *& ſoporatus ſum*, id eſt, ſpõte mea mortuus ſum. *& exurrexi* cum volui. Et ſicut ego oraui, ita & vos orate fideles mei, vt exaudiamini. Dicũt quidam, ſi Chriſtus volũtarie mortuus eſt, quid ergo peccauerunt occidentes eum? Sed conſiderandũ eſt, nõ quod fiat ſolum, ſed quomodo fiat. Om̃e enim peccatum quodammodo bonum eſt, quodam autem modo malum. Bonum eſt, quantũ ad iuſtitiã dei, in cuius diſpoſitiſſima domo nihil fit iniuſte. Malum autem, quãtum ad uoluntatem eius facientis. Qui enim peccat, ex culpa præcedente hanc pœnam habet: quę pœna ex iuſtitia dei eſt etiam in primo peccato. hoc proceſſit ex libertate arbitrij. Ideo exurrexi, qa *dominus ſuſcepit me*. Ille me ſuſcepit de ſepulchro, q̃ me ſuſcepit in uirginis utero. Vel ſuſcepit me, qa ego ſuſceptus eius ſum. & qa dominus ſuſcepit me, *Non timebo millia populi circumdantis me* caput & membra. Bene, circũdantis: quia pauci ſunt veri Chriſtiani ad numerum infideliũ. & quia ego caput non timeo, *exurge domine*, id eſt, perfice q̃ cœpiſti. fac meos prędicatores exurgere a timore mentis, ut cum fiducia prædicẽt. & ſic *ſaluum me fac* in futuro, id eſt, meos. & debes, quia tu es *deus meus*. Quiſq; facit ſibi deum, quem maxime diligit: libidinoſus Venerem, uinoſus Bacchũ, Epicurus uentrem. Ego uero & mei, te ſolum & diligũt, & habent deum. Vel exurge domine, id eſt, notitiam tuam da diligentibus, qui quanto plures conuertentur, tanto minus mei prædicatores timebunt. Quotidie Chriſtus exurgit, cum eius reſurrectio neſciẽtibus manifeſtatur. *Quoniam tu percußiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa*. Ideo non timebo millia populi circũdantis me, quoniam tu percuties eos. tandem ſeparabis eos ab eccleſia tua, vt paleã a granis in iudicio. Et hoc vnde ſcio? Quoniã iam percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa. Ideo ꝙ ſine cauſa mihi aduerſant, hoc indicat illos a te percuſſos, id eſt, datos in reprobum ſenſum. *Dentes peccatorum*, id eſt, maledica ꝟba quibus nos lacerant, *contriuiſti*. i. ad nihilum redegiſti. Nõ eſt ſalus illi in deo eius. Iam ad nihilũ redacti ſunt. Vel dentes, id eſt, autores perditiõis eorum, qui eos quaſi deuorant, dum ſibi incorporant, & faciunt eſſe quod ſunt, vt dictũ eſt Petro, ſ. in bonum: Macta & manduca. *Domini eſt ſalus*. Bene Act. 10.
dixi, ſaluum me fac. nam domini eſt ſalus, non mea. *&* quia tua eſt o domine, *ſuper populum tuum benedictio tua*. Benedictio, id eſt, multiplicatio uirtutum et bonorum operum ſuper populum tuum. vt illud, Benedicat nos deus deus noſter, id eſt, multiplicet. Psal. 66.

In finem in carminibus Pſalmus Dauid. IIII.

CVM inuocarem, exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi. Miſerere mei, *&* exaudi orationem meam. Filij hominũ, uſq; quo graui corde? ut quid diligitis uanitatem, *&* quæritis mendacium? Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum, dominus exaudiet me cum clamauero ad eũ. Iraſcimini, & nolite peccare quæ dicitis in cordibus ueſtris, & in cubilibus ueſtris compungimini. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in domino, multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, dediſti lætitiam in corde meo. A' fructu frumenti, uini & olei ſui, multiplicati ſunt. In pace in idipſum dormiã & requieſcã. Quoniam tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

In finem pſalmus Dauid, canticum uel in carminibus. Per canticum accipimus gaudium. In titulis pſalmorum ſæpe inuenitur canticũ pſalmo appoſitum, vel in carminibus. Ideo quæſitum eſt, an omnis pſalmus eſſet canticum: vel econuerſo: an quidam pſalmi eſſent canticum, vel ecõuerſo. Sed inuentũ eſt, quod in quibuſdã pſalmis præcedit pſalmus, & ſequitur cãticum: in quibuſdam præcedit canticum, & ſequitur pſalmus. Significat ꝙ priores eius partes conſolentur nos ad laborem, poſteriores eius partes conſolentur nos per gaudium. priores inuitant ad gloriam, poſteriores hortantur nos ad laborem. In quo aũt pſalmo præcedit in titulo pſal-

mus, & ſequitur cãticũ,priores eius partes hor
tantur nos ad laborem, poſteriores inuitant ad
gloriam. Sicut & in hoc pſalmo, Cum inuoca-
rem. In finem pſalmus Dauid,id eſt,bona opera
tio,quę intelligitur in hoc pſalmo,eſt Dauid. &
quia eſt Dauid carnalis,eſt & ſpiritalis,ideo de
terminat in finem:id eſt,hæc operatio ſic intelli-
genda eſt eſſe Dauid,vt illum intelligamus,qui
eſt finis.idq; duobus modis:vel quia eſt conſum
matio,non conſumptio,legis & prophetarum:
vel quia eſt omnium bonorum perfectio, quia
om̃ia bona imperfecta vſq; ad eum qui eſt ſum
mum bonum.Omne enim imminutũ perfici ha
bet. Et eſt cãticum,id eſt,oſtendit nobis poſt bo
nam operationem, gaudium & præmium labo
ris. Et hic bona operatio, & præmium operatio
nis oſtenditur nobis exemplo capitis. Ipſe titu-
lus oſtẽdit intentionem. Vox capitis: Vos fide-
les mei, qui per multas tribulatiões ad regnum
tenditis, ſi peruenire vultis, inuocate deũ,id eſt,
intus vocate in corde,non ſolũ in voce. vel vo
cate deum in vos, vt nihil petatis in præmium
laboris veſtri, niſi ipſum. & exaudiet vos,quia
me caput hoc modo exaudiuit. Et hoc eſt quod
dicit:

C*Vm inuocarem,exaudiuit me deus*. Deus dico
iuſtitiæ meæ,id eſt,qui me docuit quomodo
Phil. 2. iuſte peterem, quia ipſe dat & velle & poſſe,p
bona voluntate. Vel ideo deum vocaui,& non
alium,quia ab eo eſt omnis iuſtitia,non in diui-
tijs vel alijs huiuſmodi. Sed quia dulcius & fa-
miliarius videtur loq cũ deo, q̃ de deo:ideo cõ-
uertit ſermonẽ ad ipſum , poſtq; fidelibus ſuis
ad exhortationẽ de deo locutus eſt. Vere exau
diſti me,& in me,& in meis. quia *in tribulatione
dilataſti mihi*,id eſt,dilatatũ cor dediſti mihi, nõ
ſtrictum, vt nõ ſolum diligerem amicos,ſed eti
Matt. 7. am inimicos. Arcta eſt em̃ via quæ ducit ad vi
tam. & tamen non curritur,niſi dilatato corde.
Hoc caput de ſe,ſic autem de membris ſuis: Di-
lataſti mihi,id eſt, meis in tribulatione,ſ. vt ipſa
tribulatio non videretur eis anguſta. ſed dilata
Ro. 2. ſti gaudium, quia tribulatio & anguſtia in oẽm
animam hominis operãtis malum. Vnde Apo
ſtolus, Nõ ſolum autem, ſed & gloriamur in tri
Ro. 5. bulationibus,ſcientes quia tribulatio patiẽtiam
operatur,patientia probationem, probatio ve
ro ſpem, ſpes autem non confundit. quia chari-
tas dei diffuſa eſt in cordibus per ſpiritum ſan-
ctũ qui datus eſt nobis. *Miſerere mei*. Hic patet q
Chriſtus non de ſe tantum loquitur in hoc pſal
mo. Miſerere mei,id eſt,perfice q̃d cœpiſti. Cla-
rifica me in re, & quoſdam in meis ſpe, ſ. perfe-
ctos. Miſerere his qui adhuc infirmi ſunt, vt il-
los dilates & perficias. *& exaudi orationem meã*.
Exaudi,id eſt,imple orationem meam, quæ eſt
pro augmento virtutum,ſ. vt creſcant in virtu
tibus. Oramus vt veniãt bona, deprecamur vt
auertantur mala. Aliter:Exaudiuit me deus iu-
ſtitiæ meæ, Hoc modo exaudiuit,dando iuſtiti
am quam petebã. Reuera o deus dediſti mihi iu
ſtitiam,quia in tribulatione dilataſti mihi. & q̃a
exaudiſti me iuſtificando, miſerum conſeruan-
do,ſ. vt nihil orem niſi quod dignum ſit,quem-
admodum Paulus qui orauit quod non debu-
it. propter quod dictum eſt ei: Sufficit tibi gra- 2. Cor. 12.
tia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Et
quia deus exaudiuit me eum inuocantem, ergo
& vos exaudiet, ſi eum inuocaueritis. Propter
quod dico: *Filij hominum*, ſcilicet Adam & Euæ,
in vetuſtate & in originalibus vitijs perſeuerã-
tes, nolentes fieri filij dei, *uſquequo*, id eſt, q̃diu.
Iã venit filius dei, qui vos filios ſuos quærit fa-
cere. vſq; ad eius aduentum de ignorantia quo
dammodo fuiſtis excuſabiles,nunc autem mini
me. *graui corde*, ſ. eritis? Q̃diu amabitis hæc ter
rena? q̃ (vt ait beatus Gregorius) pondus ſunt,
non ſubſidium: quia potius a vera beatitudine
nos retrahunt, quàm eo perducant. *ut quid dili-
gitis vanitatem?* Vt q̃d, id eſt, inquãtum diligitis
vanitatem .i. hæc temporalia bona , q̃ ſunt va-
nitas,id eſt,tantum vmbra veri boni. *&* nõ ſo-
lum diligitis, ſed etiam *quæritis mẽdacium*, ſ. hæc
eadem terrena, quæ cum vmbra ſint tãtum ve
ri boni, mentiũtur: quia non ſoluunt quod pro
mittunt. Opes non dant ſufficientiam, honores
non ſoluunt potentiã, & cætera ad eundem mo
dum, & tamẽ videntur hoc promittere. Ad q̃d
ergo,id eſt, ad quod commodum diligitis vani
tatem, & quæritis mendacium? Aliter, Filij ho-
minum. Ac ſi dicat: De alijs nõ eſt mirum, ſi nõ
inuocant, cum non ſint filij hominum, ſed poti-
us filij eorum qui ſe dehominauerunt. Vos autẽ
Iudæi, qui eſtis filij hominum, id eſt, patriarcha-
rum & prophetarum per doctrinam, qui vere
homines fuerũt, quia ratione vſi ſunt, & qui vo
bis dei cultum multis modis inſinuauerunt: vſ-
quequo graui corde eritis? quid vltra expecta
tis? Iam venit ille quem patres veſtri vobis prę
dixerũt, ſ. ego. Venite filij, audite me. vt quid di
ligitis vanitatem, & quæritis mẽdacium, dicen Pſal. 33.
tes, Meſſias nondum venit? Quaſi dicat, Nolite
diligere vanitatem, & nolite quærere mendaci
um, & mirificabit vos dominus. Et vt hoc cre-
datis verius, *ſcitote*. i. nolite dubitare, *quia mirifi
cauit dominus*, id eſt, miro modo clarificauit, faci
endo de mortali immortalem , me *ſanctum ſuum*,
in hoc ſanctum, id eſt, purum, quia nõ dilexi va
nitatem, & non quæſiui mendacium. Ita & vos
ſi hæc non quæſiueritis, clarificabimini. *Dominus
exaudiet me*. Ac ſi dicat: imitamini me, quia ſum
vobis non ſolum exemplum, ſed adiutorium.
Quia inuocaui, id eſt, digne vocaui deum, exau
diuit me, quia iam clarificauit: & exaudiet me,
cum clamauero ad eum, etiam pro vobis. Quaſi di
cat, Quid faciemus vt & nos exaudiamur? *Ira-
ſcimini* præteritis peccatis, *& nolite peccare*. quia
nõ ſufficit deflere peccata q̃ geſſimus, niſi poſt-
modum deflenda non admittamus. *Quæ dicitis*,
id eſt, cogitatis *in cordibus veſtris*. In cordibus ia

tantum dicite. & non cogitanda, non erumpãt
in factum. Et tamen quia peccatum eſt in corde,
etſi non venit ad actũ, *in cubilibus ueſtris*. i. in cor
de *compungimini*. i. ipſam etiam cõſcientiam pec-
cati emendate per pœnitentiam, id eſt, pœniteat
vos & cogitaſſe. Aliter: Iraſcimini, id ẽ, ira vos
concutit. ſit tãtum, & non commotio animi, &
non etiam factum. hoc eſt, & nolite peccare. Et
quia non ſolum ira ad peccatũ nos impellit, id-
eo ſubdit: Quæ dicitis, id eſt, quæcunq; alia uitia
præter iram dicitis in cordibus, quæ ſint digna
pœnitentia, in cordibus tantum dicite. id eſt, co
gitate, & non exeant ad operationem. & tamen
de his vitijs quæ tantum in cogitatione ſunt, et-
ſi leuia ſint, in cubilibus (id eſt, in cordibus) ve-
ſtris de his compũgimini. ſ. conterite caput ſer-
Gen. 3. pentis, ſicut dictum eſt Euæ & ſerpenti: Tu con
teres caput illius, & ipſa inſidiabitur calcaneo
tuo. Caput ſerpentis eſt initium peccati. i. ſugge
ſtio diaboli. Illam debemus cõterere compun
ctione & oratiõe dũ eſt paruula, ne creſcat uſq;
Pſal. 136. ad actum. Vnde illud, Beatus qui tenebit & al
lidet paruulos ſuos ad petram. Per calcaneũ ac
cipitur cõſummatio peccati. quia hoc maxime
obſeruat diabolus, vt perficiamus. ad hoc inſidi
atur, ad hoc laborat. Notandum quod non di-
cit, Nolite iraſci, quia hoc nõ eſt noſtræ poteſta
tis. ex pœna enim peccati hoc habemus, vt car
nalitas noſtra diuerſis cõcupiſcentijs ſubiaceat.
Sed habemus rationem mentis, quæ has refre-
net, ne vſq; in actus prorumpant. Ait em̃ Apo
Ro. 7. ſtolus, Ego autẽ mente ſeruio legi dei, carne au
tem legi peccati. Et ſi vſq; ad actus perducãtur,
quõ corrigãtur? Et hoc modo, vt ſupradictum
eſt, *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ*, ſ. punẽdo in vo
bis iram & alia vitia. per ſingula vitia quaſi ſin
gulas victimas mactate deo, amputando ſuper
biam, taurum: amputando laſciuiam, hœdum:
amputando libidinem, hircum: ita & in alijs. Et
hoc eſt ſacrificium iuſtitię, cum noſipſi punimus
vitia noſtra, iudices in nobiſipſis cõſtituti. Et ſic
ſacrificando *ſperate in domino*. Nã qui non ſacrifi
cat, non ſperet. Hic cãticũ pſalmi aperitur. Ali-
ter: Iraſcimini vltionem ſumẽdo de peccatis iã
perpetratis, & nolite vltra peccare. Et poſt ab-
negationem vitiorum ſacrificate ſacrificium iu
ſtitiæ, id eſt, recte viuite. Et ſic ſperate præmium
laboris veſtri, tamen in domino, vt ipſe ſit præ
miũ, non aliud. Vos qui ſic viuitis, ſperate æter
na præmia. Nam ſunt *multi* qui non ſperant, di-
centes: *Quis oſtẽdet nobis bona?* ſ. illa quæ promit
tis. Quia aſcendit in cælũ qui illa videret, & no-
bis renunciaret? aut quis oſtendet nobis mala, ſ.
illa tormenta quæ dicitis eſſe apud inferos? Fru
ſtra hoc dicũt, quia tu domine oſtendiſti nobis,
dando nobis rationem ad ſimilitudinem tuam.
Nam *ſignatum*, id eſt, ſigillatum, & in ipſo ſigillo
ſpiritusſancti, *eſt ſuper nos lumẽ uultus tui domine*,
id eſt, lux illa quæ imaginem tuam in nobis fa-
cit apparere. Vel lumen vultus tui, id eſt, clari-
tas imaginis tuæ, quæ in nobis obſcurata eſt in
Adã, ſcilicet vera ratio q̃ tibi ſimiles ſumus, an-
tecedẽte ſigillo ſanctiſpiritus, in nobis reforma
ta eſt. Et hoc eſt quod ſequitur: *Dediſti lætitiam*, id
eſt, ſpiritusſancti gratiam *in corde meo*, quia cha-
ritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiri Ro. 5.
tumſanctum, qui datus eſt nobis. Aliter: Dedi-
ſti lætitiam in corde meo, ſignando lumen vul-
tus tui, id eſt, rationem ſuper nos, id eſt, in ſupe-
riori noſtro, ſ. in anima. dediſti, id eſt, oſtendiſti
mihi tuam lætitiam, ſ. æternã beatitudinem, nõ
foris quærendam, ſed in corde meo, id eſt, in ſo
la ſpe, & nondũ in re. Illi autem qui dicunt, quis
oſtendet nobis bona: ideo ignorãt hanc beatitu
dinem, quia *multiplicati ſunt*, id eſt, multis impli-
citi, & multis ſolicitantur. *A fructu*, id eſt, vtilita
te ſui *frumenti*, non tui, ſcilicet Chriſti, de quo di
citur: Niſi granum frumenti cadens in terram, Iohã. 12.
mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Ego ſum Ioh. 6.
panis viuus. Sui *uini*, non tui. Vinũ domini, imi
tatio paſſionis Chriſti, de quo corpus fidelium
denũciat, vt corpus beati Laurentij & aliorum
multorum. Quia calix domini inebrians quàm
præclarus eſt. *Et olei ſui*, non tui. Oleum domini, Pſal. 22.
eſt gratia ſpũſſancti. Oleum autem peccatorũ,
carnis delectatio vel adulatio. Per hæc tria, fru
mentum, vinum, oleum, quæ aduerſum carnis
p̃cipitia ſunt, cætera carnalia intelliguntur. Ego
autem perfecta eccleſia, quę beatitudinem meã
in his non quæro, *dormiam* in hac vita ſecũdum
obliuionem omnium temporalium negociorũ.
In pace, id eſt, in appetitu æternorum bonorum,
quæ ſunt pax, quia ibi nulla tumultuãtur uitia.
pace dico, tendente *in ipſum*, ſ. vbi aliud non ſeq
tur niſi ipſa pax. Et poſtea *requieſcam* ſancta in
æterna quiete, cum mortale hoc induet immor
talitatẽ, cũ nouiſſime inimica deſtruetur mors. 1. Cor. 15.
Cauſa quare hic dormiam & poſt requieſcam,
Quoniam tu domine cõſtituiſti me ſingulariter in ſpe,
id eſt, in ſola ſpe hæreditatis meæ, ſcilicet vt nõ
foris quærerem beatitudinem meã in his tranſi
torijs.

¶ In finem pro ea quæ hæreditatem conſequitur. Pſalmus Dauid. V.

VErba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intende uo-
ci oratiõis meæ, rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo domine, ma
ne exaudies uocem meam. Mane aſtabo tibi & uidebo, quoniam nõ deus uo
lens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt
iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui lo-
quuntur mendacium, Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus; ego autẽ

in multitudine miſericordiæ tuæ. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine, deduc me in iuſtitia tua propter iuimicos meos, dirige in conſpectu tuo uiam meam. Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, cor eorũ uanum eſt. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. linguis ſuis doloſe agebant. iudica illos deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum, quoniam tu benedices iuſto. Domine, ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos.

IN finem pro ea quæ hæreditatem conſequitur. Pſalmus Dauid. In hoc pſalmo figurate in
telligitur, quod olim hiſtorialiter eſt actũ in Sa-
Gene. 21. ra & Agar, una libera, altera ancilla. libera cum
Gala. 4. fillo hæreditatem accepit, Agar ancilla cum filio hæreditate priuata eſt. Per Saram liberam & filium eius, catholica ſignificatur eccleſia: per Agar ancillam & filium eius, eccleſia malignantium, falſorum Chriſtianorum & hæreticorum ſignificatur & eius peoles: qui quamuis ab Abraam, id eſt, Chriſto generati ſunt ſecundum baptiſmum & quædam alia ſacramẽta, tamen nõ conſequentur hęreditatem, cum exigentibus eorum prauis meritis, generatio illa magis in ſeruitutem quàm in libertatem ꝟgat. Titulus ſic exponitur: Pſalmus iſte, id eſt, pręſens exhortatio bonæ operationis. eſt Dauid, id eſt, Chriſti, dirigentis in finem, id eſt, in cõſummatum bonum eos quos hortatur. pro ea, id eſt, catholica eccleſia, quæ hæreditatem conſequitur, a qua hæreditate cõtraria pars exterminabit. Eſt aũt huius pſalmi intentio, proponere exemplũ eorum qui ad hæreditatem perueniunt, & eorũ qui ea priuantur, vt diſcãt qui ad hæreditatem vocantur, quos imitari debeant, quos fugere, & quomodo illuc peruenire. Eccleſia catholica tendẽs ad promiſſam hæreditatem, id eſt, ad æternã beatitudinem, cernens multa impedimenta in via, id eſt, in hac vita, timens ne non perueniat, inuo-
Iohan. 14 cat auxiliũ eius qui eſt via illuc, ductor & ipſa hæreditas.

VErba mea auribus percipe domine. Vt digna ſit exaudiri, orat quanto affectuoſius valet. O domine, hoc ideo, quia ego ſeruus tuus. ꝟba mea, ideo mea, quia cordi conſona, ſ. perfecta. auribus percipe, id eſt, ne dedigneris audire. Non hoc dicitur quod ſit circũſcriptus, quia audire dei non eſt aliud, quàm nutum ſuæ voluntatis euidenter oſtendere. ſed ex humana cõſuetudine hoc dictum eſt, qui ꝟba quibus aures adhibẽt, auditu digna oſtendũt. Vel auribus percipe, id eſt, tu qui habes vim percipiendi ſenſualia, iudica ꝟba mea an ſint digna exauditione. *intellige clamorem meum.* Quanto maior eſt clamor quàm verba, tanto maius eſt intelligere ꝙ auribus percipere. Quaſi dicat: Mea valida poſtulatio te ad miſericordiam inclinet, ſ. vt efficias quod peto. quia tuũ intelligere, facere eſt. Adhuc maius poſtulat. *intende uoci orationis meæ.* Quia ego intenſe & ſine intermiſſiõe clamo, ideo & tu intende, id eſt, irremiſſe exaudi. Aliter: quia ſine tuo auxilio nihil poſſum, intende voci orationis meæ, id eſt, irremiſſam fac, vt & tu irremiſſe exaudias. Tu enim iubes quod vis, & facis quod vis. Orationis meæ, quæ ſit de profectu virtutum. & per hoc poſſumus accipere ſuperius ꝟba & clamorem pro gemitu. quia *rex meus es*, quia tu me regis. vel quia alium regem nolo habere voluntate propria, niſi quẽ habeo deum natura, ne deuiem a via iuſtitię. *& deus meus*, id eſt, virtus mea. Deus virtus eſt, & qui orat .i. virtutes quærit, deum quærit. & merito illius deus dicitur. *Δέος* timor, inde deus, quia timor deum cognoſcere facit. Vel rex meus Chriſte, deus meus pater, id eſt, creator meus. Et reuera intendes, quoniã et clamaui & ſemper clamabo in me & in poſteritatibus meis vſq; ad conſummationem ſeculi. & hoc eſt, *quoniam orabo o domine, & ad te*, vt tota mea oratio ad te dirigatur, vt tu ſis modus petitionis meæ. & quia te & ad te orabo, *exaudies uocem meam* non nocte, ſed *mane.* Tota hæc vita quaſi nox eſt, quia multis & magnis ignorantiæ & vitiorum tenebris inuol-
uitur. Trãſacta hac corruptibili vita, cum mor- 1. Cor. 15
tale hoc induet immortalitatem, veniet mane, id eſt, initium diei nunquã deficientis. Tunc enĩ
fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ, cla- Matt. 13.
ritate virtutum ſplendidi, nullam maculam corruptionis habentes. Hoc modo exaudies, quia *mane*, id eſt, remotis ignorantiæ & totius corruptionis tenebris, luce virtutum & immortalitatis ſplendidus, *aſtabo tibi*, aſſidue tecum ſtabo. Quod hic non eſt. Stamus enim hic cũ deo, ſed non aſtamus: ꝗa appropinquamus bene viuendo, male autem viuendo ab eo recedimus. Vel aſtabo tibi, id eſt, tuæ cognitioni prope ſtabo:
quia nunc cognoſco ex parte, tunc autẽ cogno- 1. Cor. 13.
ſcam ſicut & cognitus ſum. Et tũc cum ero iam totus lucidus, non habens maculam neq; rugã, *uidebo* ſ. aperte. Videmus enim nunc per ſpecu-
lum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Vel 1. Cor. 13.
mane, id eſt, tempeſtiue & ſine dilatione, exaudiẽs vocem meam in hac vita præceptis tuis conſulendo, & vires adminiſtrando ne deficiam in via. Et merito me tẽpeſtiue exaudies, quia ego mane aſtabo tibi, id eſt, tempeſtiue, vt ille ꝗ auidus eſt ad laborem, ſummo mane incipit. Mane incipiã & aſtabo tibi, id eſt, aſſiduus ero. Reuera mane aſtabo tibi, quia non nocte. *quoniam nõ deus uolens iniquitatem tu es.* Et hoc eſt quod di-

cit: *Neq; habitabit iuxta te malignus.* Ac ſi dicat: So
li iuſti hanc hæreditatem conſequentur, quia in-
iuſti priuabuntur ea. Malignus. i. immūdus, de-
tractor, odioſus, in cuius corde ſola malitia ha-
bitat. Non habitabit iuxta te, ut habeas te hæ-
reditatem, quia tenebræ nō poſſunt manere iu
Deu. 4. xta lucem. Et cum tu ſis ignis cōſumens, fœnum
Heb. 12. aut ſtipula non pōt tibi adhærere. Si quis enim
1. Cor. 3. ædificauerit ſupra fundamentum hoc, lignum,
fœnum, ſtipulam, omne hoc quale ſit, ignis pro
babit. *Neq; iniuſti.* i. operarij iniquitatis, i. Iudæi,
hæretici & alij falſi Chriſtiani, *permanebunt ante
oculos tuos.* Modo manēt ante oculos tuos, quia
eorum pœnitentiam miſericorditer expectas:
quia fidei & ſacramentorum cum fidelibus tuis
participes eſſe concedis, ſed non permanebunt.
Aliter: Per malignum, Iudæum male lege uten
tem: per iniuſtos, falſos Chriſtianos poſſumus
accipere. Vel per malignum, diabolum: per in-
iuſtos, mēbra eius. Et ne quis ideo deſperet, quia
malignos & iniuſtos hæreditate priuauit, cum
uix ſit aliquis qui penitus uitio careat in hac ui-
ta: ideo determinat de quibus dicat, conſolando
iuſtos. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem.* Ma
gna dei miſericordia non odit illos qui operati
ſunt, ſed qui operantur. i. qui perſeuerant. Bene,
odiſti: quia q odit aliquid, uel ab eo recedit, uel
à ſe illud ſeparat. ſic & deus impios, non quod
odium ſit in eo. Poteſt & ſic accipi, ut per mali-
gnum, uniuerſaliter accipiamus omnem iniquū
ſiue paganū, ſiue Iudæum, ſiue falſum Chriſtia-
num, qui omnes quaſi unus ſunt in iniquitate. &
ad hos ſit redditum, Odiſti omnes qui operātur
iniquitatem. Per iniuſtos, poſſumus accipere hę
reticos. qui etiā pluraliter inducuntur, propter
diuerſas ſectas. Et de his dicitur: *Perdes omnes qui
loquuntur mendacium,* non qui locuti ſunt. Quan-
to maius eſt perdere quàm odio habere, tanto
maius eſt peccatum mentiri quàm male agere:
non qualicunq; mendacio, ſed mendacio quod
ſemper in actu eſt, ut hæreticorum. Poteſt deus
aliquem odio habere qui tamen uiuat. Quē ue-
ro perdit, ad nihilum redigitur. Sunt enim quæ
dam mendacia ſatis uenialia, ut ea quæ fiunt pro
ludo, pro aliorum uita conſeruāda, & alijs mul
tis modis. ſed qualitercunq; fiat, peccatum eſt.
Bn̄ dicit, perdes: quia deus uera eſſentia eſt. Qui
autem mentitur, illud dicit quod non eſt, & eſſe
nō eſſe penitus deſtruit. Quàm magnum ſit pec
catum hæreticorum, oſtendit, uocans hæreticū,
uirum ſanguinum. Merito, quia fundit ſangui-
Ro. 1. nem animarum. i. fidem qua uiuūt animæ iuſto
Haba. 2. rum. Iuſtus enim meus ex fide uiuit. Ideo hære
ticorū mendacium maius eſt alijs peccatis, quia
alia peccata ſolum illum qui agit, occidunt: hoc
autem & illum qui mentitur, & omnes quos in
errorem mittit. Quem uirum ſanguinum, eun-
dem dicit uirum doloſum, duabus de cauſis. uel
quia aliud habet in corde, & aliud in lingua, cū
ſciat non eſſe uerum quod dicit, & tamen quā-
dam præſumptione uerū aſſerere conatur. Non
enim ignorantia hæreticum facit, ſed iactantia.
Vel ideo doloſum, quia admiſcet uera falſis, ut
eo facilius fallere poſſit. Aliter: *Virum ſanguinum
& doloſum abominabitur dominus.* Si uolumus ſu-
perius accipere generaliter dictum, odiſti oēs q
operantur iniquitatem: erit probatio in parte,
quia & uirum ſanguinum. i. homicidam, abomi
nabitur dominus. perdes omnes qui loquuntur
mendacium: quia non ſolum uirū doloſum qui
mentitur, ſed etiam illum qui ueritatem dicit ut
decipiat, ut qui planam uiam oſtendit ut in tur-
bam prædonum mittat. Iſti omnes exhæreda-
buntur. *Ego autē* catholica eccleſia *introibo in do
mum tuam* cæleſtem Ieruſalem, ſ. ſupernorum ci
uium ſocietatem. Introibo, ut lapis in ædificiū.
In multitudine miſericordiæ tuæ. i. non in meis me-
ritis. Ideo in multitudine, quia magnū eſt intro-
ire. uel cum multis, quos miſericordia tua intro
ire faciet: ideo introibo, quia *adorabo* prius. Hic
exponit illud: adorabo ſcilicet *ad templū ſanctum
tuum.* uel ut perueniam *in timore tuo.* ſ. caſto, non
fornicario, quem charitas foras mittit. Hoc mo 1. Ioh. 4.
do orabo: *Domine, deduc me in uia tua,* quia in uia
ſum. i. in prouectu, fac me ire de uirtute in uirtu-
tem. hoc eſt, *in iuſtitia tua,* nō mea ſubſtantia, *di
rige uiam meam,* id eſt, uitā meam *in conſpectu tuo,*
ut tuis oculis ſit digna. uel uiam tuā, id eſt, man-
data tua fac ut ea recte intelligā. Et fac *propter
inimicos meos* hæreticos, quia in illa uia mihi in-
ſidias ponunt. Ideo dirige uias meas, *quoniā non
eſt in ore eorum,* id eſt, in uerbis eorum *ueritas.* In
uerbis ideo non eſt ueritas, quia *cor eorum uanū
eſt,* id eſt, non habent ueritatem. uel uanum, id
eſt, per elationem adnihilatū. tractum à fumo,
qui quāto altius aſcendit, tāto magis euaneſcit.
Vt illud, Dicentes enim eſſe ſapientes, ſtulti fa- Ro. 1.
cti ſunt, & euanuerunt in cogitationibus ſuis.
Sepulchrum eſt patens guttur eorum, id eſt, doctri-
na eorum ſimilis eſt amplo & profundo ſepul-
chro, quod uno cadauere recepto non claudi-
tur, ſed ſemper patet ut deuoret, ſemper fœto-
rem emittit nocuum. *Linguis ſuis doloſe* aiebant,
non tuis linguis o deus: quia ad hoc eas eis dedi-
ſti, ut ueritatem loquerentur. Ideo ſuis, quia ad
mendacium eis utuntur. Doloſe aiebant, id eſt,
deceptorie aiebant. Bene, aiebant: quia imperfe
cte, interdum uera, interdum falſa proferendo.
Et quia tales ſunt, *iudica illos deus.* Hoc poteſt le
gi & in bonum & in malum. In bonum: o deus,
iudica illos, id eſt, damna eos tales, quales ſe fe-
cerunt, ſ. damna in eis uitia eorum, id eſt, *decidāt
à cogitationibus ſuis.* i. ipſa eorum conſcientia ac-
cuſet eos, uel ſeparentur à prauis cogitationibus
ſuis. *Secundum multitudinem impietatum eorum ex-
pelle eos, quoniam irritauerunt te domine,* id eſt, ſe
cūdum multas miſerationes tuas deleatur mul
titudo peccatorū eorum. Ideo cadant à cogi
tationibus ſuis, quoniam prauæ ſunt, quoniam
irritauerunt te domine, id eſt, irritum duxerūt,

dum conati ſunt legem tuam deſtruere. uel *irritauerunt*, id eſt, te dulciſſimum cibum naturaliter, ſibi & alijs inſipidum fecerunt. Febricitanti etenim palato dulcis cibus inſipidus fit. *Et* prius conuerſione inimicorum *lætentur oẽs qui ſperant in te*. Lætentur hic in ſpe, & poſt *in æternum exultabunt*, id eſt, plenarie gaudebunt, cum duplicem ſtolã immortalitatis accipient. Et bene dixit prius, lætentur: & poſt, exultabunt: quia lætitia eſt animi, exultatio uero corporis. A ſalto, inde exulto. & fideles prius lætantur de reſurrectione animæ, quæ eſt prima ſtola: & poſt plenarie gaudent de reſurrectiõe corporis, quæ eſt ſecunda ſtola. *Et* merito exultabunt, quia tu *habitabis in eis*. In malum ſic poteſt accipi quod dictum eſt, Iudica illos deus. Quia incorrigibiles ſunt, & tuis fidelibus multum nocent, o deus iudica illos, id eſt, damna, ſepara paleas à granis. Et hoc non optando dicit eccleſia, ſed prophetando. Iudica, id eſt, damna & hic & in futuro. Decidãt à cogitationibus ſuis in hac uita, id eſt, propter prauas cogitationes ſuas, in quas ecciderunt, prauis meritis ſuis præcedentibus. Decidant, id eſt, in deteriora cadant, de errore in errorem corruẽdo. & in futuro expelle eos ab hęreditate tua ſecundum multitudinem impietatũ eorum, id eſt, multum expelle, quia multæ ſunt impietates eorum. Quoniã irritauerunt, id eſt, ſpreuerunt quaſi uile quid te domine, qui es dominus omnium. Et poſtquam ſeparata erit palea à grano, tenebræ à luce, lætentur adepta hæreditate omnes qui ſperant in te, non in alio. & merito lætentur, quia in æternum exultabunt, ut prius dictum eſt. Ideo exultabunt, quia habitabis in eis, qui modo habitas in eis per operantem gratiam, inhabitabis tunc ſecundum præſentiã & manifeſtatiõem tui ipſius. *Et* quod maius eſt, *gloriabuntur in te*, id eſt, perfectam gloriã ſe adeptos uidebunt in te ſummũ bonum. *Oẽs qui diligunt*, ſ. modo, *nomen tuum*, id eſt, dominus. Dominus nomen eſt illi. Illi hoc nomen diligũt, qui deo uoluntarie ſeruiunt. Ideo gloriabũtur, *quoniã tu benedices iuſto*. Bene iuſto. omnes enim unum ſumus in Chriſto, id eſt, augebis & multiplicabis omnem gratiã & omnes uirtutes, quia quod modo habent in ſpe, tunc habebũt in re: nunc ex parte, tunc perfecte. Reuera gloriabuntur in te o *domine*, & non in alio: quia tu *coronaſti nos*, id eſt, circunuallaſti & muniſti quaſi corona militum. *ſcuto*, id eſt, protectione *bonæ uoluntatis tuæ*. uel coronaſti nos poſt uictoriam, non meritis noſtris. ſed *ut* ſcuto bonæ uoluntatis tuę præueniſti uoluntatem noſtram: quia tu dediſti uelle, dediſti & perficere. tu eñ operaris in nobis per gratiam tuam, & opus miſericordiæ tuę in nobis coronas.

In finem in carminibus pro octaua, Pſalmus Dauid. VI.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei domine, qm̃ infirmus ſum: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt ualde: ſed tu domine uſquequo? Conuertere domine & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus, inueteraui inter oẽs inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur uehemẽter omnes inimici mei, conuertantur & erubeſcant ualde uelociter.

Pſalmus Dauid pro octaua in finem in hymnis. octauus accipitur dies iudicij. Quidã peruerſe intelligentes, ſeptem millia annorum, pro ſeptem diebus accipiebãt. & poſt ſequi octauũ, id eſt, iudicij diem. & ſic diem iudicij certum ſe inueniſſe putabant. Quibus hæc uerba domini

Act.1. contradicunt: Non eſt ueſtrũ noſſe tempora uel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. & alia multa. Poteſt aũt ſic intelligi. Ex quo omnia cœperunt quæ uariationibus ſubiacent, totũ illud tempus ſeptem diebus uoluitur. ideo tota hæc uita in ſeptenario poteſt accipi. Tranſacta hac rerum uertigine, ſequitur octaua, in qua nõ erit opus uarietate temporum: quia dies illa nõ uariabitur, nec uertetur in tenebras. Aliter: Sex diebus operatus eſt dominus. In creatura uniuſcuiuſque, poteſt accipi etiam unius diei ſpatium in qua operari licet. Septima dies accipitur ſpatium illud, quod eſt inter tranſitum huius uitæ, & cõmunem reſurrectionem. Octaua dies eſt reſurrectiõis. Aliter: duæ ſunt generationes, una carnalis, altera ſpiritalis. Carnalis generatio fuit à primo homine uſq; ad Chriſtum. Hæc fuit prima, quia carnaliter uixit, quãuis in ea aliqui ſpirituales fuerunt, ut Abraam, Iſaac & Iacob, qui in ſpiritu ſancto deo ſeruierunt. tamen carnales dicti ſunt, quia carnales obſeruatiões acceperũt, & in umbra fuerunt. Spiritalis generatio accipitur fidelium ab aduentu Chriſti uſq; in finem ſeculi, quæ generatio ſpiritalis dicitur, quia uiuit in nouitate ſpiritus & non in uetuſtate literæ. & Ro.7.
hæc eſt ſecunda generatio. Prius enim carnale, 1.Cor.15.

deinde quod ſpiritale. Hæ duæ generationes re-
feruntur ad ſeptenarium numerum, qui conſtat
ex quatuor & tribus. Quatuor referũtur ad pri
mam generationem, quia carnaliter uixit, quia
caro conſtat quatuor elementis. Ternarius ad
tres animæ potentias refertur. Eſt enim ratio-
nalis, iraſcibilis, cõcupiſcibilis. Rationem habet
ad diſcernendum inter appetenda & non appe
tenda: deinde concupiſcentiã, ut ſciat bona cõ-
cupiſcere: iram, ut ſciat malis iraſci. Sed quia ex
affinitate corporis hæc ſæpe hebetãtur, ideo ad
hibetur doctrina ad illuminandã rõnem, uirtus
ad refrenendam nimiam iram & nimiam con-
cupiſcentiam. Poſt hũc ſeptenarium ueniet dies
octauus, in quo remunerabitur quiſque bene
uſus hoc ſeptenario, in corpore & anima ad glo
riam: male uero uſus, ad pœnam. Pſalmus.i. bo
na operatio huius pſalmi, eſt Dauid, id eſt, Chri
ſti in corpore ſuo. Dauid dico, dirigentis in finẽ,
& eſt hæc actio pro octaua .i. pro expectatione
iudicij. & eſt accipienda in hymnis, quia bene hy
mnizat deo fidelis anima, cũ per pœnitentiam
ſe affligit. Gaudium etenim eſt angelis dei ſuper
Luc.15. uno peccatore pœnitentiam agente. Eſt autem
in hoc pſalmo uox cuiuſq; infirmi fidelis, conſi-
derãtis octauam illam, id eſt, tremendam diem
iudicij, ad quam omnes uenient iudicãdi, alij ad
beatitudinem, alij ad pœnã: & ſuo exemplo ali-
os ad pœnitentiam & uocationem diuinæ miſe
ricordiæ, hortantis.

D*Omine, ne in furore tuo arguas me, neque in
ira tua corripias me.* Te inuoco, qui es do-
minus omnium. Scio quia uenies iudicaturus
alios in furore, & alios in ira tua. rogo te, ut hic
me iudices dum tempus eſt miſericordiæ & di-
es ſalutis. Sicut furor maior eſt quàm ira, q̃a ira
breuis, furor eſt longus: ita arguere maius eſt q̃
corripere. Sæpe qui arguuntur, accuſantur. accu
ſationem ſeqtur dãnatio, correctio fit ad emen-
dationem. Et quia in futuro iudicio alij arguun-
tur in furore, (nõ quod furor cadat in deum. Fu
ror enim eſt magna animi commotio ad uindi-
ctam, ſ. quia graui ſupplicio. duplici enim cõtri-
Ier.17. tione conterentur. alij in ira, ut qui ſupra funda
1.Cor.3. mentum fidei ædificauerunt lignum, fœnum, ſti
pulam, ſaluabuntur. quod ſic tamen, quaſi per
ignem.) O dñe, anteq̃ ad iudicandum uenias, dũ
tempus eſt miſericordiæ, *miſerere mei*, id eſt, mi-
ſericorditer me hic corripe. & opus eſt, *quoniam
infirmus ſum*. Delictum primi parentis, pœnam
contraxit magnæ infirmitatis in omnes poſte-
ros. Nõ enim quod uolo, hoc ago: ſed quod odi
Ro.7. malum, illud facio. Infirmus ſum non ſolum in
corpore, ſed etiam in anima. Et hoc eſt quod di-
cit: *Sana me domine* qui es animarũ medicus, *quo-
niam conturbata ſunt oſſa mea*, id eſt, uirtutes quæ
ſunt animæ robur uel carnalitatis, conturbatæ
ſunt, id eſt, confuſæ & obſcuratæ ex infirmitate
illa, quam à primo parente contraxi. Et ne quis
oſſa corporea acciperet, exponit quid per oſſa
uelit intelligere. *Et anima mea turbata ẽ ualde.* Ali
ter: quia infirmus ſum in carne, infirmus in uirtu
tibus, ideo anima mea turbata eſt ualde ad com
punctionem & ad gemitum. Et quia ego ad pœ
nitentiam turbatus ſum, *tu domine uſquequo* tur
baris? & quandiu differs ſanare? Medicus ægro
to confitenti ſuam infirmitatem, medicinam ne
gare non debet. Ne ultra turberis, uel ne diffe-
ras miſereri, potius *conuertere domine*. ſicut auer
ſus fuiſti auertenti, ita conuertere conuertenti.
Deus nec auertitur, nec cõuertitur. ſed eius con-
uerſio, miſeratiõis eſt oſtenſio: ſicut auerſio, cum
miſericordiæ ſubtrahit manum. *Et eripe animam
meam*, hærentem uepribus carnalium delectati-
onum. Et erepium *ſaluum me fac*, id eſt, da perſe
uerantiam in bono, ut bonus medicus qui ſana-
tum conſeruat, oſtendendo quid uitare & quid
ſumere conueniat. *Propter miſericordiam tuã*, nõ
meritis meis. Non habeo aliud precium. Ideo
eripe, ideo ſalua, ut memor ſim tui, id eſt, ut lau-
dem te. Nã ſi hoc non feceris, non laudabo. Nã
ero in morte, quia *nõ eſt in morte qui memor ſit tui*.
Aliter: Ideo libera ſ. animam meã à carnalibus
deſiderijs, quæ militant aduerſus eam, quoniam 1.Pe.2.
ſi non eripias, interficient me, id eſt, ſeparabunt
à te qui es uita mea. & ſic mortuus, non ero me
mor tui, ut redeam ad pœnitentiam per confeſ-
ſionem. Ideo poſt eruditionem, id eſt, poſt pœ-
nitentiam conſerua, ne iterum lapſus, in profun-
dum uitiorum recidam, ubi iam deſperatio eſt.
Et hoc eſt quod dicit: *In inferno autem quis confi-
tebitur tibi?* Aliter: Eripe animã meã, ſed modo
dum tempus eſt miſericordię, ne in peccatis mo
riar: quia in morte non eſt qui memor ſit tui ad
pœnitentiam. In inferno autem quis cõfitebitur
tibi, ita ut tu exaudias? Nullus. Ibi enim infru-
ctuoſa eſt pœnitentia. ut illius diuitis, Pater Ab- Luc.16.
rahã, miſerere mei. Vel confitebitur, id eſt, nullus
laudabit te. Aliter: Eripe, ſaluum me fac: quia
non ſum in morte, id eſt, in perſeueratione pec-
cati, & tui contemptu. Peccator cum in pro-
fundum uenerit, contemnit. Quod oſtendo per Pro.18.
hoc quia memor ſum tui, id eſt, quia oro ad te.
quod per repugnans oſtendo. Non enim eſt in
morte qui memor ſit tui. Ego dico quod nõ ſim
in morte, ideo quia memor ſum tui, qui in infer
no multo minus ſum. in inferno, id eſt, in deſpe-
ratione, quæ omnibus peccatis inferior eſt. Q.P
oſtendo per hoc, quia confiteor tibi miſeriã me
am, & peccatum meum, non tuum. Nam quis
deſperatus confitebitur tibi, id eſt, ad honorem
tuum, te remouendo à culpa, ſicut ego facio? In
deſperatione enim poſiti, confitentur aliquãdo
peccata ſua nõ tibi, ſed cõtra te: cum dicũt ſe ta
les à te creari debuiſſe, ut peccare nõ poſſent, &
ſic quodam modo ſe iuſtos iudicant, & te accu-
ſant. Aliter: Eripe, libera, quia non ſum in mor-
te, id eſt, non ſum mortuũ membrum, cui non
eſt opus medicina. Quia memor ſum tui, id eſt,
miſericordiæ tuæ cognoſco te medicum, cogno

ſco te miſericordē. Ego dixi, libera, ſaluū me fac
propter miſericordiam tuam. & tamen inquan
tum ualeo, uolo promereri. Quia *laboraui in ge-
mitu meo*, id eſt, ſtudioſe ingemui, & nō ſolum la-
boraui, ſed *lauabo per ſingulas noctes lectum meū*.
lauabo, id eſt, purificabo per gemitum. lectum
meum. i. conſcientiā meam, ſ. omnia illa emen
dabo quæ intus commiſi. Conſcientia accipitur
pro lecto, quia ibi quiſq; quieſcit. i. conſentit uel
legi dei, uel legi peccati. uel quia ibi eſt iuſtorū
requies. Ad hoc enim purgatur à ſordibus uiti
orum, ut ibi ſit placida & pura qes animæ. Per
ſingulas noctes, id eſt, per ſingulas malas cogi-
tationes. uel lectum meum, id eſt, delectationes
carnales. Per ſingulas noctes, id eſt, per ſingula
uitia in quibus delectatus ſum. Et non ſolū con
ſcientiam uel delectationem, cui conſentit ſpiri-
tus, ſed etiam *ſtratum meum*, id ē, inferius meum,
quod ſemper animo ſubiacere debet, *lachrymis
meis* exterioribus *rigabo* uelut hortum, ut aptū
fiat fructificare deo. uel corpus ſtratum dicitur,
quia ab infirmo animo uarie uerſatur. Vniuer-
Pſal. 40. ſum ſtratū eius uerſaſti in infirmitate eius. Tāti
laboris cauſam ſubdit: *Turbatus eſt oculus meus*,
id eſt, rō uel mens. ille ſcilicet oculus, qui multis
corporalibus oculis dignior eſt. Ratio enim diſ
cernere facit mala à bonis, damnationem à ſal
uatione. Illa turbatur, cum futuram damnatio
nem præuidet, & nos illam meruiſſe conſiderat.
à furore, id eſt, à dānatione futuri iudicij in octa
ua. uel à furore, id eſt, pœna quam accipimus in
primo parente. uel à furore, quia non in manſue
tudine & patiētia iudico & in me & in alijs, ſed
in ira. Ideo interior oculus turbatus eſt, cernens
furorem tuum uenturum in octaua. Quia *inue-
teraui inter omnes inimicos meos*. Non ſolum uete
raui, ſed etiam inueteraui, id eſt, ualde uetus fa-
ctus ſum per conſuetudinem & perſeuerātiam
peccatorum inter omnes inimicos meos, ita ut
omnium peccatorum eorum particeps factus
ſim. Vel inueteraui, id eſt, qui membrum no-
ui hominis eſſe cœperam per fidem & innocen
tiam, in membrum ueteris hominis redactus
ſum inter omnes inimicos meos, ut unus ſim
omnium peccatorum, qui mihi prius inimici
fuerunt. Vel inueteraui, id eſt, factus ſum ut
ualde uetus ueſtimentum, quod nec uſui, nec
ornamento aptum eſt. mihi uſui, eccleſiæ dei
ornamento per doctrinam. Fidelis anima con
ſiderans magnam dei miſericordiam qui dicit, Ieze. 18.
Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuer
tatur & uiuat: &, In quacūque die peccator con
uerſus ingemuerit, ſaluus erit: poſt ueram pec-
cati confeſſionem non dubitat ſe exauditam, ita
exultando dicēs: *Exaudiuit dominus uocem fletus
mei*. Ita & uos quicunq; exaudiri uultis, date uo
cem fletus. Vos autem *qui operamini iniquitatem*,
id eſt, qui confiteri ea non uultis, ſed in eis perſe-
ueratis, *diſcedite à me* hic affectiōe, poſt autem &
corpore, ſcilicet in octaua. Oſtendat quomodo
exaudita ſit: *Exaudiuit dominus deprecationem me-
am*, quæ fuit pro peccatis. ut illud, Domine, ne
in furore tuo. *Dominus orationem meam ſuſcepit*, ſ.
quæ fuit pro perſeuerātia in bono. ut illud, Sal-
uum me fac propter miſericordiam tuam. *Eru-
beſcant & conturbentur uehementer omnes inimici
mei*. Hoc poteſt legi & in bonum, & in malum.
In bonum, ita: Quia ego per erubeſcentiam pec
catorum & dignā cōpunctionem exaudiri me-
rui, ideo hortor omnes inimicos meos, ut reco
gnoſcant peccata ſua, ad quem finem tendant. Roma. 6.
Nam finis illorum mors eſt. Et erubeſcant ſe ea
perpetraſſe, & poſt uerecūdiam conturbentur
ad compunctionem & pœnitentiā. *cōuertantur*,
ſcilicet ad dominum: & *erubeſcant*, non dilatione
aliqua, ſed *ualde uelociter*. In malum, ita: Erube-
ſcant omnes inimici mei, & conturbentur nunc
iam iudicati, excæcati, & dati in reprobum ſen-
ſum. uel erubeſcāt in illa octaua, pro erubeſcēt.
non optio, ſed prophetatio & diuinæ ſententiæ
aggratulatio eſt, cum uiderint nos eſſe in gloria, Sapi. 5
dicētes: Hi ſunt quos habuimus in deriſu. & con
turbabūtur timore magno, id eſt, uehementer.
conuertantur poſtea ad uidendum ſua tormen
ta, & tunc erubeſcāt æterna erubeſcentia. & hoc
ualde uelociter, id eſt, ſine dilatione.

¶ In finē pſalmus Dauid, quē cantauit domino pro uerbis Chuſi filij Iemini. VII.

DOmine deus meus, in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus
me, & libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui re
dimat, neque qui ſaluum faciat. Domine deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt iniqui
tas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito
ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat, & cō-
culcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in
ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in p̄-
cepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altū
regredere: dominus iudicat populos. Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meā, &
ſecundum innocentiam meam ſuper me. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges
iuſtum, ſcrutans corda & renes deus. Iuſtum adiutorium meum à domino, qui ſaluos fa-
cit rectos corde. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et
in eo parauit uaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Ecce parturit iniuſtitiam, con-

cepit dolorem, & peperit iniquitatē. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueā quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticē ipſius iniquitas eius deſcendet. Confitebor domino ſecundū iuſtitiā eius, & pſallam nomini domini altiſſimi.

In finem pſalmus Dauid, quem cantauit do-
2.Re.16. mino pro uerbis Chuſi filij Iemini. Cū Abſa-
& 17. lom perſequeretur Dauid, erat quidam Achito
phel cuius dolis inſtruebatur ad omne malum.
Quidam autem Chuſi amicus Dauid, contulit
ſe ad Abſalom, ut omia cōſilia Achitophel in-
ueſtigaret, & ea Dauid proderet, ut eum cautū
faceret de illa perſecutione. De illis conſilijs nō
uidetur hic pſalmus agere. & ideo ab hiſtoria
ad myſterium reuocātur. Achitophel interpre
tatur, fratris ruina. ſignificat aūt Iudam, q Chri
ſti ruinā, id eſt, mortem meditatus eſt, qui oīm
Mat.28. apoſtolorū fratrem ſe nominauit. Vade, dic fra
Ioh.21. tribus meis. Chuſi ſilentium interpretatur, ſigni
ficans diſpenſationem illā, qua uiſus eſt deus pa
ter per filium ſuū ad redemptionem generis hu
mani. Quod cum fieret, incognitum erat. & ad-
huc eſt incognitū, niſi quibus dominus reuelare
Col.1. uoluit. ut illud, Myſterium à ſeculis abſcōditū,
Eph 3. apoſtolis reuelauit deus per filium ſuū. hoc eſt
Ro.11. illud ſilentium, quod cæcitas ex parte cōngit in
Iſrael, ut plenitudo gentium intraret: & quod Iu
das & quod Iudaicus populus molitus eſt ad rui
nam unius, hoc fieret ad ſaluationem multorū.
Iemini interpretatur dexter, ſignificans dextrū,
id eſt, propicium deum, hoc ſilentium eſſe ope-
ratum.

EXPOSITIO TITVLI.

Pſalmus, id eſt, bona operatio, de q̄ hic pſal-
mus agit, eſt Dauid, id eſt, perfecti fidelis, qui eſt
de corpore Dauid, ſ. tendentis in finem, id eſt, in
Chriſtum. Quem pſalmum, id eſt, quam bonā
operationem, & quaſi gratiarum actionem, can
tauit, id eſt, exultanter operatus eſt, domino, id
eſt, ad honorem domini, pro uerbis, id eſt, reue-
latione, Chuſi. i. ſilentij. quia dignatus eſt ei reue
lare, quomodo per humilitatem & obedientiā
ſuperbiam illius contriuit, qui per ſuperbiā pri-
mum parentem de paradiſo deiecit. quomodo
cātet, quomodo gratias agat pro hac manifeſta
tione ſequentia pſalmi oſtendūt. ubi oſtēdit ſe
eius humilitatem & patientiam imitari, dicens:
Si feci iſtud, &c. Quod Chuſi fuit filius Iemini. i.
quod ſilentium proceſſit à propicio deo, ideo il
li merito gratias agit. Eſt autem intētio prophe
tæ in hoc pſalmo, oſtendere qualiter quiſq; per
fectus ſe cuſtodire debeat. Quanto enim quiſq;
perfectior, tanto cautior debet eſſe, ſ. nunquam
remiſſe agere. quia etſi exteriores hoſtes iam ui
cit, ab interiori hoſte tamen cauendum eſt, ne p
ſuperbiam deijciat. Quod uitium etiam in bene
factis cauendum eſt. & qualiter alijs ſe exemplū
præbeat patientiæ & humilitatis, inuocando au
xiliū dei, & humilitatem & iuſtitiā dei imitādo,
Vox perfecti ante aduentum Chriſti.

Domine, cuius ſeruum me exhibeo, *in te ſpe
raui*, non in me, nō in alia re. ideo, quia tu
es *deus meus*. non ego, ut infelix ille primus pa-
rens. & quia in te ſperaui, *ſaluum me fac ex omni-
bus perſequentibus me*. Superatis uitijs omnibus,
ſaluum me fac, id eſt, cuſtodi me in arce uirtutū
iam locatum. Superatis omnibus uitijs carnali-
bus, mente ſermo legi dei, carne autem legi pec Ro.7.
cati. Semper caro concupiſcit aduerſus ſpiritū, Gal.5.
ſpiritus aduerſus carnem. Nunquam bonis bel
la deſunt. Ideo o domine, non rogo ut nō ſit fo-
mes peccati in corpore meo, ſed precor ut non Ro.6.
regnet ibi peccatum. Saluum me fac, ut animus
meus imperet, caro ſeruiat. uel ſaluū me fac ex
omnibus perſequentibus me. Omnes qui uolūt 2.Ti.3.
pie uiuere in Chriſto Ieſu, pſecutionem patiun-
tur. ideo ſaluum me fac, id eſt, fac me conſtātem
in uirtutibus, ut eo℞ & minas & blāditias con
temnere ualeam. *Et libera me*, nō ab illis quos iā
ſuperaui, ſed *nequando rapiat ut leo animam meam*.
Oratio hæc perfectorum eſt, qui ſolius diaboli
inſidias metuunt. qui ſuperatis omnibus uitijs,
etiam in bene factis timendus eſt, ne per ſuper-
biam à culmine uirtutum deijciat, nequando ra
piat animam meā, q̄ſi alienam & non ſuam, ſed
tuam ouem. ille qui eſt ut leo, ſ. fortis & inſupe
rabilis niſi à te. Vnde illud, Inimicus ueſter dia- 1.Pe.5.
bolus tanquā leo rugiens circuit, quærens quem
deuoret. *Dum nō eſt qui redimat* niſi tu, ad hoc qđ
dixit, libera me. *Neq; qui ſaluum faciat*, ad illud,
Saluum me fac. *Domine deus meus*. Hæc repetitio
ex magna affectione eſt. *Si feci iſtud*. Ac ſi dicat:
Tu debes me redimere, tu debes ſaluum facere.
quia ſentiui illud quod mihi reuelaſti, & inquan
tum ualeo, imitari ſtudeo. Tu obediēs patri fu
iſti. perſecutores tuos humiliter toleraſti. bona
pro malis reddidiſti. Et ego ſi hæc omnia nō ob
ſeruaui, nō ſim dignus quem redimas. Domine
deus meus, ſi feci iſtud, *ſi eſt ulla iniquitas in mani
bus meis*, id eſt, in operibus. i. ſi ulla mea iniquita-
te illos ad perſequendum prouocaui, ſ. ſi feci qđ
nō debui, *ſi reddidi mala retribuentibus mihi mala*
pro bonis, id ē, ſi feci quod etiā iuſtum uidetur
apud mortales, ut redderem mala p malis. Ac
ſi dicat: Si illis qui ſine præcedenti culpa me per-
ſequebantur, non reddidi malum, quod magnę
fuit patientiæ, id eſt, ſi non feci quod debui. Si
ego homo hominem in ira ſuperaui, *decidam in-
anis*, id eſt, uacuus à gloria & à uictoria, ſupera-
tus *ab inimicis meis* interioribus. Vt enim ait bea
tus Gregorius, dū foris ulciſci quærimus, intus
grauiter ferimur. Omnis enim prius peccat in ſe
q̄ in alterum. iam enim anteq̄ foris alij noceat,
innocentiam intus perdidit. & ſic dum uictoriā
foris obtinere credit, quod grauius eſt, intus ſu
peratus eſt. & hoc *merito*. Quid enim ſibi arro-

gat homo, qui dum ab homine ſumit uindictã, ipſe à diabolo uincitur? Ira potius uindicãda eſt quàm homo. Scilicet *perſequatur inimicus animã meam*, ſuggerendo mala. *& comprehendat*, alligando eam per conſenſum. *& ſic conculcet uitam meam in terram*, id eſt, conculcando & ſibi ſubijciendo faciat uitam meam terrenam, ut poſſim eſſe cib⁹ ſuus. Dictum eſt enim ad peccatorem: Terra es & in terram ibis. & ad ſerpentem, Terram manducabis. *Et gloriam meam in puluerẽ deducat*, id eſt, teſtimonium conſcientiæ meæ. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Deducat, id eſt, de conſcientia ducat in pulverem apud eos q̃ ſunt puluis, ut foris apud homines quæram gloriari. uel in puluerem, id eſt, in terrena quæ ſunt puluis, ut non quæram gloriam niſi in illis. Hic tota uis ſententiæ eſt. Iſtud eſt maximum. Quaſi dicat: Sed non eſt iniquitas in manibus meis, nec reddidi retribuentibus mihi mala, & ideo *exurge domine in ira tua* bona, uindicta digna p̃fecto uiro. Quaſi dicat: nõ ego ſuperer ab inimico, imo inimic⁹ a te ſuperetur, & ſpolia eius auferas. Exurge domine p̃ cognitionem, qui modo quaſi iaces apud perſecutores meos per ignorantiam. fac ut te cognoſcãt, ut te ſequantur. Et hoc fac in ira tua, oſtendendo illis iram tuam, id eſt, damnationem & pœnam ſuæ impietatis futurã. *Et exaltare*, id eſt, glorificare, ut lauderis *in finibus inimicorum meorum*, id eſt, in illis qui modo ſunt poſſeſſio dæmonum. uel in illis qui ſunt fines .i. in arce omniũ inimicorum, ſcilicet in peſſimis, quemadmodum in Paulo. *Et ut exalteris in finibus inimicorũ*, *Exurge domine deus meus in præcepto quod mandaſti*, id eſt, appare & manifeſtare in præcepto quod mandaſti, ſcilicet primis parentibus, ſ. in obedientia & humilitate, ut per illam conuertas eos ad te: ut diſcant per humilitatem eum uincere, qui per ſuperbiam primum parentem ſuperauit. *Et cum ſic apparueris, ſynagoga populorum circũdabit te*, id eſt, congregatio fidelium & infidelium circundabit te. illi ad imitãdum, iſti ad perdendum. *Et propter hanc*, ſ. ſynagogam fidelium & infidelium, *regredere in altum*, id eſt, redi in altum. Propter ſynagogam fidelium redi in cælum, ut te iam non hominem tantum cognoſcat, & ut ſpiritum ſanctum mittas qui eam confirmet, ut Petrus qui antea dominum corã ancilla negauit, poſt aduentum ſancti ſpiritus confirmatus, corã rege eum confiteri nõ timuit. Propter infideliũ ſynagogam in altum regredere, ut augeatur eorum cæcitas. uidentes enim p̃ plurima ſigna q̃d deus eſſet, quẽ morti tradiderunt, non auſi ſunt confiteri, ne ſanguis innoxius exquireretur ab eis. hoc modo poteſt legi, ſ. in bonã partem, ab Exurge domine in uirtute tua: uſq;, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam. Poteſt & in malam partem accipi, ita: Continuatio eadem q̃ ſupra. Exurge domine, id ẽ, o Chriſte, in altum aſcende, a cognitione eorũ te remoue. Pone tenebras latibulum tuum, & hoc in ira tua, ſ. eorum incorrectiõi iratus. Et exaltare in finibus inimicorum meorum. Repetitio. Vel exaltare, id eſt, magnitudinem & potẽtiam tuam etiam in illis exerce. fac eos flagellum tuũ. utere eis ad tuorũ fidelium ſalutem, & ſuam dãnationem. Virga furoris mei Aſſur, ipſe autem nõ cognouit. Exurge domine .i. altum & inſcrutabilem & incognoſcibilem illũ te fac. In præcepto quod mandaſti, id eſt, in humilitate uideant te humilem, et non cognoſcant deũ. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Et ſynagoga populorum circundabit te. Iſtud exponitur ut ſupra. *Dominus iudicat populos*. Hoc duobus modis accipi poteſt. uno ita: Ego dixi, regredere in altum, id eſt, aſcẽde ad patrem unde uenisti. Sed ego cui iam reuelaſti ſecreta tua, uideo quod alijs ad ſalutem eſt, alijs eſſe ad damnationem. Ideo dico, dominus iudicat populos occulto iudicio. ideo rogo te, ut me iudices ad ſalutẽ. Alio modo ita: Appare in humilitate, *&* reuertere in celum, & poſt non uenies niſi ad iudicandum manifeſte. & hoc eſt, dominus iudicat populos, id eſt, iudicabit. Notandum quod dicit, reuertere. Diuinitas q̃ ubiq; ẽ, neq; deſcẽdit, neq; aſcẽdit. Humanitas nõ deſcẽdit, q̃ a de uirgine aſſumpta eſt, cũ tñ dicat. Nemo aſcẽdit in cęlũ, niſi qui deſcendit de cælo. Sed eſt dicendũ, quod diuinitas uerbi hoc modo deſcendiſſe uiſa eſt, cum per dominici hominis carnem ſe nobis manifeſtauit. Redijt, cum nobis eam ſubtraxit. Et quia in futuro iudicabis manifeſte, antequam illuc ueniam, *iudica me* hic prius. Flagella, ure, proba aurum tuum. Vel quia hic etiam iudicas occulto iudicio, alios faciens flagella, alios flagellari, iudica me domine, puni, flagella *ſecundum iuſtitiam meam*, id eſt, ad probationem. ita enim poſtulat iuſtitia mea. qui ẽm iuſtus eſt, nõ habet q̃d purgetur, ſicut purum aurum non habet quod deponat in igne, ita & iuſtus ad hoc flagellatur, ad hoc iudicatur, ut eius iuſtitia augeatur. *Et ſecundum innocentiam meã*. Iuſtitia eſt, facere bona. innocentia, deſerere mala. Quæ utraq; non à me eſt, ſed *ſuper me*, id eſt, deſuper. Et quia hoc eſt p̃batio mea, nõ damnatio, cõſummetur, id eſt, p̃ficiatur in me *nequitia peccatorum*. Exercẽat in me iniquitatem ſuam quouſq; poſſunt. quia quanto illi magis ſordeſcunt, tanto ego purior fio. ſicut ignis quanto plus ſordium contrahit ab auro, tanto illud fit purius, & de ſua natura nihil amittit. Viuit impius pio. *&* hoc modo *diriges iuſtũ*, id eſt, iuſtitia iuſti creſcet. Sicut enim nequã exercendo nequitiã in iuſto, fit nequior, ita iuſtus per patientiã fit iuſtior. Et hoc eſt directio iuſti, ut procedat de uirtute in uirtutem. Tu deus hoc facies, qui perfectus es medicus, q̃ ſcis quod in nobis punias. quia tu es *deus ſcrutãs corda*, id eſt, conſilia cordium quæ recta ſunt, & *renes*. i. delectationes quæ prauæ ſunt, quia in renibus uiri, luxuriæ ſedes eſt. i. tu ſcis quando animus con-

Marginal notes: Gene 3. — 1. Cor. 1. — Iſa. 10. — 1. Cor. 2. — Iohan. 3. — Pſal. 83.

ſentit delectationi carnis, uel quando caro ſpiri
tui obedit. Vel corda, id eſt, intẽtiones, & renes
.i. fines intentionum. qa omnis intentio aut ten-
dit ad bonam delectationem, aut ad malam. *Iu-*
ſtum adiutorium meum à domino. Quaſi dicat: Ego
nõ timeo tormenta impiorum, cum ſim iuſtus,
quia adiutoriũ meũ iuſtũ eſt à domino. nã ſaluat
omnes rectos corde. Vel nõ timeo ut dominus
me iudicet in futuro iudicio, id eſt, manifeſto, qa
modo in occulto iudicio adiutorium meũ à do
mino iuſtum, dũ me flagellat temporaliter pec-
cantem temporaliter, in exemplum iuſti iudicij
ſui, ſcilicet ut per hoc oñdat, quàm iuſte æterna
liter peccãtem æternaliter puniat, ut qui nõ par
cit filio, non parcat & ſeruo. Temporaliter pec-
cat, qui peccare ſponte deſinit. Aeternaliter pec
cat, qui ſi ſemper uiueret, ſemper peccaret. Et qa
ſaluos facit rectos corde, nolite ergo iuſti timere.
Vos autem impij cauete uobis, quia deus qui
modo occulte uos iudicat excæcando, uibrabit
gladium ſuum, id eſt, filium ſuum, quem uagina
carnis tectũ miſericorditer uobis miſit. Vibra-
bit, id eſt, deteget, cum manifeſte per eum iudi-
Iohan.5. cabit. Pater enim non iudicat quenquam, ſed iu
dicium omne dedit filio. & hoc ideo, qa *deus* eſt
iuſtus iudex. Nec ulla impotẽtia impedit eius iu
dicium, quia *fortis* eſt. Quaſi dicat: Si iuſtus eſt
& fortis, quare ergo peccantem aſſidue non iu
dicat? Quia eſt *patiens*. Et hoc oſtendit: *Nunquid*
iraſcetur per ſingulos dies? Et hoc facit, ut conuer-
Ieze.18. tamini. Non enim uult mortem peccatoris, ſed
Rom.2. ut conuertatur. Et Apoſtolus: Neſcis quia pati-
entia dei ad pœnitentiam te adducit? Qđ ſi ideo
quia differt pœnam, putas eum non iudicaturũ,
& ideo ſecure peccas, theſaurizas tibi irã in die
iræ & reuelatiõis iuſti iudicij dei. Et hoc eſt qđ
ſequitur: *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibra*
bit. Reuera in futuro iudicabit manifeſte, qa nũc
iudicat in occulto. *Arcum ſuum iam tetẽdit.* Arcũ
.i. diuinam ſcripturam iam tetendit, quia duri-
tia ueteris teſtamenti, flexa eſt neruo noui. Ibi
Exod.21. oculum pro oculo, dentem pro dente: hic autẽ,
Iezec.18. nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur &
uiuat. uel hoc modo flexã, qa inclinata eſt ad ca
pacitatem fidelium per expoſitores & prædica
tores ſanctos. *&* tendendo *parauit illum*, ut eſſet
aptus ad intelligendũ. *Et in eo*, ſ. arcu *parauit uaſa*
mortis, id eſt, prædicatores ſanctos, qui ſalutiferũ
liquorem inde accipiẽtes, infundũt ægris & ſau
cijs mentibus hominum, ut expellãt diri ſerpen
tis mortiferum uenenũ. Vel uaſa mortis in ma-
lum, eoſdem apoſtolos, qui contemnentibus eo
rum doctrinam, uaſa mortis ſiunt: recipiẽtibus,
uaſa uitæ. Alijs eñ ſumus odor mortis in mor
2.Cor.2. tem, alijs odor uitæ in uitam. Et hoc eſt quod ſe
quitur: *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Eoſdem p̃-
dicatores effecit ſagittas ſuas, quæ ſtimulãt cor-
da fidelium ad amorem dei. & hoc fecit arden-
tibus charitate. Aliter: In eo parauit uaſa mor-
tis, hæreticos qui uenenum prauæ intelligentiæ
inde ſumentes, mortificãt & ſe & alios praue di
cendo. & eoſdẽ effecit ſagittas ſuas, id eſt, ſtimu
los ardentibus in dilectiõe dei & proximi. Exci
tauerũt enim multos ad diſcutiendam & aperi
endam diuinam ſcripturam, ut ait Apoſtolus,
Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, mani- 1.Cor.11.
feſti fiant. Dixit, deus uibrauit gladium ſuum, id
eſt, manifeſte mittet filium ſuum ad iudicandũ.
& hoc inde poteſt ſciri, quia iã occulte iudicat
in ſacra ſcriptura, alios in mortem excæcando,
alios in uitam illuminando. Et ut oſtendat illam
manifeſtam damnationem nõ ex iudicis crude-
litate futuram, ſed ex proprijs impiorum me-
ritis, ſubiungit: *Ecce parturit iniuſtitiam, & conce*
pit dolorem. Quaſi dicat: Nõne uides quomodo
theſaurizat ſibi iram in die iræ? Vel poteſt dici
de hæreticis, hoc modo: Vere ſunt uaſa mortis.
Ecce parturit iniuſtitiam, & concepit dolorem.
Si de omnibus impijs dicimus, ita: Ecce cõcepit
dolorem, ſicut mulier cũ uoluptate ſemen con
cipit, unde poſtea habet magnum dolorem: ita
iſte cõcipit in corde delectationem earum rerũ,
quæ magnos dolores ei facient, cũ nec ſine ma-
ximo dolore derelinquuntur, nec retineri poſ-
ſunt. Et ideo parturit, id eſt, meditatur parere
per conſenſum iniuſtitiã, dum cogitat perficere
malum. Ex eo enim quod mala concepit, medi
tatur fieri mendax, periurus, iniuſtus, & cætera
huiuſmodi. Et *peperit iniquitatem*, id eſt, in actum
perduxit. *Lacum aperuit.* Talis ſimilitudo eſt. il-
le qui aperit foueam, & effodit eam faciens pro-
fundam, poſtea incidet in eam foueam quam fe
cit alijs ipſe prior, quia in ipſa meditatione iam
peccauit in ſe. Omnis enim prius peccat in ſe, q̃
in alterũ, cui hoc ſolum nimis nocuit quod uo-
luit. Vel exponit qđ dixit: Ecce parturit iniu-
ſtitiam & concepit dolorem. lacum aperuit, ad
hoc quod dixit, concepit dolorem. Aperuit la-
cum, cum cõſenſit in malum. *Et effodit eum*, cum
fraudi operam dedit, uel cũ laborauit ut in actũ
perduceret. & hoc ad illud, parturit iniuſtitiã.
Et incidit in foueam quam fecit, ad illud, & peperit
iniquitatem. *Conuertetur dolor eius in caput eius.*
Si ad ſimilitudinem, ita: Sicut ille qui magnã pa
rat foueam, tandem incidit in eam: & quicquid
aggregauit, ruens ſuper eius caput, eum oppri-
mit: ita quicquid mali impius ædificauit in tota
uita ſua, cadet ſuper eum cum tandem inde da-
mnabitur. Aliter: Conuertetur dolor eius in ca
put eius, cum cogitauit malum foris operari in
proximum, antequã proximo foris noceat, con
uertetur intus in caput eius, id eſt, in mentem, ut
illam prius percutiat. *&* non ſolum in caput,
id eſt, in mentem, ſed *iniquitas eius deſcendet in*
uerticem ipſius, id eſt, diſcretionem, ut illam peri-
mat quæ eſt mentis uertex, id eſt, ſumma pars.
Dictum eſt hoc ad ſimilitudinem, quia in uerti-
ce capilli ſeparantur, in diuerſas partes capitis
deſcendentes. Si accipiamus de ſolis hæreticis,
dicemus: Ecce, uide quomodo fiũt uaſa mortis.

Concepit enim iſte ex illo arcu dolorem, id eſt,
ueneniferum intellectum. & ideo parturit iniu-
ſtitiam, dum conatur prauum intellectũ ſuum
alijs aſſerere. Qui enim uerum dicit, non labo-
rat. Et peperit iniquitatem, cum alijs perſuaſit.
lacum aperuit, errorem prædicãdo ad caſum
multorũ. Sicut in lacu profundo obſcuritas eſt,
ita in hęreticorum doctrina. & effodit eum mul
to labore, & multis aſſertionibus confirmando.
& incidit in foueam quam fecit, non ſolũ in fu-
turo iudicio inde damnãdus, ſed etiam prius in
occulto, dum permittitur in cæcitate ſua uiuere.
Oſtendit quomodo incidit. Conuertetur dolor
eius in caput eius. Increduli & hæretici occulte
iudicantur, & poſt manifeſte. Ego autem ſeruus
tuus, qui cognoſco ad hoc fieri occultum iudici
um tuum modo, ut iuſtus iuſtificetur, & creſcat
de uirtute in uirtutem. *Confitebor domino* & gra-
tias agam & laudem dicam. *ſecundum iuſtitiam
eius*, qua me caſtigat ut pater filium. *&* non ſolũ
laudabo ore, ſed pſallam, id eſt, bene operabor.
Eccl.15. quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *No-
mini* tuo, id eſt, ad laudem tuam, non meam. Ali
ter: Dicit Hieronymus Chuſi non fuiſſe filium
Iemini, ſed Arachi. & ſecũdum eum Chuſi inter
pretatur æthiops. Per hunc poteſt diabolus ac-
cipi & eius mẽbra, ſcilicet omnes perſecutores.
Qui Chuſi eſt filius Iemini. Ieminus de progenie
Beniamin fuit, ſicut & Saul & Semeì, qui capi-
2.Reg.16 te aſperſo puluere inſultauit Dauid, uocãs eum
uirum ſanguinis, uirum Belial. illi omnes perſe-
cutores Dauid, de progenie Beniamin fuerunt.
Et ſecundum hoc poteſt legi in perſona Dauid
prophetæ, uel alicuius perfecti de priori popu-
lo. Quem cãtauit, id eſt, exultãter operatus eſt.
pro uerbis, id eſt, pro minis uel blandicijs Chuſi,
id eſt, perſecutoris filij Iemini. In perſona illorũ
põt legi pſalmus, ita ut ſupra in principio. Do-
mine de⁹ meus, in te ſperaui, ſaluũ me fac. Quaſi
dicat: Veni domine & noli tardare. Aliter in p-
ſona capitis. Pſalmus Dauid, id eſt, Chriſti capi
tis, quem cantauit, id eſt, exultanter compleuit.
domino, id eſt, ad honorem domini, pro uerbis
Chuſi, id eſt, pro manifeſtatiõe illius ſecreti qđ
per eum diſpoſuit Dauid. dico filij Iemini, id
eſt, propicij dei. Non quod hæc locutus ſit q̃ in
pſalmo dicũtur, ſed quod in euidentia rei oſten
ditur hoc potuiſſe fieri & dici, ſicut in omnibus
pſalmis eſt habẽdum. Vox dominici hominis:
domine deus meus, in te ſperaui, quãtum ad hu
manitatem. ſaluũ me fac caput & membra. Ex
omnibus perſequentibus me Iudæis, & libera
me a perſequentibus iudæis, ut per me mei ſal-
uentur. Nequãdo rapiat ut leo animam meam
iudaicus populus. animam, id eſt, uitam. Dum
non eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat, ſi tu
non redimis. Domine deus meus, ſi feci iſtud, ſi
eſt iniquitas in manibus meis, id eſt, ſi obedien-
tiam à te iniunctam & humilitatem non imple-
ui. & cætera, ut ſupra. Decidã merito ab inimi-
cis meis, perſecutoribus iudæis. inanis, id eſt, ua
cuus à gloria reſurrectionis. hoc mõ Perſequa-
tur inimicus animam meam, iudaicus populus
perſequatur ut occidat. Et conculcet uitam me
am in terra, me morti tradendo. Et gloriam me
am, mei capitis & meorum, in puluerem dedu-
cat, ut tantum corpus meum ſoluatur in pulue
rem, & non reſurgat. Si autem ego & feci quod
iuſſiſti, factus tibi obediens uſq; ad mortem, &
reddidi non mala pro malis, ſed bona pro ma-
lis. Exurge domine, id eſt, recede ab eis. Excæca
cor illorum ut me perſequãtur. Si enim cogno
ſcerent, nõ crucifigerent. in ira tua. Niſi enim il-
lis iratus eſſes, non adeo ab eis receſſiſſes. Et exal
tare in finibus inimicorum meorum, id eſt, non
tãtum appareat magnitudo potentiæ tuæ in bo
nis, ſed etiam in malis. Vtere eis in bonum. fac
eos flagellum tuum. crucifigant me & interfici-
ant, ad meorum uitam & ſuum interitum. Exur
ge domine deus meus. ab illis recede, meis autẽ
exurge, id eſt, cognitionem tuam illis prębe. uel
exurge, id eſt, fac me exurgere, ut aſcendã in cæ
lum, & mittam in eis ſpiritumſanctum, qui cha
ritate impleat corda eorum. In præcepto quod
mãdaſti, id eſt, in charitate. Hoc eſt præceptum
meum, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos. &, Iohan.15
in hoc cognoſcent uos quia mei eſtis diſcipuli, ſi Iohan.13.
dilectionem habueritis inuicẽ. Et ſynagoga po-
pulorum circundabit te, id eſt, congregatio fide
lium ad imitãdum. & quia in hac fidelium ſyn-
agoga erunt quidam habentes Chriſtianũ no-
men, non opera: ideo addit etiam, propter hãc,
non ſolum propter ſynagogam perſequẽtium
in altum regredere. recede ab eis. hoc eſt quod
Apoſtolus dicit, In illis diebus inſtabũt tempo
ra periculoſa, & erunt homines ſeipſos aman- 2.Tim.3.
tes &c. &, refrigeſcet charitas multorũ. Ad qđ Matt.24
illa omnia fiant, ſubiũgit. Dominus iudicat po
pulos, ſaluandos & non ſaluandos. non ſaluan-
dos, præcedẽtibus meritis hic excæcat, ut in fu-
turo damnentur. Saluandos iudicat iuſtifican-
do, ut in futuro coronentur. Et quia tu domine
pater iudicas populos, hos ad ſaluandum, illos
ad perdendum, iudica me in meis ſecundum iu-
ſtitiam meam. & cætera uſque in finem, ut ſu-
pra.

¶ In finem pro torcularibus pſalmus Dauid. VIII.

DOmine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa ter-
ra? Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Ex ore infantiũ &
lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum
& ultorem. Quoniam uidebo cælos tuos opera digitorum tuorum, lunam
& ſtellas quæ tu fundaſti, Quid eſt homo quòd memor es eius? aut filius ho

minis, quoniam uiſitas eum? Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & cōſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora cāpi. Volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra?

Pſalmus Dauid, ꝓ torcularibus. Nihil de torcularibus agit hic pſalmus, & hic titulus ideo non accipitur ad literam. Pro torcularibus igitur, id eſt, pro eccleſiis, in quibus nūc agitur, ut affectu & opere probi ſeparent ab improbis, quomō in torcularibus uina à uinaceis, in area grana à paleis. & uino tñ & granis, ut ad maturitatem uenirent, neceſſaria erāt huiuſmodi integumenta. Viuit enim impius pio. Aliter: Pro torcularibus, id eſt, martyribus, quorum anima eſt quaſi uinum, corpus quaſi uinacea. & ſicut in torcularibus uinum ſeparatur à uinaceis, & uinum portatur in cellaria ad ſeruandum, uinacea proijciuntur porcis comedenda: ita hic martyrū animæ preſſura martyrij ſeparantur à corpore, & mittuntur in æternam requiem: corpora uero proijciūtur, comedenda à terra. Aliter: Verbum dei eſt quaſi uua. quod dum peruenit ad aures hominum per prædicatores, quaſi uua ad torcular uenit. ibi uerbum quaſi integumentum remanet, intellectus autem ſicut uinum reconditur in memoria: & nō aceſcit, ſed diffunditur in diſciplinā morum & habitū mentis. Propheta loquitur in hoc pſalmo, præuidens filiū dei in hunc mūdum uenturum in forma humana, ad redemptionem hominum & ad ædificationem eccleſiæ ſuæ. hac intentione, quia credimus quod non uidimus, ideo pluribus atteſtationibus opus eſt ad fidem: ideo etiā tot prophetiæ de Chriſto datæ ſunt. Sequitur:

D*omine dominus noſter*, tu qui per naturam Dominium es deus, factus noſter per gratiam. quia cum uoluntatem ſuam dignatus eſt iudaico populo per legem aperire, quaſi ſpiritualiter per gratiam deus eorum factus eſt. *Quàm admirabile eſt nomē tuum*, fama tua, *in uniuerſa terra*, qui prius tantum in Iudæa notus eras. Bene, Pſal.75. in uniuerſa terra: quia nō eſt gens aliqua, de qua aliqui nō ſint in eccleſia. Hic titulus aperitur ꝓ torcullaribus, id eſt, eccleſiis. Vere admirabile, id eſt, ualde laudabile. *quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos*. Tribus modis poteſt hoc dici. Magnificentia tua, id eſt, magnificus tuus Chriſtus, qui emphatice ipſa magnificentia dici poteſt. Eleuatus ē ſuper cælos. hoc materialiter, quia aſcendit uſque ad octauum cælum. Aliter: ſuper omnes prophetas & apoſtolos, qui magni quidem ſunt, ſed omnibus illis maior eſt Chriſtus. Quia unxit eum deus oleo lætitiæ p̄ parti- Pſal.44 cipibus ſuis. ꝗ cæli dicti ſunt, ut illud: Cæli enarrant gloriam dei. Aliter: Super cælos, id eſt, præ- Pſal.17. conia diuinarum ſcripturarum, quæ magnū te prædicant, ſed maior eſt gloria tua quàm fama. quæ ſcripturæ cæli dicunt, ꝗ cælāt diuina myſteria. uel ꝗ digito dei, id eſt, ſpūſctō ibi inſculptæ ſunt uariæ formæ ſacrorum intellectuum, hiſtoriæ, moralitatis & myſterij. Cælum etiam eſt inſtrumentum ferreum, ad cælādum, id eſt, ad ſculpendum aptum. uel quia in eis omniū hominum uitæ forma impreſſa eſt: & hoc modo poſſumus dicere, magnificentia tua eleuata eſt ſuper cælos, quia quicquid in illis ſcripturis per ſculpturam ſpiritusſancti eleuatum eſt & informatū, multo minus apparet quàm in Chriſto, qui eſt omnium ſcripturarum ueritas & finis. In hoc gloria mea o Chriſte maior eſt, quàm præconia ſcripturarum de te. *Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, id eſt, perfectam feciſti laudem *tuam*, in hoc quod ad prædicādum nomen tuum non potentes huius ſeculi, non di- 1.Cor.1. uites, non ſapientes elegiſti, ſed ignobiles, pauperes & infantes, id eſt, ineloquentes, quantum ad mundanam eloquentiam, ut fides credentiū pure appareat eſſe in uirtute tua, non in ſublimitate ſermonis. Et lactentium, adeo infantium, ut lac ſugerent, id eſt, ſimplicem doctrinam tuā, nondum ualentes capere ſolidum cibum diuinitatis tuæ, antequam ſpiritusſancti eruditione creſcerent in uirum perfectum. Aliter: lactātiū .i. quanquam eſſent infantes quantum ad humanam eloquentiam, tamen eſſent lactantes, id eſt, aptos ad nutriendum paruulos eccleſiæ. Et q̃ tales elegiſti, *propter inimicos tuos* feciſti. Inimici dei ſunt omnes qui ſuam gloriam quærunt, non dei. Exponit quod dixit, propter inimicos tuos. *Vt deſtruas inimicum* ſcilicet tuæ, *& ultorem* ſuæ laudis, ſcilicet piloſophū, iudæum carnaliter ſapientem, & hæreticum. Quia elegit deus infirma mundi, ut confundat fortia: & ignobilia, ut 1.Cor.1. confundat nobiles: & quæ ſtulta ſunt elegit, ut cōfundat ſapientia. Aliter: ex ore infantium illorum qui clamabāt o ſanna, perfeciſti laudem Matt.21. tuam: quia ibi apparuit quanta ſit laus & uirtus tua, cum & illi te laudauerunt. & cum illos feciſti te prædicare, propter inimicum feciſti iudaicum populū, qui te negabat, & ultorem ſuæ legis, ut in puerorum ſapientia damnares ſenum ſtultitiam. *Quoniam uidebo cælos tuos*. hoc continuatur ſuperius ad illud, qđ diximus cælos accipi fideles ſanctos, uel ſanctam ſcripturam, hoc modo: Verum eſt quod dixi, quia magnificētia tua ſuperat cælos. quod manifeſte probabitur, quia ego in poſteris meis uidebo cælos tuos, ſ. fideles ſanctos, coruſcantes miraculis, complucentes uerbis. Si ad ſacram ſcripturā, uidebo ex cælata ſcriptura tua illos cælos factos. *Opera di-*

gitorum tuorum,id eſt, quos digiti tui cælos fece
runt. & ideo magnificentia tua ſuperat illos. Ex
diuerſis donis ſpiritus facti ſunt uiri ſancti cæli.
Quæ dona in digitis ideo accipiunt,quia in nul
lo membro tãta eſt diuiſio, quãta in manu p di
gitos. Et ſpiritus unus eſt,ſed diuerſa dona. *lunã
& ſtellas* hos uocat cælos. lunam, id eſt,uniuer-
ſalem eccleſiam,quæ lunæ cõparatur , quia ali-
unde accipit ſplẽdorem. uel quia perfectionem
habet modo in anima, imperfectionem in cor-
pore . Vel quia plenitudinẽ habet in perfectis,
minuitur in imperfectis. Stellas: uel ſingulas ec-
cleſias , uel ſingulos fideles in eccleſia . Qui a ſe
1.Cor.15. differunt in decore uitæ , ut ſtella à ſtella dif-
fert in claritate . Quæ uel quas *tu fundaſti* funda-
mento fidei,ut nullo tentationum uento , nulla
tribulationum tempeſtate poſſent moueri. fun-
Mat.7. datę enim ſunt ſupra petram. *Quid eſt homo* quia
memor es eius? cum admiratione & gaudio legen
dum . Video quod homines per magnificũ tuũ
facis cælos, facis lunam & ſtellas. Quid eſt hõ?
quàm magnum & q̃ dignũ apud te ? Video eũ
fragilem, nullius precij, & indignum tua dignati
one,ſed ſua culpa,non natura: quia tu creaſti eũ
Gen.1. ad imaginem & ſimilitudinem tuã. Ex hoc mani
feſtum eſt, quod magnum quid eſt homo apud
te,quod memor es eius . Bene memor,quia per
inobedientiam receſſerat a te, & uenerat in regi
Luc.15. onem lõginquam ſed tu per miſericordiam tuã
memor, q̃ ratione tibi ſimilis creatus eſſet , eũ
euocaſti per filij tui obedientiam. *Aut filius homi
nis* quia *uiſitas eum?* Notandũ quod dico,homo
& filius hominis. In homine uult intelligi omnẽ
peccatorem, Adam ſ. q de humo factus , ad hu
mum ſe totum inclinauit, & omnem qui uetu-
ſtate eius naſcitur & manet. filius hominis,Chri
ſtus, & omnis q eius imaginem geſtat, recte acci
pitur. Qui Chriſtus filius hominis eſt, non homi
num: quia de ſola uirgine natus eſt ſine admixti
one uirili, ſine cõcupiſcentia carnali. Huius ima
ginem geſtat omnis qui ueterem hominem ex-
Col.3. uit cum actibus ſuis , deponens naturam illam,
quã ab eo ille cõtraxit. Et induit nouum homi-
nem,qui ſecundum deum creatus eſt in ſanctita
te. aut filius hominis, Chriſtus filius uirginis . Et
ille quantum ad humanam naturã quid eſt? nõ
dico quod memor es eius,quia non receſſit a te:
ſed *quoniam* uiſitas eum. Bene uiſitas, ſicut medi
cus uenit ad infirmum, quia infirmus non poteſt
ad eum uenire. Ita diuinitas Chriſti eius humani
tatem, quæ ſeſe erigere non poterat, uiſitauit &
ad ſuperna leuauit. Magnam gloriam cõtuliſti
homini per filium hominis . Reuera magnũ eſt
apud te quod illum uiſitas. Oſtendit quomodo
uiſitauit. *Minuiſti eum ab angelis*, quantum ad hu
manam naturã: quia mortalem feciſti, quia paſ-
ſibilem: ſed tamẽ *paulominus*. Ideo paulominus,
quia non neceſſitate mortalis uel paſſibilis fuit,
ut cæteri hominũ, qui longe inferiores ſunt an-
gelis, ſed ꝓpria uoluntate. Et quia infirmus, ideo
eum uiſitaſti. quod inde patet, quia *gloria & ho
nore coronaſti eum*. Gloria reſurrectionis, & ho-
nore aſcenſionis : quia ſedere feciſti ad dexterã
tuam. Aliter: Coronaſti eum gloria,id eſt,in te
nebris Inferni, ubi nullus locus , nulla eſt diſtin-
ctio, circuncinxiſti eum magna luce: et honore,
cum idem redijt circundatus multitudine ange
lorum miniſtrantium ei. Et multa corpora ſan- Mat.27.
ctorum cum eo ſurrexerunt. *Et conſtituiſti eũ ſu-
per opera manuũ tuarum* poſt aſcenſionem, id eſt,
ſup ordines angelorꝫ, q dignitate quadã merito
ſunt dicendi opera manuum eius, cum reſpectu
aliarum creaturarũ quaſi ſtudioſius creati uide
antur. Et eſt dictum a ſimili, quia illis operibus
quæ perfectius fieri uolumus , proprias manus
adhibere ſolemus . Et non ſolum conſtituiſti eũ
ſuper ſuperiores creaturas, ſed & inferiores illi
ſubiugaſti. *Omnia ſubieciſti*, ſ. ei alia præter ange
gelos, *ſub pedibus*, id eſt, ſub ſacramẽtis incarna-
tionis eius, ut per ea uel ſaluentur credendo &
conſeruando, uel pereant contemnendo. omia,
præter eum qui ſubiecit ei omnia, ſcilicet *oues*, 1.Cor.15
id eſt, ſimplices in eccleſia, *& boues*, id eſt prædi-
catores, qui in eccleſia quaſi in area triturãt, q a
pedibus, id eſt, doctrina excutiunt grana a pale
is, cum de peccatoribus faciũt iuſtos , exuentes
eos a palea peccatorum, uel ſeparãtes fideles ab
infidelibus. De quibus dicitur : Nõ alligabis os Deu.25.
boui trituranti. Nota quod boues fœmineo ge- 1.Cor.9.
nere poſuit, quæ aptæ ſunt ad fœtum. ita & apo
ſtoli, cum ſint triturantes in minoribus, ſunt eti
am procreantes alias boues, ne nunquam defici
ant prælati eccleſiarum. Ve illud, pro patribus Pſal.44.
tuis nati ſunt tibi filij . Ideo & *uniuerſas* addidit.
Inſuper & pecora campi. Ideo inſuper, quia hi qui
perſequuntur , diuerſi ſunt a ſuperioribus ordi
ne uitæ. Et pecora campi, id eſt, uoluptuoſos. ar
dua, id eſt, laborẽ fugientes , deditos gulæ & lu
xuriæ. *Volucres cæli*, id eſt, elatos, cęleſtia riman
tes , & ſibi per ſuperbiam hoc attribuentes , ut
aſtrologi. Vel uolucres cæli, potentes huius ſe-
culi, deum per ſuperbiam blaſphemantes. *Et pi-
ſces maris*, id eſt, huius ſeculi curioſos. *qui peram-
bulant ſemitas maris*, id eſt, qui cogitatiõibus ſuis
ea perquirunt, quæ tranſitoria & cito uaneſcen
tia ſunt, ut ſemitę maris. Nota quod dicit maris,
non fluminis uel riui. per hoc enim oſtendit, eo-
rum inquiſitionem nimis amplam, non aſtrictã
aliqua menſura . In his tribus generibus, beſtijs
terræ, uolucribus celi, & piſcibus maris, poſſunt
notari illæ tres tentationes diaboli, quibus do- Mat.4.
minus tentatus fuit: gula, ſuperbia, uana gloria.
gula in beſtijs terræ, ſuperbia in uolucribus cæ-
li, uana gloria in piſcibus maris. Et propter hæc
omnia, *Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt
nomen tuum in uniuerſa terra!*

¶ In finem pro occultis filij, pſalmus Dauid. IX.

CONfitebor tibi dñe in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo altiſſime. In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & peribunt à facie tua. Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam, ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Increpaſti gentes, & perijt impius, nomen eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti. Perijt memoria eorum cum ſonitu, & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronũ ſuũ, & ipſe iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Et factus eſt dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te domine. Pſallite domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes ſtudia eius. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt, nõ eſt oblitus clamorem pauperum. Miſerere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Exultabo in ſalutari tuo, infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Cognoſcetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patiẽtia pauperũ non peribit in finem. Exurge domine, non confortetur homo, iudicentur gentes in conſpectu tuo. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos, ut ſciãt gentes quoniam homines ſunt. Vt quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione? Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſilijs quibus cogitant. Quoniã laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret. Non eſt deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt uiæ illius in omni tempore. Auferũtur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum dominabitur. Dixit enim in corde ſuo, non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Cuius maledictione os plenum eſt & amaritudine & dolo, ſub lingua eius labor & dolor. Sedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelũca ſua. Inſidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo ſuo humiliabit eum: inclinabit ſe & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt deus: auertet faciẽ ſuam, ne uideat in finẽ. Exurge domine deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pauperũ. Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde ſuo, non requiret. Vides quoniam tu laborem & dolorem conſideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni. quæretur peccatum illius, & nõ inuenietur. Dñs regnabit in æternũ & in ſeculũ ſeculi, peribitis gẽtes de terra illius. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorũ audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare ſe homo ſuper terram.

Pſalmus Dauid in finem, id eſt, hæc operatio eſt Chriſti dirigentis in finem, id eſt, in conſummationem pro occultis filij. Quia abſolute poſuit filij, quam locutionem excellẽtia petit Chriſti, accipitur. Iohan. 8 Vt illud, Si uos filius liberauerit, liberi eritis. Eius occulta multa ſunt, præcipue tamen hæc, prior eius in humilitate aduentus, quẽ ſequitur manifeſtus. Occultum etiam fuit quod Roma. 11. inſertus eſt oleaſter. Ad q. ut inſtrumẽto uſus eſt Chriſtus cæcitate Iſrael. Occultũ eſt & hoc, quod deus in hac uita tribus modis iudicat, dũ quiſque aut flagellis exercetur, ut uiri perfecti, quibus nõ eſt opus correctiõe: aut monetur pœna ad conuerſionem: aut ſi admonitionem contẽnit, præparatur ad pœnam. Pro occultis ergo filij, id eſt, pro occultis ſuis. Vox Chriſti capitis, gratias agentis, & hortantis membra ſua ad laudem dei, p omnibus eius beneficijs ſuo exẽplo.

CONfitebor tibi domine, id eſt, laudem dicam nomini tuo. Eſt confeſſio laudis, eſt & peccati. *In toto corde meo*, id eſt plene, tuæ diſpoſitiõi in nullo contradicens. Vel in toto corde, id eſt, nulla parte cordis aliud habẽs, niſi quod ad laudem tuam pertineat, & tibi totum uacet. Et cũ alij te laudent, *narrabo omnia mirabilia tua*, id ẽ, in q̃ tu uoluiſti & diſpoſuiſti per me narrare. Vel narrabo, id eſt, manifeſtabo, quia omnia per eũ

Ioh.1. deus fecit, omnia mirabilia, uiſibilia & inuiſibi-
lia. multa miracula filius dei operatus eſt, & per
ſe & per ſuos, occulte & manifeſte. Occulte, fa-
ciēdo de impio pium, de perſecutore diſcipulū.
Manifeſte uero, infirmos ſanando, mortuos re-
ſuſcitādo. quod minus eſt q̄ q̄d occulte. Maius
eſt enim animam reſuſcitare quàm corpus. Ma-
Act.9. ius enim fuit Paulum perſecutorem cōuertere,
Ioh.11. q̄ Lazarum de monumento reſuſcitare. Vnde
Ioh.12. dominus: Qui credit in me, opera q̄ ego facio,
& ipſe faciet, & maiora horum faciet. Omnia q̄
deus pater diſpoſuit fieri ad reparationem gene
ris humani, per filium ſuum oſtendit. ideo bene
filius dicit, Narrabo omnia mirabilia tua. Et te
laudādo, perfecte gaudebo: quia & in anima, &
in corpore. *letabor in anima, & exultabo* in cor-
pore. *in te*, nō in me, nō in alia re. Et ut hoc poſ-
ſim, *pſallam*: faciam me pſalterium. & inferioris
partis percuſſionem gratanter ſuſcipiendo, de-
ſuper in ſpiritu humilitatis dulce melos reſona-
bo. & hoc faciam *tuo nomini*, id eſt, ad laudē tuā,
Ro.11. ut p me creſcat laus tua *altiſſime*. Quis enim co-
gnouit ſenſum domini? Vel in hoc altiſſime, *in
conuertēdo inimicum meum retrorſum*, laudabo te
& gratias agam, non in præterito uel in præſen
ti tantum, ſed ſemper in me & in meis, in conuer
tēdo inimicum meum retrorſum. Inde tibi gra-
tias ago ſemper, quia inimicus generis humani
qui primum hominem ſuperauit, & poſt ſe abi-
re fecit, princeps huius factus mundi, me etiam
tētādo, (uenit enī princeps mūdi huius, & in me
Ioh.14. nō habet q̄cquā) retrorſum datus eſt, ut in illis
Phil.3. ſolūmodo dominet̄, q retro ſunt in terrenis, no
lentes ſe in anteriora extēdere. Quia ille q huma
no generi dux mortis erat, mō retrorſum abijc
tentando, perſequendo ut canis. Aliter: Quia ini
micum meum quenq̄ infidelem, qui prius non
cognoſcens infirmitatem ſuam, putabat ſe non
egere medico, conuertes retrorſum, ut poſt me
abeat, me medicū quærat. Et ſecundum hāc ſen
tentiā recte ſequitur, *infirmabuntur*. Ideo retror
ſum conuertentur, quia infirmabuntur, id eſt, q
ſibi prius fortes uidebantur, infirmos ſe cogno
Gal.2. ſcent, *& ſic peribunt* quod fuerunt. Vt illud, Vi-
uo iā nō ego, uiuit uero in me Chriſt⁹. *A facie tua*,
id eſt, a cognitione tua, poſtquam te deum crea-
torem ſuū cognoſcent. Quia inimicus ille unus
eſt in ſe, & multi in mēbris ſuis. ideo poſt ſingula-
re plurali utitur. Secundū priores ſententias ſic
iſtud aptatur. Infirmabuntur hoc modo: inimi-
cum caput & membra cōuertes retrorſum, q̄a
infirmabuntur, inefficaces fient hic, & poſtea pi
Iſa.26. bunt, id eſt, penitus recedent. a facie tua, id eſt,
a præſentia tua. Tollatur impius ne uideat faci
Ioh.11. ēm dei. Ideo peribunt, *quoniam feciſti*, id eſt, faci-
es o pater *iudicium*, quod ipſi putabant ſuum, il
lud facies *meum*. Vt illud, Expedit ut unus mo-
riatur pro populo, & nō tota gens pereat. Sicut
nauta uentum dicit ſuum quo utitur, *& cauſam*
ſcilicet iudicij quam ſuam putabāt, *feciſti meam*.

Quæ fuit? ne forte mundus poſt eum abeat. Et Ibidem.
ut illud iudicium meum fieret, *ſediſti ſuper thro-
num*, id eſt, recte iudicaſti. Thronus eſt iudiciaria
ſedes. Tunc iudex dicitur ſedere in throno, cū
illa ſede non abutitur. Aliter: ſediſti ſuper thro
num *qui iudicas iuſtitiam*, id ē, humanitatem me-
am paraſti tibi ſedem iudiciariā, ut ex illa mun-
dum iudicares. Vt illud, Deus erat in Chriſto 2.Cor.5.
mundum reconcilians ſibi. Et illud, Pater non Ioh.5.
iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit fi-
lio. Quod iudicat filius, iudicat pater & ſpiritus.
ſed attribuitur iudicium dominico homini, q̄a
ſi ex ſola potētia diuinitatis homines iudicaret,
quodammodo ex infirmitate & impotentia ſe
poſſent excuſare. Nunc autem humanitate filij
nobis ꝓpoſita, q bona illa fecit q̄ a nobis exqui
runt, & mala uitauit, ad exēplū illius oēs iudica
bunt. Oñdit quō pibūt. Sedēdo ſup thronū tu-
um, *increpaſti gētes*. arguiſti eas de incredulitate
& impietate p me & meos apoſtolos. *Et perijt im
pius*, factus fidelis. Et hoc nō ad tēpus, ſed *deleſti
nomen eorū*, illud nomen quod ipſi ſibi acquiſiue
runt, *in æternum*, id eſt, *in ſeculum*, id eſt, æternita-
tem *&* finem huius *ſeculi*, quod uocatur tēpus,
id eſt, huius uolubilitatis. Et non mirū ſi perijt
impius, quia *inimici frameæ*, id eſt, opiniones er-
roris uel perſequentes Chriſtum, *defecerūt* con-
tra gladium dei bis acutum, ſ. contra ueridicaſ
ſententias noui & ueteris teſtamenti. *In finem*, id
eſt, in Chriſtum qui eſt gladius dei, ſcilicet cōtra
prædicationem Chriſti. Vel in finem, id eſt, peni
tus. Et poſtquā opiniōes erroris deſtructæ ſunt,
ciuitates deſtruxiſti, id eſt, ſocietates & conuenti-
cula malorum, ut fierent ciuitates tuæ. Vel ciui
tates accipiemus pectora malignātium. ibi ſunt
& curia doloſa & conſilia. Illius curiæ princeps
eſt ueritatis inimicus. eius pernicioſiſſimi ſatelli-
tes, corporis ſenſus *&* membra. plebs uero, car
nales concupiſcentiæ uarie tumultuantes. Has
ciuitates deſtruxiſti, cum omnia eorum conſilia
ad bonum direxiſti. Et hoc modo *perijt memo-
ria eorum*, id eſt, fama illa quā ſibi in terrenis ac-
quiſierant ad memoriam ſui poſt hanc uitā. *cum*
magno *ſonitu* & magno tumultu, poſtquam co
gnouerunt in his non eſſe gloriandum. Vel me-
moria impiorum, ut iam non regnet peccatum Ro.6.
in corpore eorum. & hoc cum ſonitu, id eſt, ma-
gna reclamatione totius orbis. Vel hoc modo
cum ſonitu, quia nō potuerunt exuere ueterem
hominem cum actibus ſuis, & induere nouum Col.3.
ſine magno tumultu & magno conflictu. Aliter:
In conuertendo inimicum meū retrorſum, dia-
bolum ſcilicet, cui tētanti Chriſtum, ut eum ſe-
duceret quemadmodū in primum hominem ſe Ge.3.
cit, dictū eſt a domino: Vade ſathanas. non ten-
tabis dominum deum tuum. Et non ſolum, ſed
etiam miniſtri ſui Iudæi perſequentes, infirma-
buntur, nō ualentes in me perficere quod uolue
runt. quia nemo tollet à me animam meam, ſed Ioh.10.
ego pono eam a meipſo. Hic infirmabuntur, &

poſtea in futuro iudicio peribunt a facie tua, cũ
Iohan.19. uidebũt in quem transfixerunt, quia tunc plane
cognoſcent me non fuiſſe ſolum hominem. Ideo
infirmabuntur, quia iudicium illud quo me
iudicauerunt, meum feciſti, ut occulte mihi milli
tarent, dans pati iudicem hominum. Quia etſi
illi foris iudicarent in corpore, tu tamen ſediſti
iudiciaria poteſtate ſuper thronũ, id eſt, animã
meam quam tibi feciſti ſedem, carnem meã ſca
bellum pedum tuorum. Ideo anima Chriſti dicitur
ſedes diuinitatis, quia etſi alijs animab⁹ eſt
excellentior, tamẽ deitate inferior. Qui iudicas
iuſtitiã. Ac ſi dicat: Tu in anima mea ſediſti nõ
iudicandus, ut ego hõ, ſed iudicaturus. qui ſemper
iuſte iudicas. ideo etiam feciſti iudicium meum,
quia iuſte iudicatus ſum. In damnatione
mortis hoc feciſti, poſtea increpaſti gentes per
prædicatores, mittendo ſpiritum ſanctum poſt
aſcenſionem meam, qui diſciplinam & ſapienti
Luce. 21. am eos doceret, ſicut ipſe dixit: Ego dabo uobis
os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere
omnes aduerſarij ueſtri. Increpaſti gentes, gentiles
de idololatria, iudæos de incredulitate. Et
perijt impius, diabolus dux mortis. nomen eorum,
Apo. 20. ſcilicet infidelitatis, deleſti de libro tuo, q
eſt liber uitæ & mortis, id eſt, de memoria tua.
& ſcripſiſti in libro uitæ. i. in Chriſto, ſcilicet in
fide Chriſti, ut fideles & Chriſtiani dicantur in
æternum & in ſeculum ſeculi. Cum auerterit ſe
Ieze. 18. impius ab impietate ſua quã operatus eſt, omnium
iniquitatum eius non recordabor amplius.
& ſic illi qui prius erant frameæ inimici, id eſt,
diaboli, per quos iugulabat Chriſtum & ſuos,
defecerũt ab inimico, quia cum deſeruerunt in
finem, id eſt, in Chriſtum. Ad hoc illum deſeruerunt,
ut Chriſtum ſequerentur. & ciuitates deſtruxiſti,
id ẽ, omẽs turbati animi motus. Non
ſolum deſtructæ ſunt omnes, ſed etiam memoria
eorũ perijt, ut nec memores ſint ultra idololatriæ
& impietatis ſuæ. cum ſonitu, id eſt, ie
rationabili tumultu. uel cum ſonitu, id eſt, magna
fama totius orbis & admiratione. Inimicus
humani generis, qui non erat dominus, ſed ty-
Ioh. 8. rannus, perijt: quia ſeruus non manet in domo.
Et dominus qui fuit iudicatus ad mortem, *perma*
Ibidem. *net*, id eſt, uiuit, qa filius manet in domo *in æternum*.
& non ſolum permanet, ſed etiam *parauit
in iudicio thronum ſuum*, id eſt, in eo quod iudicatus
& damnatus ſum ab hominibus, cõſtitutus
ſum iudex à dño. Vel in occulto iudicio parauit
thronum ſuũ. i. cæleſtem ſedem, quia per humilitatem
prioris aduentus hõ ille meruit cælum.
uel thronum ſuum: i. eccleſiam ſuam, de q̃
iudicat gentes. Et quia iudex cõſtitutus eſt, *ipſe*
ſ. tam humilis, tã iuſtus, *iudicabit orbem terræ*, id
eſt, perfectos eccleſiæ qui ſe orbem fecerunt, q
principiũ fini iunxerũt. *in æquitate*. i. in ſe qui eſt
æquitas. i. perfectio, totus teres atq; rotũdus, in
quem ruit fortuna ſemper mãca. ſ. dabit eis pſe
1. Cor. 13. ctam beatitudinem. Nunc cognoſco ex parte,
tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.
Populos autem, id eſt, incredulos. *iudicabit in iuſtitia*,
damnando eos ſecundum merita ſua.
Vel orbem terræ, id eſt, totum mũdum iudica- Mat. 16.
bit in æquitate, reddẽs unicuiq; ſecundũ opera
ſua. ideo in æquitate, quia in iuſtitia, non in miſe
ricordia: quia modo tantum eſt tempus miſeri
cordiæ, tunc iuſtitiæ. *Et factus eſt dominus refugium
pauperi*. Quaſi dicat: & interim dum ueniat
ad iudicium, pauperi, id eſt, illi qui in hac uita ni
hil habere cupit, quod uel uiuẽtem deſerat, uel
ab eo moriente deſeratur, factus eſt adiutor: qa
eſt illi quaſi arx ad quam mente confugiat,
Vnde Boethius: Noſtra dux contrahit copias
ſuas in arcem. At nos deſup irridemus illos cir
ca inutiles ſarcinulas occupatos. Bene, factus re
fugium: quia ſua humanitas eſt humilitas & pa
tientia. Et ex humilitate glorificatio fideliũ ſuo
rum. in tribulatiõe magna eſt cõſolatio. Quaſi
dicat: ſi ipſe eſt eis refugium, quare ergo tribula
ri permittit? Ad eorũ utilitatem, ut bonus me-
dicus, alios curat, alios curatos cõſeruat. Et hoc
eſt qđ dicit: Adiutor eſt in tribulationibus, nõ
deſtitutor in opportunitatibus. Permittit cor-
pus foris tribulari, qđ ſolet ex licentia animũ Sapi. 9
aggrauare. Sed hoc modo animum intus adiu-
uat, & hoc ad cuſtodiã, ut illud, Datus eſt mihi 2. Cor. 12.
ſtimulus carnis meæ, angel⁹ ſathanæ, ut me co
laphizet. Et poſt: Nam uirtus in infirmitate pfi Ibidem.
citur. Aliter: Pauperes Chriſti ut poſſint eſſe
amatores dei, in quo eſt ſummũ bonum, reuo-
candi ſunt ab amore ſeculi. Quod commodius
non poteſt fieri q̃ per tribulationes. & hoc mõ
adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Flagel
lat enim omnem filiũ quem recipit. Et quia pau Heb. 12.
peres ſe fecerũt, quia quæ non ſunt deſeruerũt,
opus eſt ut *in te*, id eſt, in hoc quod eſt, *ſperẽt qui
nouerunt nomen tuum*. Non alij. Iſti ſunt ueri pau
peres. Ego ſum qui ſum. &, Qui eſt, miſit me ad Exo. 3.
uos. hoc nomen ſoli illi diligunt, qui ea quæ nõ
ſunt, ſpernunt. Aliter: Dominus nomen eſt illi.
Quod nomen non nouit, q ei meritũ non exhi
bet famulatum. Ideo ſperent, *quoniam* & ſi tri-
bulentur, *non dereliquiſti quærentes te domine* di
co, non fugacia, non trãſitoria. Et quia non eſtis
derelicti, *pſallite domino qui habitat in Sion*, id eſt,
qui de inhabitando facit uos ſpeculã, ut de ſpe-
cula ueniatis ad uiſionem. Specula hic ſumus. i.
in ſpe uiuimus. Non enim hic habemus manen Heb. 13.
tem patriam, ſed a longe eam uidemus & ſalu-
tamus. & ideo nõ mirũ, ſi in hac patria quæ alie
na eſt, tribulamur. Et ideo ut perueniatis ad pa
triam, pſallite domino. i. bene operamini. Ac ſi
dicat: Seruite domino. & non ſolum operemi-
ni, ſed etiam *annuntiate* non in uno loco, ſed *in-
ter gentes*, id eſt, in medio nationis prauæ nemi-
nem timentis. *ſtudia eius*, id eſt, uoluntates, quo-
modo pro ſalute hominum homo fieri uoluit,
pati, mori & reſurgere. Et nolite timere qui oc- Mat. 10.
cidunt corpus, quia non ſine magna mercede

hæc patiemini. *Quoniam* dominus cuius ſtudia annunciatis, *requirens ſanguinem horũ* in iudicio. ad hoc ut uindicet, *recordatus eſt*. q̃a differt uſq; ad futurum iudicium patientes coronare, inferentes uero damnare, uidetur eſſe oblitus. ideo dicit, recordatus eſt. i. recordabitur. ſed quia nõ eſt oblitus, ideo corrigit. Imo *non eſt oblitus clamorem pauperũ*. Aliter: Annunciate inter gentes ſtudia eius. Quoniã ſi non annunciaueritis, erit requirens ſanguinem. i. interitum eorum de ma

Ieze.3. & 33. nu ueſtra. Dicit dominus: Si non annunciaueris impio iniquitates ſuas, ipſe in peccatis ſuis morietur, ſanguinem uero eius de manu tua re-

1.Pe.3. quirã. Si autem a mundo patimini propter iuſtitiam, beati eritis. Quia recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum. Aliter: annũciate inter gentes ſtudia eius, hæc ſcilicet: Quoniã requirens ſanguinem eorũ recordatus eſt, & nõ eſt oblitus clamorem pauperum, ſubaudis dicentium: *Miſerere mei domine*, id eſt, fac ut hæc flagella non ſint ad pœnam, ſed ad probationem. Vel hoc modo miſerere: *Vide humilitatem meam*, id eſt, deuocationem & oppreſſionem .i. oſten de te uidere, retribuendo mihi præmiũ, illis pœnam. uel humilitatem, id eſt, deiectionem meã, quę uenit in me *de inimicis meis* ſerpente & Eua. Aliter: Vide humilitatem meam, id eſt, deuotionem meam deuocatam ab inimicis meis. Continuato alio modo, ſ. in uoce capitis, ad id quod ſupra dixit, Quoniam non dereliquiſti quærentes te dñe: & ut non derelinquas, miſerere mei domine in meis, quia membra ſunt. pſallite domino. Interpoſitio. Tu miſerere, q̃a potes. *qui exaltas*, id eſt, eleuas & liberas *me de portis mortis* .i. prauis cupiditatibus, per q̃s eſt introitus ad mortem. Vel de portis mortis, id eſt, quinque ſenſibus corporis, per q̃s anima ad interitum exit, conſentiendo eis. uel de falſis prædicatoribus, uel de hũanis iudicijs, q̃ ſæpe iniuſta ſunt. Inde ſumptũ, quia antiqui iudices in porta iudicabant, ad terrorem, ut ingredientes & egredientes, mali pœnã cernerent, boni præmiũ. Ad hoc exaltas, *ut annunciem omnes laudationes tuas*, uiſibiles & inuiſibiles. *Sion* i. eccleſiæ, filiæ ſcui multa diligentia adhibenda eſt ad cuſtodiã caſtitatis, & illam annunciationem faciã *in portis*, id eſt, in uirtutibus, ut ſermonem doctoris, uitæ bonæ exemplum p̃cedat. Aliter: in portis filiæ Sion, id eſt, in eccleſiaſticis ſacramentis, uel initiamentis fidei, uel in puris ſenſibus, uel in manifeſto. Et hoc cõfidenter. Quia etſi foris tribuler,

Pſal.4. *exultabo* intus. dediſti eñ lætitiã in corde meo. *In ſalutari tuo*. i. in ſaluatiõe tua. Quia pater quẽ diligit, corripit. Aliter, in uoce capitis: Sperent in te, quoniam nõ dereliquiſti quærentes te domine. Et hoc faciant meo exemplo, quia ego caput etſi tribuler foris, exultabo intus in ſalutari tuo, id eſt, ſaluatiõe hic occulta, in futuro manifeſta. & merito, Gentes enim non ſolum in futuro manifeſte damnabuntur, ſed etiam modo damnatæ ſunt in occulto iudicio. *Infixæ ſunt*, id eſt, intus fixæ in corde: *gentes*, omnes increduli. *In interitu quem fecerũt*, ſ. foris interficiendo corpus noſtrum, interfecerunt animam ſuã. Oſtendit quomodo infixæ ſunt. *In laqueo iſto*, id eſt, in doloſo conſilio. *quem abſconderunt*, id eſt, occulte inuenerunt. *comprehenſus eſt*. i. captus. *pes eorum*. i. amor. Et hoc modo occulte damnantur, & ad pœnam præparãtur. Amor eſt quaſi pes animæ: qui ſi ad malũ tendit, eſt cupiditas: ſi ad bonum, charitas. Et quia tam potenter iudicat deus, ut non ferro, non lapide, non ligno, nec aliquo utatur huiuſmodi ad iudicium impiorũ, ut terreni iudices ſolent. ſed tantum ſubtrahendo illis manum miſericordiæ ſuæ, non corripiendo eos, inde eccleſia congratulando dicit: *Cognoſcetur dominus iudicia faciens*. facit n. iudiciã ſ. huiuſmodi. Cognoſcetur dominus non qualiſcunq;, ſed ſimpliciter, ſcilicet dominus dominantium. Tandem cognoſcetur, cum peccator luet nolens, quod perpetrauit uolens. Oſtendit quæ iudicia. *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator*, id eſt, captus ut mus in muſcipula. Et quia eorum mala opera & eorum doli illos capiunt, non ſeruos tuos: *cõuertantur peccatores in infernum*, id eſt, omnes p̃uaricatores legis, de peccato in peccatum ruentes, deſcendãt in profundum pctõrum. Aggratulatio diuinæ ſententiæ, non optatio. Et non ſolum p̃uaricatores legis, ſed etiam omnes *gentes quæ obliuiſcuntur deum*, id eſt, quę deum p̃ oculis mentis nõ habent, ſecure peccantes. & conuertentur, *Quoniã non in finem obliuio erit pauperis*. quia etiam ante finem, id eſt, ante manifeſtum iudiciũ, quod in fine erit, occulte iudicabit impios, dando eos in reprobũ ſenſum. Aliter: Non erit obliuio pau-

peris, id eſt, Chriſti, qui cũ diues eſſet, factus eſt pauper pro nobis. in finem. i. uſq; dum finiatur, id eſt, ad nihilum deueniat eius labor & patientia. Sed quia multi ſunt in corpore illius paupereis, ideo dicit: *patientia*. i. perſeuerãtia *pauperum* in tribulatiõe, q̃ ſit ad interfectoꝝ palmã, & interficientiũ dãnatiõe, *nõ peribit in finẽ*. Et ut eorũ patientia nõ pereat, *Exurge domine* ſ. fer opẽ, q̃ illis uideris iacere & ſuperatus eſſe in tuis. In hoc ipſo qđ putãt nos ſuperatos, potius ipſi ſuperentur. *Nõ cõfortetur hõ*, uetus ſ. imo cõfortetẽ nouus, ſ. filius hois. Hoc mõ exurge: *iudicẽtur gẽtes in cõſpectu tuo*. i. intus in aia, ubi tu ſolus uides: dũ ipſi foris iudicãt, iudicentur intus. Aliter: ut nõ pereat patientia paupere, exurge dñe in manifeſto iudicio. Nõ cõfortetur hõ pctõr ille, qui mõ cõfortat tribulãdo pauperes tuos, dũ ignorat ſe hoc mõ in occulto puniri, apte ſciat ſe puniri dũ luat nolẽs, qđ p̃petrauit uolẽs. & tñ interius nõ ſit ſine pœna, iudicenẽ gẽtes in cõſpectu tuo, hoc mõ: *cõſtitue domine legiſlatorẽ ſuper eos*. Bono ordine uidetur p̃cedere. p̃miſſis mẽbris; inducit caput. Ad tantã eñ iniq̃tatũ ſuaꝝ conſummationem p̃uenient, ut cõtempto filio dei

2.Cor.8.

Chriſto,eligãt antichriſtũ,ut eo duce eãt in ęter
nã pœnã .Quia noluerunt habere me latorem
tuæ legis, ſuper ſe habeant latorem ſuæ legis,
ſcilicet prauæ , antichriſtum & miniſtros ſuos,
coaceruent ſibi magiſtros prurientes auribus.
Sciant gentes, ſcilicet illum ſolum legiſlatorem.
& hoc ideo, *quoniam homines ſunt*, id eſt, pctõres
& inueterati. Quaſi dicat: hãc cæcitatem mẽtis
patiantur,ut ſolum latorem legis mortis amẽt,
quia latorem legis uitæ ſpreuerunt. Aliter: Sci
ant gentes, id eſt, gentiliter uiuentes, quoniam
homines ſunt. quoniam , græce ὅτι ,pro quod.
Sciant,pro ſcient, in futura damnatione. Quia
quod modo dantur ſic in reprobũ ſenſum,qua
ſi quædam præparatio eſt futuræ pœnæ. Quod
dicit,conſtitue:ordine rerum dicit,non creatio
ne. ut illud,faciens bonum & creans malum. Et
Iſa. 45. quia uidet futuram nimiam perſecutionem ſub
tempore illius legiſlatoris,adeo ut pauperes il-
li,quorum eſt regnum cælorum, derelicti uide
antur,ad conſolationem eorum, cum admirati
one quadam dicit: *Vt quid domine receßiſti lõge?*
O domine,ut,id eſt, inquantum uideris à nobis
receſſiſſe,dum nimium tribulamur foris,& non
aperte uindicas? Quid,id eſt, cur receſſiſti? Sub-
dit cauſam ad conſolationem. Hic color uoca-
tur ſubiectio. *Deſpicis in tribulatione*,id eſt, uide-
ris deſpicere tuos,dũ non ſtatim eripis. ſed hoc
facis *in opportunitatibus*, id ẽ,in magnis commo
dis,iſtis ſcilicet: *Dum ſuperbit impius, inceenditur*
pauper. Guſtata amaritudine,magis deſideratur
dulcedo. Quanto magis tribulatio huius uitæ
exacerbat pios, tanto magis deſiderant uitam
illã ubi nulla perſecutio erit. Si enim hic eſſent
in lætitia ſemper,non tãto opere deſiderarent.
Et hæc eſt utilitas quã preſſura in fidelibus ope
ratur. Impij autem nulla perſecutione occulte
damnantur:quia *comprehenduntur in conſilijs qui*
bus cogitant. id eſt, uincula illis fiunt praua con
ſilia ſua, quæ eos trahunt in interitum . Et non
mirum,quia ex dei ira,non eſt qui eos corripiat.
Imo *laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ*,id ẽ,
in peccatis. *& iniquus benedicitur*. & ideo nemo
putat peccantem , ſi non corripitur,ſed potius
laudatur impunitus,quia lingua adulãtium al-
ligat animas in peccatis. *Exacerbauit dominũ pec*
cator. Quaſi dicat: In hoc patet quod ſecundum
impœnitẽs cor accumulauit ſibi irã dei,quia nõ
corripit eum ut pater. Et quod eum exacerba-
uit,in hoc oſtenditur: *Secundum multitudinem iræ*
ſuæ non quæret,id eſt, non uiſitabit eum paterna
correctione,ſed dabit eum in manus ſuas. Si ti-
bi auferat deus oculum corporis, iratũ credas.
Cum tibi oculum claudit animæ ut illum non
conſpicias,cum fert in peccando proſperitas in
quinatas cogitationes & cõſilia,non iratum pu
tas? Nemo igitur impunitate peccati gaudeat.
Deus non quæret eum,uel ipſe non quæret de-
um. Bene, quæret, quaſi perditũ. Oſtendit quo
modo dominũ exacerbauit. *Non eſt deus in con*
ſpectu eius. Adeo ſecure peccat,ut nullum reſpe
ctũ diuini iudicij habeat . Et ideo *inquinatæ ſunt*
uiæ illius,id eſt,cogitationes ſordibus uitiorum,
omni tempore. *Auferuntur iudicia tua à facie eius*.
Oſtenſio , quomodo non ſit deus in conſpectu
eius. Animus enĩ male ſibi cõſcius, dum peccat
impunitate extollitur, q̃ſi iudicaturũ eſſe obli-
uiſcitur deum. Et hoc ideo, quia *omnium inimi-*
corũ ſuorum dominabitur . Proſperitas enim ſtul Pro. 1.
torum perdet eos. Hoc ſpiritualiter de ipſo an-
tichriſto capite om̃ium impiorũ, dicitur: cuius
inimici erunt omnes amici Chriſti,quorũ domi
nabitur quantum ad corpus:quia ſine contradi
ctione permittetur in eos ſæuire,ad eorum ſal-
uationem & ſuum interitum. Aliter: Domina-
bitur non in re,ſed in opiniõe ſua,ſuperbus ex
impunitate. Vnde & ſequitur: *Dixit enim in cor-*
de ſuo,non mouebor ab hac proſperitate mea. ga
eto *ſine malo*, id eſt,ſine ullo incommodo à gene
ratione hac in futurã *generationem*. Niſi deo pla-
cerem,non ſic in omnibus proſperarer. Aliter:
non mouebor,id eſt,non promouebor ad do-
minum ab una generatiõe in aliam ſine eorum
malo. Aliter:in bonum,ut ex quadam commi
ſeratiõe dicat Chriſtus: O pater,quia peccator
cum permittitur peccare,nõ eſt impunitus,ſed
potius punitur occulto iudicio, quod ipſe igno
rat:ideo rogo, Conuertantur peccatores in in-
fernum,id eſt, quadam mentis agilitate atten-
datur , quæ pœnæ ſequantur eorum impunita-
tem. & ſic conuertantur à uia ſua mala omnes.
& peccatores,id eſt,legis ſcriptæ trãſgreſſores,
& gentes attendant hoc . Quoniam non in fi-
nem, id eſt, ſemper obliuio erit pauperis, quia
dominus uindicabit eum . & ideo cõuertantur
à perſecutione eius, Chriſti ſcilicet, qui in mem-
bris ſuis patitur. Hæc patientia pauperum,qui
ſunt membra illius pauperis , non peribit in fi-
nem,id eſt,uſq; dum finiantur, id eſt, adnihilen
tur. Et ut cõuertantur,exurge domine. quj mo
do in cordibus eorum quaſi mortuus iaces,re-
ſurge illis per cognitionem . Non confortetur
homo,uetus ſcilicet,id eſt, caro. fac eos cogno-
ſcere infirmitatem ſuam, & ſic deponant ſuper
biam,& quærant te medicum. Et ut homo non
confortetur,iudicẽtur gentes hic ante illud ma
nifeſtum iudicium. In conſpectu tuo, id eſt, in
tus in corde,ubi tu ſolus uides . ibi damnentur
uitia, & aſſumantur uirtutes. Hoc modo exur-
ge. Conſtitue domine legiſlatorem,tuũ ſcilicet,
ſuper eos,id eſt, Chriſtũ. fac ut in eum credant,
eum principem habere uelint. hoc modo con-
ſtitue: Sciant gentes illum legiſlatorem ſolum.
Et dignum eſt , quoniam homines ſunt , id eſt,
rationabiles. Et quia gentes tam diu diſtulit re-
uocare, ideo admirando dicit : Vt quid domi-
ne receſſiſti ab eis longe,id eſt, tam longo tem-
pore? Video quare. Deſpicis eas, non adiuuan
do in tribulatiõe,permittens illas tentari ab ini
mico & ſuperari. & hoc facis in opportunita-

tibus,iſtis ſ.dum ſuperbit impius, dum pecca-
tor qui impius eſt,quia te creatorem ſuum non
ueneratur , ſuperbit.i.gloriaẗ de impietate ſua,
qua irā dei & damnationem promeruit. factus
pauper .i. cognoſcens paupertatem & miſeriā
ſuam , nec poſſe reſurgere niſi per miſericordiā
illius quem prius contemnebant,incenditur do
lore cordis ad compunctionem,uel incenditur
Luce.7. ad amorem dei. Cui enim plus donauit,plus di
ligit.Qui autem pauperes nō effici uolūt,com-
prehenduntur in conſilijs quibus cogitāt.Iſtud
non mutatur,& cætera uſq; in finem. Nunc re-
uertamur illuc. *Cuius* antichriſti *os plenum eſt ma
ledictione* .i.detractione.*& amaritudine* in deum,
& dolo in proximos . *Sub lingua eius*.i.in corde
labor & dolor. earum rerum amor,quæ illi erūt
labori,&alijs dolori.Oſtendit quæ ſint illa quæ
ſunt labor & dolor. *Sedet in inſidijs* .i. moratur
& quadā diligentia inſidias parat.*cum diuitibus*,
id eſt,ſuperbis,ſibi omnia arrogātibus: *in occul-
tis*, ubi nō ſit facile diſcernere quid ſit tenēdū,
Vt, Parce ætati tuæ, Reſpice uxorem & filios
tuos,Cōſule parentibus tuis. Ad hoc parat has
inſidias,*ut interficiat innocentem*,ſeparando eum
à Chriſto uita ſua,& faciat nocentem. Hæ ſunt
illæ inſidiæ.*Oculi eius in pauperem reſpiciunt* qua-
dam falſa miſeratione, Tu es iuuenis,non potes
modo ieiunare,uigilare, & huiuſmodi pati,ue-
niet tempus hoc.Et per illam ſimulatam miſe
rationem *inſidiatur in abſcondito*,id eſt,in corde
quaſi leo in ſpelunca ſua. Sicut leo latet in ſpelūca,
ut foris eum non timeant beſtiæ, & ſic illuc ap-
propient,dum nuſquā eius terror apparet,do-
nec exeat & aperte deuoret : ita antichriſti cru-
delitas quadam adulatoria prædicatione et qui
buſdam miraculis multos ſeducet.Et quos hoc
modo ſeducere non poterit,uarijs ſupplicijs ue
lut leo uiolenter inuadet . Hæc oīa ideo tā dili-
genter deſcribit de antichriſto &eius membris,
ut ſuos cautos reddat.Minus enim lædunt iacu
Mat.7. la quæ præuidentur.Hinc alibi: Attendite a fal
ſis prophetis qui ueniunt ad uos in ueſtimentis
ouiū,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Duæ
perſecutiones fuerunt in eccleſia:aperta,& uio
lenta.primo tempore uiolenta , fraudulenta in
medio,quemadmodum per hæreticos & falſos
fratres.ualidiſſima,& ex his duabus iuncta,in fi
ne tempore antichriſti:qui q̃s non poterit attra
here miraculis,coget minis.quoniā ut leo in ſpe
lunca inſidiatur,apte ſubiūgit: *Inſidiatur* ſ.blan
dis uerbis , *ut tandem* ſi non poterit blanditijs,
uiolentia quadā *rapiat pauperem*. Inſidiatur *ra-
pere pauperē dum attrahit eū* . Et ut melius poſſit
attrahere,*in laqueo ſuo humiliauit eum*,id eſt,uilifi
cabit his qui ad ſua ſtupebūt miracula. Sed nō
impune,q̄a *inclinabit ſe*,id eſt,intus corruet,da-
tus in reprobum ſenſum, eo ipſo quo foris irro
gabit ſupplicia.Oſtendit illam indignationem.
Cadet cum dominatus fuerit pauperum. ipſa domi-
natio erit ei deiectio & quædā p̄paratio pœnæ

hæc eſt miſerrima inclinatio mentis , dum quis
intus cæcatur, & ultimo ſeruatur iudicio , nec
de peccatis ſuis aperte punitur,credens deū im
potentem uel iniuſtum. Impotentem, hoc mo-
do:*Dixit enim in corde ſuo,oblitus eſt deus*,& ideo
non punit.Iniuſtum,hoc modo : *Auertit faciē ſu
am,ne uideat in finem*,id eſt,in terram,quę ultima
eſt omnium elementorum.Quaſi dicat:non cu-
rat deus mortalia . Et quia impunitate ſceleris
(ut ſibi uidetur) te contemnit , *Exurge domine
deus*. O domine,exurge ad manifeſtū iudicium.
Et potes,quia tu es deus . *Exaltetur manus tua*,id
eſt,filius tuus,qui in humilitate & miſericordia
primū uenit,modo manifeſto iudicio altus ap-
pareat,id eſt,deus. *ne obliuiſcaris pauperum*.i.ap-
pareat quod non es oblitus.Et merito nō obli-
uiſceris.*Propter quid irritauit impius deum ?* Sine
cauſa reuera irritauit.*Dixit enim in corde ſuo,non
requiret* peccata mea ad puniendum , quia non
uidet ea.ſi enim uideret,iā puniſſet . Sed fruſtra
hoc dixit,quia tu *uides* modo & differs iudiciū,
præparando eos ad pœnam , ad hoc ut tradas
eos poſtea in manus tuas,id eſt,ut poſtea grau
us punias. ideo *quoniam tu cōſideras*,id eſt,ſimul
uides *laborem* inferentium ſupplicia *& dolorem*
patiētium.Et merito.*tibi enim derelictus eſt pau-
per*,qui omnia dimiſit ut tibi adhæreret . *Orpha
no tu eris adiutor*. Multi ſunt pauperes,qui non
ſunt orphani. Pupillus eſt ,q patre eſt priuatus.
orphanus,qui patre &matre.Orphanus eſt ille,
cui mortuus eſt mūdus &ipſe mundo,qui nul-
lam conſolationem huius mundi quærit.Et id-
eo *contere brachium peccatoris & maligni*,id eſt,
fortitudinem eius ad nihilum redige. Et reuera
conteres,quia *quæretur peccatum illius,& non in-
uenietur*. Non quæritur aliquid niſi in loco . Pec
catum illius hic habuit locum , q̄a uiuit impius
pio.quàm diu habet aurum quod purgari poſ-
ſit,utilis eſt fornax,ut lima ferro. Ita impij locū
habuerunt in eccleſia, quàm diu ſine offenſa eſſe
nō potuit.Flagellum enim dei fuerunt.Quære-
tur peccatum illius ubi locum habeat , & nō in
uenietur ideo, quia amplius peccatum non erit
in illis. Quod cauſa fuit cur impij eſſent cū pijs.
Dominus regnabit in æternum & in ſeculum ſeculi .
Peribitis gētes de terra illius .i. oīno ſeparabimni
ab eccleſia ſua.q̃rit ī terra,q̄a ſtabilis in illo. Ali
ter: Cōtere brachiū pc̄tōris.i.dāna opꝰ pc̄tōris
.i.male agētis. Aufer ei ptātem peccādi. Et ma-
ligni.i.ſemp̄ mala cogitātis,ut hæretici,q̄a non
ultra neceſſarij erunt. Quæretur enim pc̄m̄ illi
us,ſ.pauperis,& non inuenietur : quia poſt iudi
cium ſine macula erit ante thronum dei . nō ha Apo.14.
bebit qđ poſſit purgari, quia dn̄s regnabit in il
lo. Ideo uos gētiles peribitis de terra illius, *quia
deſideriū pauperū exaudiuit dominus* , ſ.ut iudica-
rentur. Et non ſolum iudicarentur, ſed etiam o
deus *auris tua*. i.clementia tua *audiuit preparati-
onē cordis eorū*.i. regnum quod ſibi p̄parauerūt
per patientiā & expectationem. uel p̄paratio-

nem, id eſt, meditationem. Hoc deſiderium, *indicare pupillo*, cui mortuus eſt mũdus. Sed quia inde quærunt uanam gloriam, ideo determinat qui ſit uerus pupillus: *Et humili*, non alta quærenti. Ad hoc iudices, *ut non apponat ultra magnificare ſe homo*. id eſt, peccator antichriſtus. *ſuper terram*, id eſt, ſuper eccleſiam. Ponit, cum fraudulenter ſe ſuper eccleſiam magnificare quęrit. Apponit autem, cum minis & tormentis ſibi eã ſubiugare conatur.

¶ In finem Pſalmus Dauid. X.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Qm̃ quæ perfeciſti, deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit? Dominus in tẽplo ſancto ſuo, dominus in cælo ſedes eius. Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogãt filios hominum. Dominus interrogat iuſtum & impium. qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Pluit ſuper peccatores laqueos: ignis & ſulfur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum, Quoniam iuſtus dominus & iuſtitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius.

Pſalmus Dauid in finem. Pſalmus, id eſt, bona exhortatio accipitur in hoc pſalmo Dauid, prophetæ ſcilicet dirigentis in finem, id eſt, in Chriſtum, in quo eſt omnium bonorum perfectio. eſt autem hæc huius Pſalmi intentio. Dauid propheta præuidens per ſpũm quoſdam futuros in eccleſia, q̃ſi tauros ceruicoſos, p̱ ſuperbiã nolentes catholicæ fidei unitatem cũ cæteris fidelibus ſeruare, nec à deo poſtulare intelligentiã ſcripturaꝶ, ſed ſibi oĩa attribuendo ſiniſtra interpretatione eaꝶ ad hoc niti, ut ſoli ſcire, ſoli iuſti eſſe uideantur & dũ ſuã gloriã quærant, nõ dei, paruulos in fide ab uberibus matris eccleſiæ ſegregare, & ſui erroris ueſtigia ſeq ſatagere, ſpem q̱dem religiõis in uerbis p̃tendẽtes, factis aũt penitus abnegãtes: exiſtimãs paruulis Chriſti ſubueniendũ, q̃liter ſacræ fidei impugnatoribus ſit reſiſtendũ, ſuo exemplo oſtendit, dicens:

IN *domino confido*. Tota fides mea in Chriſto eſt. p̱ illũ ſolũ credo me iuſtificari & ſaluari. Ille eſt mihi mõs, ille refugiũ. Quia dñs meus ẽ, q̱ eſt deus per naturã. Vos aũt q̱ hoĩes eſtis infirmi ut ego, *Quõ dicitis animæ meæ, tranſmigra in montẽ?* Ac ſi dicat: Quõ audetis perſuadere animæ meæ, q̃ tã bñ locata eſt, & q̃ in nullo alio cõfidit niſi in dño, Trãſmigra in mõtem. i. tranſi ad nos, ubi eſt mõs, ubi eſt Chriſtus, q̃ſi de ualle & de humili loco, de ſimplicitate fidei illius quam tenes, in q̃ facile potes decipi? Apud nos bñ inſtrueris, ubi eſt mõs. i. celſitudo uirtutũ & perfecta uita, ubi nemo ualet te ſeducere. Nõ oĩm eſt fides. nos ſoli habemus eã. ſoli iuſtificare poſſumus, q̱a iuſti ſumus. Trãſmigra dico, *ſicut paſſer*. i. ſicut parua auis, q̃ nõ ualẽs raptoribus reſiſtere, ardua conſcendit & ibi nidificat. uel etiã cauens ſibi in plano à laqueis & à frequentia hominũ. Et ita tu cauta trãſi ad nos, q̱ erim' tibi tutela. Hieronymus oẽs paruas aues, paſſeres dici nominari. Aliter: Quõ dicitis aĩæ meæ ut tranſmigret ad uos, q̃ſi ut ibi adſumat pennas, cũ ſit ſicut paſſer, ſ. plumata pennis uirtutũ, ut apta ſit uolare ad regnũ cæloꝶ? Aliter: Quõ dicitis aĩæ meæ, trãſmigra ad nos: & hæc mihi nõ ad bonũ, ſed ut ſim ſicut paſſer. i. uaga & inſtabilis in fide ad meã p̱ditionẽ? *Quoniã ecce pc̃tõres intenderunt arcum*. Hoc poteſt duobus modis legi: uel in perſona prophetæ, uel in perſona hæreticorum. In perſona prophetæ, hoc modo: Quia ad inſtructionem paruulorum loquitur, ideo conuertit ſe ad eos, & dicit: Illi dicunt, tranſmigra ad nos. ſed nõ eſt illuc trãſmigrandũ. Cauſa quare. Qm̃ ecce. i. uide q̱ꝫ nõ eſt aliud niſi deceptio. peccatores q̱ ſe iuſtos faciũt, & mõtes nominãt, intenderũt arcũ. ſcripturæ ſacræ rigorem, ſiniſtræ interp̃tatiõis neruo incuruauerũt. *Sagittas ſuas*. i. toxicatas ſententias. *parauerũt* peruerſo intellectu *in pharetra*. i. in corde ad hoc, *ut ſagittẽt rectos corde*. i. ſimplices & ad regulã fidei directos. *in obſcuro* poſitos. i. in ignorãtia, non ualentes adhuc illa altiora diſcutere. Reuera ſcio q̱ꝫ ad hoc parauerũt ſagittas. i. ſententias prauas, ut ſagittent rectos corde. *Quoniã quæ perfeciſti, deſtruxerũt*. quia p̃cepta illa q̃ tu o dñe perfeciſti. i. digito tuo ſcripſiſti immutabilia & indiſſolubilia. quia q̱ꝫ ſemel iuſtũ eſt apud te, nunq̃ erit iniuſtũ, & ecõuerſo. illa deſtruxerũt, nõ quantũ ad ea quia dixiſti, uerba aũt mea nõ p̃teribũt, ſed Luc.21.
quantũ ad ſuũ errorem & prauũ intellectũ. In perſona hæreticoꝶ, ita: Trãſmigra ad nos, trãſi huc ubi altitudo eſt, ubi ſoli perfecti ſunt, ſoli iuſti. Sicut paſſer: ideo, quia periculoſe moraris inferius, uiuẽdo inter pc̃tõres, q̱ ſcripturã ſacrã tibi male interpretantur, & hoc modo ſimplicitatem tuam decipere uolunt. Iterum propheta: Ipſi ſub ſpecie pietatis hæc dicere uidentur, ſed non eſt illis credendum. Ideo, quoniam quę perfeciſti o domine, deſtruxerunt. Tu perfeciſti laudem tuam in paruulis. ſed ipſi deſtruxerunt eos, auertendo à te, dicendo ſolos iuſtos eſſe in eccleſia. *Iuſtus autẽ quid fecit?* O hæretice, q̱ dicis nos eẽ pc̃tõres, & ideo nõ eẽ de corpore Chriſti, nec poſſe quenquã p̱ noſtrum miniſterium incorporari Chriſto, dic mihi: Iuſtus aũt ſ. Chriſtus q̱ ſolus iuſtus ẽ, iuſtificãs oẽs, q̱d fecit, Quid

illi imputatis, quod corpus eius ſcinditis & ab eo ſeparatis, cũ nullus iuſtificetur niſi p ipſum, ſiue per miniſteriũ pctõris ſacramẽta fidei accipiat, ſiue per miniſteriũ iuſti hominis? Vos aũt dicitis, nullum poſſe iuſtificari niſi per miniſterium iuſti alicuius. Nonne corpus Chriſti ſeparatis a b eo, & potentiam eius uobis uſurpatis? Aliter: Iuſtus autẽ quid fecit? Quaſi dicat: Vos, peccatores cõtemnitis, & a corpore Chriſti ſegregatis. Nunquid Chriſtum in hoc imitamini?

Mat. 9. Nõne ipſe cũ peccatoribus cõuerſatus eſt? Nõne ſciebat Iudã furem eſſe & loculos habere? et tamen ad pdicandum eum miſit cũ cæteris apoſtolis, & in cœna illa qua eum tradidit, euchari-

Ioh. 13. ſtiam corporis & ſanguinis ſui, manibus ſuis cõfectam, ore ſuo commendatã, ei cum cęteris tradidit. Hoc aũt ideo fecit, ut oſtenderet donum dei non eſſe ex merito dantis, ſed ex fide accipientis: nec irritum fieri, etiã ſi ſuper talem adminiſtretur qualis erat Iudas. Reuera mentimini, quia dicitis apud uos ſolos eſſe fidem Chriſti, p uos ſolos, homines poſſe Chriſto incorporari. Quia *dominus*, ſ. omnium deus, eſt dñs, non uos. *In templo ſancto ſuo*, non ueſtro: quia ſolus ille eſt qui iuſtificat. Templum enim dei ſanctũ eſt: qd

1. Cor. 3. eſtis uos. Si quis autem uiolauerit templũ hoc, diſperdet illum deus. Iuſtus autem, ſ. Chriſtus, quid fecit? In quo uos offendit, qd, eius corpus ſcinditis? Non impune hoc facitis. Qm̃ dominus in templo ſancto ſuo. Si qs autem uiolauerit hoc templum, diſperdet illum deus. *In cælo, eſt ſedes eius*, id eſt, in his quos cælos fecit propter eminentiã uirtutum. Fideles uocat et templum & cælos. ſed minores poſſunt dici templum: maiores, cæli. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*. Ac ſi dicat: Sedet quidem in cælo, hoc eſt, in ſanctis. ſed quos ipſe cælos fecit reſpectu miſericordiæ ſuæ, non merito illorũ, non ueſtro. Vel reſpiciunt ad uindicãdum pauperem. i. humilem nihil de ſe præſumentem. Et non ſolum in pauperem oculi reſpiciunt, ſed etiã *palpebræ eius interrogant filios hoĩm*. Palpebræ eius. i. apertio uel opertio ſacræ ſcripturę ſuæ. Ad ſimilitudinem dictũ, quia palpebræ aliquãdo aperiunt oculos, aliquãdo claudunt. Interrogãt filios hominum. i. regeneratos & innouatos à uetuſtate primorũ hominum. Interrogãt. i. inquirunt & diſcutiunt, qui illi ſint qui impatienter accedãt & contemnant, & obſcuritatibus fatigentur, nõ exerceãtur: & qui illi ſint qui patienter accedãt, & obſcuritatibus non fatigentur, ſed exerceantur ut inueniãt. Et interrogãt itẽ: qui illi ſint q apertione inflantur, non illuminãtur: & qui illi, qui inde non inflãtur, ſed nutriuntur. Exponit quod dixit: *Dominus interrogat* ſ. per palpebras *iuſtum & impium*, ut dictum eſt. Iuſtus ei reſpondet p competentia ſua, ſ. exercetur humiliter cum clauduntur, illuminatur autem cũ aperiuntur. & ideo ſaluabitur. *Qui autem diligit iniquitatem*, ſ. cum claudũtur ei ſacræ ſcripturæ, contemnit. cũ aperiũtur, inflatur: ut hæreticus poſſet dicere, dãnabitur. Sed magis dicit, qa oſtendit pprio gladio eum iã iugulatũ, per apolopaſin dicens: *Odit animã ſuam*. Quaſi dicat: & ab huiuſmodi eccleſiæ paruulis cauẽdum eſt. quia taliter pluit *ſuper peccatores laqueos*. Bene, pluit: qa pdicatores dicũt nubes, ſiue boni, ſiue ſi mali. ut illud, Mãdabo nubibus meis, ut non pluãt meretrici illi. Pluit ſuper peccatores laqueos. i. doctrinã erroris ſui mittit, non ſuper corda iuſtorum quos fallere non poteſt, quibus dñs pluit imbrem matutinum & ſerotinũ. Sed ſuper peccatores. i. ſuper eos quorũ corda arida ſunt imbre uerbi dei. Et ideo & erroris magiſter, & eius erroribus illaqueati, dãnabuntur & hic & in futuro Hic, *ignis*. i. feruor concupiſcentiarũ eos conſumens, & *ſulfur*. i. fœtida operatio *&* poſt in futuro iudicio *ſpiritus procellarum*, ſpiritus maligni eis inferentes procellas & turbinem pœnarum, *erit pars calicis eorum*, id ẽ, pœnæ quæ per calicem illis dantur, id eſt, ad menſurã: quia ſicut probi præmium ad menſurã accipient, put quiſque meruit, ita & improbi pœnam. Aliter: Iuſtus aũt quid fecit? Quaſi d. ſeductores illi parauerunt illis ſagittas ſuas, id eſt, fecerunt ut ſagittent rectos corde. & hoc ideo, quia deſtruxerunt uerba quæ tu perfeciſti. quæ quãtũ ad tuã ueritatem, ſunt indiſſolubilia. illa deſtruxerunt, quantum ad ſe, per prauum intellectum. Iuſtus autem, id eſt, filius tuus, cui omne iudicium dediſti, & qui omnia iuſte iudicat quid fecit? Hanc interrogationem facit ad conſolationem bonorum iuſtorum, & ad terrorem malorum. Fecit ut q iuſti ſunt, iuſtificentur adhuc: & qui in ſordibus, ſordeſcant adhuc: illi ad maius pręmiũ, iſti ad maiorem dãnationem. Et hoc eſt quod dicit in primis de iuſtis, Dominus in tẽplo ſancto ſuo. Dominus ille qui eſt omnium dominus per naturam, in illis quos à ſordibus uitiorum mundat, ut templum ſanctum ſuum, eſt dominus proprie per gratiam, quia poſſidet eos: & colit, ut augeatur in eis gratia. In illis eſt dominus qui ſunt templum ſuum, id eſt, in minoribus, qui audiunt mandata dei, & ſeruant ea in ſacrario cordis. In cælo eſt ſedes eius, id eſt, in illis quos per eminentiam uirtutum fecit cælos, ſedet, ut per illos iudicet, uel in eis delectetur. oculi eius in pauperem reſpiciũt. illi qui ſunt cæli, id eſt, doctores per eũ illuminati, & facti oculi eius. ut illud, Si oculus tuus ſcãdalizat te &c. In pauperem reſpiciunt, id eſt, in ſimplicem fidelem, nondum diuitem in ſcientia. Ad hoc, ut eum inſtruant qualiter ſibi caueat à laqueis uiuentium. Palpebræ eius, ut ſupra. Interrogant filios hominũ, id eſt, omnes homines. Quaſi dicat: Ego dixi, palpebræ. Imo dũs interrogat p illas palpebras iuſtũ & impiũ. i. inquirit per eas qui ſit iuſtus & q ſit impius. Ad hoc inquirit, ut hũc remuneret, & illum damnet. Qui autem diligit, id eſt, de omnibus legit iniquitatem, odit

Iſa. 5.

Apo. 22.

Mat. 5.

animam ſuã,ut ſupra. Vt dictum eſt,hoc fecit iuſtus.dominus in templo ſancto ſuo eſt,&oculi eius in pauperem reſpiciunt. Et hoc mõ pluit ſuper ſuos miſericordiã ſuã. Pluit autem ſuper peccatores.i.in malitia perſeuerãtes & doctrinam eius praue accipientes. Sicut enim ex eadem terra producuntur grana ad ſimilaginem, &palea ad comburendum: ſic ex eadem doctrina alij ſane intelligentes ſaluãtur,alij praue intelligentes damnantur.laqueos,id eſt,errores q̃ trahantur ad damnationem. & quia laqueis errorum ligati trahuntur,ideo pars,id eſt, portio calicis,id eſt,præmij quod per calicem illis dabitur,ut ſupra: ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum. Supponit cauſas,cur iuſtis præmia, peccatoribus irrogantur ſupplicia. *Quoniã iuſtus dominus,& ideo iuſtitias dilexit.* & qa iuſtitias dilexit, ideo iuſtos coronabit. *Vultus* aũt *eius*.i.cognitio non dilexit iniuſtos, *ſed uidit æquitatẽ*.i.iudiciũ. Ad hoc eos uidet,ut nõ dimittat impunitos.

¶In finem Pſalmus Dauid pro octaua. XI.

SAluum me fac domine,quoniam defecit ſanctus,quoniam diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum. Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum,labia doloſa in corde &corde locuti ſunt. Diſperdat dominus uniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam, Qui dixerunt,linguam noſtram magnificabimus,labia noſtra à nobis ſunt:quis noſter dominus eſt? Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam,dicit dominus. Ponam in ſalutari,fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum,probatum terræ,purgatum ſeptulum. Tu domine ſeruabis nos,& cuſtodies nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulant, ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

In finẽ pro octaua pſalmus Dauid, id eſt,bona operatio quæ intelligitur in hoc pſalmo, eſt
Dauid,ſ.prophetæ, & cuiuſque perfecti fidelis
de priori populo,in finem.i.in Chriſtũ per ſpiritum tendentis, & toto deſiderio in eum ſuſpirãtis. Pro octaua.i.perfecta ſaluatione,quæ neceſſaria eſt natis in hoc decurſu huius corruptibilis uitæ,quæ ſeptenario uoluitur. Quiſque fidelis de priori populo,cui aduẽtus ſalutaris innotuit per ſpiritum,cernens per leges & carna-
Iob.1. les obſeruationes perfectã ſaluationem minime dari poſſe, qa lex per Moyſen data eſt,gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: & tamen ille prior populus adhuc rudis, carnalibus inſtitutis deducendus erat à uiſibilibus ad inuiſibilia. Inuocat illũ, in quo per ſpiritũ præuidet perfectam ſalutem affuturam,ſic dicens:

S*Aluum me fac domine.* Tu qui es dominus,ueni ut ſaluum me facias perfecta ſaluatione, illa ſ.quæ non mutetur.quia ſerui tui prophetæ hoc non potuerunt, nec carnales obſeruatiões impoſitæ tantum uſq; ad tempus correctionis.
Heb.9. Saluũ me fac,tibi cõformãdo in nouitate ſpũs. Et opus eſt, *quoniã defecit ſanctus* ab illa ſanctita-
Pſal.101. te & perfectiõe uirtutum,in qua creatus hõ ce-
Roma.3. cidit. Vel nũc ueni, quia tempus eſt miſerendi, quia nullus inuenitur ſanctus. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. uel non inuenitur alius ad hoc idoneus. Defecit ſanctus, & merito: *quoniã diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum*, .i.quia mandata tua uera in ſe & ſancta, per inobedientiam nõ ſunt impleta,non ſolum ab hominibus.i. Adã & Eua,ſed etiã à filijs hominum, id eſt,eorum poſteris. Aliter: Non ſolum ab his qui ſe dehominauerunt, adorando opera manuum ſuarum,ſed ab his qui ſunt filij hominum,ſ. patriarcharum & prophetarum. Erãt ante aduentum Chriſti, multi iuſti et multæ ueritates: ſed diminutæ,quia caput,id eſt,ueritas nõdum uenerat. omnes enim ad inferos deſcendebant. Quõ ab uno ſpeculo imagines multæ, ſic ueritas in ſe una,in ſanctis multæ. Hoc mõ imminutæ. *Vana locuti ſunt*,mãdata dei loquẽtes ore, factis aũt abnegãtes. Hoc de iudæis. Si autem de omnibus, terrena perſuaſerunt uoce & uita *unuſquiſq;*, non pauci,ſed omnes, *ad proximũ ſuum*,quem ſicut ſeipſum diligere deberẽt,habentes ſ. *labia doloſa*, parati ad decipiendum. *Diſperdat dominus uniuerſa labia doloſa*. Hoc duob' modis accipi poteſt: in bonum, mutãdo in melius: in malũ, diſperdat.i. diſperdet & deſtruet dominus ille, cuius ſeruos prius cõtempſerũt, uniuerſa labia doloſa oim ſibi aggratulantium, & de ſe præſumentiũ *linguam magniloquam*, p̃ſumentem, &pctã excuſantem. Vel hoc mõ magniloquã. *Qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus*.i. eloquentiã magnam nobis comparabimus. *labia noſtra*, id eſt, eloquia q̃ nobis comparauimus, *à nobis ſunt*, id eſt, noſtram partem defendunt, aduerſariorum impugnãt. uel a nobis ſunt, id eſt, nos ipſi noſtra diligentia adinuenimus. nõ indigemus alijs præceptis uel alijs defenſoribus. & ideo *quis noſter dominus eſt?* Cuius alterius præcepta recipiemus qui nobis dominetur, uel quis in aliqua cauſa nobis præualet? Nullus. Quaſi dicat: Hæc præſumptuoſa uerba philoſophorũ, ſcribarũ & phariſæorum. qui dicebant: Moyſes dedit nobis legem, & multa huiuſmodi, quæ ſerui Chriſti qui p̃miſſi fuerũt, deſtruere non ualuerunt. dominus eorũ.i. Chriſtus ueniens in carne. diſperdet.i. uarie deſtru-

et, ſ. per ſe & per ſuos apoſtolos. uel diſperdet .i.
uarijs aſſertionibus deſtruet, dum ad prædican
dum eliget ſtulta & contemptibilia. Ego dixi,
diſperdat. & reuera ſic faciet. nã *dominus* ille q
ſeruos ſuos prius miſit, *dicit* ſcilicet mihi per ſpi
ritum: *Nunc exurgam.* Quaſi dicat: qui in ſeruis
meis quos contempſerũt, uiſus ſum iacere, nũc
exurgam mittendo filium. faciam ut per eum
meam potentiam cognoſcant. Et hoc faciã *pro*
pter miſeriam inopum, id eſt, gentilium qui nullam
opem habent propriam uel alienam. *Et ꝓpter*
gemitum pauperum, id eſt, Iudæorum, qui nõ *in-*
opes, ſed pauperes. quia & ſi in ſe pauperes ſint,
opem tamen habent mandatorum dei. *Ponam in ſa*
lutari, id eſt, in Chriſto, quod non poſui in ſer-
uis, ſcilicet perfectã & manentem ſaluationem.
& non poſui in carnalibus inſtitutis. Et qui pri
us per ſeruos quaſi remiſſe egi, *in eo agam fiduti*
aliter, id eſt, ſine timore omẽs arguens, nulli par
Mat. 7. cens. Vnde illud, Et erat docens tanquam pote
ſtatem habens, non ſicut ſcribæ. Et, Venit enim
Ioh. 14. princeps mundi huius, & in me non habet quic
quam. Et merito fiducialiter. dicit enim pfectus
ille: Quia *eloquia domini eloquia caſta.* Caſta in ſe.
ad ſimilitudinem: qa ut caſta mulier ſemper eo-
dem modo habet ſe erga uirum, ita & eloquia
Chriſti immutabilia ſunt. quod ſemel in eis eſt
iuſtum, nunquam erit iniuſtum, & econuerſo.
Aliter: Eloquia domini caſta: qa ſyncere & gra
tiſtã in ueteri q̃ in nouo teſtamẽto fideliter ſunt
prædicata, quæ doctrina hic cõmendatur. Ali-
ter: Caſta, ut mors pallida: nõ qꝛ ſit, ſed quod
faciat, & illa ſimiliter caſta, qa caſtos facientia.
Eadem ſunt alia ſimilitudine *argentum igne exa-*
minatum. Sicut enim argentum igne coctum, me
lius in longum & latum extenditur, ita & hæc
eloqa per gratiam ſanctiſpiritus pure & digne
accepta, extendunt fideles in longum, id eſt, in
perſeuerãtiam bonorum operum, & ſpem ui-
tæ æternæ. Et in latum, quia in tribulatione di-
latantur in charitate, ut non ſolum amicos, ſed
& inimicos diligant. *Probatum terræ*, id eſt, eccle
ſiæ, non ab ea, ſed eam probãs. Vel probatum
terræ, ut ſit probatum nomẽ. *Purgatũ ſeptuplũ*, ſ.
quia pectora fidelium ſeptiformi gratia ſpũſſan
cti purgant. Hanc cõmendationem prædicatio
nis Chriſti ideo præmittit propheta, ut poſtea
uerius credatur. Et quia pater in te aget cõfiden
ter, *tu domine*, nõ alius, *ſeruabis nos*, quos primus
parens perdidit, conformando tibi. & ſeruatos
cuſtodies nos à generatiõe hac, ſcilicet tam praua,
ne ab ea deuocemur, in æternũ, id eſt, in æterni
tatem, transferendo ſcilicet in octauam, id eſt, ꝑ
fectam beatitudinem. *Impij* autem non peruent
ent illuc, *qui ambulant in circuitu*, id eſt, in ſeptena
rio, quo uoluitur hoc omne tempus. alligati his
caducis quæ uoluũtur ut rota. *Filios* autem *ho-*
minum, id eſt, fideles imitantes fidem patriarcha
rum & prophetarum, *multiplicaſti*, id eſt, multi-
pliciter ditaſti *ſecundum altitudinem tuam*, id eſt,
gloriã cæleſtem, reputãdo eos in ſpirituali ſemi- Gen. 22.
ne Abrahæ, non carnali, cui dictum eſt: Multipli
cabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, hoc de ſpiri-
tali: & ſicut arenam maris, hoc de carnali. Vel
multiplicaſti filios hominum, id eſt, ditaſti, non
à fructu frumenti, uini & olei ſui, ſed ſecundum
altitudinem tuã, eleuando eos de uirtute in uir
tutem. Aliter: In circuitu impij ambulãt, id eſt,
ambulabunt, quia non intrabunt in illam octa
uam, cum ſemper in miſeria uoluantur. Illos ta
men multiplicaſti, id ẽ, multo plures feciſti quã Mat. 20.
tuos. quia multi uocati, pauci uero electi. Et hoc
feciſti ſecundum altitudinem tuam, id eſt, ſecun
dum inſcrutabile cõſilium tuum. uel ut quid er
go uiuunt? Multiplicaſti filios hominũ ſecundũ
altitudinem tuam.

¶In finem Pſalmus Dauid. XII.

VSquequo domine obliuiſceris me in finẽ? uſquequo auertis faciem tuam à me? Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo ꝑ diem? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor meum in ſalutari tuo. cantabo domino qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini domini altiſſimi.

In finem Pſalmus Dauid. Hic Pſalmus põt
legi in perſona eiuſdem, cuius & ſuperior, & ſic
continuari: Quia tu *domine* ſeruabis, nos, & non
alius,
VSquequo obliuiſceris me, id eſt, quandiu con
fundis me ab expectatione tua? Præ ni-
mio deſiderio hoc dicit, non ex dubitatione ali
qua. *In finem*, id eſt, in æternum. Vel, ſcio quãdiu
in finem, id eſt, uſque ad præfinitum tempus à
patre. *Vſq; quo auertis faciem tuam*, id eſt, filium tu
Ioh. 14. um in quo tu cognoſceris. Vt illud, Qui uidet
me, uidet & patrem. Nec obliuio cadit in deũ,
nec auerſio. ſed dicitur oblitus & auerſus, cum
differt quod deſideratur ad humanum modũ,
quia ſolent prophetæ per ſimilitudines loqui.
Eodem modo ſic ſubditur, In finem? uel in fi-
nem, id eſt, ſine interrogatione. Et in illa expe-
ctatione poſitus, *quandiu ponam conſilia*, prophe
tarum ſcilicet conſolationes & rationes eorum,
in anima mea, quæ tabeſcit tui deſiderio. Mal-
lem te uidere quàm promiſſiones audire. Vel
conſilia, id eſt, deliberationes, quid ſit mihi fa-

ciendum, quid uitandum, ut poſſim tamdiu ex-
pectare. Vel illud, Putas uidebo? Putas dura-
bo? Quādiu ponam *dolorem in corde meo*, quem
habeo ex abſentia tua? Q.d. tm̄ cōſiliū & quē do
lorē nō habeo niſi *per diē*. i. p tuā illuminationē.
Vel p diem, id eſt, p ſingulos dies. Vel tādiu erit
hoc, q̄diu ponā cōſilia in anima mea. *Vſq; quo ex
altabitur inimicus meus ſuper me?* id eſt, diabolus
cum membris ſuis, quandiu inſultabit mihi q̄ſi
uana expectāti, dicendo p ſingulos dies, ubi eſt
deus tuus? Ne auertas, ſed *reſpice: & ne obliuiſca
ris*, ſed potius *exaudi me domine deus meus*. Hoc
modo exaudi: *illumina oculos meos*, oculos men
tis, id eſt, rectas cogitationes. Qui oculi excæca
ti, imo obſcurati ſunt in primo parente. Illumi-
na per ueram lucem, id eſt, Chriſtum tuum qui
erit nobis liber uitæ. Mitte eum, ut per eius con
formationem ualeam te cognoſcere, te amare.
Hoc autem ideo facias, *ne unquam obdormiam in
morte*, id eſt, cōtra illam lucem dormiam in pec-
catis, ceſſando à uirtutibus. Adeo dormiam, ut
paulatim oculos claudendo in minoribus pec-
catis, à ſomno uirtutum deſcēdam in mortem,
id eſt, criminale peccatum, quod nos à deo ſepa
rat uita noſtra. Vnde illud, Eſt peccatum ad
1. Ioh. 5. mortem. pro hoc non rogo ut quis oret, ſcilicet
tantum, quia non ſola oratione ualet purgari.
Scilicet, *nequando dicat inimicus meus, præualui ad
uerſus eum*, id eſt, ſuperaui eum, quia receſſit à
deo ſuo, & cōſenſit mihi. Quomodo præualere
tibi poteſt ille? *Si motus fuero* ſcilicet à te, *qui tri-
bulant me, exultabunt*. Vel ſi motus fuero à bono
propoſito meo. *Ego autem* ſcilicet nō mouebor,
& hanc fiduciam non ex me habeo, ſed inde qa
in miſericordia tua ſperaui. Et ideo non in morte
dormiam, ſed potius *exultabit cor meum in ſaluta
ri tuo*, id eſt, in ſaluatione Chriſti tui, quia ee uera
ueniet. Cor meum non ſolum in ſua ſaluatione
exultabit, ſed & in redemptione corporis mei.
Exultatio enim corporis eſt. ut ad illam exultà
tionem merear peruenire, interim non ocioſus
ero. *Cantabo* enim, id eſt, frequēter & ſine inter-
miſſione cordis eum laudabo. *Illi domino qui* cre
ando bonum *bona tribuit mihi*, id eſt, miſericor-
diā, & non illi qui mala tribuit, ſcilicet per ſuper
biam me deiecit. Et ut perfecta ſit laus mea, *pſal
lam*, id eſt, caſtigabo corpus meum & in ſeruitu
tem redigam. Et hoc faciam non ad meam lau-
dem, ſed *nomini domini altiſſimi*, ut uidentes alij p
bitatem & conſtanniā meam, glorificent deum
qui tales ſeruos habet. Aliter: In perſona cuiuſ-
q; perfecti, poſt primum aduentum deſideran-
tis ſecundum aduentum Chriſti, in quo dabi-
tur uera pax & perfecta ſaluatio, quando no- 1. Cor. 15.
uiſſima deſtruetur mors. Quorum unus fuit q
dixit: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Vſq; Phil. 1.
quo domine obliuiſceris me in finē? id eſt, quā-
diu differs producere me in finem huius miſe-
riæ & huius certaminis, quod eſt inter interio-
rem hominem & exteriorem? Vſq; quo auertis
faciem tuam, id eſt, præſentiam tuam & ueríta-
tem tuā à me? Video enim te nunc, ſed per ſpe-
culum. tunc autem facie ad faciem. Nūc ex par 1. Cor. 13.
te, tūc perfecte, ſicut à te perfecte cognitus ſum.
Et dum differs ad iudicandum uenire, quandiu
ponam conſilia in anima mea, id eſt, quandiu
ero in aduerſitatibus & pugna, ubi opus eſt cō
ſilio? ſcilicet quandiu in me repugnabit lex car-
nis legi mentis? quādo labor tolletur de corpo
re mortis huius? Quandiu ponam dolorem in
corde meo, quem habeo de tua abſentia per di
em, ut ſupra. Aliter: Tandiu hæc patiar, quan-
diu ponam conſilia in anima mea, id eſt, quan-
diu pugna erit inter corpus & animam, ſcilicet
quandiu mortalis ero. ideo ad te clamo: infelix Ro. 7.
ego homo, quis me liberabit de corpore mor-
tis huius? Gratia dei per dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum. Et quandiu ponam dolorem in
corde meo per diem, ut ſupra. Vſquequo exal-
tabitur inimicus meus ſuper me? inimicus, id
eſt, diabolus, qui laborat ut me deuoret, quan-
diu regnabit in hoc mortali corpore, erigendo
carnem aduerſus ſpiritū, ſeruūm aduerſus do-
minum? Cætera ut ſupra.

¶In finem pſalmus Dauid. XIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Corrupti ſunt, & abominabiles fa-
cti ſunt in ſtudijs ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Do
minus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens
aut requirens deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt
qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis
ſuis doloſe agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eorum. Quorum os maledictione
& amaritudine plenum eſt, ueloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contri
tio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non eſt timor dei ante
oculos eorum. Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant ple
bem meam ſicut eſcam panis? Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore
ubi non erat timor. Quoniam dominus in generatione iuſta eſt, conſilium inopis confu
diſtis, quoniam dominus ſpes eius eſt. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit
dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael.

In finem pſalmus ipſi Dauid .i. hæc expro-
bratio q̃ agitur in hoc pſalmo, ad hæc fit, ut diri
gatur in finem, id eſt, perfectam beatitudinem
attribuendo Dauid, id eſt, Chriſto, non cor-
pori, ſed capiti ipſi. Eſt ergo in hoc pſalmo uox
Chriſti, expro brantis duritiam cordis iudæo-
Luce. 19. rum, eo quod non cognouerint tempus uiſitati
onis ſuæ. & oſtendentis, quæ pœna incredulos
ſequatur, quæ autem gloria fideles. & ſecũdum
hanc lectionem fit quædam tranſiectio, ut gra-
uius uideatur dictum, hoc modo:

DIxit inſipiens. Ordo autem narratiõis ab
illo uerſu incipit. Dominus de cælo pro-
ſpexit ſuper filios hominum. *Dominus*, id eſt, de
us qui omnibus dominatur per naturam. *de cæ-
lo*, id eſt, de me Chriſto homine. *proſpexit*, id eſt,
longe oculos miſericordiæ ſuæ inclinauit. non
enim aliter melius hominibus ſuam cognitio-
nem manifeſtare potuit, q̃ per humanam na-
turam, *ſuper filios hominum*, id eſt, iudæos filios
patriarcharum & propheta*rum*: qui propter ex-
cellentiã homines dici poſſunt, ad aliorũ com-
parationem. Eſt autem per ſimilitudinẽ dictũ.
Solent potẽtes & duces exercitus, loca eminen
tiora aſcendere, & deorſum aſpicere quĩ ſint
prompti ad pugnam, qui non: qui ſtrenue ſe ha
beant, qui p̃ ignauia ſonitum tubæ audire non
ualeant. Et illi duces in alto poſiti, ex parte ui-
deri ſolent, & ex parte non uideri. ita & diui-
nitas uerbi latuit in CHRISTO per huma-
nitatem, apparuit autem per diuinitatem, faci-
ens opera quæ nemo alius fecit. Ad hoc diui-
nitatem, quæ per ſe inuiſibilis erat & incompre
henſibilis, per humanitatem meã uideris oſten-
dere. *ut uideat*, id eſt, uidere faciat & probet. *ſi eſt*
de illo populo *intelligens deum*, ſ. cõformãdo ſe
mihi dominico homini per fidem. *Aut* nõ tantũ
intelligens, ſed etiam *requirens* ſ. opere. Ad hoc
enim ſuã humanitatem hoĩbus exemplo ꝓpo-
ſuit, ut per eum cognoſcerent, ſi diuinitatem in-
telligere & operibus quærere homines poſſent.
Quod enim hõ Chriſtus fecit, homini poſſibile
eſſe oſtendit, Sed non inuenit, quia *inſipiens* ille
populus *dixit in corde ſuo*. i. cogitauit. quod gra
uius fuit q̃ ore dicere, *non eſt deus*. Quidam illo
rum nec ꝓphetam eum credidit. Dixit enim: Si
Luce. 7. hic eſſet ꝓpheta, ſciret utiq; quæ eſſet mulier q̃
tãgit eum. Quaſi d. & in hoc nõ eſt autor accu
ſandus. Quia *corrupti ſunt*, ſ. ab integritate bo-
næ naturæ ſuo uitio. *Et* in tantum, qđ *abomina-
biles* .i. odibiles & exhæredati *facti ſunt in ſtu-
dijs ſuis* .i. adinuentionibus proprijs, nõ dei. Qđ
inde patet, quia *non eſt*, ſ. in eis, *qui faciat bonum*,
id eſt, dei uoluntatem, ad quã faciendam creati
ſunt. Intantum, quod *nõ eſt uſq; ad unum*. Vſque,
eſt incluſiuum & excluſiuum. Vſq; ad unum. i.
nec unus. Hic eſt incluſiuum. Vel, uſq; ad unũ,
id eſt, uſq; dum perueniãt ad unitatẽ corporis
mei, ubi una fides, unum baptiſma. Nulli enim
bonum operari poſſunt, qui extra illam unita-
tem ſunt. Vnde illud, Mouebatur aqua, & ſana Ioh. 5.
batur unus. uel ad cõparationem .i. tot ſunt ma
la operãtes, ut bene facientes nec unus dici poſ-
ſint ad illorum comparationem, ut illud. Ooli- Ieze. 16.
ba, iuſtificaſti ſororem tuam Sodomã. quia tot
& tantæ ſunt iniquitates tuæ, ut Sodôma prius
impia, tua comparatione iuſta uideri poſſit. ut
illud, Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã Luce. 18.
ab illo. Non eſt qui faciat bonum. Nam faciũt
malum. quod & ſequitur, *Omnes declinauerunt* à
uoluntate domini, nõ ſolum gentes quæ legem
non acceperunt, ſed etiã iudæi *ſimul* ſ. cum gen
tibus. i. facti ſunt iudæi ſimiles gentibus. Hoc di
ctum eſt ad exaggerationem criminis. *inutiles
facti ſunt* alijs, ut is qui ſibi inutilis & pernicioſus
ciuis patriæ alitur. *Non eſt qui faciat bonum*, ut ſu-
pra. Hoc modo inutiles. *Sepulchrum patens eſt
guttur eorum*.. Ad hoc apertũ eſt ſemper, ut fœ-
torem nociuum malæ perſuaſionis emittat. uel
ut deglutiat mortuos, id eſt, ſeparatos à deo. *lin
guis ſuis doloſe agebant*. Magiſter, ſcimus quia ue- Mat. 22.
rax es. Vel de omnibus dictum. *uenenum aſpidum
ſub labijs eorum*, id eſt, in corde eorum malitia il
la, quæ eſt inſanabilis ut illud uenenum. Aliter:
Aſpis timens incantationem Marſi, qui eius ue
nenum uult habere contra alia uenena. hoc eſt
enim eius natura, ut alia uenena expellat, ſi in-
uenit in animali: ſi non, ſubito interficit. Ne au-
diat, unam aurem terræ adhibet, alterã cauda
premit. Ita iſti ut non audiant mandata dei, au-
rem cordis præſentibus bonis uelut terræ affi-
gunt, p̃teritæ uitæ delectationes alij replicant.
Et ideo: *Contritio & infelicitas*. contritio in cor-
pore, infelicitas in anima. Vel infelix contritio,
ſcilicet ſumma damnatio *in uijs eorum*, id eſt, in
operibus. Vnde illud, Qui offenderit in lapidẽ Mat. 21.
hunc, confringetur: ſuper quem uero ceciderit,
conteret eum. Qui enim offendit filium dñi nõ
credendo, confringitur intus. quia omne robur
animi amittit. Super illum cadit Chriſtus, quem
ultimo iudicio conterit duplici contritione. Et
hoc ideo, quia *uiam pacis*, id eſt, Chriſtum qui di
cit, Venite ad me q̃ laboratis, *non cognouerunt*. Mat. 11.
Nam ſi cognoſcerent deũ, timerent. Et hoc eſt,
Non eſt timor dei ante oculos eorum, id eſt, in men-
te eorum. Quaſi dicat: Modo nolunt uiam pa-
cis, id eſt, me per miſericordiam cognoſcere, ſed
aliquãdo cognoſcent per pœnam. Quod inter-
rogando ſubiungit: *Nonne cognoſcent omnes qui
operantur*, non qui operati ſunt, *iniquitatem?* hãc
ſcilicet, *qui deuorant plebem meam ſicut eſcam pa-
nis*, id eſt, aſſidue. quia panis, quotidianus uictus
eſt. In hoc quod dicit plebem, oſtendit in uocẽ
capitis eſſe legendum hunc pſalmum. Ideo de-
uorant, quia deũ *non inuocauerunt*. ſcilicet ipſum
de ipſo, ſed aliud, ſcilicet terrena. Dilexerunt Ioh. 3.
enim magis tenebras quàm lucem. & ideo *tre-*

pidauerunt timore ubi non erat timor. Timuerunt
enim perdere mundum, & non timuerunt per
Iob.11. dere deum. Vt, Si dimittimus eum ſic, omẽs cre
dent in eum. Reuera cognoſcetis me uiam pacis
per pœnas. *Quoniam dominur*, ſcilicet ego Chri-
ſtus, *in generatione iuſta eſt*, id eſt, in plebe ſua quã
uos deuoratis. quæ iuſta eſt, qa creatori ſuo ſer-
uit, & magis diligit lucem quàm tenebras. Vos
autem *conſilium inopis confudiſtis*, id eſt, cõfuſum
& indiſcretum putaſtis conſilium inopis, id eſt,
humilis, de ſe nihil præſumentis: ideo, quia *domi
nus ſpes eius eſt*, id eſt, quia nõ uidiſtis in eo pom
pam huius ſeculi. Et nõ fruſtra in eum ſperauit,
quia ipſe dabit ſalutare Iſrael. Et hoc probat.
Quaſi dicat: Conſtat uobis o Iudæi, quod *quis*,
id eſt, aliqs ex *Sion*, ſcilicet ueniens, id eſt, ex Iu-
daica tribu. *dabit ſalutare Iſrael*, id eſt, fideli popu
lo eum uidenti per fidem. Quis alius dabit, niſi
dominus cuius humilitatem cõtempſiſtis? Aut
hic, aut alius. Reuera iſte. Et hoc quando? *Cum
auerterit dominus*, id eſt, remouebit. *captiuitatem*,
id eſt, paſſibilitatem & mortalitatem qua ca-
ptiua tenetur, *plebis ſuæ*. Quæ auerſio captiuita
tis hoc modo fiet. *Exultabit*, id eſt, gaudebit, ſcili
cet in ſpe, eadem plebs facta *Iacob*, id eſt, progre
diens de uirtute in uirtutem. Iacob em̃ hoc no-
men habuit, cum peregrinaretur & eſſet in pro Gen.35.
greſſu. In reditu ad patriam luctans cum ange-
lo, Iſrael nominatus eſt. Et poſt facta *Iſrael*, id eſt,
uidens deum, *lætabitur* plenarie, facie ad faciem
uidens, quem prius per ſpeculum uidebat. uel I.Cor.13.
Iacob facta, id eſt, ſupplantatrix, accipiens pri-
mogenita Iudaici populi, id eſt, hæreditatẽ quæ
illi promiſſa fuit.

¶Pſalmus Dauid. XIIII.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, *&* operatur iuſtitiam. Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, qui nõ egit dolum in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

Pſalmus iſte, Domine qs habitabit, ſic cum
ſuperiori continuatur, quaſi dicat: Ego dixi qđ
tunc dabit ſalutare Iſrael, cum auerterit domi-
nus captiuitatem plebis ſuæ. ſed nullus ſibi in
hoc applaudat, quia non omnes computandi
ſunt in illa plebe. Quicunque autem uolunt eſſe
eius plebis, audiant deſcriptionem militũ Chri
ſti. Quæ ſententia ut autorabilior ſit, quærit fi
lius à patre, qui illi ſint qui hic ſtrenue ſe habeãt
in tabernaculo, id eſt, in caſtris, ubi donatiua da
buntur.

DOmine, cuius autoritati eſt concedendum,
cum ſint plures raram habitationem ha
Luce.8. bentes: quia ad tempus credunt, & in tempore
tentationis recedunt. *quis habitabit*, id eſt, aſſidue
Iob.7. manebit *in tabernaculo tuo?* id eſt, in hac tempo-
rali eccleſia. militia eſt uita hominis ſuper terrã.
quæ domus eſt militantium, ſcilicet in eccleſia-
ſticis inſtitutis. inde & cõtubernium dicitur, qſi
contabernium, ſocietas tabernaculi. *Aut quis re
quieſcet* poſt laborem præſentis uitæ, *in monte
ſancto tuo?* id eſt, in excelſo habitaculo, in illo pa
latio cœleſtis Ieruſalem, ubi magna eſt celſitudo,
magna munitio. ubi nullus inimicus includitur,
nullus amicus excluditur. Sancto, quia ſoli ſan
cti in illa ciuitate habitant, ſcilicet ſuperni ciues.
Sequitur competens ordinatio horum mili-
tum. In primis ponuntur fortes & loricati, dein
de plebeij. Reſponſio domini patris: *Qui ingre
ditur ſine macula*, id eſt, q uiuit ſine criminali pec
cato quod animam maculat. non tamen ſine ne
uo, id eſt, leui. Vnde illud, Erit autem agnus ſine
macula. Nota, ingreditur uel intus in cogitati- Exo.12.
ne, uel hoc tabernaculũ ingreditur, ut ibi inno
center uiuat. Et quia non ſufficit ceſſare à malo,
ideo ſequitur: *Et operatur iuſtitiam*, id eſt, edictũ
regis ſui implere laborat, p̃termiſſis alijs uirtu
tibus. Ideo iuſtitiam ponit, quia mater eſt omni
um aliarum & maior. qui cæteræ tãtum haben
tem delectant, hæc & alios. Poteſt hæc eſſe pro
poſitio ſequentiũ, *Qui loquitur ueritatem in cor
de ſuo*, quia parum eſt ueritatem dicere, niſi etiã
ita ſit in corde. Diabolus ueritatem dicebat, Mat.8.
Quid nobis & tibi fili dei? & tamen non habi-
tabat in tabernaculo domini. Et ille *qui non egit
dolum in lingua ſua*. id eſt, qui non eſt locutus ad
deceptionem aliorum. Et ille qui *nec fecit proxi-
mo ſuo malum*. Auguſtinus: Omnem hominem
proximum accipe, ſcilicet eiuſdem naturæ &
eiuſdem creationis. Malum, id eſt, aliquod da-
mnum in corpore, uel in anima, uel extraneis re
bus. Hoc totum perfectorum eſt. Nec ſolum nõ
fecit, *opprobrium nõ accepit aduerſus proximor*, id
eſt, non libenter aut temere criminatori uel de-
tractori credidit, uel qui nõ accuſatur quaſi no
xius à proximis. *Ad nihilum deductus eſt in conſpe
ctu eius malignus*, qui plus amat creaturã quàm
creatorem. aurum, argentum. Vel aliter: Mali-
gnus, id eſt, diabolus. in conſpectu eius, id eſt, in
intellectu. ad nihilũ deductus eſt, id eſt, pro nihi

lo habetur. quia factus ex nihilo,poſtquam per
didit bonitatem naturæ,redactus eſt ad nihil. Et
dum nihil eſt,fortis uir non timet eũ. Aliter:Ma
lignus, id eſt, diabolus ad nihilum deductus eſt,
cum in nulla ſuggeſtione ei præualuit, inconſpe
ctu,id eſt,prouidentia animi eius. Aliter:In con
ſpectu eius,id eſt, in eius cognitione.malignus,
id eſt,diabolus,qui per ſe poſſe præualere uide
tur,deductus eſt ad nihilum,id eſt,ad creaturas
quæ de nihilo creatæ ſunt,ſcilicet cognoſcit dia
bolum illos ſolummodo poſſe uincere,quos a
uera & ſemper incommutabili ſpecie ad crea-
turã & commutabile deſideriũ uertit,ut ad pe-
cuniã uel aliquid hoꝝ, quæ huius mundi ſunt,
eiſq; ſe ſubijcit. tũc eum quaſi ſuper ſe deducit.
Timentes autem dominum glorificat. Contra illud,
ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius, id
eſt,illos glorificat, qui potius ſeruiunt creatori
ꝙ creaturæ. Hinc ad gregarios milites tranſit.
Et ille habitabit in tabernaculo, & poſt requi-
eſcet in palatio,*qui iurat proximo ſuo homini,&*
non decipit mentiendo. Auguſtinus:In humanis
contractibus iurare licet.ſed ideo ꝓhibetur, ne
aſſiduitas periurare faciat. Et ille *qui pecuniam ſu*
am non dedit ad uſuram, ſed accõmodauit gratis,
expectãs præmium a deo. Patet quia de imper
fectis loquitur. In pecunia alia omnia accipiun-
tur. hæc magis ſolet ad uſuram dari. *Et munera*
ſuper innocẽtem non accepit,id eſt,qui corruptus
pecunia,cauſam iuſtam non depreſſit. Vnde il-
lud prophetæ: Væ uobis qui muneribus iuſtifi
Iſa.5. catis impium, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.
Qui facit nõ ſolum ſupradicta,ſed etiam hæc mi
nora,*non mouebitur*,id eſt,nõ ſeparabitur *in eter*
num. quia neque in tabernaculo, neq; in palatio.
Poteſt etiam legi aliter iſte pſalmus,Dixit inſi-
piens. ſub eadem tamen perſona qua prius, &
eadẽ intentione,ſ. Auguſtini hoc ordine, ut pri
us de gentibus dicatur,Dixit *inſipiens* in corde
ſuo,nõ eſt deus,ſ. in rebus. Corrupti ſunt & ab-
ominabiles facti ſunt,ut ſupra. In ſtudijs ſuis,co
lentes opera manuum ſuarum, & cætera ut ſu
pra,uſq;:Dominus de me filio ſuo proſpexit.i.
proſpicere ſe oſtendit,etiam ſuper filios homi-
num. Hic de iudæis. ut uideat,id eſt, cognoſci fa
ciat,ſi eſt in illis intelligẽs,id eſt,fidelis aut requi
rens deum opere. uel de cęlo.i. de patriarchis et
prophetis. Sed nec in his inuentus eſt intelligens
aut requirens deũ, licet ſecundũ carnem eſſent
filij hominum,id eſt, patriarcharum & prophe
tarum. & licet legem ac mandata acceperint, ſe
cundum literã omnia accipientes. Si qui autem
inuenti ſunt requirentes deũ in lege uel in tem
pore gratiæ,illi nõ iam filij hominum, ſed Chri
ſtiani uocãtur. Qui enim dicebant, Nos Moyſi Ioh.9.
diſcipuli ſumus: illi erant filij hominum, & non
intelligebant nec requirebant deum. Bene,re-
quirens: quaſi perditum in primo parente. Cæ-
tera ut ſupra, uſque, Conſilium inopis, id eſt, 2.Cor.8.
CHRISTI. qui cum eſſet diues, factus eſt
pauper propter nos. cuius conſilium fuit ut uos
redimeret,ut humilitatem & patientiã uos do-
ceret. illud confudiſtis, id eſt,contemptibile du
xiſtis,computãdo inter uilia & cõtemptibilia.
ideo quoniam dominus ſpes eius eſt,id eſt,quo
niam non eum ſimilem uobis uidiſtis.

Tituli inſcriptio ipſi Dauid. XV.

CONſerua me domine,quoniam ſperaui in te. dixi domino,deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sanctis qui ſunt in terra eius,miri ficauit omnes uoluntates meas in eis. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorũ, poſtea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de ſanguini bus,nec memor ero nominũ eorũ per labia mea. Dominus pars hæredita tis meæ & calicis mei,tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum,inſuper & uſque ad noctem increpuerũt me renes mei. Pro uidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi,ne commo- uear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſan- ctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cum uultu tuo: delectationes in dextera tua uſque in finem.

Tituli inſcriptio pſalmus ipſi Dauid. Hierony
mus: Tres ſunt tituli qui inſcribuntur. unus ſu-
per tumulos mortuorum, alter in liminibus ci-
uitatis uel domorũ, tertius in uictoria regis. Hu
ius tituli inſcriptio eſt de uictoria Chriſti regis
Iudæorum,id eſt,regis omnium confitentiũ, Ie-
ſus nazarenus rex Iudæoꝝ. Iſte pſalmus ideo
dicitur eſſe inſcriptio huius tituli, quia continet
ſcriptã cauſam illius uictoriæ. Agit enĩ de obe-
dientia Chriſti,propter quam deus illum exal-
tauit,& dedit illi nomen qđ eſt ſuper omne no- Phil.2.
men. Sequitur in titulo, pſalmus ipſi Dauid. Eſt
enim in hoc pſalmo uox ipſius capitis. Agit &
de mutatione carnalium obſeruationum, & de
reprobatione iudæorum & ſuſceptione genti-
um, & de Chriſti reſurrectione & ultima clari-
ficatione. & hæc omnia ad inſtructionem fide
lium.

VOX CHRISTI IN PASSIONE.

D*Omine* pater, *conſerua me*, ſicut uſq; modo
interius ſeruaſti animã meam immunem
ab omni peccato, & dando patientiam & con-
ſtãtiam, ita nunc conſerua, id eſt, ſimul cum ani
ma ſerua corpus, ne deſcendat in corruptiõem.
Vel me caput & corpus ſimul ſerua, qa in mea
reſurrectione eſt eorum redemptio. Et debes,
quoniam in te ſperaui, nõ in alio, ut infelix ille pri
mus parens. Qui uult ſeruari, in te ſperet. Quod
in hoc oſtendo: *dixi domino*, ſ. in ſpũſancto, ſ. eo
1. Cor. 12. modo quo dicendum fuit. Nemo enim poteſt
dicere dominus Ieſus, niſi in ſpũſancto. Hoc di-
Ge. 3. xi, *deus meus es tu*, id eſt, præcipuus. non ego ut il
li, quibus dictum eſt, Eritis ſicut dij. Faciant ſi-
bi alij alios deos ad confuſionem ſuam. ego ni-
hil aliud niſi te ad gloriam meam. Ideo tibi hoc
precium ſaluationis meæ offero, non aliud. quia
tu dominus dominantium non indiges aliquo,
ut cæteri domini qui bonis ſeruorum indigent.
Te enim indiget ſeruus, non tu ſeruo. Et hoc eſt:
Quoniam bonorum meorum non eges, uel incarna-
tione, morte & reſurrectione mea. Hoc autem
fructu. *Sãctis qui ſunt in terra eius*, id eſt, illis quos
ego feci ſanctos, quia iam ſunt in terra uiuentiũ
per ſpem. mirificaui, id ẽ, deſiderabiles feci *oẽs*
uoluntates meas, oſtendendo ſuas prauas, meas
rectas: ſuas fœdas, meas honeſtas. ita ut eſſent *in*
eis, id eſt, in opere haberent. Quibus etiam inno
tui, quid profuerit & humanitas meæ diuinita
tis, & diuinitas humanitatis. Profuit humanitas
Ro 4. diuinitatis, quia mortuus eſt propter delicta no
ſtra. & diuinitas humanitatis, quia reſurrexit ꝓ
pter iuſtificatiõem noſtram. Hoc mirificaui ſan
ctis, id eſt, omnibus fidelibus de quacunq; gen-
te, qui ſunt in terra uiuentium per fidẽ & ſpem.
Aliter. *Mirificauit* dominus pater omnes uolun
tates meas in ſanctis, qui ſunt in terra eius. quia
inuocaui eum eo modo quo eſt inuocandus, ſci
licet quia dixi domino, deus meus es tu. In hoc
patet quod mirificauit illis uoluntates meas,
quia *multiplicatæ ſunt infirmitates eorum*, quæ pri
us latebant, aut nullæ uidebantur iniquitates.
multiplicatæ ſunt, id eſt, multipliciter apparue
Ro. 7. runt. Vt illud, Peccatum reuixit. ego aũt mor
tuus ſum, quia prius aliquãdo uiuebam. Et hoc
cognouerunt per me librum eorum. uidentes
enim uitam meam rectam, cognouerunt ſuam
prauam. *Poſtea*, id eſt, poſtquã cognouerunt ſuã
infirmitatem, *accelerauerunt* ſcilicet ad medicũ.
Ro. 7. Vnde illud, Infelix ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius? Gratia dei per do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum. Accelerauc
runt dico, ſed non eo modo quo prius, ſcilicet
ut diuerſa ſint eorum conuenticula, quia unus
erit conuentus. quia ibi in fide Chriſti non eſt
Col 3. ſeruus neque liber, non eſt maſculus neq; fœmi
na, non eſt barbarus neq; Scytha. Aut de ſangui
nibus, multis ſcilicet hoſtijs, quia ad unam hoſti
am, & unum ſanguinem meũ. Et hoc eſt quod
dicit: *Non congregabo conuenticula eorum de ſan-*
guinibus. Non congregabo, quia conuocabo.
Nõ enim ſolos Iudæos recipiam, quorum ſyn-
agoga interpretatur congregatio. Conuenticu-
la ſcilicet Iudæorum, ut domus Iacob, domus
Leui, quæ parua fuerũt ad comparationem o-
mnium gentium. ut illud, Et uenient ad eam o- Iſa. 2.
mnes gẽtes. De ſanguinibus ſcilicet taurorum, Ier. 16.
uitulorum, hircorum, qui ualebant tantum ad
emũdationem carnis: quia ad proprium ſangui
nem meum illos conuocabo, qui emundabit eo Heb. 9.
rum conſcientiam ab operibus mortuis ad ſer
uiendum deo uiuenti. *Nec memor ero nominum eo*
rum. Non ultra erunt inimici, nec ſerui, nec iniu
ſti: quia amici, quia liberi, qa iuſti. *per labia mea*,
id eſt, præcones meos prophetas. quia ego ipſe
qui loquebar in illis, adero. Aliter: Quæ cõuen
ticula & ſanguines, ſcilicet fuerunt ꝑ labia mea,
id eſt, ego illa præcepi. Et ſi illa ſeruauerunt quę
ego per ſeruos fieri præcepi, multo magis erũt
ſeruanda quæ ego ipſe præcipiam. Nõ memor
ero nominum eorum per labia mea, id eſt, ꝑ pa Ephe. 2.
cem & reconciliationem meam. Ipſe enim ẽ pax Col. 1.
noſtra, qui fecit utraque unum, concilians quæ
in cælis & quæ in terra ſunt. labijs enim oſculũ
pacis damus. Aliter: Per labia mea cõgregabo,
non aliena. Ego ipſe oſtendam eis uera ſacrifi-
cia. quia caro mea uerus eſt cibus, & ſanguis me Ioh. 6.
us uerus eſt potus. Nihil enim in me inuenient
quod non ſit ſumendum. *Dominus pars hæredita*
tis meæ. Ac ſi dicat: Ego eos ideo ad unum con-
uocabo, quia ipſimet *ſe non ſeparabunt*. Nam
unum tantum petent, non multa, ſcilicet domi-
num. Dominus pars hæreditatis meæ, id eſt, ec
cleſiæ meæ, quæ eſt mea hæreditas, quia me pa-
ſcit, me delectat. Oĩa in duo diuiſa ſunt, in cre
aturam & creatorem. Alij portionem ſuam in
creaturis ſibi conſtituunt, ſcilicet in his caducis.
hæreditas autem mea, ſolum dominum. Et erit
pars *calicis mei*, ſcilicet ipſius eccleſiæ, quæ ẽ me
us calix, quia me recreat. propterea enim in cru Ioh. 19.
ce dixi: Sitio. Aliter: Calicis mei, per imitationẽ.
ut illud, calicem domini biberunt, & amici dei
facti ſunt. Eccleſia per ſimilitudinem dicitur &
hæreditas & calix. Quæ hæreditas mea eſt, &
calix meus, non ex me, ſed à te. quia *tu es qui re*
ſtitues hæreditatem meam mihi, perditã in Adam.
non ego dominicus homo, ſed tu deus. Aliter.
Non congregabo conuenticula eorum de ſan
guinibus, quia dominus erit pars hæreditatis
meæ per me aſſumptũ hominem, pars erit cor-
poris mei. Et ipſe mundat meos, non ſanguines
uictimarum. Vnde illud, Qui mãducat carnem Ioh. 6.
meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet
& ego in eo. Et erit pars calicis mei, id eſt, eiuſ-
dem corporis. quod ideo dicitur calix Chriſti, Col. 2.
quia cum plenitudo diuinitatis habitet in illo ꝑ
fecte, corpori eius ad menſuram datur. Aliter:
Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Populus Iudaicus fuit mea hæreditas. Hãc per-
Iſa.5. didi, quia uinea mea electa conuerſa eſt in ama-
Iere.2. ritudinẽ, ut me crucifigeret. fracti ſunt rami oli-
Ro.11. uæ, ut interſereretur oleaſter. Sed tu domine re
ſtitues, quia reliquiæ ſaluæ fient. Et ne quis ſibi
fruſtra applaudat in illa hæreditate, determi-
nat qui illi ſint, quos uelit dicere ſuam hæredita
tem. *funes*, id eſt, menſuræ & termini illius hæ-
2.Tim.2. reditatis. Et bene, menſuræ: quia nouit dominus
qui ſunt eius. ad ſimilitudinem dictũ, quia agri
funibus menſurantur. *ceciderunt mihi*, id eſt, gra-
tia tua ſorte mihi contigerunt. *In præclaris*, id eſt,
Ephe.5. candidis, non habentibus maculam neq; rugã:
maculam, incredulitatis: rugam, hæreſis. Vel,
in præclaris, in uictoria. Illi enim ſunt mei, q car
Gal.5. nem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupi-
ſcentijs. Sed quia mundo non ita uiſi ſunt, imo
pannoſi & contemptibiles: ut illud, Spectaculũ
1.Cor.4. facti ſumus mũdo & angelis & hoibus, omnium
peripſema uſque adhuc: ideo ſubiungit, *Etenim*
hæreditas mea præclara eſt mihi. Et per illam hæ-
reditatem *benedicam dominum qui tribuit mihi in*
tellectum cognoſcendi illam, ſcilicet conſeruandi
uel diſcernendi meos à non meis. *Inſuper* ſcilicet
benedicam dominum de hoc, quia *uſque ad no-*
ctẽ increpuerũt me renes mei. Renes. i. inferior pars
mea, caro ſ. increpauit. i. erudiuit. Sæpe eñ in-
crepatiõe fit eruditio. Vſq; ad noctẽ. i. uſq; ad te
nebras mortis. In his eñ omnibus quæ in cor-
pore pertuli, obedientiam & humilitatem &
patientiam didici. Aliter: Inſuper benedicam
dominum, quod renes mei, Iudæi ſcilicet, de q̃-
rum renibus natus ſum, increpuerunt me, id
eſt, duriter arguerunt uſque ad mortem, quia
tibi exemplũ humilitatis & patientiæ meis præ
bui. Aliter: Inſuper benedicam domino, quod
renes mei, id eſt, infirmiores partes, increpu-
erunt uſque mortem, & in infirmitate mortuus
ſum. ſed renes mei fuerunt, id eſt, delectationes.
id eſt, non ſolum benedico te de hoc, quod ſpi
Mat.26. ritus promptus eſt, ſed quod etiã caro delecta-
Luce.22. ta eſt. Deſiderio enim deſideraui hoc paſcha. Il
lum merito benedico, quia in paſſione ne defice
rem, *prouidebam*, id eſt, porro uidebam, *dominũ*
remuneratorem, uel mihi aſſiſtẽtem. *in conſpectu*
meo, id eſt, intus in corde, ubi eſt uerus intuitus.
ſemper, id eſt, & in paſſione & in morte. Et me-
rito illum prouidebam, *quoniam à dextris eſt mi*
hi, id eſt, in potioribus, uel fautor & propicius
mihi & meis. *ne commouear* ſcilicet ab eo ſimul
cum his qui me deuorare conãtur, quorum pe
des moti ſunt. Vel ideo illum benedicam, & nõ
alium: quoniam à dextris eſt mihi, id eſt, illum
præcipuum habeo. *Propter hoc*, ſcilicet quia non
commouear, *lætatum eſt cor meum*, id eſt, intus læ
tabar, etſi foris paterer. Vel propter hoc, ſcili-
cet quia tu hoc modo reſtitues mihi hæreditatẽ
meam. *Et* cum lætitia cordis *exultauit*. i. exultan
ter tibi gratias egit *lingua mea*. ut illud, pater gra Ioh.11.
tias ago tibi. *Inſuper*, id eſt, nõ ſolum anima gau
debit, ſed *& caro mea requieſcet*, id eſt, iacebit in
ſepulchro. *In ſpe*, hac ſcilicet, *quoniam non derelin*
ques animam meã in inferno, nec dabis me ſanctũ tuũ
uidere corruptionem, ſ. corporis mei. Iacuit enim
caro Chriſti in ſepulchro. ſed corruptum non
eſt, quia tertia die reſurrexit. Aliter: Inſuper, id
eſt, nõ ſolum ego caput, ſed & caro mea, id eſt,
eccleſia. Vnde Apoſtolus: Erunt ambo in car- Ephe.5.
ne una. Hoc autem dico in Chriſto & eccleſia.
Requieſcet, in morte à laboribus huius uitæ.
In ſpe, ſcilicet reſurgendi. Et merito, quoniam
non derelinques animam meam in inferno, id
eſt, quod uident præceſſiſſe in capite, non deſpe-
rant de membris illi adhærentibus. Notãdum Pſal.29.
quod alibi dicit, Quæ utilitas in ſanguine meo
dum deſcendo in corruptionem? Sed hoc dictũ
de uulnere lateris & fixura clauorum, non de
corruptione corporis Chriſti in ſepulchro. Re-
uera non dabis uidere corruptionem: imo *no-*
tas mihi feciſti, id eſt, meis per me. *uias uitæ*, ſcili-
cet humilitatem, patientiam, perſeuerantiam: ut
me imitando, ad uitam redirent per humilita-
tem, unde per ſuperbiam ceciderant. Vel uias
uitæ, id eſt, mandata. Vnde dicitur: Si uis ingre- Mat.19.
di ad uitam, ſerua mandata. Hoc antea feciſti.
Adimplebis autem *me lætitia*, id eſt, perfecte im-
plebis. *cum uultu tuo*, id eſt, cum ego, & omnes
mei mecum fruemur gaudio præſentiæ tuæ.
Tunc adimplebis, qui modo impleſti gaudio
meæ reſurrectionis. Hoc modo adimplebis:
Delectationes, non una, ſed multæ. tu enim eris o- 1.Cor.15.
mnia in oĩbus. *In dextera tua*, id eſt, in illis qui
erunt ad dexteram tuam, id eſt, in digniori par-
te, uel in fauore tuo. *uſque*, id eſt, ſemper *in finem*
ſcilicet tendens illarum delectationum, & nun-
quam perueniens.

Oratio Dauid. XVI.

EXaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis. De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideant æquitatem, Probaſti cor meum & uiſitaſti nocte, igne me examinaſti. & nõ eſt inuẽta in me iniquitas. Vt nõ loquatur os meum opera hominum, propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueantur ueſtigia mea. Ego clamaui, quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi uerba mea. Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te. A reſiſtentibus dexteræ tuæ

cuſtodi me,ut pupillam oculi.Sub umbra alarum tuarum protege me,à facie impiorũ qui me afflixerunt. Inimici mei animã meã circundederunt,adipẽ ſuum cõcluſerũt,os eorum locutum eſt ſuperbiam. Proijcientes me,nunc circundederunt me:oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge domine, præueni eum & ſupplanta eum. eripe animam meam ab impio, frameam tuã ab inimicis manus tuæ. Domine, à paucis de terra diuide eos in uita eorũ,&de abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorum. Saturati ſunt filijs, & diuiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

Oratio ipſi Dauid. Iſte Pſalmus eſt oratio ac tribuenda Dauid,id eſt, Chriſto,nõ corpori,ſed ipſi,cũ ſit utrũq; oratio. Orationem & deprecationem Hieronymus in hoc loco hanc differentiam dicit habere, Oratio ſit pro adeptione uel perſeuerantia bonorum: deprecatio, ut non ueniant,uel ut auferantur mala. Orat ergo Chriſtus in hoc pſalmo,ut iudicium illud ſuum quod fuit ad ſalutem hominum,reueletur mundo,ut credentes ſalui fiant. Orat etiam, ut fideles ſui protegantur ab impijs,ne deuocentur.

E*xaudi domine iuſtitiã meã*, quæ aduerſatur iuſtitiæ Adæ. Ac ſi dicat: Quia tua uoluntas eſt,autorem ſalutis hominum per paſſionem cõſummari,iuſtum eſt,ut tibi obediam. & quia obediens ſum,iuſtitia mea pro me & pro meis orat apud te. *Intẽde*.i. irremiſſe conſidera *deprecationẽ meã*.i.orationem pro peccatis hoim. Inde totus hic pſalmus inſcribitur oratio,quia eſt uel in prece, uel in deprecatione.quod utrũque oratio eſt. Et non ſolũ orat iuſtitia mea,ſed etiã *orationẽ meam auribus percipe*.i.clementer audi,quæ eſt *in labijs nõ doloſis*.i.quæ digna eſt tuis auribus,quia eſt cordi con-
Mat.7. ſona. Non enim omnis qui dicit, dñe dñe, dignus eſt exauditiõe. Hoc oro,in hoc exaudi: *De uultu tuo iudiciũ meũ prodeat*. Iudiciũ illud quo iudicatus ſum pati pro ſalute mũdi,meũ.i.mihi utile & meis.prodeat.i.manifeſtetur,proceſſiſſe de tuo uultu, id eſt,de tua uolũtate, nõ Iudæorum diſpoſitione. Hoc mõ manifeſtum fiat. *Oculi tui*.i. prædicatores quos oculos eccleſiæ facis, *uideãt*.i.intelligãt æquitates.i.æquitates in mea clarificatiõe & eorum damnatiõe. Aliter: Iudicium meum quo ego obtuli me hoſtiam pro peccatis hominum,prodeat,id eſt,appareat proceſſiſſe de tua diſpoſitione,non de mea temeritate. Oculi tui qui falli nõ poſſunt,uideant & cognoſcere faciant *æquitatẽ*, ſcilicet meam: quia æquum fuit ut à te miſſus, tuo imperio obedirem. Aliter: Omne iudicium,id eſt, omnis diſcretio mea,prodeat,id eſt,exeat.de uultu tuo.i.de circũſpectione tua. Et non ſolum ego, ſed oculi mei, id eſt, prædicatores, per quos ego meis prouideo: uel tui oculi eodem modo uideant æquitatem, id eſt, intelligant iuſtum eſſe,ut opere impleant quod uerbo docent. Et hoc faciunt meo exemplo. Tu enim *probaſti cor meum*, & probum & conſtans feciſti. *& uiſitaſti* quaſi infirmum ut cõfirmares.

nocte,id eſt, tribulatione, quæ nox dicitur, à ſimili,quia turbat. *Igne*,id eſt,ualida tribulatione, quæ ignis dicitur,quia urit. *me examinaſti*,id eſt, peccata hominum in me confudiſti. *Et non eſt inuenta in me iniquitas*,quia in nullo horum receſſi à mandatis tuis. Ita fac ut nec in illis inueniatur iniquitas,ſcilicet fac *ut os meum*, id eſt, doctores mei, *non loquatur opera hominum*,id eſt,huius ſeculi uanitates quas homines amant, ſed potius tua opera & tuas uictorias. & hoc faciãt me imitando, quia ego *propter uerba labiorum tuorum*,
quia tu mãdaſti mandata tua cuſtodiri nimis, Pſal.118.
cuſtodiui uias duras. Aliter: Reuera oculi tui uidebunt æquitates,quia probaſti cor meum,& uiſitaſti nocte,ut ſupra. Igne me examinaſti,& nõ eſt inuenta in me iniquitas. In his omnibus obedientiam meam & humilitatem cognoſcent & imitabuntur. Adeo in illa examinatione æquitatem ſeruaui,ut in tribulatione maxima etiam os meum non loquatur ſtultum quid contra te
loquens, ſicut de Iob dicitur: In omnibus his Iob.1.&2.
non peccauit Iob labijs ſuis,neque ſtultum quid
contra deum locutus eſt. Et Chriſtus ſicut ouis Iſa.53.
ad occiſionem ductus eſt,& non aperuit os ſuum. Opera hominum,ſcilicet peſſima, fuerunt in me: quia morte turpiſſima condemnauerunt. Quod dicit ſimpliciter opera hominum, excellentiam oſtendit. Et tamen propter uerba labiorum tuorum,id eſt,ut implerem quod de me prophetæ prædixerunt, qui fuerunt labia mea,ego cuſtodiui uias duras. In Hebræo, uias latronum:hoc eſt, uias omnis carnis, dicit Dauid de morte. Via latronum, mors crucis,quæ latronibus & ſacrilegis deputata erat. Cuſtodiuit uias latronum dominus,quando inter duos latrones crucifixus,etſi eſſet mors ſuis factis in-
digna,tamen patienter pertulit. Aliter: Vt non Lucæ.23.
loquatur os meum opera hominum: Ita non eſt inuenta in me iniquitas, ut aliud nõ prodeat ex ore meo niſi laus tua. Si enim ad laudẽ meã hoc dicerem, opa hoim dicerem,nõ tua. Aliter: Tãta eſt tribulatio,ut nõ loquatur os meũ opa hominũ.i.quod nõ ſit opus ut ego loquar, quia opa hoim fœda in me & nimis crudelia,ſe ſatis loquũtur. Propter uerba labiorum tuorum,id eſt,quia tu iuſſiſti,ego cuſtodiui uias duras,Id eſt,multa tormenta. Aliter: Propter uerba labiorum tuorum.i.propter pacem & recõciliatiõem,quam promiſiſti mũdo per me.quia labijs oſculum pacis domus.

Ego cuſtodiui uias duras, id eſt, mādata tua difficilia nō mihi, ſed incipientibus. Hieronymus:
Mat. II. Quomodo duras, cum dicatur, Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue? Sed leue uolentibus, graue nolentibus. Aliter: Propter uerba, id eſt, minas futuræ damnationis, labiorum tuorum, id eſt præconum, apoſtolorū & prophe
Mat. 3. tarum. ut illud, Genimina uiperarum, quis uos
Luce. 3. liberabit à uentura ira? Ego cuſtodiui uias duras, id eſt, magna tormenta in meis, ut illa futura tormenta euaderē. Et quia cuſtodiui uias duras, nō eſt inuenta in me iniquitas. Sed tu domine perfice quod in me incepiſti & in membris meis. *Perfice greſſus meos*, id eſt, omnes affectus & uoluntates meorum prædicatorum *in ſemitis tuis*, id eſt, in arctis mandatis. Ita perfice, *ut nō moueantur* ab eis *ueſtigia mea*, id eſt exempla humilitatis & patientiæ meæ. Perfice in membris, qa in me iam perfeciſti, *quoniam exaudiſti me deus.* Ideo exaudiſti, quia *ego clamaui*, id eſt, fidem tuā aperte nunciaui, uel clamaui eo modo quo ad te clamandum fuit, id eſt, irremiſſe egi, uel libera & ualida intentione ad te preces direxi. Ideo *inclina* nunc *aurem tuam mihi* oranti pro illis etiam qui futuri ſunt mei, Inclina aurem, ut medicus ægrotis, qui non ualent per ſe ſurgere, quia in lecto peccatorū iacent, quorū infirmitatem in me ſuſcepi. Hoc modo *exaudi* uocem meam. *Miſericordias tuas* per me mundo exhibitas, *mirifica*. i. deſiderabiles illis fac, uel mirabiles oſtende, ne uileſcant, declarando eas per doctores tuos. Ad hoc mirifica, ut ſperent in te, & ſperando ſaluētur. *qui ſaluos facis ſperantes in te.* Et quia ſaluos facis ſperantes in te, *à reſiſtentibus dexteræ tuæ*, id eſt, mihi capiti & meis. *cuſtodi me ut pupillam oculi*. à ſimili. Aliter: pupilla eſt illa pars per quam oculus uidet & diſcernit. ſic & Chriſtus eſt pupilla eccleſiæ ſuæ, quia ille ſolus diſcernit ſuos à non ſuis. Dicit ergo: fac ut prædicatores tui qui ſunt oculus eccleſiæ, humilitatem meam imitētur, ſine qua uidere & intelligere nō ualent quæ uidēda ſunt, ſicut nō ualet oculus uidere ſine pupilla. Taliter cuſtodi: *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Superueniat obūbratio ſpiritusſancti per geminas alas, id eſt, dilectionem dei & ꝓximi, & protegat ab omnium incentiuorum nociuo æſtu. Vnde illud, Spiritusſanctus superue-
Luce. I. niet in te, & uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ali-
Mat. 23. ter: Protege me intelligentia duorum teſtamentorum in corpore meo, ſicut gallina pullos ſuos protegit ſub alis, ne rapiat eos miluus, id eſt, diabolus. *A facie impiorum qui me afflixerūt*, id eſt, ab imagine iudæorum & hæreticorū, ne deuocer in corpore meo ab imagine & ſimilitudine tua, & conforment illi. Et opus eſt ut protegas. *Inimici mei animam meam* concluſerunt. Iudæi CHRISTVM, & impij hæretici & alij eccleſiā, nō ad imitādum, ſed ad perdendum. Animā meā *circundederunt* circūuentionibus multis, minis & blādiſijs. quicquid enim in corpore fecerunt, in animam machinati ſunt, ut illam à te deuocarēt. Et inimicus diabolus non intelligit quid homo cogitet, niſi per exteriores motus. & in quo unūquenque delectari uidet, ut intus capiat, diuerſas ſuggeſtiones infert. *Adipem ſuum concluſerunt*, id eſt, obligauerunt & inuoluerunt ſe malitia & lætitia temporali, ut non manducarent me panem uiuum, qui in ſimilitudine mannæ de cælo Iob. 6.
deſcendi. Per adipē malitia deſignat̃. quē in ueteri lege mā ducare ꝓhibent̃, qa cor eoꝝ malitia in Leuit. 3.
craſſatū erat. ꝓpterea in cātico Deuter. dicitur,
Recalcitrauit dilectus, incraſſatus, impinguat⁹, Deut. 32.
dilatatus de malitia. Recalcitrauit, quia mandata obſeruare noluit. Dilectus fuit, quia manna de cælo illi pluit. Et quia adipati erant temporali lætitia, *os eorum locutum eſt ſuperbiam.* Nolu- Luce. 19.
mus hunc regnare ſuper nos. *Proijcientes me* prius in meis, uel reſpuentes doctrinā meā prius. uel ꝓijcientes extra ciuitatem q̃ſi pollutū, & q̃ſi ex mea morte pollueretur ciuitas. uel nūc ſ. cū præmiſſi ſunt, *nunc circundederunt*, id eſt, nunc tādem conſummauerunt iniquitatem ſuā, ſpuentes in me, & colaphis cædentes, & tādem turpi morte condemnantes. Et non mirum ſi hæc in autorem uitæ fecerūt, qa *oculos ſuos*. i. mentem q̃ diuinitatem quæ in me opabatur, uidere debuerunt. *ſtatuerunt*, id eſt, firmiter propoſuerūt *declinare*, id eſt, deorſum inclinare in terrā. i. corpus meum, id eſt, tantum me hominem credere uoluerunt, & non deum. Vel amorem cordis in terrena, ut magis diligerent mundū quàm deum. Vel cum omni intentione circundederūt ut perderent. quod in hoc oſtendebatur, qa oculos in terra figebant. *Suſceperunt me* uel Iudæi à diſcipulo, uel Pilatus & eius miniſtri à Iudæis. *ſicut leo paratus ad prædam.* principes illi ferociſſimi qui me crucifixerunt. *& ſicut catulus* leonum Iudaica plebs uel eius proles, *habitans in abditis*, id eſt, quaſi in occultis conſentiendo. Minores enim etſi aperte eum non damnauerunt, tamen peccauerunt occulte, quia in morte eius cō
ſenſerunt. Non enim ſoli qui mala agunt, rei Ro. I.
ſunt, ſed & qui conſentiunt. *Exurge domine*, fer opem, qui in humilitate mea uiſus es iacere. *Præueni eum* ſcilicet diabolum, cuius inſtinctu hæc
faciunt. Veniat ad me, & in me nō habeat quic- Iob. 14.
quam. Vel in laqueo mortis quem mihi para-
uit, capiatur ipſe. O mors, ero mors tua. *Et ſup-* Oſe. 13.
planta eum, ut in morte mea per quam credidit
ſe exaltari, humilietur. Vel ipſe inſidiatur cal- Ge. 3.
caneo meo, ſed tu caput eius contere. Hoc modo exurge: *Eripe animam meam ab impio*, ut eam apud inferos non detineat. Vel animam meorum, qui indigni captiui detinentur apud inferos. *Frameam tuam*, id eſt, me gladium tuum, per quem iugulandus eſt inimicus, *ab inimicis manus tuæ.* Aliter: Præueni eum Iudaicum populum. excæcetur intus malitia ſua, ut factum eorum uindicta præueniat. Et poſt cum crediderit exaltari in me, ſupplanta eum, id eſt, deij-

crepatione tua domine,ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.Miſit de ſummo &accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis.Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,& ab his qui oderunt me,quoniam cõfortati ſunt ſuper me. Præuenerũt me in die afflictionis meæ, &factus eſt dominus protector meus.Et eduxit me in latitudinẽ,ſaluum me fecit,quoniam uoluit me. Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia cuſtodiui uias domini, nec impie geſſi à deo meo.Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo,& iuſtitias eius non repuli à me .Et ero immaculatus cum eo,& obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum puritatem manuum mearũ in conſpectu oculorum eius. Cum ſancto ſanctus eris,& cum uiro innocente innocens eris.Et cum electo electus eris,& cum peruerſo peruerteris.Quoniam tu populum humilem ſaluum facies,& oculos ſuperborum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine:deus meus,illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione,& in deo meo tranſgrediar murum . Deus meus,impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata:protector eſt omnium ſperantium in ſe. Quoniam quis deus præter dominum? aut quis deus præter deum noſtrum? Deus qui præcinxit me uirtute,& poſuit immaculatam uiam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum,& ſuper excelſa ſtatuens me . Qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti ut arcum æreũ brachia mea. Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me.Et diſciplina tua correxit me in finem,&diſciplina tua ipſa me docebit.Dilataſti greſſus meos ſubtus me,& non ſunt infirmata ueſtigia mea. Perſequar inimicos meos & comprehendam illos,& non conuertar donec deficiant.Confringam illos,nec poterunt ſtare:cadent ſubtus pedes meos. Et præcinxiſti me uirtute ad bellum , ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.Et inimicos meos dediſti mihi dorſum,& odientes me diſpdidiſti. Clamauerunt,nec erat qui ſaluos faceret:ad dominum,nec exaudiuit eos . Et comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi,conſtitues me in caput gentium.Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi . Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt,& claudicauerunt à ſemitis ſuis. Viuit dominus, & benedictus deus meus,&exaltetur deus ſalutis meæ.Deus qui das uindictas mihi,& ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me,à uiro iniquo eripies me . Propterea confitebor tibi in nationibus domine, &nomini tuo pſalmum dicam. Magnificans ſalutes regis eius,& faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid,& ſemini eius uſque in ſeculum.

In finem puero Dauid,qui locutus eſt ad dominum uerba cantici huius,in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum & de manu Saul,Diligam te domine. Secundum hiſtoriam hunc pſalmum cantauit Dauid,quando mortuo Saul & alijs inimicis ſuis,liberatus eſt ab eorum perſecutionibus. Sed non pro ſe tantum has laudes deo cantauit,ſed pro redemptione illa uera & perfecta, quam uidit futurã in Chriſto uero Dauid & eius membris. Agit enim hic pſalmus de uictoria paſſionis Chriſti,& de gloria eius reſurrectionis,&de inſtitutione & conformatione corporis ſui, & q̃ modo uel per q̃s acta hæc ſint. Titulus ſic cõſtruitur & exponitur: Verba cantici huius,id eſt,exultatiuæ laudis, referẽda ſunt in finem,id eſt,in Chriſtum,ſcilicet attribuenda Dauid puero domini. Abiecto Saul, dictum eſt à domi-
Pſal.88. no:Elegi uirum ſecũdum cor meum. Vnde merito ille Dauid,puer (id eſt, electus)domini eſt
dictus.Et Chriſtus qui has laudes deo patri cã-
tat,puer domini dictus eſt.ut illud,hic eſt filius Mat.3.
meus dilectus:&,Puer natus eſt nobis. & uere Iſa.9.
puer,quia purus & ſine macula . Quæ ſcilicet uerba locutus eſt ad dominum,id eſt,in conſideratione illius diei qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum . quod factum eſt in ipſo capite,quod reſurrexit &in cælum aſcendit. Et de manu Saul,id eſt,mortis. Secundum nominis interpretationem,per Saul mors intelligitur. Interpretatur enim appetitus.quia filij Iſrael contra uoluntatem dei appetiuerunt eum ſibi in regem . Et de morte dictũ
eſt:Deus non fecit mortem,impij autem accer- Sap.1.
ſierunt eam ſibi manibus & pedibus. Hæc ere-
ptio perfecta nõ erit,niſi cum nouiſſima deſtru- 1.Cor.15.
etur mors,cum Chriſtus tradet regnum deo & patri .tunc tandem Chriſtus totus, id eſt,in capite & membris ereptus erit de manu omnium inimicorum ſuorum,& de manu Saul.

VOX CHRISTI.

Diligam te domine. Quia uideo quod tan-
dem me eripies de manu omnium inimi
coru & Saul, diligam te. non dico dilexi, tantũ
1. Cor. 13. uel diligo, quia charitas nũquam excidet, fides
& ſpes euacuabitur, cum uenerit illa ereptio, cũ
euacuabitur quod ex parte eſt. ſed dilectio cre-
ſcet. Et merito, quia tu firmas me in illa dilecti-
one, tu es *fortitudo mea*. Per te ego conſiderate
pericula ſuſcipio, & labores meos perpetior.
Vt ſuos etiam cohortetur ad laudem dei, con-
uertit ſe ad eos, dicẽs: *Dominus firmamẽtũ meũ*. qa
in primo parente per ſuperbiam infirmatus
ſum, per eius gratiam nunc ſum confirmatus.
Et refugium meum, ad quem intus ſecure confugi
tur, cum qs foris reſiſtere neqt. *Et liberator me-
us*. tandem liberat non ſolum ab inimicis, ſed
etiam à mortalitate. Præ nimio gaudio multi-
plicat laudes: *Deus meus* per naturam, *adiutor me
us* per gratiam, ne deficiam ſub onere. *Et ideo
ſperabo in eum*. non ero ſimilis illi qui in ſe ſpe-
rauit, & cecidit. Hoc modo factus eſt adiutor
per gratiam. *Protector meus, &* non qualiſcũque
ſed *cornu ſalutis meæ*, id eſt, qui de carnali & fra-
gili facit me ſpiritalem & fortem, & quaſi natu
2. Cor. 10 ram meam me excedere facit. ut illud, In carne
enim ambulantes, non ſecundum carnem mili-
tamus. ſicut cornu cum ſit de carne, in duritiam
tamen uerſum, excedit carnem, & in aliã trãſit
naturam. Aliter: Cum diuerſa animalia diuer-
ſis armis ſe protegant, lupus dente, equus pede,
tu mihi es cornu, quia das firmam ratiõem qua
ualeam uentilare inimicos, & præcipue hæreti-
cos. Aliter: Non erigo cornu ſuperbiæ contra
te, ſed tu es cornu, id eſt, firma celſitudo ſalutis
meæ. erigens ſpem meam ad te. *Et non ſolum* p
tector & cornu, ſed q̃d eſt maius, factus es *ſuſce
ptor meus*, id eſt, infirmitatis meæ. Hoc pro cor
pore. Vel ſuſceptor meus, id eſt, cauſæ meæ.
Hoc modo ſuſcepit me. *Miſit* deus pater filium
ſuum ſibi coæternum *de ſummo*, id eſt, de ſinu
patris. Miſit, id eſt, in humilitate apparere fecit,
q inuiſibilis erat in ſuis. *Et accepit me*, ſ. formã ſer
Heb. 2. ui, nõ angeli, non alicuius dignioris rei. Nuſquã
enĩ angelos apprehendit. *& aſſumpſit me*, id eſt,
corpus meum, quod eſt eccleſia. *de aquis multis*,
id eſt, de multis populis, qa non ſolum congre-
gauit eam de Iudæa, ſed de cunctis terris. Aquæ
Apo. 17. dicuntur populi ad hanc ſimilitudinem, qa per
deceſſionem & ſucceſſionem, in decurſu ſem-
per ſunt ut aquæ. Vel de aquis multis, id eſt, de
fluxu carnalium delectationum, uel de multis
baptiſmatibus. Quia cũ unum ſit baptiſma, &
omnia uitia ibi demergantur p̃terita, ſicut Ae-
Exo. 14. gyptij dimerſi ſunt in mari rubro, ut nec unus
ſupereſſet. Significat enim mare rubrum bapti
ſmum, qui ſanguine Chriſti ſanctificatus & ru-
ber factus, eſt ad demergenda uitia potens. ta-
men diuiditur ſecundũ baptizatorum ſequen-
tia merita. Alij enim ſic baptizãtur, ut in illa pu
ritate maneant, ita ut toti mundi ſint, & non in- Ioh. 13.
digeant niſi ut pedes lauent à puluere, id eſt, co
gitationes ab illicitis. Alij quædam addunt cri-
mina, ſed uenialia. Alijs autem nihil prodeſt,
qa redeunt penitus ad uetuſtatem praue uiuen
do, ſicut legitur de illo mari: Qui diuiſit mare Pſal. 135.
rubrum in diuiſiones. Quot enim tribus fuerũt
Iſraeliticæ, totidẽ in partes eſt diuiſum. Et quia
me caput accepit & aſſumpſit in membris, *lau-
dans inuocabo dominum*. Non ſolum uocabo do-
minum, ſed inuocabo, id eſt, in me uocabo, ut
ipſe ſit & quod rogo, & à quo rogo. Et hoc faci
am laudans, id eſt, laudabiliter uiuens. Talibus
enĩ hoſtijs promeretur deus. *Et hoc modo ab ini* Heb. 13.
micis meis ſaluus ero. ab his ſ. *Circundederunt me do
lores mortis*, id eſt, illi in qbus erãt dolores, illi q
ad mortem ducunt, ſ. paſſiones inuidiæ. Inuide
bant enim me uiuere. *Et torrentes iniquitatis*, id
eſt, ſubiti impetus iniquorum & cito tranſeun-
tes, ſicut aqua ſubito mota pluuiali augmento,
& cito decreſcens. *Conturbauerunt me*, id eſt, par
uo tempore me morte contriſtauerunt. poſt tri
duum enim reſurrexi. Conturbatio enim ſubi-
tus motus eſt & cito tranſiens. Ac ſi dicat: Sola
inuidia eorum fuit cauſa meæ mortis, ſed nihil
illis profuit: quia ille eorum impetus ſubito cre
uit, & ſubito ceſſauit, ſicut aqua mota à pluuia.
Mortuus enim iacui in ſepulchro, ſed non ni-
ſi per tres dies. *Dolores inferi*, id eſt, dolentes de
amiſſione terrenarum rerum. Sicut ſunt ſuper-
ni dolores, illi ſ. qui ſunt de amiſſione cæleſtiũ:
ita & inferi, de amiſſione terrenarum rerum du
centes ad inferos. Iniquitatis & dolores, empha
tice dictum. Audiebant enim amatores huius
ſeculi: Perit mũdus & concupiſcentia eius, Ne 1. Ioh. 2.
minem calumniaueritis. Nemini iniuriam faci Luc. 3.
atis. *Praeoccupauerunt me* quaſi ignorãtem, quã-
tum ad eorum opinionem. *laquei mortis*, id eſt,
cauſæ innexæ cauſis ad mortem meam tenden-
tes. Vel inſidiæ eorum parauerunt mihi mor
tem q̃ſi neſcienti. Ab inimicis meis ſaluus ero.
Et opus eſt ſaluatione, quia dolores mortis, id
eſt, paſſibilitates illæ quas habeo ex mortalita-
te mea, circundederunt me, id eſt, carnem me-
am. Et ideo torrentes iniquitatis ut ſupra, con-
turbauerunt. propterea uoluerunt me contur-
bare. Dolores inferi, id eſt, dolores inferioris
mei, id eſt, carnis meæ, quæ eſt inferior pars
mea. *Circundederunt me*, id eſt, fortis me ample-
xati ſunt. & non mirum, quia præoccupaue-
runt me in primo parente, ſcilicet in maſſa, la-
quei mortis, id eſt, cauſæ mortalitatis. Ex maſ-
ſa enim contraxi etſi non culpam, tamen pœ-
nã. Ego autem feci quod meum fuit. confugi ad
preces. Vel *inuocaui*, id eſt, in me uocaui *domi-
num* remuneratorem. *in tribulatione mea*, non il-
lorum, quia illis non profuit. Inuocaui domi-
num, id eſt, intus uocaui in corde, ubi libera eſt
uox & exauditio prompta. Quem dominum?
Et ad deum meum clamaui, id eſt, irremiſſe egi. Vel

inuocaui pro me, clamaui pro meis. *Et exaudi-*
uit de templo ſancto ſuo. quia cum inuocaui, nõ ali
um. *uocem meam* factam pro me, non ad huma-
num fauorem. *& clamor meus* factus pro meis.
in conſpectu eius, id eſt, in corde factus, uel irre-
miſſa operatione, ubi præſto eſt ſemper cõſpe-
ctus eius, *introiuit in aures eius*, id eſt, exaudiri
meruit. Quam exauditionem effectus oſtendit.
Data uel accepta ueteri lege per ſeruum, *commo*
ta eſt terra. Reſurgente domino, per quem lex
adimplenda erat & innouanda, cõmota eſt ma
terialiter, & corda terrenorum ſimiliter de infi-
Mat. 27. delitate ad fidem, quod ſignificabat terræmo-
& 28. tus ille.. *Et non ſolum terra*, id eſt, Iudæa, ſed eti
cõtremuit. i. ſimul cũ Iudæa tremuit tota *terra*, ſ.
gentilitatis terra. i. terreni oẽs timuerũt. Quare
timuerint, poſt ſubiũgit: *Et* nõ ſolum minores,
ſed etiã *fundamẽta montiũ*, id eſt, principes maio
res, ut Gamaliel legis doctor, & Ioſeph ab Ari
mathia, in quibus minores principes confide-
bant. *conturbata ſunt* de peccatis, *& commota* de
infidelitate ad fidem. uel fundamenta mõtium,
id eſt, ſpes terrenarum rerum, in quibus mon-
tes, id eſt, ſuperbi confidebant, conturbata ſunt:
quia non confidebant in eis homines ut prius,
1. Pe. 1. poſtquã audierunt, Omnis caro fœnum. &, pte
1. Ioh. 2. rit mundus & concupiſcentia eius. Vnde illud,
Iſa. 19 & aſcendet dominus nubem leuem & ingredie
tur Aegyptum, & confringentur idola Aegy-
1. Tim. 6. pti. Et Apoſtolus ad Timotheũ: Præcipe diui
tibus huius ſeculi, non confidere in incerto diui
tiarum. Aliter: Fundamenta montiũ, id eſt, ido
la, in quibus montes, id eſt, dæmones coleban-
tur. Vel montium, id eſt, in quibus montes, id
eſt, ſuperbi huius ſeculi confidebãt, cõturbata
ſunt. i. confuſa uel diſſipata: & cõmota, de cordi
bus hominũ, uel de honore illo priori. Siue hoc
mõ, ſiue illo accipiãtur, cõturbata ſunt & com-
mota adeo *quoniam iratus eſt eis*, ſ. dominus, id
eſt, iram ſuam & futurã damnationem illis in-
Luc. 3. notuit. Vnde illud, Genimina uiperarum, quis
uos liberabit a uentura ira? Facite ergo fructus
dignos pœnitentiæ. Hoc modo commota *ſunt.*
Aſcendit fumus poſtquam cognouerunt peccata
ſua, id eſt, lachrymoſa deprecatio. *in ira eius*, id
eſt, in cognitione iræ eius. Fumus fit ex duabus
rebus, ex igne & aqua. Per ignem compunctio,
per aquã lachrymæ, per fumum (ut dignũ eſt)
Apo. 8. deprecatio. ut illud, & aſcendit fumus aromatũ,
Apo. 5. & poſt, quæ ſunt orationes ſanctorum. *Et poſt*
fumum *ignis exarſit*, id eſt, charitas à *facie eius*,
id eſt, a cognitione. Cognitio enim dei eos ad
amorem ſuum accendit. *Carbones ſuccenſi ſunt*
ab eo, id eſt, illi in qbus extinctus erat amor dei
in primo parente, modo ſuccenſi ſunt, illumina-
Ephe. 5. ti per gratiam dei accepta luce ueritatis. Vnde
illud, Fuiſtis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux
in domino. Si ad incarnationem Chriſti referi-
mus quod dictum eſt, Miſit de ſummo & acce
pit me: ſic iſtud legemus, Inclinauit cælos, quaſi

quæratur, quomodo carbones ſuccenſi ſint?
Inclinauit cælos, id eſt, humiliauit iuſtos uirtuti-
bus ſublimatos, ut deſcenderent ad omnia tolē
randa. Et quia dominus in eis eſt, *&* ipſe cum
eis *deſcendit*. *Et* tamen *caligo*, id eſt, caliginoſi fue
rũt *ſub pedibus eius*, quia quamuis calcarent eos
ſecundum exterius, tamen conculcabantur ab
eis quantum ad interius. Aliter: Inclinauit apo
ſtolos faciendo eos condeſcendere noſtræ capa
citati. Et hoc modo caligo, id eſt, caliginoſi ſub
pedibus eius, id eſt, ſub affectionibus, facti bo-
ni. Vel caligo, id eſt, diabolus conculcatus eſt.
Et aſcendit ſuper cherubim, quanquam deſcendit.
quia ipſa quæ putabatur deſcenſio, potius fuit
aſcenſio. Si autem ordine legimus ſuperiora, di
cendo: Protector meus, & cornu ſalutis meæ,
& ſuſceptor meus: & quia ſuſceptor meus, lau
dans inuocabo dominum, & cætera uſque huc,
Inclinauit cælos: referemus hoc ad incarnatio-
nem Chriſti, & oſtendimus quo ordine ſuperi-
ora ſint facta. Inclinauit deus pater cęlos, id eſt,
ſumma imis coniunxit, cæleſtia terrenis, diuini
tatem mortalitati. Et deſcendit. i. ſe hoc modo Phil. 2.
minorauit, formam ſerui accipiens. Et caligo. i.
obſcuritas ſcripturarum quæ fuit in prophetis,
ſub pedibus eius. i. apoſtolis. Vt illud, tunc ape- Luc. 24.
ruit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Vel
caligo. i. illi qui prius caligine pctõrum obuolu
ti erant, cognoſcentes eum, fuerũt ſub pedibus
eius. i. affectiõibus. i. uenerati ſunt eum. Vel ſub Ioh. 1.
pedibus eius fuit caligo, quia mundus eũ nõ co
gnouit. Aliter: Et caligo. i. obſcuritas & lux in-
cõprehenſibilis ſub pedibus eius. i. in carne la-
tuit, ſ. diuinitas uerbi. q̃litercũq; hoc dicatur q̃
ſequitur, ſ. Et aſcendit ſuper cherubim, ſic cõti
nuatur: Ego dixi, inclinauit cælos & deſcendit.
& tñ licet in hũanitate deſcendit, per diuinitatẽ
aſcẽdit ſuper cherubim. i. altus & incõprehenſi
bilis. & lux inacceſſibilis fuit illis q fuerunt che
rubim. i. pleni ſcientia. quãto enim magis ad eũ
accedit, tãto magis ipſe recedit. quãto plus ſci-
tur, eo magis ignoratur. Aſcẽdit ſup cherubim
. i. trãſcendit oẽm ſcientiã & cogitationem per-
fectorum. *&* ut oñdat q̃ inacceſſibiliter receſſit, di
cit: *Volauit*. i. in altũ ſe extulit, non ſemel, ſed ut
uix dici poſſit q̃ties & quantũ *uolauit ſuper pen-*
nas uẽtorũ. i. ſuper agilitatẽ oĩm ſpirituũ. Nul-
lus em̃ ſpũs adeo uelox eſt, ut eũ poſſit cõpre-
hendere, ſiue aĩa ſit, ſiue angelus. Alit: Exaltatus
eſt ſup plenitudinẽ ſcientiæ, ut nemo ad eũ pue
niat niſi p charitatẽ. Plenitudo em̃ legis ẽ chari Ro. 13.
tas. Et ne aliqs illũ corporeis imaginibus infor
mare uelit, incõprehẽſibilẽ ponit. Volauit, inq̃,
ſup pẽnas uentorum. i. geminas charitatis uel uir
tutũ alas ſctãrũ aĩarũ: q̃ licet tollãtur in auras li
bertatis, incõprehenſibilis eſt illis ſcientia deita
tis. ſua enim charitas oĩm p̃cellit charitatem, et
ſua uirtus omnem uirtutem. *Poſuit tenebras lati*
bulum ſuum, id eſt, fecit ut tenebroſi eſſent, in qui
bus ipſe latenter ſalutem ſuorũ operaretur. ut

d iiij

Iſa.10. illud, Virga furoris mei Aſſur, ipſe uero non co
gnouit. Et quãquã in caliginoſis operaretur oc
culte, tamen in *circuitu eius tabernaculum eius*, id
eſt, tabernaculantes & militantes ei, in circuitu
eius ſunt, id eſt, eum manifeſte operari cogno-
ſcũt, & per eos ipſe manifeſte oꝑatur. Et opus fu
it ut per tabernaculantes, id eſt, apoſtolos aper
te operaretur: q̃a *tenebroſa aqua in nubibus aeris*.
præ fulgore in conſpectu eius, id eſt, obſcura do-
ctrina fuit in prophetis continentibus aerem .i.
apoſtolos. In eorũ enim doctrina apoſtoli con
ſiſtunt. Obſcura fuit doctrina prophetarum p̃
fulgore in conſpectu eius, id eſt, ad comparati-
onem illius ſplendoris & illius manifeſtationis,
quæ fit illis qui ſunt in conſpectu eius, id eſt, qui
eum uiderunt & cognouerunt, ut apoſtoli. Ali
ter: Poſuit tenebras, id eſt, corda hominũ quæ
tenebroſa ſunt, quia non uidentur, latibulũ ſu-
um, ut in eis lateret per occultam ſpem. & ideo
in circuitu eius tabernaculum eius .i. aperte ei
militãt tabernaculãtes. Aliter: Poſuit tenebras
latibulum ſuum, id eſt, in obſcuritatibus ſacra-
mentoꝝ latere uoluit. Et tamen in circuitu eius
tabernaculum eius, id eſt, tabernaculantes ei, ad
eum ſe conuertunt. & eum ſe habere ueraciter
in illis ſacramentis cognoſcunt, uel ueraciter ꝑ
illa ſacramenta in eis operatur. Et quia dixit, in
circuitu eius tabernaculum eius, ne quis putet
ſe nõ aliam clarificationem adepturum niſi hãc
ſcilicet quod deum per ſacramenta habet, ſub-
iungit: Tenebroſa aqua in nubibus aeris, id eſt,
& in aere, id eſt, apoſtolis. & in nubibus aeris .i.
prophetis. Tenebroſa eſt aqua, id eſt, doctrina.
nulli enim eum laudare & explicare uerbis ua-
lent ſicuti eſt. Præ fulgore .i. ad cõparationem
illius fulgoris .i. illiꝰ claritudinis, q̃ erit in cõſpe
1.Ioh.3. ctu eius, id eſt, in uiſione eius, cũ uidebimus eũ
Mat.13. ſicuti eſt, & cum fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno
patris eorum. Secundum ſuperiorem modum
ubi diximus, inclinauit cælos, id eſt, cæleſtia, de
us factus homo deſcendit: poſſumus dicere, po
ſuit tenebras latibulum ſuum, id eſt, obſcuras
ſcripturas. In circuitu eius tabernaculum eius,
id eſt, illi qui circa eum fuerunt & eum uiderũt
ut apoſtoli, tabernaculum eius fuerunt, id eſt,
aperte militauerunt, & aperte eum docuerunt.
Quaſi d. & hæc eius incarnatio & manifeſtatio
non ſubita, quia aqua .i. doctrina huius manife-
ſtationis fuit in nubibus aeris. & ſi tenebroſa .i.
Ioh.4. obſcura. In hoc enim uerbum eſt uerum, quia
alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Alij la-
borauerunt, & uos in labores eorum introiſtis.
Prophetæ ſeminauerunt Chriſtum & eccleſia
ſtica inſtituta, apoſtoli autem meſſuerunt. *Nu-
bes tranſierunt*. Quaſi dicat: per tabernaculãtes,
id eſt, apoſtolos nubes trãſierunt, id eſt, prophe
tiæ tranſlatæ ſunt a iudæis ad gentes. uel nubes
tranſierunt, id eſt, obſcuritas ſcripturarum re-
uelata eſt. Hieronymus: Præ fulgore in conſpe
ctu eius, id eſt, præ claritate ſpiritus quem acce-
perunt eũ uidentes. Nubes, id eſt, apoſtoli trãſ
ierunt de iudæis ad gentes, ſ. ſpiritu ſancto eos
ducente. *Grando* fuit in illis, id eſt, terror & com
minatio futuræ pœnæ, contundens uitia homi-
num. *Et carbones ignis* .i. igniti, incendentes cor-
da hominum ad compunctionem infimorum,
& deſiderium ſupernorũ. Quaſi dicat: *Et hoc*
non ex ipſis apoſtolis, quia *intonuit de cælo domi
nus*, id eſt, de apoſtolis. Exponit qđ dixit, into-
nuit. *Et altiſſimus*, ſ. ille qui uolauit ſuper pennas
uentorum, *dedit uocem ſuam*, non illorum. Non
enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris Mat.10.
ueſtri qui loquitur in uobis. intonuit, id eſt, terri
biliter prædicauit. In q̃ uoce fuit *grando & car-
bones ignis*. Ipſe dedit uocem ſuam. *Et miſit ſagit
tas ſuas*, id eſt, apoſtolos uel euãgeliſtas. ipſe eos
miſit, non ipſi. Vel ſagittas, id eſt, uerba ſua. *Et
diſſipauit eos*, ſ. ad quos miſſi ſunt. Alij enim ſa-
gittati ſunt ad mortem, alij ad uitam. Alijs ſu- 2.Cor.2.
mus odor mortis in mortem, alijs odor uitæ in
uitã. Vel diſſipauit eos, ſ. quos miſit. Miſit eñ Mar.16.
eos in uniuerſum mundum. *Fulgura multiplica-
uit*, id eſt, miracula. ut illud, Deo cooperante & Ibidem.
ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Et
conturbauit eos* ad quos miſſi ſunt, id eſt, ad pun
ctionem & pœnitentiam commouet. *Et tunc ap
paruerunt fontes aquarum*, id eſt, apoſtoli & euan
geliſtæ, in quibus erant aquæ, id eſt, uaria dona
ſpiritusſancti, apparuerunt, id eſt, aperte prædi-
cauerunt de Chriſto. *Et* per eos *reuelata*, id eſt,
detecta & aperta *ſunt fundamẽta orbis terrarum*,
id eſt, ſcripturæ prophetarum, in quibus totus
orbis, id eſt eccleſia fundata eſt. uel aquæ laten
tes, ſcripta prophetarum. fontes aquarum, ex-
poſitores eorum illi. modo apparuerunt, ut Au
guſtinus, Hieronymus & alij. Et per eos reuela
ta ſunt fundamenta orbis terrarum, ut ſupra.
Vel fontes aquarum, id eſt, renati aquis bapti-
ſmatis. Et hæc omnia o *domine ab increpatione
tua* facta ſunt. tu enim increpaſti eos ſalubri in-
crepatiõe: O ſtulti & tardi corde ad credendũ
in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Aliter: Luc.24.
Dixi quod dominus miſit ſagittas ſuas, & con
turbauit eos: fulgura multiplicauit, & contur-
bauit eos. Sed hoc factum eſt ab increpatione
tua domine, nõ a ſagittis, non a fulguribus. Sed
ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ. q̃a tu inſpiraſti eos
illo ſpiritu qui eis notificaret iram tuam, ut a ti
more inciperẽt. Domine, a timore tuo parturi
uimus. Miſit de ſummo & accepit me. Si ibi diſ Iſa.26.
penſationem incarnationis Chriſti accipimus,
ubi dictũ eſt, inclinauit cęlos & deſcendit: iſtud
ſic accipiamus, quaſi & hæc omnia iſto modo
facta ſunt. Miſit, deus pater ſ. ſpiritumſanctum.
de ſummo, id ẽ, de cælis, uel de ſua celſitudine.
& accepit me .i. corpus meum. Et taliter aſſum
pſit me, id eſt, meos de aquis multis, ut ſupra.
Hoc modo aſſumpſit: *Eripuit me* caput *de inimi
cis meis fortiſſimis*, de iudæis in paſſione, de dia-
bolo & eius angelis in inferno. fortiſſimis, quia

morti me tradiderunt. Fortis eſt, qui noſtra tol
lit: fortior, q̃ nos ipſos lædit: fortiſſimus, qui in-
terficit. *Et ab his etiam qui oderunt me*, in corpo-
re ſcilicet, qui odio mei multos perſequuntur.
Multi me non uiderunt, & tamen odio habue
runt. Et opus fuit ut eriperet, *quoniam confortati
ſunt ſuper me*, id eſt, prævaluerunt mihi in carne.
Si ad Chriſtũ, ab his qui oderunt me .i. qui nul-
lam aliam cauſam habuerunt ut eſſent mihi in
imici, niſi ſolum odium. Quod odio habuerũt,
in hoc patet, quoniã confortati ſunt, id eſt, una-
nimiter inſurrexerũt ſuper me. Quomodo con
fortati ſunt, oſtendit. *Præuenerunt me*, id eſt, præ-
ualuerunt mihi exterius. *In die afflictionis meæ*.i.
in tempore mihi cõſtituto ad paſſionem. meæ,
id eſt, mihi utili, non eis. Præuenerunt me in die
afflictionis, ſed non præuenient in die clarifica-
tiõis. Et hoc ideo, quia *factus ẽ dominus protector
meus* in capite & in mẽbris, *&* protegendo *edu-
xit me caput in latitudinem*, gentium ſcilicet. quia
Pſal. 75. prius in ſola Iudæa notus, poſt mortem in oĩ-
bus gẽtibus. Vel hoc mõ, ꝓtexit meos, ne deuo
carentur. Eduxit me in illis, & me in eis. Eduxit
.i. extra anguſtias carnis duxit per ſpem in lati-
tudinem futuræ retributionis, ubi nulla erit an
guſtia. uel hic eduxit in latitudinem charitatis,
ut etiam inimicos diligerem. Hoc modo edu-
xit me caput in latitudinem gentiũ: *Saluum me
fecit* reſuſcitando. Vel hoc modo eduxit meos
in latitudinem, quia me caput eorum ſaluum fe
cit, *quoniam uoluit me* non merito meo. Amauit
enim me fœdam, ut faceret pulchram. Eius uo-
luntas meam uoluntatem præuenit. *Et tamen*
quanquam ex gratia illis totum ſit, *retribuet
mihi dominus* in die clarificationis *ſecundum iuſti-
tiam meam*, id ẽ, ſecundum humilitatem & obe
dientiam meam, cum tamen non ſit mea. *Et ſe-
cũdum puritatem manuum mearum retribuet mihi*.
id eſt, innocentiã operum. Illa eſt uera innocen
tia, quæ nec ſibi nocet, nec cuiquam. Oſtẽdit il-
lam iuſtitiam. *Quia cuſtodiui uias domini*, id eſt,
mãdata. *Nec impij geſſi à deo meo*. Hoc modo cu
ſtodiui. à cõtrario. Ideo cuſtodiui, *quoniã omnia
iudicia eius in conſpectu meo*, id eſt, in mente mea.
In omĩ opere meo ſemper attendi iudicia eius,
quæ ſunt quatuor, duo de p̃ſenti, & duo de fu-
turo. Flagella corrigendorum, & tentationes
probandorum: pręmia iuſtorum, pœna impio
rum. *Et in hoc* patet, quia *iuſtitias eius*, id eſt, mã
data cuſtodiui. quod eſt dicere per cõtrarium,
non repuli à me. Alia eſt iuſtitia Chriſti, alia ho-
minũ. Iuſtitia Chriſti eſt, pro alijs pati. ut illud,
Heb. 2. Oportebat eum qui multos filios adducturus
erat in gloriam patris, autorem ſalutis eorum,
per paſſionem conſummari. Hucuſq; Chriſtus
de ſe tantum ab illo loco, Et retribuet mihi do-
minus. Nũc de mẽbris. *Et ero* in membris meis
cum eo hoc modo, q̃a *immaculatus*. Nota quod
non dixit, ſine peccato: ſed, immaculatus, id eſt,
ſine criminali peccato. quod qui facit, non eſt cũ

eo. Et hoc nõ ad tempus, ſed *obſeruabo me ab ini-
quitate mea*.i. perſeuerabo in innocentia mea. *Et*
ideo *retribuet mihi dominus* in membris meis *ſe-
cundum iuſtitiam meam*, ut ſupra. *In conſpectu ocu-
lorum eius*. Quæ iuſtitia & puritas nõ fuit ad lau
dem humanam, ſed in conſpectu dei, ut ille ſo-
lus uideret, quã tum ad meritum. Vel retribuet
mihi in cõſpectu oculorum eius .i. cum eum ui 1. Cor. 13.
debo facie ad faciem, non per ſpeculum. Et re-
uera retribues, quia *cum ſancto*, id eſt, cũ eo qui
eſt uere ſanctus, *ſanctus eris*. tu natura ſanctus,
eris ſanctus cũ illo, qui erit gratia ſanctus. Tua
ſanctitas eius ſanctitatem in eo præcedit, & in
eo operatur. & ideo ſcio quia opus miſericor-
diæ tuæ coronabis. ſimiliter & in alijs accipitur
uſque, Et cum peruerſo peruerteris, nõ ut eum
peruerſum facias, ſed eius peruerſio, ſcilicet à
te auerſio, faciet te a miſericordia in iudiciũ uer
ti. ut in Leuitico, Si ambulaueritis a me peruer- Leu. 26.
ſi, & ego ambulabo contra uos furore peruer-
ſo. Aliter: Reuera retribues mihi .i. meis meri-
tum ſecundum iuſtitiam meam. & hoc in futu-
ro, id eſt, in conſpectu tuo. quia hic cum ſancto
ſanctus eris, id eſt, ſanctus te ſanctum habebit,
& innocens innocentem. *& cum electo* a te pri-
us, ut illud, Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi Ioh. 15.
uos. *electus eris*.i. de omĩbus deliget. *Cum peruer-
ſo peruerteris*, id eſt, peruerſus habebit te peruer
ſum, p̃cipue iudaicus populus. qui cũ deũ unũ
coluerit, & eius mandata acceperit, uidens gentilẽ
recipi qui ſemper idola coluit, dixit: Non eſt Iezr. 18.
ęqua uia dñi. Ideo peruerſus iudaicus populus,
habet te peruerſum, *quoniam tu populum humilem
ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis*, id Iaco. 4.
eſt, quia tu ſuperbis reſiſtis ut iudæis, & humili-
bus das gratiam ut gentibus, ideo oculos ſuper
borum humiliabis, quia nihil uident niſi per ali
um. Vel hoc uidetur peruerſis, id eſt, ueram iu-
ſtitiam ignorantibus peruerſum, quod cõfiten
tes pctã ſua ſaluos facies, quos illi damnare ſo-
lent. Et quoniam tu populum humilem .i. confi
tentem tibi peccata ſua, & ſe accuſantem, te iu-
ſtum ponentem ſaluabis: ideo *domine deus meus
illumina tenebras meas* .i. fac me interiori oculo
uidere & cognoſcere peccata & ignorãtias me-
as. ideo a te hoc peto, & non ab alio, *quoniam tu
illuminas lucernam meam*, id eſt, oculum interio-
ris hominis .i. intellectũ. quia ſicut lucerna per
ſe non lucet, ſed aliunde accipit lumen: ita intel-
lectus interior non uidet quæ recta ſunt, niſi
à tua luce. Secundum aliam uero ſententiã hoc
modo continuatur: Quia cũ ſancto ſanctus eris,
id eſt, quia nullus poteſt eſſe ſanctus ſine te ſan-
cto, ideo domine deus meus illumina tenebras
meas .i. gentiles, qui adhuc ſunt tenebrę. per mei
aũt prædeſtinationem illumina, per fidem uo-
cando da illis cognitionem tui. quoniam tu illu-
minas, non alius, lucernam meam .i. illos qui iã
illuminati ſunt, apoſtolos & alios fideles. Ideo te
hoc rogo, quia tuum eſt hoc facere, ſcilicet quo-

deficerem, *dediſti mihi protectionē ſalutis tuæ.* hoc
modo ſcilicet, *Dextera tua ſuſcepit me in mēbris*
meis. Dextera tua,id eſt, diuinitas & propicia-
tio aſſumpſit humanitatem meam. uel dextera
.i.auxilium tuum. quod in hoc apparet, quia di
ſciplina tua correxit me in finē, id eſt, caſtigatio &
flagellatio tua, uirga ſiue baculus, ſcilicet abla-
tio rerum, uel ægritudo, uel tribulatio ab alijs il
lata. correxit me, id eſt, meos, ſi quando à man
datis tuis receſſerunt. in finem, id eſt, in me, qui
ſum finis, id eſt, conſummatio uitæ eorum, ut di
ſcerent mihi conformari. uel correxit meos in
finem, ne laſciuiendo & praue uiuendo nō per-
uenirent ad propoſitum illud brauium. Quem
Pro.3. enim diligit pater, corripit. Vnde Apoſtolus:
Heb.12. Omnis diſciplina in præſenti non uidetur gau-
dij, ſed mœroris. poſtea autem reddit fructum
pacatiſſimum. *Et diſciplina tua ipſa me docebit* p-
ſeuerare & ad deſtinatum finem peruenire. No
ta q ipſa non ſolū dextera, id eſt, clementia tua,
me docet peruenire ad deſtinatū finem, ſed etiā
flagellatio. Et in illa diſciplina *dilataſti greſſus*
meos, id eſt, apoſtolos per quos gradior in notiti
am hominum. Dilataſti. i. in tanta amplitudine
intus poſuiſti, ut etiam inimicos diligerent, uel
gauderent in tribulatiōe. ita tamen, ut eſſent *ſub*
tus me, id eſt, ut me magiſtrum & præceſſorem
habeant, quemadmodum Petro uolenti præce
Mat.16. dere & dicenti magiſtro ſuo Chriſto, præceden
ti ſuā paſſionem, Domine, abſit à te: reſponſum
eſt a domino, Vade retro ſathanas. Et in hoc q
ſubtus me ſunt, *nō ſunt infirmata ueſtigia mea* in
Ioh.6. eis, quia in omnibus me imitati ſunt. Sicut miſit
me pater, & ego mitto uos. Aliē: Dilataſti greſ-
ſus meos ſubtus me, id eſt, affectiones carnales
meorū adeo in dilatatione, id eſt, in gaudio po-
ſuiſti, ut in tribulationibus ſuo ſuperiori cōgau-
derēt: ut nec caro reſiſteret ſpiritui, nec ſpiritus
carni. & in hoc non ſunt infirmata ueſtigia mea
.i. imitatores mei, uel præcepta mea. *Et per illos*
perſequar inimicos meos incredulos bona perſecu
tione, uel affectus carnales. *Et comprehendam illos*
ut me ſequantur, qui prius præcedere uolebāt.
Et non conuertar donec deficiant, id eſt, donec car-
nales affectus ſubdātur ſpiritui, uel donec per-
ſecutores fiant imitatores. *confringam illos* perſe
cutores. mactabo quod ſunt, & faciam illos qd
ſum. uel carnales affectus confringam, id eſt, ad
eo carnem affligendo diminuam, ut affectioni-
bus ſpiritus ſubdātur. *Cadent ſubtus pedes meos*.
Pſal.90. uel perſecutores calcabuntur a meis, uel ſub il-
lorum dominio erunt. Et cōculcabis leonem &
draconem. uel carnales affectus ſubdentur rati
oni. *Et* hoc non ex me, ſed ex te: quia tu *præcin-*
xiſti me uirtute ad bellum. uirtute, id eſt, uirtuoſis.
uel me, id eſt, meos præmuniſti uirtute. i. tem-
perantia, quæ maxime carnales affectus reſtrin
git. *Et* per illos uel hoc modo *inimicos meos dedi-*
ſti mihi dorſum, ut qui conuerſi eſſe noluerint, fiāt
auerſi, uel dorſum, ut qui prius uolebant præce

dere, ſequantur. *Et odientes me*, id eſt, nolentes cō
uerti, pmanentes in odio prauo, *diſperdidiſti*: uel
foris, tempore Titi & Veſpaſiani: uel intus, ut
nulla eorū uota rata eſſent. quod in hoc patet,
quia *clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret*. Cla
mant enim quotidie Iudæi ualida intentiōe pro
ſalute, nec ſaluantur: quia in ſaluatorem nō cre-
dunt. *Ad deum* ſ. patrem clamauerunt, *nec exau*
diuit eos. quia non clamāt per mediatorem. Vel
clamabūt in futuro, poſiti in pœnis, ut liberen-
tur: nec ſaluabūtur, quia ſaluator ad eos hic cla
mauit, & audire noluerunt, Quicunque eru- Luca.9.
buerit me coram hominibus, & ego erubeſcā
eum coram patre meo. *Et cōminuam eos*, ſcilicet
illos nō exauditos, *ut puluerem ante faciem uenti.*
Elatio eorum perdet eos. uel aridos & carentes
imbre uerbi dei, tradam uentis, id eſt, uarijs de-
lectatiōibus, ut ab illis diminuatur, ſi quid in eis
ſolidum fuit. *Vt lutum platearum delebo eos.* illos
ita comminutos, delebo ut lutum platearum.
ſicut lutum quod in plateis. i. latis uijs iacet, ab
hominibus conculcatū & fœtet, ita ab omnibus
iſtud conculcari faciam. & potero, nam tu *eri-*
pies me de contradictionibus populi. conſtitues me in
caput gentium, ut ſupra. Et merito quia *populus*
quem non cognoui ſeruiuit mihi. gentilis populus
quem non cognoui, id eſt, cognoſcere feci cor-
porali præſentia uel legis eruditione, obediuit
mihi. *In auditu auris obediuit mihi*, qui nec mira-
cula uidit, nec meam præſentiam. Ex compara
tione oſtendit hos eligēdos, illos reprobādos.
Filij autem iudæi, quos filios habui, quibus hęrē
ditatem promiſi. *alieni*, id eſt, diaboli. de quibus
dictum eſt, Vos ex patre diabolo eſtis. *mentiti* Ioh.8.
ſunt, dicentes: hic eſt filius Ioſeph. uel, Venerunt Mat.13.
diſcipuli & furati ſunt eum. *mihi*. i. ad meā utili- Ioh.6.
tatem. *Filij alieni inueterati ſunt*, id eſt, in uetuſtate Mat.28.
primi hominis, permanſere, nolentes cōforma
ri nouitati meæ. ideo inueterati, quia *claudica-*
uerunt à ſemitis ſuis, id eſt, a ſuis prauis inuentio-
nibus claudicauerunt, non habentes dextrum
pedem, uel in lege ſpiritalē intellectū, uel in fide
trinitatis Chriſtū. Illi claudicauerūt, & me de-
lere cogitauerunt. ſed *dominus*. i. ego, *uiuit*. Vn
de Apoſtolus: Mortuus eſt ex infirmitate car- 2.Cor.13.
nis, ſed uiuit ex uirtute dei. Ideo *benedictus deus*
meus. i. augmentetur per me. *&* ita per me *exal*
tetur, id eſt, magnus appareat, *deus ſalutis meæ*.
hoc modo exaltet: *Magnificans ſalutes regis eius*
.i. creſcere faciens ſalutationes datas per me re-
gem eius. hoc mō: *Et faciens miſericordiam Chri-*
ſto ſuo Dauid, eum reſuſcitando. *&* *ſemini eius*, id
eſt, imitatoribus eius reſuſcitādo interius, per-
ducendo ab hac reſurrectiōe *uſque in ſeculum*. i.
in æternitatem. Merito es tu a me benedicēdus,
quia tu es *deus qui das uindictas mihi* de iudaico
populo, ſubdendo eum mihi, uel qui das pote
ſtatem meis ligandi atq; ſoluendi. ut illud, Ecce Luc.10.
do uobis poteſtatem calcādi ſuper ſerpentes et
ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici

liberator meus de inimicis meis iracundis. me de Iu
dæis clamãtibus, crucifige crucifige: eccleſiam,
ab hæreticis. unumquenq; de eccleſia, a uitijs. *Et*
non ſolum liberas, ſed *ab inſurgentibus in me exal
tabis me*, ponendo ad dexteram tuam, ubi ipſi
nihil poſſunt. & tandem *à uiro iniquo*, id eſt, dia
bolo *eripies me*, id eſt, meos, conuertẽdo ab in-
fidelitate ad fidem. *Propterea confitebor tibi* ſci-
licet pro illa ereptione, laudabo te, uel confeſſi-
onem peccatorum tibi faciam in illis qui natio
nes adhuc, id eſt, nati, ſed non ſunt renati. *Et pſal
mum dicam*, id eſt, bonæ operatiõi inſiſtã. *nomini
tuo*, id eſt, ad laudem tuam, non meam. quia tu
das & uelle & facere pro bona uoluntate. Ma- *Phil. 2.*
gnificãs ſalutes, ad illũ uerſum cõtinuatur. Ex-
altetur deus ſalutis meæ, ut ſupra dictum eſt.

¶In finem pſalmus Dauid. XVIII.

CAeli enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ.
Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loque
læ neque ſermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnem ter-
ram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In ſole poſuit
tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit ut gigas ad currendam uiam, à ſummo cælo egreſſio eius. Et occurſus eius uſ
que ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Lex domini immaculata, cõ
uertens animas: teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Iuſtitiæ do-
mini rectæ, lætificãtes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Timor
domini ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi: iudicia domini uera, iuſtificata in ſemet-
ipſa. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel
& fauum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa. Delicta
quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei non fu-
erint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt ut cõ
placeant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Domine
adiutor meus, & redemptor meus.

In finem pſalmus Dauid, id eſt, hæc bona ex
hortatio, quæ in hoc pſalmo intelligitur, eſt Da
uid prophetæ, dirigentis Infideles, præcipue Iu
dæos quibus hæc prophetat, in finem, id eſt, in
gratia Chriſti, q eſt finis & cõſummatio legis &
prophetarũ. Intentio prophetæ eſt, in hoc pſal
mo ad exhortationem & ſalubrem admonitio
nem commendare omnibus & præcipue Iudæ
is, gratiã noui teſtamenti, cõſummatã per Chri
Ioh. 1. ſtum: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & ue
ritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. ut credentes
ſaluentur, increduli autem eo grauius damnen
tur, quo magis illis innotuit. Cõmendat autem
hanc gratiam ex prædicatoribus eius, & ex diſ-
cretione prædicationis, & ex amplitudine ipſi
us prædicationis: quia omnibus linguis & in o-
mnem terrã. Et per auxeſin, comparando eam
ueteri legi adminiſtratæ per ſeruum.

CAeli *enarrant gloriam dei*. Ac ſi dicat: Exte-
riores cæli narrauerunt, quando nato do-
Mat. 2. mino noua ſtella apparuit, & quando cæli aper
ti ſunt ſuper eum, & uox audita eſt: Hic eſt filius
Mat. 3. meus dilectus. uobis Iudæis enarrauerunt glo-
riam dei, id eſt, filium dei, in quo deus pater
glorioſus apparuit. Et non ſolum illi exteriores
cæli, ſed etiam quidam interiores, quorum ani-
ma ſedes dei eſt, qui mente a terrenis ad cæleſtia
ſubleuati erunt. Tales cæli enarrãt, id eſt, euiden
ter narrabunt gloriã dei. hanc ſcilicet, quod nõ
Tit. 2. ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecun
dum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit. & hoc
eſt magna gloria dei. Omnes enim peccauerũt, *Ro. 3.*
& egent gloria dei, iuſtificati gratis. Et hoc eſt,
enarrant gloriam dei, id eſt, miſericordiam ex-
hibitã per filium, in qua deus glorificandus eſt.
Et opera manuum eius annunciat firmamẽtum. Q̃ꝛ
ſupra gloria, hic opera quod ſupra cæli, hic fir-
mamentũ, diuerſa ſimilitudine, id eſt, ijdem præ
dicatores noui teſtamẽti à ſpiritusancto corde
confirmati, & firmamentum facti contra impe
tus ſæuientium, & hanc gloriam reſpuentium:
annunciant opera manuum eius, id eſt, propria
opera dei, id eſt, ea opera quæ nullus facere po
tuit niſi ſolus deus. Et hanc annũciationẽ faciũt
cum magna diſcretiõe. quia *dies diei eructat uer
bum.* i. perfecti perfectis cum magna meditatio-
ne diuinitatem uerbi annunciant. i. ſapientiam.
Nũc autem dies. i. illi qui illuminati ſunt a Chri
ſto uero ſole. ut illud, Illuxit nobis ſol iuſtitiæ. *Mal. 4.*
Alij diei eructat uerbum, quia eructatio ab inti *Sap. 5.*
mis ducitur, & ſignificat doctrinam quæ fit cũ
magna meditatione & intima cogitatione. Q̃ꝛ
eructare bene iungitur ad uerbum, id eſt, diuini
tatem, ſcilicet ad ſapiẽtiam, quia ſapientia eſt di
uinarum rerum cognitio. Vnde Apoſtolus: Sa *1. Cor. 2.*
pientiã loquimur inter perfectos. quorum eru
ctantiũ unus fuit qui dixit, In principio erat uer *Ioh. 1.*
bum. *Et nox nocti indicat ſcientiam*, id eſt, imperfe
cti imperfectis oſtendunt ſimpliciter humanitã
tem Chriſti. quæ dicitur ſcientia, quia ſcientia
eſt de humanis. unde Apoſtolus. Nihil enim iu *1. Cor. 2.*

1.Cor.2. dicaui me ſcire inter uos, niſi Chriſtũ Ieſum, &
hunc crucifixum. Nox dicũtur imperfecti, qui-
bus ſol ille uerus nõdum illuxit, qui nõdum al
titudinem diuinitatis capere ualent. tales nõ eru
ctant uerbum, ſed indicant .i. ſimplicibus uer-
bis oſtendunt ſcientiã .i. incarnationem uerbi,
uel poſſunt dicere, quod illi ijdem qui dies diei
eructant uerbum, condeſcendentes paruulis ec
cleſiæ, facti nox, indicant nocti ſcientiã. unde il
1.Cor.3. lud, lac uobis potum dedi, non eſcam. nondum
enim poteratis ſolidum cibum capere. Et hanc
annunciationem faciunt in plenitudine omnium
linguarum. ſ. *non ſunt loquelæ* .i. linguæ. *neque ſermo-*
nes .i. uarietates in ipſis linguis, *quorum* ſermonũ
uoces non audiantur a prædicatoribus noui teſta
menti: ita proprie, ut *eorũ* ſermones uideantur,
nõ alienæ linguæ. Vnuſquiſq; apoſtolorum ha
buit omnes linguas. quod figurabat, quod ille
quem p̃dicabãt, ex omnibus omnium linguarum
unus Chriſtus congregandus erat. Et quia oẽs
linguas nouerunt, ideo *in oẽm terrã exiuit ſonus*
.i. prædicatio *eorũ*. i. in omnem ambitum terræ.
Bene exiuit, quia prius in Iudæa p̃dicauerunt,
unde illud, Incipientes ab Ieruſalem quæ eſt in
Luc.24 medio terræ, ibi enim natus, ibi paſſus, ibi prius
p̃dicatus. Et *in fines orbis terræ* .i. in adiacẽtes in-
ſulas *uerba eorũ*. Aliter: Non ſunt loquelæ neq;
ſermões, quorum nõ audiantur uoces eorum. Q.d.
Nec ibi tantum enarrauerunt illas linguas, uel
gloriã dei illis linguis ubi eas didicerunt à ſpiri
tuſctõ docti, qui eis apparuit in ſpecie ignis, fœ-
num carnis eorum cõſumpturus, aurum eorũ
probaturus. ſed in omnẽ terrã exiuit ſonus eorum.
Aliter: In omnem terrã .i. in omnes uocatos &
ſacramentis eccleſiaſticis initiatos. Exiuit ſonus
eorum .i. prædicatio q̃ illis fuit ſonus. quia aure
ſolum corporis receperunt, & nõ aure cordis,
q̃ eſt auris audiendi. tales nominãtur tãtum ter
ræ. Et non tantum in orbem terræ .i. perfectos
qui ſe iã mente contraxerunt a terrenis. ſed etiã
in fines orbis terræ .i. excellentiores excellentio
ribus. Verba eorum illis fuerunt uerba, qui &
aure cordis perceperunt, & opere compleue-
runt. Eorum dico, dicentium: Deus *in ſole poſuit*
tabernaculum ſuum, id eſt, carnem ſuã, in qua ad
tempus deo patri militauit. poſuit in ſole, id eſt,
manifeſtatione bonorũ operum, quia infirmos
curauit, mortuos ſuſcitauit, peccatores iuſtifica-
uit. Vnde per contrarium, Qui amat tenebras,
odit lucem. uel in ſole, id eſt, in labore ad exem
plum ſuorum. Aliter: Tabernaculum, id eſt, ec
cleſia in qua militat, poſuit in ſole, ut ſupra. Et ut
ſuæ eccleſiæ præberet exemplum bonæ opera
tionis & laboris, *ipſe tanquam ſponſus procedens*
de thalamo ſuo ad ſimilitudinem ſponſi, qui exi-
ens de thalamo, id eſt, nuptiali lecto, incedit ua-
rijs ornamentis ornatus. ita Chriſtus de utero
beatæ Mariæ, in quo ſibi ſponſam, id eſt, eccle-
ſiam ſuam, aſſumendo noſtram carnem copu-
lauit, omnibus uirtutibus ornatus exiuit, & p̃-
cipue humilitate, qua ſuperbiam inimici erat
deſtructurus. Ipſe taliter ornat⁹ *exultauit*, id eſt,
exultãter iuit. *ut gigas*, id eſt, ut fortis. *ad curren*
dam uiam, non ut detineretur in uia. humilitate
enim per charitatem fuit infra om̃es, maieſtate
uero ſupra oẽs. Eius charitas & humilitas non
eſt paſſa eũ retardari, ut dedignaretur pati indi
gna corporis & abiecta. Potentia uero eius diui
nitatis nõ permiſit attineri in morte, nec ulla ad
uerſa formidare. Ideo in uia cucurrit. nõ eſt de
tentus in uia. Quam uiã ipſe ſubiungit. *A ſum-*
mo cælo egreſſio eius, id eſt, a patre procedit uer-
bum, qui ſummum cælum dici poteſt, nõ eſſen-
tia maieſtatis, q̃ una eſt in tribus perſonis, ſed or-
dine quo hominibus notificari uoluit. primum
cælum eſt pater & ſummum, quia ab eo proce
dit filius .i. uoluntas per quam omnia operatur.
quæ nõ eſt aliud in eſſentia quàm ipſe eſt pater,
quia in deo nulla eſt diuerſitas, nullũ accidens:
Secundũ cælum eſt uerbum a patre procedens.
Tertium cælum eſt charitas .i. dilectio & con-
cordia uoluntatis dei patris: quia nunquã eius
uolũtas mutatur, uel ab eo diſſentit. Et *occurſus*
eius uſque ad ſummũ eius. Sic ipſum uerbum quo
dam modo proceſſit a patre, quando in carne
aſſumpta ſe manifeſtauit, ut nihil inueniret qd
ſibi occurreret .i. æquale eſſet, præter ſummum
eius a q̃ ſummo egreſſus eſt .i. patre. A ſummo
cęlo .i. a patre egreſſio eius, & occurſus eius uſq;
ad ſummum eius, id eſt, non inuenit quod ſibi
occurreret uſque ad ſummum eius, id eſt, uſque
dum redijt ad æqualitatem patris, redijt tamen
competenter accepto. Aliter: Cęli enarrant glo
riam dei. Quam gloriam? In ſole poſuit taber-
naculum ſuum. Poteſt & ſic continuari: In o-
mnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines or-
bis terræ uerba eorum. Et ideo patet quod in ſo
le, id eſt, in aperto & in amplitudine, non in an-
gulo aliquo terræ, nõ in occulto, ut quidam hæ
retici dicunt. Tabernaculum ſuum, id eſt, eccle
ſiam ſuam. ut hoc ſit dictum contra hæreticos
quoſdã, qui dicunt: Ecce apud nos eſt Chriſtus.
tranſite ad nos. Hoc ſecundũ Auguſtinum. *Nec*
eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Hucuſque fue-
runt uerba apoſtolorum. nunc redit propheta
ad uerba ſua. Quaſi dicat: Et ideo quia tam po
tens eſt & tam manifeſte prædicatus, nõ eſt qui
ſe abſcõdat, id eſt, excuſare poſſit à calore eius,
id eſt, a cognitiõe uel a munere. Sicut enim ma
gnus ignis calet & ſplendet, ita Chriſtus calet.
quia nullus eſt qui non habeat aliquod munus
ſuæ gratiæ quo eum poſſit agnoſcere, nec etiã
paganus aliquis. Nullus ſe excuſare põt de co-
gnitione, quia nullus eſt uacuus a munere. Inui- Ro.1.
ſibilia enim ipſius per ea quæ facta ſunt, intelle
cta, conſpici poſſunt per rationem hominibus
datam. Et non mirum, ſi nullus ſe poſſit excuſa-
re de hac gloria quod eam nõ poſſit intelligere
uel obſeruare, quia *lex domini* .i. lex gratiæ, quæ
eſt Chriſtus & eius mandata. Lex eñ per Moy

Ioh.1. ſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum facta eſt.
Illa lex domini *immaculata*, id eſt, Immaculatos
faciens, quia lex ſerui maculata, propter diffi-
cultatem præuaricatores faciens. Iubere enim
potuit, non adiuuare ut impleretur. Hic per au
xeſin nouam legem commendat, comparando
eam ueteri. Vere immaculata, quia *conuertẽs ani*
mas à ſeruitute in libertatem, à timore in chari-
Ioh.15. tatem. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos
meos. Vel lex ſerui conuertebat manum uel
oculum timore, hæc animas conuertit ab illici
tis amore. *Teſtimonium domini fidele*, quia non fal
lit. nihil enim teſtatur quod non ſit uerum. Te-
ſtimonium ſerui infidele, quia ſæpe fefellit. ma-
le tamen intellectum uetus teſtamentum, ſcili-
cet carnaliter, hæc dicitur operari. Nam per ſe
Ro.7. lex illa & à domino eſt, & ſancta, & immacula
Ge.15. ta, & non fallit. Tibi dabo terram hanc & ſemi
ni tuo, carnaliter hoc acceperunt, & ideo dece
pti ſunt. multi enim illam non uiderunt, & alia
huiuſmodi multa. Legem uocat idem quod te-
ſtimonium. lex eſt, quia coercet. Teſtimonium,
in promiſſis. hoc modo fidele. *ſapientiam præſtãs*
Ioh.15. *paruulis*, id eſt, ſapienter ſcire & operari. omnia
Mat.11. quæ audiui à patre meo, nota feci eis. Nemo no-
uit patrẽ niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare.
paruulis, id eſt, humilibus. Confiteor tibi domi
Luce.10. ne pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, &
reuelaſti ea paruulis. Teſtimonium ſerui fuit in-
fidele, quia hæc abſcondit paruulis. Vnde domi
Luce.11. nus: Væ uobis ſcribæ & phariſæi, qui habetis
Mat.23. claues ſapientiæ. nec uos intratis, nec alios intra
re permittitis. *Iuſtitiæ domini rectæ*. eius iuſtificati
ones quas ipſe docet, ſunt rectæ. quia quod iu-
Actu.1. bet facere, ipſe facit. iubet uerbo, quod monet
exemplo. ſeruus autem ſæpe docet, quod face-
re uel non poteſt uel non uult. Alligant enim
Mat.23. onera grauia & importabilia, & imponũt in hu
meros hominum. digito autẽ ſuo nolunt ea mo
uere. *Lætificantes corda*. quia per dilectionem
bona operari docent, non per timorem. *Præce-*
ptum domini, id eſt, nouum teſtamentum. *lucidum*
ſine uelamento carnalium obſeruationum. Vn
2.Cor.3. de illud, Et non ſicut Moyſes uelatam habet fa
ciem. *illuminans oculos* interioris hominis. *Timor*
domini, caſtus ſcilicet non timens accedere ut ſer
uus, ſed timens recedere ut filius. *ſanctus*, id eſt,
ſanctificans. Timor autem ſerui, pœna afficiens.
permanens in ſeculum ſeculi. non perit ut ille pœ-
nalis quem foras mittit charitas. *Iudicia domini*
1.Ioh.4. *uera*, tribuendo cuiq; ſecũdum opera ſua. quod
enim ſemel apud eum iuſtum eſt, nũquam mu-
tatur: & ecõuerſo, quod ſemel iniuſtum, nunq̃
fit iuſtum. Ideo uera, id eſt, immutabilia, quia iu
ſtificata in ſemetipſa. Iudicia hominum ideo ſæpe
ſunt iniuſta, quia aliunde iuſtificantur. ſæpe q̃d
unus iniuſte iudicat, alter qui melius ſcit, illud
corrigit. domini autem iudicia ſemper uera, q̃a
aliunde non iuſtificantur. Quis enim cognouit
Ro.11. ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit?
Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? *Deſidera-*
bilia ſunt illa iudicia *ſuper multum aurum* preci-
oſum *&* ſuper multum *lapidem precioſum*, uel ſu
per *multum* deſiderabilia. *& dulciora ſuper mel &*
fauum, id eſt, meliora ſunt quàm omnia precio-
ſa huius ſeculi & iucunda. Aliter, Si altius inſi- 1.Cor.3.
ſtere uolumus. Dicit beatus Paulus, ſi quis ædi
ficat ſuper fundamentum hoc, aurum, lapides p̃
cioſos, ſaluus erit. Illi ſunt aurum & lapides p̃-
cioſi, qui purgati & probati, expectant ut in the
ſaurum dei deferantur. Et hi deſiderant iudicia
dei ſuper aurum & lapidem precioſum, id eſt,
plus diligunt uoluntatem dei quàm ſuam, quia
eius uoluntatem ſuæ uoluntati præponunt. Illi
ſunt mel, qui ſoluti uinculis carnis, nõ re, ſed mẽ
te: ut illud, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: Phil.1.
expectant diem illam, in qua die deferantur in
epulis dei. Illi ſunt fauus, qui circundati carne,
non concreti, expectant expreſſionem manus
non opprimentis, ſed exprimentis dei, ut eli-
quentur a temporali uita in æternam. iſti ſunt, q̃
adeo iam ſunt purgati intus, quod licet in mun
do adhuc uerſantur, tamen facile ab eius amo-
re ſeparari poſſunt. nec opus eſt ut in torculari,
id eſt, graui preſſura premantur, ut diſcant mũ-
dum deſerere. Et hi deſiderant domini iudicia
ſuper mel & fauum, id eſt, plus quàm ſe. Vel de
ſiderant ut ſupra ſe ueniant, quia intrepidi expe
ctant iudicem. Deſiderabilia ſunt natura ſeruo
tuo. *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea*, id eſt, iuſtus qui Ioh.14.
non ſeruat, non diligit. Si diligitis me, mandata
mea ſeruate. Et merito, quia *in cuſtodiendis illis*
retributio multa, non ſolum in futuro, ſed etiam
in præſenti. Nunquam enim uirtus eſt ſine præ
mio, ſicut nec uitiũ ſine pœna. habet enim hic p̃
mium bonæ cõſcientiæ, ille uero ſupplicium de
præmio uitiorum. aut uirtus eſt inane nomen, aut
recte petit inde præmium experiẽs uir. Et Apo Ro.2.
ſtolus: Cogitationum accuſantiũ, aut etiã defen
dentiũ. Multa eſt illa retributio, quæ & hic & in
futuro. Seruus tuus ea cuſtodit. Et merito. Nã
delicta quis intelligit? ſ. cuſtodienda. Nullus, quia
etiam ille qui nõ eſt ſeruus tuus. Aliter: Seruus
tuus cuſtodit ea, quia intelligit. Nam delicta
quis intelligit? Nullus. Si tenebræ uidẽtur, & de
licta intelliguntur. Videre, eſt a tenebris recede
re: & intelligere, a delicto recedere. de his dico
qui in delictis ſunt, ſicut de illis qui in tenebris fu
erunt. Aliter: Seruus tuus cuſtodit ea. Sed illi
ſunt pauci, q̃ intelligere poſſint delicta, & cuſto
dire tua iudicia. Nam delicta q̃s intelligit ita ut
ſunt intelligẽda? ſcilicet ut uitet ea? Pauci, imo p̃
ſe nulli. Ideo *ab occultis meis munda me*. Aliter:
Quia ſeruus tuus cuſtodit ea, uel quia in cuſtodi
endis illis eſt retributio multa, ideo ab occultis
meis mũda me, id eſt, originalibus delictis, quæ
occulte a parentibus quaſi hæreditario iure de-
ſcendunt. *& ab alienis*, id eſt, ab his quæ nõ a pa
rentibus contraxi, ſcilicet ab his quæ poſtea ad
didi. *parce ſeruo tuo*, qui non pepercisti liberto

tuo Aliter: Occultum fuit peccatum quãdo diabolus peccauit, quia ſuperbiam in occulto & a ſe habuit. Alienum fuit, per quod Adam cecidit: quia a diabolo qui alienus erat. Dicit ergo: ab occultis meis, id eſt, a malis cogitationibus. munda me, id eſt, munda cor meorum. Et ab alienis, id eſt, a malis perſuaſionibus aliorum parce ne conſentiam. Seruo tuo, id eſt, meis, qui per ſuperbiam a te recedere nolunt, ſed per humilitatem tibi ſubdi uolunt. Ideo parce ſeruo tuo, quia non pepercisti liberto tuo, id eſt, Adæ ab aliena perſuaſione, qui præceptis tuis obedire (Gen.3.) noluit, uolens eſſe liber. Eritis ſicut dij. Ideo rogo ut a proprijs mundes, & ab alienis parcas: quia *ſi mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*, id eſt, criminali peccato quod maculat. Nota quod non dicit, Si mei non fuerint: ſed addit, dominati. Non enim poteſt eſſe, quãdiu ſumus in hoc corruptibili corpore, ut non ſit in nobis peccatum. ſed tunc dominatur, cum conſentimus & uoluntatem noſtram ei ſubdimus. Vnde Apoſtolus: Non ergo regnet peccatum in (Ro.6.) ueſtro mortali corpore. Et propterea mũda me & parce, ſcilicet ut nec proprijs cogitationibus prauis ſubdar, nec alienis perſuaſionibus. *Et emũdabor à delicto maximo*, id eſt, a ſuperbia quæ eſt maximum delictum: quia cum cætera ſint timenda tãtum in male factis, iſtud etiam in benefactis eſt cauendum. Hoc primum ingeſſit ſe recedentibus, hoc etiam ingerit ſe redeuntibus. *Et erunt ut complaceant eloquia oris mei*, ſcilicet cũ emundatus fuero a ſuperbia, tunc tibi placere ſtudebo & ore & corde, & nõ hominibus. Superbia enim hominum gloriam quærit. Et hoc eſt quod dicit: *Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper*. ut tu uideas, tibi placeat ſoli. *Domine adiutor meus & redemptor meus*. Hic uerſus cum illo iungitur, Ab occultis meis munda me domine adiutor meus. cætera ſunt interpoſita. Adiutor, in bonis: redemptor, in malis. Vel redemptor per fidem, adiutor iuſtificando.

In finem Pſalmus Dauid. XIX.

EXaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te. Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. Tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet. Lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine dei noſtri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui, quoniam ſaluum fecit dominus Chriſtũ ſuum. Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo, in potentatibus ſalus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis: nos autẽ in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autẽ ſurreximus & erecti ſumus. Domine, ſaluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem pſalmus Dauid. In ſuperiori pſalmo propheta commendauit paſſionem Chriſti, qua credentes ſaluantur. In iſto autem commendat reſurrectionem Chriſti, qua credentes iuſtificantur. In illo oſtenditur, quid nobis profuerit mortalitas diuinitatis: in iſto uero, quid (Ro.4.) profuerit diuinitas mortalitatis. IESVS Chriſtus enim mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Præuidens propheta per ſpiritum gloriam reſurrectionis Chriſti futuram, & cum Chriſto omnes credentes reſurrecturos, optando fundit preces ad deum patrem, non ex aliqua dubitatione, ſed ex nimio deſiderio ſic dicens:

EXaudiat te dominus, ſcilicet o Chriſte, quia tu es adiutor meus & redemptor, dominus pater cui omnem exhibes obedientiam, exaudiat te, reſuſcitando *in die tribulationis*, id eſt, in tempore ad paſſionem diſpoſito. *Protegat te*, id eſt, tuos *nomen dei Iacob*, id eſt, inuocatio nominis dei Iacob, id eſt, iunioris populi, ſcilicet luctatoris & præripientis primogenita prioris populi, id eſt, Iudaici, ſcilicet dignitatem & honorem illum qui promiſſus fuit Iudaico populo, qui primogenitus fuit, quia prius electus eſt quàm gentilis. Nomen dei Iacob, id eſt, inuocatio nominis dei Iacob, & non dei Eſau, qui di- (Mal.1.) xit: Iacob dilexi, Eſau odio habui. & maior (Gen.25.) ſeruiet minori. qui deponit potentes, & exal- (Ro.9.) tat humiles: Protegat te humilem, & eius nomen inuocantem, a perſecutione ſuperborum Iudæorum: ſicut protexit Iacob humilem & eius nomen inuocantem, a perſecutore Eſau. *Mittat tibi auxilium de ſancto*. Tibi, id eſt, tuis mittat auxilium de te ſancto. Vel tibi capiti mittat auxilium de ſancto, id eſt, de tuis faciendo eos ſanctos, ſanctificando membra tua, augeat auxiliatores tuos, quemadmodum manus & alia membra capiti auxilio ſunt. *Et de Sion*, id eſt, de ſpecula, ſcilicet de ſpe cæleſtium gaudiorum. *tueatur te*, id eſt, circunſpiciat tibi, id eſt, tuis. Sicut in Sion erant ſpeculatores Ieruſalem, ita ſpes cæleſtium gaudiorum ſit tuis munitio, de qua ſibi prouideant. *Memor ſit omnis ſacrificij tui*, id eſt, memores faciat tuos omniũ iniuriarũ tuarũ, quas paſſus es ante crucis patibulum. quæ deo ſacrificium acceptabile fuerũt pro delictis hoim.

Primogenita erant honor & dignitas quã habebat primogenitus in domo patris. cui primogenita ſeorſum debantur. & multa alia.

Et holocauſtum tuum, quo tu uoluiſti te totum offerre deo in ara crucis. *pingue fiat*, id eſt, uertatur in lætitiam reſurrectionis, ut ſicut mortuus es propter peccata noſtra, ita & reſurgas propter iuſtificationem noſtram. holon, totum cauſton, incenſum. inde holocauſtũ dicebatur illa hoſtia quæ tota incendebatur. *Tribuat tibi ſecundũ cor tuũ*, id eſt, uoluntatem, ut poſſis ponere cum uelis animam tuam, & iterum eam reſumere cum uelis, & non ſecundum cor inimicorum tuorum. *Et omne cõſilium tuum confirmet*, tã de reprobandis Iudæis quàm de ſaluãdis gentibus. Quaſi aliquis dicat: Cur tantopere rogas pro ſaluatione Chriſti? Ad hoc. *lætabimur in ſalutari tuo*. Ego & mei ſimiles, lætabimur in eius ſal-
Ro.6. uatione Chriſti tui, quod mors illi ultra non dominabitur. Lætabimur hic in ſpe eiuſdem reſurrectionis, iam intus ſaluati per fidem. *Et magnificabimur* plenaria ſaluatione, cum mortale hoc
1.Cor.15. induerit immortalitatem. tamen prius *in nomine domini dei noſtri*, ſcilicet cõformati ei, ſcilicet à Chriſto Chriſtiani & dicti, & facti ei⁹ corpus. *Impleat dominus omnes petitiones tuas*. Præcedens uerſus interpoſitus fuit. Nunc continuat optationes. Impleat dominus omnes petitiões tuas, tam quas mortalis fundes ꝓ nobis, quàm illas quas fundes immortalis factus, ad dexteram patris ſedẽs. Et reuera implebit, quia dñs *exaudiet illum* pro ſe & pro ſuis *de cælo ſancto ſuo*, id eſt, de potentia diuinitatis illius, qui eſt cælum ſanctũ ſuum, id eſt, de diuinitate uerbi. Et reuera exaudiet, quia ſaluum faciet dominus Chriſtum ſuum. Et reuera hoc erit, quia ego *nunc*, ſcilicet lõge antequam fiat, *cognoui quoniam ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuum*. Et hoc inde patet, quia *ſalus dexteræ eius*, id eſt, ſalus danda humanitati ꝑ dexterã eius, id eſt, per diuinitatem, *erit in potẽtatibus*, id eſt, ualde potens, nunquã cõuertetur in infirmitatẽ. Et nos hoc modo ſaluati, magnificabimur in nomine domini dei noſtri. Illi autem qui ſaluantur per ſiniſtram, tantum gloriantur in diuitijs & potentijs huius ſeculi. ideo, quia obligati ſunt in illius cupiditate. Aliter ſecundum ordinem. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Et reuera implebit, quia ego nũc cognoui, antequam fiat, per ſpiritum: uel nunc, cum maxime opus erat in die tribulationis, q̃niam ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuum, reſuſcitando & ad dexteram ſuã collocando. Exaudiet etiam illũ ſedẽtem ad dexterã ſuã de cælo ſancto ſuo, id eſt, de emiſſione ſpiritus ſancti ſui, qui eſt eius cælũ. Exauditus eſt in terra, ut reſuſcitaretur: exauditus eſt in cælo, ut ſpũſſanctus mitteretur. Et hoc inde patebit, q̃d illũ exaudiet de cælo ſancto ſuo: quia in potentatibus ſalus dexteræ eius, id eſt, ſalus data nobis per filium qui eſt ad dexteram eius, erit nobis potẽtialis, ſcilicet æterna & indeficiens ſalus, q̃ nec morbis afficitur, nec mœroribus ſauciatur. uel in potentatibus, ut etiam quando infirmamur, tunc potentes ſimus. Salus dexteræ, æterna: ut
illud, In dextera eius pax & ſecuritas. Salus ſini- Pro.3.
ſtræ, temporalis: ut illud, In ſiniſtra uero illius diuitiæ & gloria. In eo quod dicit, Exaudiet illum de cælo: oſtendit præmiſſas optationes nõ eſſe ex dubietate, ſed ex affectione maxima. *Hi in curribus & hi in equis*. Quaſi dicat: Illi autem quorum ſalus eſt in ſiniſtra gloriantur in uolubilibus & in potentijs huius ſeculi. Hi inuocant te in curribus, ſcilicet uenientes ad inuocationem, confidentes magis in uolubilibus huius ſeculi quàm in te. & ideo ſalus eſt illis non in potẽtatibus, ſed in infirmitatibus: nõ in dextera, ſed in ſiniſtra. Et hi in equis, id eſt, in ſuperbia & dignitatibus. Tractum ab illis, qui de toto Iſrael tribus uicibus in anno aſcẽdebãt Hieroſolymã ad orandum. *Nos autem* quibus dabis lætitiã ſalutaris tui, *inuocabimus* nõ in illis, ſed *in nomine domini dei noſtri*: ut clarificetur in nobis nomen illius, qui eſt deus creatione, & dominus recreatione. Aliter: Hi in curribus & hi in equis confidũt quemadmodum faciebat Eſau & ſui. Nos autẽ, ſcilicet Iacobitæ præripientes primogenita eorum, inuocabimus in nomine domini dei noſtri. quemadmodum Iacob faciebat, non in alio fiduciã ponemus. Et merito, q̃a *ipſi obligati ſunt* ad currus & ad equos, prauis cupiditatibus ſuis uel funibus uitiorũ. *Et ceciderunt*, ab illa ſalute: quia ligati & incuruati ad terrena, nõ ualent mẽte ſe erigere ad cæleſtia. *Nos aũt*, ſ. q inuocamus nomẽ dñi dei noſtri. *ſurreximus* .i. ſurgem⁹ ab illa inclinatiõe mẽtis ſ. ab infidelitate ad fidẽ. *& erecti ſumus* ꝑ operationem. Et o *domine*, ut ſurgamus & erigamur, *ſaluum fac regem*. reſuſcitando & ad dexterã tuã ponendo, ut quemadmo-
dũ nobis hic in paſſione ſua cõtulit exemplũ pu- Ro.8.
gnãdi, ita ad dexterã tuã interpellet pro nobis; Heb.7.
ipſe hoſtia, ipſe ſacerdos. *Exaudi nos in die*, id eſt, in puritate mẽtis, uel in luce fidei, quia die inuocauimus te. Non enim in nocte exaudis.

¶In finem Pſalmus Dauid. XX.

DOmine, in uirtute tua lætabitur rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit uehementer. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Vitam petijt à te, & tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo, gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi, lætificabis eum in gau-

dio cum uultu tuo. Quoniam rex ſperat in domino, & in miſericordia altiſſimi non commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui: dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire. Quoniam pones eos dorſum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum. Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus & pſallemus uirtutes tuas.

In finē Pſalmus Dauid. Eadem intētio eſt in hoc Pſalmo, q̄ fuit in ſuperiori. ſed ibi optādo egit de reſurrectione, hic autem ipſam reſurrectionem merito factam cōmendat. Iungitur autem cum ſuperiori, ſic:

Dixi, domine ſaluū fac regem. & merito debes ſaluum facere, quia o *domine* pater, *in uirtute tua*, id eſt, in uerbo ſibi unito, quod ex te habet, *lætabitur rex*, qui rex eſt ſuper omnes reges, qui ſolus regit, ſolus dirigit, ſ. omnia tibi attribuens, nihil de ſe præſumens, ut infelix Adā. Lætabitur prius in ſua ſaluatione. *& uehementer exultabit* plenaria exultatione *ſuper ſalutare tuū*, id eſt, ſaluationem humani generis ſibi impoſitam. lætitia, animi: exultatio, corporis. Et merito exultabit, quia *deſiderium cordis eius tribuiſti ei*. Quod fuit ponere animam cum uellet & ite-
Ioh.10. rum reſumere. uel ut moreretur propter pecca
Ro.4. ta noſtra, & reſurgeret propter iuſtificatiōem noſtram. *Et uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum*, id eſt, uoluntate pacis & reconciliationis ꝑ ſe datæ mundo. Ipſe enim pacificauit quæ in cælis & quæ in terra ſunt. Vnde Apoſtolus: Ipſe ē
Col.1. pax noſtra qui fecit utraque unum. unde ange
Ephe.2. li conciues noſtri, prius inimici, quaſi tranſlati in regnū alterius domini, nato illo qui uenerat pacem dare mundo, concinunt: Gloria in excel
Luc. 2. ſis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. In labijs quibus oſculum (quod eſt ſignum pacis) damus, pacem intelligimus. Aliter: uolūtate labiorum, id eſt, præconum eius non fraudaſti eum, ſ. quin haberent eandem uoluntatem circa eccleſiam ſuam, quam & ipſe habuit, conſeruandi eam, & patiendi & moriendi pro ea.
1.Cor.15. unde Apoſtolus: Quotidie morior pro uobis fratres. uel uoluntate labiorꝫ eius non fraudaſti eum, ſ. denegando ei uolūtatem labiorum eius, quin habeat tales pręcones quales uoluerit, uel quin ad eandem gloriam præcones eius perue-
Ioh.17. niāt in qua ipſe eſt. Volō pater ut ubi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus. Reuera nō fraudabis. *Quoniā præueniſti eum*, id eſt, præuenies *in benedictionibus dulcedinis*, id eſt, immunitate peccati. In Adam omnes præuenti ſunt maledictione,
Pſal.87. iſte ſolus fuit inter mortuos liber. Præueniſti
Ro.8. eum, id eſt, prius in eum gratiæ munera contuliſti, ut eēt primogenitus in multis fratribus quātum ad iuniorem populum noui teſtamenti. quem illi capiti ut corpus, poſt mortis experientiam aptaſti, quaſi uictori coronam capiti poſt uictoriā. Vere his benedictionibus præuentus, quia de ſpiritu ſancto conceptus. Præuentus eſt
Adā plenitudine amaritudinis, in q̄ oēs moriū 1.Cor.15.
tur. ꝑuentus eſt Chriſtus in bn̄dictionibus dulcedinis, in q̄ omnes uiuificabūtur. Vel ꝑueniſti, q̄a nullus ante eū, q nō prius ſub maledicto. hic aūt immunis fuit primus in genere humano, & ſolus ab omni peccato. *Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo*. Quia ꝑuentus fuit benedictiōibus dulcedinis, ideo mortis amaritudinem ſuperauit. Et poſt uictoriā poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. i. circūdediſti eū ꝑcioſorꝫ apoſtolorꝫ ordine claro. Supradixit, deſiderīū cordis eius tribuiſti ei, & hoc oſtendit, di-
cens: *uitā petijt à te, & tribuiſti ei*. Chriſtus reſur- Ro.6.
gens ex mortuis, iā nō moritur. *Longitudinē dierū in hoc ſeculū & in ſeculū ſeculi*. i. uitā ſemꝑ manentem tribuiſti ei in mēbris. Vel lōgitudinem
dierum tribuiſti in membris, quia regni eius Luca.1.
nō erit finis. Et in illa uita *magna eſt gloria eius in ſalutari tuo*, q̄a ſedere eum feciſti in dextera tua. Vel hoc mō magna eſt, quia nō ſolū ille eſt glorificatus, ſed etiā *gloriā & magnū decorē impones ſuper eū*. i. addes ei fideles, glorioſos miraculis,
decoros uirtutibus. qui em̄ uult in Chriſto ma 1.Ioh.2.
nere, ſicut ille ambulauit, debet & ipſe ambulare. uel dediſti ei, ſ. aſſumpto homini dominico, poteſtatē glorificādi ſuos & decorādi, glorioſos facere in uictoria, decoros in palma. Hoc mō impones. *Quoniā dabis eū in benedictionē in ſeculū ſeculi*, ut ꝑ eū oībus detur benedictio. i. omniū bonorꝫ incrementū. & em̄ nō ad temp⁹, ſed in ſeculū ſeculi. Et tādem *lętificabis eū in gaudio*, plenario ſ. quādo aſſociabitur ei corpus ſuū. *Cū uultu tuo*. i. cum manifeſtabitur ſuis ꝑſentia tua. Et merito dabis eū in benedictionem, *quoniā rex*, ſ. dominicus homo, *ſperat in domino*, non in ſe ut Adā, qui datus eſt in maledictionem. *Et in miſericordia altiſſimi*. i. ita ſperat & in ſe & in membris, ut totū attribuat miſericordiæ altiſſimi. & ideo *nō commouebitur* ſ. ab illa ſpe. Quaſi dicat: Qui aūt nō ſperāt in miſericordia altiſſimi, mouebūtur ab illa ſpe. & ideo dabūtur nō in bn̄dictionē, ſed in maledictiōem. & ideo o dn̄e cōpatiendo illis commotis à ſpe & mīa tua, opto ut *inueniatur manus tua*. i. auxilium miſericordiæ tuæ tā iudæis q̄ gentibus, *omnibus inimicis tuis*. quęrāt miſericordiā tuā, & inueniāt eā. unde Apo-
ſtolus: Qui uult omnes hoīes ſaluos fieri, & ad 1.Tim.2.
agnitionem ueritatis uenire. Quod ſi te quærere noluerint, *inueniat dextera tua*. i. uindicta oēs q̄ te oderūt. Et hoc ꝓphetādo, nō optando. Hoc

mō dextera tua inueniet eos in futuro iudicio,
qui manum miſericordiæ tuæ hic inuenire noluerunt in die ſalutis: *Pones eos ut clibanum ignis,*
ardentis intus in cōſcientia, cū uidebūt gloriam
Sapien.5 filiorū dei & ſuam ignominiam. Ecce computati ſunt inter filios dei. Væ nobis. quid profuerunt diuitiæ? quid iactantia? Clibanum ignis,
id eſt, ignitum. Clibanus eſt fornax, cui os clauditur ut intus ardeat. *In tempore uultus tui*, id eſt,
præſentiæ tuæ quæ eos terrebit. In tempore iudicij uultum tuum timebunt, qui tempore gratiæ manum deſpexerunt. Et poſt *dominus in ira ſua*, magna ſcilicet ſibi competenti. *conturbabit*
Matt.25 *eos*, dicens: Diſcedite a me maledicti in ignem
æternum. *Et tunc deuorabit eos*, id eſt, penitus abſorbebit eos, non intus tantum, ſed animā & corpus. Et non ſolum eos, ſed *fructum*, id eſt, opera
eorum de terra perdes. de terra uiuentium, opera eorū. quæ hic locum habuerunt in terra morientium, tollentur de terra uiuentium: quia fulgentes ut ſol, & quaſi purum aurū receptum in theſaurū dei, ſancti non habebunt quod purgari debeat. *Et ſemen*, id eſt, imitatores eorū. *à filijs hominum*, id eſt, ab imitatoribus eorum qui ſe nō dehominauerunt. Et merito. *Quoniam declinauerunt in te mala*. mala quæ timuerunt, id eſt, mortem. & amiſſionem loci & gentis, declinauerunt
Iohan.11. a ſe in te, dicentes: Expedit ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Poteſt etiam hoc ad omnes referri, tam Iudæos q̃ gentiles, & ad membra Chriſti: quia dicebatur
1.Iohan.2 omnibus, perit mundus & concupiſcentia eius.
Timentes mundani perdere mundum quem diligebant, interficiebant huius doctrinæ prædicatores. *Cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire* omnes tam Iudæi quàm gentes: quia interficientes corpus Chriſti, putabant eos perdere: ipſi autem ſeruabantur, trāſeuntes de morte ad uitam. uel in Chriſtum ſpecialiter Iudæi: Domi
Matt.27 ne, recordati ſumus q̃d ſeductor ille dixit, poſt tres dies reſurgam. iube ergo cuſtodiri ſepulchrum, & cætera. Non fuit iſtud ſtabilitū, quia nolentibus eis reſurrexit. Quaſi dicat. Et unde illis miſeris quod mala ſua in te declinauerunt? Ex occulto dei iudicio dabuntur in reprobum ſenſum, præcedentibus eorum malis meritis.
Quoniam pones eos dorſum, ut qui noluerunt ad te conuerti, ſint a te auerſi: quia odio habuerunt lucem, cōuerſi ab ea, ament tenebras. uel pones eos dorſum tuum, ſcilicet ut propter nimiam eorum impietatem nō eos reſpiciat miſericordia tua. Et ideo *in reliquijs tuis præparabis uultum eorum*, id eſt, uoluntatem prauam eorum. & impudentem oſtendes in reliquijs tuis, id eſt, in tuo inferiori, ſcilicet in carne tua, in quam tantum ſæuierūt. Sūmum Chriſti, diuinitas: deinde anima. infimum & quaſi abiectum, caro. Aliter. In reliquijs tuis, id eſt, in his terrenis q̃ tu reliquiſti & tui. pręparabis, id eſt, ualde parabis. uultum, id eſt, uoluntatem eorum, ut hæc amando, cæleſtia contemnant. Aliter: Ego dixi, pones eos dorſum, id eſt, abijcies eos. tamen non omnino, quia uultum eorum, id eſt, beneuolentiam quæ illis debebatur qui facti ſunt dorſum, præparabis, id eſt, manifeſtabis in reliquijs tuis, id eſt, in
illis qui in fine reſidui erunt de illo populo, quia Roma.11.
reliquiæ ſaluæ fient. Vel illum uultum præparabis in reliquijs tuis, id eſt, in Elia & Enoch, quorum prædicatione reliquiæ conuertentur. Et ut inueniatur manus tua & exaltetur dextera, ſcilicet ut conuertantur uel iudicentur inimici tui, *Exaltare domine*, reſurge, exaltare a mortalitate in immortalitatem. *in uirtute tua*, id eſt, in potentia diuinitatis tuæ. ideo hoc opto, quia in tua teſurrectione *cantabimus* in corde, *& pſallemus* in opere *uirtutes tuas*, id eſt, humilitatem & obedientiam. & cæteras uirtutes tuas imitabimur, quibus omnes inimicos tuos ſuperaſti. Vel cantabimus ore, pſallemus opere.

¶ In finem Pſalmus Dauid pro ſuſceptione matutina. XXI.

DEus deus meus, reſpice in me. quare me dereliquiſti? lōge à ſalute mea uerba delictorum meorum. Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. Ego autem ſum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiecto plebis. Omnes uidentes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam uult eum. Quoniam tu es qui extraxiſti me de uentre, ſpes mea ab huberibus matris meæ: in te proiectus ſum ex utero. De uentre matris meæ deus meus es tu, ne diſceſſeris à me. Quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet. Circūdederunt me uituli multi, tauri pingues obſederūt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio uentris mei. Aruit tanquam teſta uirtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me. Quoniam circundederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me. Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia oſſa mea. Ipſi uero conſiderauerunt & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea,

& ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Tu autem domine ne elongaueris auxiliũ tuum à me, ad defenſionem meam conſpice. Erue à framea deus animam meã, & de manu canis unicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatẽ meã. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Qui timetis dominum, laudate eum: uniuerſum ſemen Iacob, glorificate eum. Timeat eum omne ſemen Iſrael, quoniam non ſpreuit neque deſpexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem ſuam à me: & cum clamarem ad eum, exaudiuit me. Apud te laus mea in eccleſia magna, uota mea reddam in conſpectu timentium eum. Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Reminiſcentur & conuertentur ad dominum uniuerſi fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ familiæ gentium. Quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram. Et anima mea illi uiuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi. Annunciabitur domino generatio uentura. & annunciabunt cæli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit dominus.

in finem pro aſſumptione matutina, pſalmus Dauid. Hic pſalmus eſt attribuendus Dauid. i. Chriſto dirigenti in finem. i. perfectionem pro aſſumptione matutina. i. pro reſurrectione ſua, quæ facta eſt ualde mane cũ adhuc tenebræ eſſent, quãdo mortalitas aſſumpſit immortalitatem: ad ſimilitudinem ſolis, qui paulatim depulſis tenebris aſcẽdẽdo uires aſſumit. Sic Chriſto reſurgente, paulatim fidelium mentes illuminauit. in Hebręo, Pro cerua matutina qđ idẽ ualet, ad ſimilitudinem: quia ſicut cerua ſummo diluculo ex ipſa luce gratulatur & alta concendit, ſic humana natura ex ſua reſurrectiõe lętabitur. Chriſtus caput noſtrum in hoc pſalmo agit ſecundũ hũanitatẽ cũ patre de gloria ſuæ reſurrectiõis, & de fructu ipſius reſurrectionis, & de gloria iuſtorũ & de excęcatiõe impiorũ. Pręmittitur aũt eius paſſio, ut maior appareat eius reſurrectio: q̃a quãto maius certamẽ, eo maior uictoriæ lætitia. Et in ipſo certamine paſſiõis orat ut eripiatur, in pſona ueteris hominis ſic dicens:

DEus, qui es omniũ deus per naturã. *Deus meus*, ſpecialiter per gratiam, uel per ſingularem obedientiã. *Reſpice in me*. i. in auxilium meorũ, q̃ uſq; mõ deſpexiſti me. Hic apparet q̃ Chriſtus non in ſui pſona hic rogat, q̃ immunis eſt à pctõ, ſed ſuſcepit delicta noſtra, ut nobis tribueret iuſtificationẽ ſuã. Orat ergo in uice nr̃a: Reſpice in me. i. libera me. lõge es a ſalute mea,
Matt. 27 ut illis uideẽ qui dicũt: Si filius dei eſt, deſcẽdat de cruce, et, liberet eũ ſi uult. quia ſi nõ liberas, uideris dereliquiſſe me. *Quare me dereliquiſti?* i. q̃re eo mõ nõ liberãdo q̃ perſecutores dicunt, pmittis uideri eſſe derelictũ a te? Hãc inquiſitionẽ ideo facit, ut diligenter cauſam aperiat. Hæc eſt cauſa q̃re nõ uis ut deſcendã de cruce, ſed ut reſurgã de ſepulchro. *Verba delictorũ meorum lõge*
Gene. 3 *ſunt à ſalute mea*. ũba illa uenenata ſerpentis antiqui, eritis ſicut dij. Quæ fuerũt ũba delictorũ. i. ũba inobedientiæ & oĩs peccati. Meorũ. i. oĩm eorũ pp̃ter q̃s ad paſſionem ueni ad liberãdũ. lõge ſunt a ſalute mea, hac ſ. ut uiu de cruce deſcendã. Nõ em̃ hoc poſtulãt ut de cruce deſcendã, ſed ut in cruce moriar. hoc em̃ ſolũ eſt eis p̃cium redẽptiõis. Alit̃: Quare me dereliquiſti. i. q̃re uideris dereliquiſſe, dũ non reſpicis in me, liberãdo de cruce? ideo uerba delictorum meorum. i. deprecationes meorũ, quæ ſunt delictorũ. i. p delictis. longe a ſalute mea. i. non poſtulant ut ego deſcendã de cruce, quia tunc non liberarentur mei. i. mihi prædeſtinati. Aliter: Quare me dereliquiſti? Quaſi d. Hæc ũba quod dico, reſpice & dereliquiſti, quæ ſunt longe à ſalute mea, id eſt, a me qui ſum immunis ab omni peccato: nõ ſunt mea. i. pro me, quæ nunquã deſpexiſti, nunquã dereliquiſti: ſed ſunt uerba delictorum meorum. i. p delictis meorum, q̃ ego por- Iſaie. 53.
to. ut illud, & iniquitates noſtras ipſe portauit, & languores noſtros ipſe abſtulit. Vel merito poſſum uideri derelictus. Et neq; me ſolum dereliquiſti a tali ſalute, ſed etiã meos. *Deus meus, clamabo* ad te *per diẽ*. i. per illos qui in membris meis perfectiõe & claritate uirtutum, dies poſſunt dici. *Et non exaudies*, quemadmodũ per Paulum qui ter dominũ rogauit, ut auferretur ab eo ſtimulus carnis, & nõ eſt exauditus. Nam di- 2. Cor. 12
ctum eſt ei: Sufficit tibi gratia mea. Nã uirtus in infirmitate perficitur. Et clamabo *nocte*. i. in illis qui propter ignorãtiã myſteriorũ dei, nox dici poſſunt. & nõ exaudies. doces em̃ non eſſe clamandũ uerbis delictorum. Aliter: Clamabo inimicis per diem. i. pſperitatem huius ſeculi, ut maneat. Et nocte. i. aduerſitate, ut proſperet. Et non exaudies. Et quod non exaudies, *non ad inſipientiam mihi*, ſed facies ad ſapientiam. Hanc ſcilicet, ut diſcant mei te eis ſapere plus uel melius prouidere q̃ ipſi ſibi. Medicus es. non facis ſecundum uoluntatem infirmãtium, ſed ſecundum ſaluationem. facis cognoſcere cũ non præſtas q̃ poſtulãt uerbis delictorũ, nõ eſſe pœnã ad dãnationẽ, ſed medicinã ad ſalutẽ. Alit̃: ideo dico, reſpice: q̃a q̃re me dereliq̃ſti. i. uideris me dereliquiſſe. Clamabo p diẽ ſ. uerbis delictorũ, nec exaudies. et hoc q̃ nõ exaudies, facis mihi nõ ad inſipientiã, ut inſipiẽs ſiã: ſed ad magnã ſapiẽtiã, ſ. ut diſcãt mei, nõ eſſe orandũ uerbis delictorũ.

Aliter, in perſona capitis: Deus meus, clamabo
per diem, id eſt, per totū illud paſſionis tempus,
quod fuit ante noctem, id eſt, crucis mortem. &
non exaudies, quia permittis conſpui, irrideri,
uerberari & multa indigna pati. Et nocte .i. in
crucis pœna cum ſol obſcurabitur. Et non exau
dies, quia permittis in cruce mori. Et hoc mihi
facies non ad inſipientiam, ſed ad magnam ſapi
Heb. 2. entiam. Oportebat enim eum qui multos filios
adducturus erat in gloriam patris, autorem ſa-
lutis eorum, per paſſionem conſummari. *Tu au
tem in ſancto habitas*. Quaſi dicat: Tu uideris me
dereliquiſſe, quia tot indigna pati permittis, &
foris non liberas. tu autem, ſ. nō derelinquis, qa
in ſancto habitas, me ſcilicet aſſumpto homine,
quem inhabitando ſanctum facis, operando oc
culte ſalutem, me foris non ſaluando. *laus Iſrael*,
id eſt, qui nunquā tuos deſeris, ſcilicet per quem
eſt laudabilis omnis Iſrael, id eſt, omnis q te ui-
det per fidem & ſpem. laus iſrael, cuius habitati
one laudabilis efficitur iſrael, uel quem ſolū me
rito laudat Iſrael, quia nūquā derelictus. & hoc
oñdit p partes. *In te ſperauerūt patres noſtri*, Mo
yſes & Aaron & alij multi. *ſperauerūt, & libera
ſti eos* de manu Pharaonis & Aegyptiorū, & de
manu omnium inimicorum ſuorum. *Ad te cla-
mauerunt*, ſicut in deſerto, *& ſalui facti ſunt*. miſiſti
eis manna, dediſti aquam de petra. *In te ſperaue-
runt, & non ſunt confuſi*: quia & interius & exte
rius ſaluati. Dediſti eis quod promiſiſti, ſcilicet
terram promiſſiōis, & uitam longæuā, & pro-
creationem filiorum. Ego *autem ſum opprobrium
hominum*, Iudęorum, dicentium ad ignominiam:
Ioh. 9. Tu diſcipulus eius ſis. nos Moyſi diſcipuli ſu-
mus. *Et* nō ſolū hoim, in quibus poſſunt maio
res intelligi, ſed etiam *abiectio plebis*, id eſt, uiliſſi
morū de illo populo. Extra ciuitatem enim me
eiecerunt, cōſpuerunt faciem meā, alapas dede
runt. Ac ſi dicat: Oēs illi quia in te ſperauerunt,
nō ſunt a te derelicti. ego aūt, ſ. uideor derelict⁹,
cū tñ ſim illis oībus maior, quia ſum *uermis*,
ſcilicet natus de uirgine matre ſine patre, quē-
admodum uermis de ſolo ligno uel terra, ſcili-
cet ſum homo ſupra homines, quia immunis a
peccato. Et quanquam homo ſupra homines, ta
men *non homo* tantum, quia deus, quia uerbum
Ioh. 1. caro factum eſt. Vermem eū uocat propheta,
Iſa. 41. q aie: Noli timere uermis Iacob. *Oēs uidentes me*,
ſcilicet humilitatem & patientiam meam & nul
lū adiutorem, aperte. *deriſerūt me*, dicentes, aue
Mat. 27. rex iudæorū. *locuti ſunt labijs* mala quæ in cor-
de habebant, *& mouerunt caput* inſultando, ſci
Luca. 23. licet omni genere irriſionis me deriſerunt, ſ. di-
centes: *Sperauit in domino*, filium dei ſe fecit. *eri-
piat eum* de manibus noſtris. *ſaluum faciat eum*, fa
ciendo deſcendere de cruce, *quoniam uult eum*, ſ.
ſaluare. Quaſi dicat: Illi putant me derelictum,
quia aperte nō liberas ea liberatiōe qua ipſi pu
tant me liberandum, ſi mecum eſſes. Tu autem
domine ne diſceſſeris a me, ſcilicet da mihi con

ſtandā in paſſione, & reſuſcita a morte, quia nul
lus eſt qui eripiat niſi tu. *quoniam tu es qui extra-
xiſti me de uentre*. nullo hominum me concipien
te, nullo uiam aperiente. Ex tua ſolius operati-
one humanam ſumpſi naturam, ad te ſolum ma
xime pertineo. ideo non diſcedas a me, quia tu
es *ſpes mea*. Tamen *ab huberibus matris meæ*, ſcili
cet ex humana infirmitate, q̄ hubera materna
ſuxi, ſpem habeo in te, non ex diuinitatis poten
tia. uel a b ipſa pueritia, quę pronior ſolet eſſe ad
malum. Et merito tu es ſpes mea, quia *in te pro-
iectus ſum ex utero*, id eſt, ab alijs omnibus longe
remotus, qui cōiecti ſunt in Adā. porro iactus
ſum in te, quia natus ſum ad imaginem & ſimi
litudinem tuam, ut ait Apoſtolus: Induite no- Ephe. 4.
uum hominem qui ſecūdum deum creatus eſt.
Et reuera in te, quia *tu es deus meus*, non ego, ut
infelix Adam. Et quod te deum habeo, *de uen-
tre matris meæ* eſt hoc. i. ex illa natura quam ac-
cepi in utero matris. Nam de te non es tu deus
meus, ſed pater meus. Aliter, ſecundum ordi-
nem: Deriſerunt me. Et hoc ideo, quoniā tu es
qui extraxiſti me de uentre, id eſt, quia tu uolu
iſti ut pro eis mortalis & paſſibilis fierem: & ta
lis, in quem hæc omnia fieri poſſent. qui in diui
nitate æqualis mihi, fact⁹ es ſpes mea ex huma-
nitate. Et quia me tantū humiliaſti, noli me de-
ſerere. Aliter: Ideo me perſecuti ſunt, ideo deri-
ſerunt: quia diſſimilis illis eram, nulla alia de cau
ſa. Et hoc eſt quod dixit, Quoniā tu es qui ex-
traxiſti me de uentre, id eſt, de umbra & obſcu
ritate legis, quæ eſt quaſi uenter ſynagogæ. Hoc
modo extraxiſti, factus ſpes mea ab huberibus
matris meæ, id eſt, a carnalibus obſeruatiōibus
legis, in qua natus ſum, ut in tua iuſtitia confide-
rem, non in iuſtitia legis: quia ex operibus legis Ro. 3.
nullus iuſtificatur, ſed per gratiam tuam. Datæ
ſunt enim carnales obſeruationes, non ut iuſtifi
carent, ſed ut rudem illum populum quaſi ele-
mentis quibuſdam erudirent, ut tandem a car-
nalibus ad ſpiritualia tranſirent. Et merito tu es
ſpes mea, quia in te proiectus ſum ex utero, in
te ſolum poſui ſpem meam exiens de utero, id
eſt, de umbra legis, in lege gratiæ. Et quia in te
ꝓiectus ſum, ideo tu es deus meus, ſcilicet ſpes
mea de uentre matris meæ, ſ. ex q̄ me inde ex-
traxiſti. Ergo *ne diſceſſeris à me*. Oſtende modo
quod mecū ſis, me reſuſcitando à mortuis, ſic-
ut tūc cum extraxiſti de utero matris. Et opus
eſt ut non diſcedas, *quoniā tribulatio proxima eſt,
quoniam non eſt qui adiuuet*, niſi tu. Oſtēde quomo
do ſit proxima. *Circundederunt me uituli multi*, ſci
licet laſciuiens plebs iudaica, non ad imitandū,
ſed ad perſequendum. *Tauri pingues obſederunt
me*. Principes iudæorum, tauri propter ſuperbi
am. pingues, id eſt, adipati malitia. *Aperuerūt ſu
per me os ſuum*, dicentes, crucifige. uel mortis ſen
tentias in me dederunt. quæ ſententiæ ſuæ fue-
runt, id eſt, ex mendacio, nō ex ueritate. *ſicut leo
rapiens*, quādo cum gladijs & fuſtibus me com Ioh. 18.

prehenderunt. *& rugiens*, uociferando in me. *Sicut aqua effuſus ſum* uiliter & ſine ulla iactura,
ut illis uidebatur. *Et diſperſa ſunt omnia oſſa mea*.i.
fortes mei, apoſtoli ſcilicet: qa ſicut caro in oſſi-
bus roboratur, ita & corpus Chriſti quod eſt
eccleſia, in apoſtolis roboratur. diſperſa ſunt.i.
in diuerſas partes fugerunt. *Factum eſt cor meum
tanquam cera liqueſcens in medio uentris mei*, id eſt,
ſcripturę ſacræ, in quibus latebat uolũtas mea,
infirmatæ ſunt in medio uentris mei.i. in corde
infirmorum meorum. *Aruit tanquam teſta uirtus
mea*, id eſt, uirtus meorum aruit in illis, id eſt, de-
fecit, ſicut humor deficit cũ exiccatur teſta ad
ignem, ita uirtus meorum paulatim cœpit eua-
neſcere accedente igne paſſionis. *Et lingua mea
adhæſit faucibus meis*, omẽs mei quaſi muti facti
ſunt, qui prius erant lingua mea, id eſt, prædica
tores mei. *Et in puluerem mortis deduxiſti me*, id
eſt, permiſiſti me in ſepulchro includi, quaſi ſol
uendum in puluerem. Aliter: Illi me circunde-
derunt, illi ſententias mortis in me dederunt, &
in ſepulchro clauſerũt: ſed fruſtra, quia effuſus
ſum per totum mũdum ſicut aqua, ſcilicet alijs
in ruinam, alijs in ſalutem. Non credentibus, in
ruinam: credentibus, in ablutionem criminum.
Lucæ.2. Vnde illud, Ecce hic poſitus eſt in ruinam & in
reſurrectionem multorum. Et ut effunderer, di
ſperſa ſunt omnia oſſa mea, id eſt, prædicatores
mei firmati à ſpirituſancto, ut eſſent quaſi oſſa
& robur corporis mei, diſperſi ſunt ad prædi-
candum in uniuerſum orbem. Factum eſt cor
meum tanquam cera liqueſcens in medio uen-
tris mei, id eſt, poſt ignem paſſiõis aperta eſt &
manifeſtata ſcripturarũ duritia. in medio uen-
tris mei, id eſt, in memoria meorum firma. ad ſi
militudinem, quia quod in medio eſt, ſolet fir-
mius inhærere. Memoria accipitur pro uentre
ea ſimilitudine, quia ſicut in uentre multa recon
duntur, ita & in memoria. Aruit tanquam te-
ſta uirtus mea. In igne paſſionis non eſt infirma
ta uirtus mea, ut illi putabant. ſed aruit.i. firma
ta eſt ſicut teſta. quia de paſſibili factus ſum im-
paſſibilis, de mortali immortalis, tãquam teſta
prius humida & fragilis, appoſita ad ignem, in-
dureſcit. Et poſt paſſionem lingua mea.i. lingua
meorum. adhæſit faucibus meis.i. non ceſſaue-
runt mei à prædicatione. Tũc enim uidetur lin-
gua faucibus inhærere, cũ frequens eſt in locuti
one. Et per illos in puluerem mortis deduxiſti
me.i. in corda gentilium duxiſti, qui prius erant
puluis mortis.i. aridi & ſine humore uerbi dei.
Ille dicitur mortuus puluis, qui ſine humore eſt,
& facile a uẽto rapitur. Aliter: Tu autem in me
ſancto habitas, quod illi non credunt qui ſic di-
cunt: In te ſperauerũt patres noſtri. ſperauerũt,
& liberaſti nos. Hic nihil mutatur, niſi quod in
perſona perſequẽtium hæc dicuntur: uſq;, Ego
autem, ſ. nõ uideor illis dignus tua ſaluatione.
quia ſum ita uilis, & ita uideor conculcãdus ut
uermis, & nõ uideor illis homo, & ideo oppro

briũ hominũ, ut ſupra. Locuti ſunt labijs, Vah
qui deſtruit templum dei. Et mouerunt caput Mat. 27.
inſultãdo. Et merito foris mouerunt caput, qa
remouerant intus in cordibus ſuis Chriſtum ue
rum caput, & aſſumpſerant ſibi multa inimico
rum capita. Et cætera, ut ſupra: uſq;, & in pulue
rem mortis deduxiſti me. Et bñ, deduxiſti: non
enim potuerunt occidere niſi permiſſi. Hinc ſit
tranſitus ad illum uerſum, *Tu aũt domine ne elon
gaueris auxilium tuum à me*. quia morti me trade-
re permittis, noli elongare meam reſurrectio-
nem uſq; ad cõmunem reſurrectionem, ſed *ad
defenſionem meã conſpice* ſcilicet uiſa morte mea,
cogita de reſurrectiõe mea. uel ad defenſionem
meam, ſcilicet dãdo robur, ne in tormentis de-
ficeret. Et opus eſt tua defenſione, *quoniã circum-
dederunt me canes multi*, inimico blandientes, con
tra autorem ſalutis oblatrantes: Non hunc, ſed Ioh.18.
Barraban. *Foderunt manus meas & pedes meos*, cru
ci clauis affigentes. *Dinumerauerunt oĩa oſſa mea*,
id eſt, ſic in cruce extenderũt, ut omĩa oſſa mea
comminuerent ad numerandum. *Ipſi uero*, ſcili
cet tam excæcati, tam crudeles. Alij enim miſer
ti ſunt. *Conſiderauerunt* me clamãtem Eli Eli, &
deſpexerunt. Aliter: ipſi nõ mutati, non ad mi- Mat.27.
ſericordiam moti, conſiderauerunt, id eſt, dili- Mar.15.
genter notauerunt omnia quæ paſſus ſum, nul-
lo ſubueniente. *Et inſpexerunt me*.i. inferius tantũ
aſpexerunt, non ſuperius, attendentes me homi
nem, & non cognoſcentes deum. *Diuiſerunt ſibi
ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſor-
tem*. Quædam ueſtis fuit inter ueſtimenta domi
ni, quam milites ſicut alia non diuiſerunt, interu
la ſcilicet. Hanc, quia conſuta non erat, ſed deſu
per contexta, noluerunt ſcindere: ſed ſortes mi
ſerunt cui contingeret. Ipſi tam crudeles in me
extiterunt. tu autem domine, cui obediui in his
omnibus, ne elongaueris auxilium tuum. quia
multum appropinquabit impugnatio eorum.
Illi cõſpexerunt ad impugnationem meam, tu
autem conſpice ad defenſionem meam, ſcilicet
reſuſcita me. Aliter: Circũdederunt me in meis
canes multi, lacerantes meos canino dente. *Con
cilium malignantium obſedit me*, id eſt, meos. ut il- Pſal.118.
lud, ſederunt principes & aduerſum me loque
bantur. Foderunt manus meas & pedes meos,
id eſt, doloſe cogitauerunt ſubuertere opa mea
& affectiones meas. ut illud, domine recordati Mat. 27.
ſumus quia ſeductor ille dixit, poſt tres dies re-
ſurgam. iube ergo cuſtodiri ſepulchrum. Simi-
liter opera & uoluntates meorum foderunt, cũ
eos interficiendo, ſalutem hominum quam ope
rabantur & deſiderabant, deſtruere uoluerunt.
Dinumerauerunt omnia oſſa mea. ſicut diligen
ter meos prædicatores quæſierunt ad damnan-
dum, ut certum numerum eorũ ſcirent. Ipſi ue
ro conſiderauerunt & inſpexerunt me.i. meos
in ſpectaculum ſibi fecerunt tãquam eorum lu
dibrium. ut illud, Spectaculũ facti ſumus, ut ca 1. Cor.4.
ptiui qui ducebantur ad publicum ſpectaculũ.

Diuiſerũt ſibi ueſtimenta mea aliqui de illo po
pulo apoſtolos meos, qui ſunt ueſtimenta mea,
Iſa. 49. ut illud, Viuo ego dicit dñs, q a his omibus ue
lut ueſtimento ueſtieris. Partiti ſunt, putantes
1. Cor. 1. diuerſam fidem eſſe in eis. ut illud, Ego ſum Pau
li, ego autem Cephæ. uel ueſtimenta mea. i. ſacra
menta eccleſiæ quibus ueſtior. Alij enim puta-
uerũt in baptiſmo unã immerſionem debere fie
ri, alij duas, & in alijs ſimiliter. Et ſuper ueſtem
meã miſerunt ſortem, ad ſimilitudinem militũ,
qui ueſtem deſuper cõtextã, nõ manibus conſu
tam, nõ diuiſerunt, ſed ſortiti ſunt. quidã charita
tem nõ ualẽtes ſcindere ut alia ſacramẽta, q hęc
nõ unum in plura diuidit, ſed plura in unũ colli
git. ſortiti ſunt. i. gratia dei uelut ſorte cõtinge-
1. Ioh. 4. re intellexerunt. Charitas deſuper cõtexta dici
tur, quia p̃cedit charitas dei charitatem noſtrã,
ut illud, chariſſimi diligamus deũ, qm̃ deus pri-
or dilexit nos. & deus charitas eſt. Tu aũt dñe
ne elongaueris auxilium tuũ a me. ad defenſio
nem meã cõſpice. Iſtud nõ ad hãc ſententiã iun
gitur, ſed ad priorem. Hoc mõ conſpice: *Erue à
framea.* i. a morte. cauſam ꝑ effectu. uel ad dãna
Pſal. 56. tionem iudæorũ. unde illud, lingua eorũ gladius
acutus. *animã meã* uitam meã. *Et de manu canis.* i.
de poteſtate iudaici populi, cæco more latrãtis,
unicã meã. i. ſolam ſine pc̃tõ, uel tibi unicam, uel
de manu inferni, qui canino more omnes auide
deuorat. uel erue me de morte, ut hoc mõ unica
mea. i. eccleſia unice delecta, eripiatur de pote-
ſtate diaboli. *Salua me ex ore leonis*, diaboli uel
terrenæ poteſtatis. *Et à cornibus.* i. a ſuperbia iu-
dæorum *unicorniũ* in lege ſingulariter ſuperbi-
entium, & gentiũ aſſumptionem reſpuentium.
uel ideo unicorniũ, quia uno intellectu legis ali-
os uentilãt. uel a ſatellitibus dæmonum *humili-
tatẽ meã*. Et quo fructu te petis liberari? *Narrabo
nomen tuũ fratribus meis.* Hucuſq; de paſſiõe Chri
ſti, deinde de eius reſurrectione. Auguſtinus di
cit hæc q̃ ſequuntur, nõ adeo eſſe neceſſaria, ſed
pro cõmodo cauſæ ſuæ inducit, ꝓpter hæreti-
cos quoſdã futuros, qui dicerent eccleſiam Chri
ſti nõ eſſe niſi in una parte terrarũ, ut Donatiſtę,
qui in ſola Aphrica. i. apud ſe dicebant Chriſtũ
eſſe, trahentes teſtimoniũ de Canticis cãticorũ:
Cant. 1. Vbi cubas? In meridie. Narrabo nomen tuũ. i.
gloriã tuã. fratribus meis, apoſtolis ſ. Et per il-
los *in medio eccleſiæ laudabo te.* non in Iudæa tm̃,
ſed in cõi eccleſia, q̃ erit cõiuncta ex utroq; pari
ete iudaici populi & gentilis. uel in cõi catholi-
cæ eccleſiæ, nõ in quadã parte, dicens: *Qui time-
tis dominũ, laudate eũ* nõ pauci, ſed omnes. nolite
q̃rere ueſtrã laudem, ſed creatoris noſtri. Oſten
dit per partes qui ſint timentes dñm. *uniuerſum
ſemen Iacob, glorificate eũ.* i. omnes pertinẽtes ad
Iacob, ſiue iudæi, ſiue gentes: dãdo terrena, mer
cando cæleſtia q̃ retro ſunt obliuiſcentes, in an-
teriora uos extendentes. *Timeat eum omne ſemen
Iſrael.* Euntes in ꝓfectu, uel ſemꝑ luctãtes, q mi-
nores ſunt hortatur glorificare: iſraelitas, q ſunt
maiores, timere: ſ. illis opus eſſe laude & operati
one, qui ſunt in ꝓfectu, ne deficiãt: iſtis opus eſſe
timore, ne per elationem cadãt. Ideo timeat ti-
more caſto, *quoniã non ſpreuit deprecationẽ paupe* 2. Cor. 8.
ris, meã ſ. qui cũ diues eſſem, factus ſum pauꝑ.
nõ ſpreuit me deprecãtẽ ꝓ me, *neq; deſpexit* de-
precantem ꝓ meis, quemadmodũ inimici fece-
runt. *Nec auertit faciẽ ſuã à me*, ſ. paupere, qui pri
us auerterat à diuite Adã. qui nõ rapinã arbitra
tus eſt eſſe ſe ęqualẽ deo. *Et in hoc apparet, quia
cũ clamarẽ ad eũ, exaudiuit me.* Clarificaui, & iterũ Phil. 2.
clarificabo. Et ideo *apud te laus mea.* i. meorum Ioh. 12.
apud te, ut nõ ſol' iudæus tibi ſoli placeat. *In ec-
cleſia magna*, facta magna & aucta uirtutibus ꝑ
reſurrectionem meã, q̃ prius parua erat morte
mea. uel in eccleſia magna. i. toto orbe diffuſa,
cõtra hæreticos. *Vota mea reddã in cõſpectu timen
tiũ eũ.* i. myſteriũ corporis & ſanguinis mei offe
ram eum his, qui in tuo timore hoc celebrãt. Et
reddendo uota *edẽt pauperes.* i. humiles oĩa dño
attribuentes, & nihil de ſe p̃ſumentes. edent me
. i. ſacramentũ corporis & ſanguinis mei ſumẽt.
& ſaturabũtur, imitãdo me & ſe ipſos tradendo:
quia edere dñm hoc eſt, eũ in oĩbus uelle imita
ri, & illi uniri. *Et in illa ſaturitate laudabunt domi-
nũ.* quia hæc eſt uera laus dei, in oĩbus pro poſſe
Chriſtũ imitari. Illi laudabũt, *qui prius requirũt*,
eũ per fidem & ſpem. uel requirũt eũ. illi em̃ re-
quirunt, qui q̃ſiti a dño & redempti, eũ toto de
ſiderio petunt, oĩa alia poſtponentes, ut illi ad-
hæreãt. Et merito laudabunt, quia *corda eorũ.* i.
deſideria cordis eorũ. *uiuẽt in ſeculũ ſeculi*. Et nõ
ſolũ pauperes de iudaico populo, ſed etiã genti
les *reminiſcẽtur* dñi, qui prius obliti erãt. *Et con-
uertẽtur ad dominũ* qui prius auerſi erant, dantes
honorẽ creaturis, quem deberent creatori. uni-
uerſi *fines terræ.* i. de tota terra. *Et cõuerſi adora-
bũt in cõſpectu eius.* i. in corde puro, ubi ipſe ſolus
cõſpicit. uel in cõſpectu eius, nõ in cõſpectu ho
minum. *uniuerſæ familiæ gentiũ.* i. de uniuerſis fa-
milijs gentium. Hoc iterũ cõtra hæreticos. Põt
& hoc totũ de gentibus dici, ut illud prius dictũ
eſt de iudęis. i. apoſtolis & alijs credentibus. Vo
ta mea. i. eadem uota q̃ ego perſolui, ſ. uota oĩm
p̃cium redemptiõis eorũ, qđ ego perſolui mor
te mea, eadem reddã, non ego ipſe in me, ſed in
cõſpectu timentiũ eum. i. in intellectu eorũ, qui
cognoſcunt miam dei per me exhibitã, & eum
timent timore caſto. Et nõ ſolũ fideles Iudæi, q
prius diuites erãt in cognitiõe mãdatorum dei,
ſed etiã pauperes. i. gentiles inopes mente, quan
tum ad cognitionem dei, edent & ſaturabũtur.
& ſic laudabunt dominum qui requirunt eum.
Iſti ſunt illi pauperes qui comedent, ſcilicet re-
quirentes eum. hoc modo requirent. Remini-
ſcentur & cõuertentur ad dominum. Et nõ ſo
lum de uniuerſis finibus terræ, ſed etiam adora-
bunt in conſpectu eius, id eſt, digne eius acce-
ptione. uniuerſæ familiæ gentium, id eſt, maio
res & minores. Et merito, *quoniã domini eſt regnũ*
. i. q a iã facti ſunt regnũ domini in uictoria cru-
cis, qui prius erant regnum inimici. *Et ipſe ſcili-*

cet qui dominus eſt, non tyrannus, *dominabitur gentium* miſericordi dominio, quæ prius fuerāt ſub crudeli tyranno. *Manducauerunt & adorauerunt oēs pingues terræ.* Hoc poteſt ſic legi, ut referatur ad hocquod dixit, uniuerſæ familiæ gentium. & reuera uniuerſæ, qa pauperes & diuites. De pauperibus dictum eſt, nūc ſubiungit de diuitibus. Aliter: Dictum eſt quia edēt pauperes, ſ. pauperes & re & ſpiritu. illi edent dominum, quia alium cibum animæ ſuæ in hoc mūdo deſiderabunt. Et illi qui hic eum edent, ſaturabuntur. quia ſic eorum animā amor dei reficiet, ut ultra nihil deſiderent, quia tādem erit eo omnia in omnibus. Et non ſoli pauperes, ſed etiā omnes pingues terræ. i. omnibus modis pingues, ſ. uel
1.Cor.15. diuites in terrenis, uel malitia ſaginati. Etiam tales māducauerunt dominū non corde, ſed ore: & adorauerunt foris, non intus. Et quanquam tales foris manducent & adorent in conſpectu hominum, & per hoc ſe ſtare putent in domino, tamen *in cōſpectu eius cadent*, ſcilicet intus in anima ubi ipſe ſolus uidet, *omnes illi qui deſcendūt in terram*: quorum cor illo pane ſurſum non erigitur deſiderio, ſed ad terrena deſcendunt per illicitā cupiditatem. Qui enim corpus & ſanguinē do-
1.Cor.11. mini ſumit indigne, iudicium ſibi mañducat & bibit. Probet autem ſeipſum hō. Pingues terræ manducabunt, & non ſaturabuntur: imo per illam manducationem cadent, id eſt, damnabuntur, quia magis terrena quàm deū deſiderabant. Et *anima mea*, id eſt, anima meorū, *illi* ſ. adhærendo, non terrenis, *uiuet*. Hæc eſt enim uita ęterna, ut cognoſcant te uerum deum. Illi poſſunt dici
Ioh.17. anima Chriſti, qui omnia reliquerunt, & ſecuti ſunt eius uoluntatem, ut apoſtoli & alij perfecti uiri. Et *ſemen meū* .i. imitatores mei. *ſeruiet ipſi*, ſ. imperfecte, ut à ſeruitute tādem ueniat in libertatem. Aliter: Anima mea. i. perfectorum meorum illi uiuet mortua ſeculo, uiuet ſoli deo. illi ſoli ſeruiet. Et ſemē meum .i. imitatores meorum, qui tamen mihi deputantur. ſeruiet ipſi, non hominibus. Et hoc non in breui. *annunciabitur enim domino generatio uentura.* Tangit quod in ueteri teſtamento pſiguratum eſt, quādo dictum eſt: Si cuius frater ſine hærede mortuus fuerit, ſup-
Deut.25. ſtes frater ducat eius uiduam, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Ita Chriſto eccleſiæ ſpōſo mortuo ſecundū carnem, & poſt ab oculis fratrū ſublato, qſi ſine hærede: quia adeo pauci erāt ſui, ut qſi nulli uiderent: fratres defuncti. i. apoſtoli, eā aſſumpſerunt, & ỽbo fidei multos filios genuerunt nō ſibi, ſed dño. Vnde dicitur: Annunciabitur. i. aſſcribetur dño, nō prædicatoribus noui teſtamenti, generatio uentura. Ego plantaui,
1.Cor.3. Apollo rigauit, deus aūt incrementū dedit. Et hoc mō, qa *annūciabūt celi*. i. pdicatores alti uirtutibus & miraculis *iuſtitiā eius*, non ſuā, *populo qui naſcetur* per gratiā. Quis eſt ille? *Quē fecit dominus.* Veterem populū fecit Adā ſui cōformatione, ſ. ſeruus: nouū uero populū fecit dñs, qa gratis iuſtificauit ſine pcedentibus meritis. Peccatores enim nos ipſos fecimus, iuſtos autē ſola dei miſericordia. Aliť: Qm̄ tribulatio pxima eſt. i. quia non in rebus extraneis, ſed in meipſo res agitur, & ideo adiuua in paſſiōe ne deficiā. Qm̄ nō eſt qui adiuuet. inimici circundederūt, amici fugerunt. Obſederunt me cōſilijs & accuſationibus. Et nō ſolū hoc, ſed etiā aperuerūt ſuper me os ſuum. Oſtendit quomodo. Sicut leo rapiens & rugiens. crucifige crucifige. Sicut aq̄ effuſus ſum. i. tā uiliter occiſus, ut aqua effundit. Et tunc diſperſa ſunt oīa oſſa mea .i. diſcipuli q debebant eſſe robuſti in fide, fugerunt, iuxta illud pphetæ: Percutiā paſtorem, & diſpergen-
tur oues gregis. Dicit quare fugerunt. Factū eſt, Zach.13.
& cætera .i. doctrina mea adnihilata eſt in illis, Mat.26.
qui cū debuiſſent eſſe firmi, uenter. i. debiles facti ſunt. Et nō mirum, quia uirtus mea. i. potentia mea aruit tanquā teſta .i. fragilis eis uiſa eſt. Et ideo deſperauerunt, quia lingua mea adhæſit faucibus meis, quia nihil contradixit. Et ideo qa deduxiſti me in puluerem mortis, id eſt, putauerunt me ita deduci in mortē, ut fierē puluis ſicut alij. Lingua mea, id eſt, meorū adhæſit faucibus meis .i. adhærebunt ſcripturæ quæ eſt os meum. Et ſic per eos deduces me ad cognitionem eorū qui erant puluis mortis. i. aridi, carentes rore ſpūſſancti. Apud te laus mea in eccleſia
magna, ubi tu laudaberis, laudabor & ego. Ego Ioh.10.
em̄ & pater unū ſumus. Hoc ideo dicit, ne aliqs propter prædictā eius humilitatem eum patri coæqualem eſſe dubitaret. Hoc mō laudabo. uota mea, id eſt, me ipſum reddā, ſ. ſicut cum patre ante ſecula pordinaui. & hoc faciā in cōſpectu timentium eū .i. ita ut timentes eum intelligāt quid ſint illa uota, & pp̄ter qđ ſint uota, nō pp̄ter diuerſitatem, ſed pp̄ter loca & perſonas. Quid ſint intelligent, ſ. dominicum corpus eſſe, non ſolum cōmemorationem, ut quidam hæretici uoluerunt, cū tamen dominus aperte dixiſſet: Hoc eſt corpus meum qđ pro uobis tradetur. &, Hic eſt ſanguis meus qui p uobis fundetur. Mat.26.
& ſic ſententiæ q̄ ſequitur, Hoc facite in meā Mar.14.
cōmemorationem, nulla dubitatio relinquitur. Luc.22.
Panis aūt & uinū à chriſtiana ỽitate dicuntur, nō qđ naturā panis & uini poſt cōſecrationem in ſe retineāt, niſi quātū ad ſpeciem & ſaporē & Contra hæreticos, præcipue Sacramētarios.
odorem. Illi nāq; q carnem in utero uirginis aſſumptā ỽbo ſuo pſonaliter & ineffabiliť unire potuit, q etiā mortalia corpora noſtra imperij ſui potētia faciet imortalia, panis & uini materiā in ſui corporis & ſanguinis naturā trāſferre poſſibile eſt. Signa etiā ſacramenta hæc myſtica ratione uocantur, nō Chriſti, ſed noſtri. Magna enim in eis ſigna & myſteria continentur. Nam materia illa, panis ſcilicet, ex q̄ corpus domini cum ſacerdotali benedictione & deo cooperāte cōficiť, ex granis plurimis mola attritis, cōſperſione aquæ cōiungitur. Vinum qđ in ſanguinē transfertur, ex acinis multis torcularis aut ali-

cuius ponderis impreſſiõe conficitur. Grana uero & acina, cultorum labore cooperante, procreantur. Ita & nos prædicatorum cultura in ſide generati cõſperſione baptiſmatis, poſtea uero bonis operibus dediti, & afflictionum exercitio attriti, multi unum corpus efficimur. Vnde Apoſtolus: Ro.12. Ita multi unum corpus ſumus in Chriſto. Aqua uero quæ defluens eſt, hoc ad ſacramentum conficiendum ad figuram noſtri uino admiſcetur. ita & nos ad modum aquę fluentis, in mortes defluentes, paſſionis dominicæ myſterio efficiente, Chriſto copulamur gratiæ adoptione. Cum uero corpus hoc à fidelibus accipitur, ſignum ē, corpora noſtra adhuc mortalia, per Chriſti paſſionem eſſe reparanda. Per ſanguinis autem acceptionem, animarum intelligimus reparationem. circa ſanguinem potius anima commoratur. Et quamuis hoc ſacramētum à pluribus accipiatur, non tamen (ut uidetur) in partes eſt diuiſum, ſed totum in ſingulis eſt & indiuiſum, Andrea apoſtolo ſic teſtante: Agnus tanquam ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & uiuus. Suſcipitur autem propter iuſtentationem & imitationem in præſenti, & propter remunerationem tādem futuram. Vnde etiam uiaticum dicitur. Et pauperes Chriſti hoc modo intelligentes, edent ſcilicet illud ſacrificium. & ſaturabuntur, id eſt, imitabuntur, ſi oportuerit. Et hoc modo laudabunt qui requirūt eum, non aliud, per illud ſacrificium. & tandem uiuent corda eorū, id eſt, animæ, quia in corde magis principatur anima. Et non ſolum pauperes, ſed etiam illud ſacrificium mãducabunt & adorabunt (quo & ſaturabuntur) diuites terræ. Si ſoli pauperes adoraturi & ſaluandi eſſent, non unque Paulus ad inſtruendum eos diſcipulum 1.Tim.6. ſuum ſic admoneret: Præcipe diuitibus huius ſeculi, non ſuperbe ſapere.

¶Pſalmus Dauid. XXII.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Nam etſi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Et ut inhabitem in domo domini in longitudinē dierum.

Pſalmus Dauid. In hoc pſalmo uox eſt eccleſiæ, recogitātis miſeriam ſuam quam incidit ex culpa primi parentis, nunc autem cognoſcentis ſaluationem ſuam factam per Chriſtum in aſſumptiõe illa matutina. Agit itaq; grates deo, enumerando beneficia eius, & hortatur alios ad amorem dei. Dicit itaq;:

D*ominus regit me.* Rerum dominus cui iure ſeruio. Adam præuaricator me diſtorſit. & à paſcua uitæ, id eſt, à mandatis dei me infeliciter reuocauit, Dominus Chriſtus uerus pa-
Ioh.10. ſtor, qui animam ſuam dedit pro ouibus ſuis, modo regit me .i. doctrina uitæ dirigit. In Hebræo habetur, paſcit. quod idem ualet, quia paſtus animæ, doctrina dei eſt. Et quia talis paſtor me paſcit, *nihil mihi deerit*, quod ad ſalutem & ueram refectionem pertineat. ipſe enim in ſcripturis ſacris mentem meam dirigit. Ideo nihil deerit, quia ut bonus paſtor *in loco paſcuæ*, id eſt, in intellectu ſacræ ſcripturæ in q̄ eſt magna animæ refectio. uel in ſpe futuræ beatitudinis. *ibi me collocauit*. ibi, id eſt, in tanta certitudine, & in tāta abundātia omnimode me locauit, quæ prius fluctuabam quærendo paſcua, id eſt, beatitudinem, nunc hac, nunc illac: nunc in opibus, nūc in honoribus & alijs huiuſmodi. Et ut bonus paſtor poſtquam collocauit me per fidem & intellectum in loco paſcuæ, non ibi deſeruit, ſed *educauit me*, id eſt, enutriuit *ſuper aquam refectionis*, id eſt, doctrinam noui teſtamenti, quę dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati Mat.11. eſtis, & ego reficiam uos. Aliter: Eccleſia poſita in loco paſcuæ, id eſt, in ſpe futurę beatitudinis, oſtendit quomodo illuc peruenerit, per gratiā ſ. Super aquas refectionis educauit me, id ē, poſuit mihi fundamentū aquam baptiſmi, id eſt, ſidem quæ in baptiſmo accipitur q̄ſi fundamentum. quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Heb.11. Et ſuper illam aquam educauit me. Hoc modo *animam meam conuertit*, prius auerſam à creatore ad creaturas, ab immutabili ad mutabilia. Et poſtquam conuertit animam meam per fidem, *deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*, id eſt, fecit me ire de uirtute in uirtutem. Tractum à paſtoribus, qui gregem ſuum deducunt de loco ad locum, id eſt, de una paſcua ad aliam. Et hoc fecit *propter nomen ſuum* glorificandum in me, nō merito meo. Notandum quod dicit, ſuper ſemitas iuſtitiæ: quaſi d. nō ſolum docuit me cuſtodire mādata facilia, quæ uia poſſunt dici, quia à multis propter facilitatem frequentātur. ſed etiam arcta, quæ ſemitæ dici poſſunt, quia a paucis inſiſtuntur propter difficultatem. In hoc apparet quod ſuper ſemitas iuſtitiæ deduxit: quia etſi in

ter impedimenta huius ſeculi uerſer, ducatu illius ſecurus incedam, non timēs labi in aliquod crimen quod me ſeparet ab eo. Et hoc eſt quod dicit. *Nam etſi ambulauero in medio umbræ mortis*. id eſt, licet uiuā inter illos qui in hac uita obumbrant alios diuitijs, uel potentia, uel honoribus, non ad ſalutem, ſed ad perditionem. *Non timebo* ex eorum ſupereminentia *mala*. ſcilicet ut ab eis deuocer. & hoc non ex me, ſed *quoniam tu mecum es*, tam prouidus paſtor, tam bene uigilans ſupra gregem ſuum. Vel in medio umbræ mortis. i. in cōmuni cōuerſatione huius uitæ, quæ non eſt uera mors, ſed umbra, id eſt, imago ultimarum tenebrarum, exteriorum ſcilicet. Non timebo mala, non timebo incidere uitia, quæ mala poſſunt dici criminalia. De quibus dictum eſt, Non regnet peccatum in ueſtro (Ro 6.) mortali corpore. Eſt peccatum ad mortem, pro (1. Ioh. 5.) hoc non dico ut quis oret, ſcilicet tantum. Vel in medio umbræ, id eſt, in communi illius ignorantiæ quæ eſt mortis, id eſt, quam habeo ex mortalitate & paſſibilitate. Non timebo mala, ut grex ille non timet aliqua mala, ſcilicet uel incurſus luporum, uel raptus furū, uel aliquid huiuſmodi, qui bonum habet paſtorem. Ideo non timebo mala, quia *uirga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*. ut diſcretus paſtor habes uirgam, qua errantes oues & agnos leniter corrigas. habes baculum, quo maiora animalia & fortiora ab erratu coerceas. uirga tua, id eſt, mitis diſciplina, qua me errantem corripis, ſcilicet infirmitas uel aliqua huiuſmodi aduerſitas. Et baculus tuus, id eſt, grauis tribulatio, ipſa me cōſolata ſunt. quaſi dicat: non ſolum quod parcis, in eo conſolaris me: ſed & in eo quod flagellas. (Heb. 12.) quia quem pater diligit, corripit. Aliter: Virga tua, id eſt, flagellatio tua parua uel magna. & (1. Cor. 10.) baculus tuus, id eſt, ſuſtentatio tua. Fidelis deus qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis. ipſa me conſolata ſunt. Non aliam cōſolationem quæſiui. hoc modo ſunt conſolata. quia & ſi foris amaritudo tribulatiōis, tu tamen *paraſti ea menſam*, id eſt, refectionem. *in conſpectu meo*, id eſt, in oculis animæ meæ. iuxta illud, qn̄ enim infirmor, tūc fortior ſum & potens. (2. Cor. 12.) Et in Canticis canticorum, Nigra ſum, & formoſa. (Can. 1.) *Aduerſus eos qui tribulant me*, id eſt, hoc feciſti cōtra quàm illi putent. illis enim diſciplina tua in præſenti non gaudium uidetur, ſed mœror. (Heb. 12.) Aliter: Non ſolum diſciplina tua me conſolata eſt, ſed etiam paraſti in conſpectu meo menſam, id eſt, doctrinam legis tuæ, qua non iam ut paruulus lacte nutriar, ſed in uirum perfectum eruditus, ſpiritali dente ruminās eius ſententias, poſſim reſiſtere peruerſis. Hæc eſt illa menſa quæ poſt laborem me reficit. Et hoc modo *impinguaſti caput meum*, id eſt, mentem meam *in oleo*, id eſt, ſpirituali lætitia, & eadem doctrina tua, quæ eſt oleum mentis meæ. ideo, quia eam exhilarat promiſſione præmij poſt laborem. *Calix meus inebrians*, ſpirituali gaudio ita mentem meam replens, ut nō ſentiam mala exteriora. Hoc modo facta calix inebrians, *quàm præclarus eſt mihi*, etſi non alijs ita uideatur. Aliter: Imitatio paſſionis tuæ, mihi facta calix inebrians, id eſt, dulcis potus. & faciens obliuiſci omnia tormenta. quàm, id eſt, ualde præclarus eſt, etſi alijs uideatur obſcuritas & ignominia, mihi uidetur magna claritudo. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce dn̄i mei Ieſu Chriſti, per quem mihi (Gal. 6.) mūdus crucifixus eſt, & ego mūdo. Quaſi dicat: Non ſolum doctrina tua me conſolatur, ſed etiam imitatio paſſiōis tuæ. *Et miſericordia tua ſubſequetur me*. Quaſi dicat: Præceſſit miſericordia tua uocando per fidem, ſecuta eſt in cuſtodiendis mandatis, & ſubſequetur me *omnibus diebus uitæ meæ. &* tandiù ſubſequetur, uſque dum *inhabitem in domo domini*, id eſt, uſq; dum a tabernaculo iſto in quo ad tempus milito, ueniam ad Ieruſalem, id eſt, ad uiſionem pacis in qua habitat dn̄s. & ibi manebo *in longitudine dierum*. i. in claritate nunquam deficienti.

¶ Pſalmus Dauid in prima ſabbati. XXIII.

DOmini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eum. Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam à deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem dei Iacob. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Pſalmus Dauid prima ſabbati. Sabbatum uocatur tota hebdomada apud Hebræos, noīata ab ultima die. Prima ſabbati, eſt dies reſurrectionis, ante cuius ortum dominus reſurrexit. Totum illud tempus domini, quod fuit ante reſurrectionem a lapſu Adæ, nox dici poteſt propter tenebras peccatorum, quibus humanum genus inuoluebatur, & cæcitatem mentis. Totum autem tempus hoc de reſurrectione dominica uſque in finem ſeculi, poteſt uocari pri-

ma ſabbati.i.prima dies hebdomadæ,in q̃ Chri
ſtus uerus ſol aſſumpta immortalitate,mundo
lucem dedit nunquã deficientem. Eſt ergo pſal-
mus iſte Dauid prophetæ, in cõſideratione illi-
us diei, qua Chriſtus uictor à mortuis reſurre-
xit,deuicto mortis principe,& eius regno ſpoli
ato:hortantis oẽs ſ. huius mundi principes, &
p̃cipue iudæos rebelles & incredulos, ut Chri-
ſto uictori cõgaudeant,& triumphantem cum
gaudio ſuſcipiãt, ad ſimilitudinẽ principũ hui-
us ſeculi,qui triumphatores ſuos redeũtes cum
magno gaudio ſuſcipiunt, & ampliant portas
ſuas,ut ingredientibus & egrediẽtibus cũ pom
pa nihil obſtet. Dicit ergo:

PRincipes huius ſeculi, *attollite ueſtras portas*,
id eſt,auferte à uobis cupiditatem ueſtram
& timorem,per quas eſt introitus ad mortem.
hæ ſunt principales portæ ad omne peccatum,
qđ ducit ad mortem. Omnes hortatur, ſed p̃ci
pue principes: q̃a hi maxime per has portas ad
infernum deſcẽdunt. *Et o æternales portæ*,amor
proximi & timor dei,caſtus ſ.*eleuamini*, quæ ia-
cuiſtis uſq; mõ proſtratæ à caſu primi parentis.
nũc apparete in hominibus, ut per uos introeat
Chriſtus corda fidelium. *Et introibit rex gloriæ*,
non rex ignominiæ. Reges terreni ſunt reges
ignominiæ. Ex ignominia enim,id eſt,ex uirtu-
tum defectu,homo hominem ſibi regẽ fecit,qui
coerceret ab illicitis. Nõ enim eſt iuſtis lex poſi
1.Tim.1. ta,ſed iniuſtis. Si enim manerent homines q̃les
creati ſunt à deo in primis parentibus,non eſſet
alius alio inferior. Chriſtus eſt rex gloriæ, quia
regendo glorioſos facit, cui ſeruire regnare eſt.
R̃ſio principũ: *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Etſi hæc
uerba nõ dicãtur, in euidentia tamen rerũ appa
ret. Propheta: *Dominus fortis* in paſſione, *& po-
tens* in reſurgẽdo. uel fortis, quia ſuperauit mor
tem: potens,ſ. potens in p̄lio contra diabolum,
eum uincens & ſpolia eius diſtribuens. uel for-
tis in carne, potens deitate. uel fortis, q̃a uicit for
tem.i.diabolum. Potens,quia ſpoliauit infernũ.
Dominus potens in prælio. repetitio hæc, aggratu
latio eſt. Deinde conuertit ſe ad principes tene-
brarum, qui illas auferendas portas in hoĩbus
erexerãt. & dicit: *O principes*.i.dęmones,q uſq;
mõ principatum habuiſtis in hominibus, *attol-
lite ueſtras portas*, ſ. uitia per quæ ingredimini
ad homines. *Et o æternales portæ*.i.uirtutes *eleua
mini* in cordibus hominum,q̃ prius deiectæ fu-
Ro.6. iſtis. Cum enim ſerui eſſetis peccati,liberi fuiſtis
iuſtitiæ. Reſponſio dæmonũ. *Quis eſt iſte rex glo
riæ?* Reſponſio: *Dominus uirtutum*, dominus an-
gelorum, *ipſe eſt rex gloriæ*, nõ alius. Põt & ſic le
gi,ut in primis fiat allocutio ad bonos angelos,
hoc mõ. O principes,ſ.ciues ſuperni, qui inter
cõciues ueſtros homines principatum tenetis,
attollite in hominibus portas ueſtras.i.adiuuate
ut uirtutes ueſtræ quas nunquã deſeruiſtis, eri
gantur in hoĩbus,q̃ uſq; mõ deiectæ iacuerunt.
Et o æternales portæ.i.angelicæ uirtutes,q̃ ſem
per in eis fuiſtis & ſemp̃ eritis,eleuamini in ho-
minibus. Et introibit rex gloriæ,ut ſupra. Re-
ſpõſio angelorũ: Quis eſt iſte rex gloriæ? nos pa
trem & filiũ ſemper ſimul uidimus. iſte rex glo
riæ quis eſt? Hoc poſſunt dicere illi ſpũs qui ſem
per cum deo fuerunt, & nunq̃ miſſi ſunt ad co
gnoſcendã hũanitatem Chriſti. Dominus fortis
& potens, ut ſupra. Deinde fit cõuerſio ſermõis
ad malos angelos, ut ſup. Attollite portas prin
cipes ueſtras? Hoc non mutatur. Q.d. Ego hor
tor uos o principes, ut uictori Chriſto regi glo-
riæ cõgaudeatis, & illi aperiatis. Et merito, quia
domini eſt terra, q̃ prius erat inimici terra.i.omes
illi qui initiati eccleſiaſticis ſacramentis, hoc mõ
culo, terra dici poſſunt. *Et plenitudo eius*,ſ.ẽ dñi
.i.p̃fecti illius terræ,ſ.eccleſię,illi ſ.q ſunt pleni fi
de & bonis operibus. Et hæc terra nõ in quadã
parte mundi, ut quidã uolunt, eſt eius, ſed orbis
terrarũ. Et ne quis acciperet dictũ eſſe de hoĩbus,
bonis ſ. & malis, in eo qđ dixit, *orbis terrarũ*.i.
in toto orbe terrarũ, determinat q̃s dicat eſſe in
uictoria illa acquiſitos. Hoc mõ: Dixi qđ orbis
terrarũ ſit dñi,ſ. *uniuerſi qui habitant in eo*, non q
inhabitantur, qui mundum ſibi ſubiugauerunt,
nõ ipſi mũdo ſubiecti ſunt. Põt & ſic legi, ut or
bis terrarũ ſit expoſitiuũ illius qđ dixit, plenitu
do eius. Q.d. Hoc eſt plenitudo terræ illius q̃ fa
cta eſt dñi, orbis terrarũ.i.perfecti illi, qui poſ-
ſunt dici orbis.i.extremitas terrarum. quia cõ-
traxerunt ſe omnino a uitijs & concupiſcentijs
huius ſeculi, quorum cõuerſatio in cælis eſt. Et
uniuerſi qui habitant in cælis.i.omnes illi qui p̃
imitationẽ in illis perfectis firmiter manent. Ac
ſi dicat: Perfecti uiri & eorum imitatores ſunt
plenitudo, & hæc plenitudo eſt domini. Et meri
to orbis terrarum eſt domini, *quia ipſe ſuper ma
ria fundauit eũ*.i.in his qui prius mare fuerunt.i.
omnino ſeculares & p̃celloſi, uarijs animi moti
bus ſemper agitati, fundauit hunc orbem, faci-
endo de infidelibus fideles, de perſecutoribus
diſcipulos, quẽadmodum de Saulo Paulum. ut
per maria accipiamus maiores principes, ſ.re-
ges & tetrarchas. *Et ſuper flumina præparauit eũ*
.i. de illis q ſatellites principũ huius ſeculi erant,
ſuos fecit cõuertendo. Aliter: Ipſe ſuper maria
fundauit eum.i. ſuper fluctuatiões huius mundi
q̃bus inuoluebatur ab initio, ſtabiliuit eccleſiã
ſuam in fide, ut iam conculcetur hic mundus &
contẽnatur ab ea. Fides enim Chriſti quaſi mõs
eſt, ſuper quem fundata eſt, ut procellæ huius ſe
culi non poſſint eam mouere, quaſi infirmo & al
tiori loco fundatam. Et ſuper flumina præpara
uit eũ.i. ſuper potentes uel cupidos huius ſecu
li, ut ait Salomon: Omnia flumina intrãt mare, Eccleſ.1.
& mare non redundat ita & potentes huius ſe-
culi quanquam multa acquirant, nunquam ta-
men ſatiantur. Super hæc flumina eſt præpara
ta eccleſia, ut illos prædicet & conuertat. Et q̃a
dictum eſt, Domini ẽ terra: ne quis ſibi fruſtra
applaudat, putans ſe eſſe eius terram, cum non

ſic: deſcribit qui ſint eius terra, præmittẽa inter
rogationem. Quaſi dicat: Ego dixi terram do-
mini fundatam eſſe ſuper maria & eleuatam.
Quis aſcendet in montem domini, uel ad Chriſtũ qui
Iſa. 2. eſt mons præparatus in uertice montium? quis
aſcendis gradibus uirtutum, ut ſit terra eius?
Vel in montem, id eſt, eccleſiam eleuatam à ter
renis ad cæleſtia fide & ſpe. Ego dixi, quia aſcẽ
det? *aut* potius dico *quis ſtabit in loco ſancto eius*,
Luc. 2. id eſt, qs perſeuerabit? quia multi aſcendunt, &
non perſeuerant. ad fidẽ enim accedunt, quæ eſt
locus ſanctus, ſanctificans recte credentes, qui
non ſtant, in ea ocioſe uiuentes. fides enim ſi-
ne operibus mortua eſt. Is aſcendit, hic ſtabit.
Innocens manibus, id eſt, operibus, qui nec ſibi no
cet mala operando, nec alteri. *Et mundo corde*, id
eſt, ab omni mala cogitatione. Oſtendit qui ſit
mundo corde, *qui non accepit*, id eſt, non acceptã
& gratam fecit *in uano*, id eſt, in tranſitoria *ani-
mam ſuã*. ſcilicet qui ſibi non fecit gratiã ullius de
licti, nec animo ſuo. Et propterea etiam *nec iura-
uit proximo ſuo in dolo*, id eſt, ad deceptionem. Sæ
pe enim qui uana huius ſeculi grata animo ſuo
faciunt, ut ea obtineant, in periurium cadunt.
Hic ſcilicet, non alius, *accipiet benedictionem à do-
mino*, id eſt, talis uir erit terra illa cui benedicet
dominus. iuxta illud Apoſtoli, Terra autem ac Heb. 6.
cipiens imbrem & proferens herbam opportu
nam illis a quibus colitur, in benedictione erit,
id eſt, in incremento uirtutum. *Et* ideo talis uir
erit in incremento uirtutum, quia accipiet *miſe
ricordiam à deo*, qui dat & uelle & perficere pro
bona uoluntate. *Salutari ſuo*, id eſt, a quo ſolo ſal Phil. 2.
uari deſiderat. *Hæc eſt generatio*. Quaſi dicat: iſta
ſola quæ tam innocenter uiuit, & nõ alia, eſt ge
neratio *quærentium* dominum per fidem & bo-
nam operationem in hac uita. Et poſt *quærenti-
um faciem*, id eſt, præſentiam *dei Iacob*, id eſt, illo-
rum qui ſunt imitatores Iacob, temporalia ſper
nentes, & æterna deſiderãtes. qui nõ aliud præ-
mium ſuæ innocentiæ quærũt, niſi uultum dei.
Vel, hæc eſt generatio quærentium dominum,
id eſt, hoc modo ut dixi, generantur illi qui quæ
runt dominum.

Pſalmus Dauid. XXIIII.

AD te domine leuaui animam meam, deus meus in te confido, non eru-
beſcam. Neque irrideant me inimici mei: etenĩ uniuerſi qui ſuſtinent te,
non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue.
Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas doce me. Dirige
me in ueritate tua & doce me, quia tu es deus ſaluator meus, & te ſuſti-
nui tota die. Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum
quæ à ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Secun-
dum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Dul-
cis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in uia. Diriget man-
ſuetos in iudicio, docebit mites uias ſuas. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueri-
tas, requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius. Propter nomen tuum domi-
ne propiciaberis peccato meo: multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet dominum?
legem ſtatuit ei in uia quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & ſemẽ eius hæ
reditabit terram. Firmamentum eſt dominus timentibus eum, & teſtamentum ipſius
ut manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo
pedes meos. Reſpice in me & miſerere mei, quia unicus & pauper ſum ego. Tribulati
ones cordis mei multiplicatæ ſunt, de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatẽ me
am & laborem meum, & dimitte uniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos, quoniã
multiplicati ſunt: & odio iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meam, & erue me, non
erubeſcam, quoniam ſperaui in te. Innocentes & recti adhæſerũt mihi, quia ſuſtinui
te. Libera deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

Pſalmus Dauid. In hoc pſalmo uox eſt illo-
rum, qui ſuam miſeriam attendunt, & ſuam fra
gilitatem adeo magnam, ut etiam quiuis uermi
culus poſſit eis nocere. Vel dum de ſe nimium
homo præſumpſit, & quod amiſit per ſuperbi
am & inobedientiam, non poſſe recuperare ni
ſi per humilitatem & obedientiã, imitãdo Chri
ſtum. Poteſt legi in perſona Chriſti primus &
ſecundus uerſus hoc modo:

AD te domine pater *leuaui animam meam*. to-
to deſiderio ad te eam direxi, non ad ter
rena deieci. *Deus meus non erubeſcam* non ſurgen Iohan. 2.
do, qui dixi, ſoluite templum hoc, & poſt tridu-
um reædificabo illud. quia *in te confido*, non in
me, non in alio. *Neque irrideant me inimici mei* Luce. 14.
Iudæi, ut dicant: Hic homo cœpit ædificare, &
non potuit conſummare. Et reuera non erube-
ſcam te ſuſtinens, tua mandata cuſtodiens. *Ete-
nim uniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur*.
Hucuſque in perſona capitis. Legitur autem to
tus in perſona cuiuſque fidelis, ſic agentis cum
domino deo ſuo:

AD *te domine* ſcilicet habendum *leuaui animam meam.* toto deſiderio a terrenis eam
leuaui ad te, non contra te, ut infelix Adam. Et
merito, quia tu es *deus meus*, non ego, nõ aliud.
Et quia tu es deus meus dñe, *in te confido*. omnẽ
Iere.17. fiduciam meam in te cõijcio. Maledictus homo
qui confidit in homine. Et quia in te confido,
non in me, ut infelix Adam, qui rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe æqualem deo, *non erubeſcam*, ut
uſque modo feci, factus ex præſumptione mea
adeo infirmus, ut uiliſſimus uermiculus me affligere
ualeat. redde mihi humiliato & confidẽti
in te illam ualitudinem, quam perdidi per
ſuperbiam. *Neque irrideant me inimici mei*, quia in
te confido. carnales & ſpirituales inimici, qui in
te non confidunt, non irrideant me ſuperatum
& à te deuocatum. Et reuera non confundar,
quia ſuſtinui te, id eſt, pondus præceptorum tuorum.
uel cum patientia expectaui te remuneraturum.
Etenim uniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur,
ſcilicet ab expectatione ſua. *Confundantur*
potius *iniqua agentes*. Illi potius erubeſcant,
q *ſuperuacue*, id eſt, nimis inefficaciter ſunt
iniqua agentes, ſcilicet odio habentes ſeruos tuos
diligentes eos. Si in perſona Christi, iniqua
agentes poſſumus accipere iudæos, in deum autorem
ſalutis, mortem machinantes ſuperuacue,
id eſt, inefficaciter. Et ut nõ cõfundar, ut nõ
irrideãt inimici, *uias tuas domine demõſtra mihi*, id
eſt, mandata tua oſtende, quæ me non permittant
errare. *Et ſemitas tuas*, id eſt, arcta & difficilia
præcepta *edoce me*, id eſt, euidenter doce, ut
non in illis fallar. *Doce* dico, non ut ſciam tantũ,
ſed ut opere compleam. quia hoc eſt perfecta
doctrina, ſcilicet in illis mandatis. *Dirige me in
ueritate tua*, id eſt, in mãdatis tuis quæ uera ſunt,
quia ego in mendacio meo tortuoſus ſum. *Et*
hoc modo *doce me*. Ideo rogo ut tu doceas, *quia
tu es deus ſaluator meus*, id eſt, potens me ſaluare.
Et ideo te, id eſt, tua mandata uel te remuneratorem
ſuſtinui, id eſt, cum patientia expectaui. *tota
die*, id eſt, aſſidue. uel in proſperis & in aduerſis.
Domine, dirige me. & hoc fac recordando
miſericordiæ & obliuiſcendo delictorum. *Reminiſcere
miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum
tuarum quæ à ſeculo ſunt.* Ab initio mũdo
miſericors fuiſti, qui nec hominem peccantem
ſine ſpe ueniæ, in corruptionem cadere &
à te recedere permiſiſti. Miſericorditer hominem
foris formaſti, miſericorditer intus reformaſti.
qui me perditum reuocaſti, reuocatum
miſericorditer conſerua. Aliud eſt miſeratio, aliud
miſericordia. Miſeratio eſt miſericordiæ exhibitio,
miſericordia uero cõpaſſio. *Delicta iuuẽtutis
meæ & ignorantias meas ne memineris*. Delicta
iuuẽtutis .i. grauia peccata. qa iuuenes temerarij
ſunt, & temeritate grauius ſit cõmiſſum. Et
ignorãtias meas .i. leuiora peccata. qa q̃d ignorãter
committimus, minus peccamus. uel delicta
.i. originalia, q̃ in ipſo primordio contraxi a
parẽtibus. Et ignorantias, id eſt, actualia q̃ ignoranter
cõmiſi, poſtquam iuuenis factus ſum, id
eſt, innouatus à uetuſtate primi parẽtis. Et ignorantias
meas. hæc ſunt illa delicta iuuentutis, qa
aliquis per fidẽ innouatus promiſit, fideliter implere
ſtudet. cauet de futuris, mundatus de præteritis,
niſi ſi qua leuia ex ignorantia committit,
à quibus, uix eſt ullus ita perfectus, qui ſibi cauere
queat. Hæc delicta ne memineris, id eſt, ne
ſerues tandem ad pœnã, ſed miſericorditer hic
ea delendo obliuiſcaris. Et ut ea nõ ſerues ad iudicium,
memento mei tu. quia ego mei ſum oblitus,
cum à mandatis tuis receſſi. *Secundum miſericordiam
tuam* quã non merui, non ſecundum
iram quã merui. Et hoc nõ merito meo, ſed *propter
bonitatem tuam domine*. Sed nemo hæc audiens
ſibi applaudat in peccatis, ſecurus de uenia
propter bonitatem tuam. quia *dulcis eſt dominus*
in miſericordia uocando ad pœnitentiã, donando
delicta. Et poſt miſericordiam *rectus* eſt, quia Matt.16.
reddit unicuiq; iuxta opera ſua. Et *propter hoc*,
ſcilicet quia rectus eſt, quia incorruptus, poſt miſericordiam
nihil dimittet impunitum. Et hoc
eſt quod dicit, *legem dabit*, id eſt, flagella & correctiones.
delinquentibus in uia, id eſt, in mãdatis domini
quæ ſunt uia ad uitam. uel in uia .i. in Christo,
qui eſt uia ad uitam. dabit legem delinquentibus,
quia Christus lex eſt, id eſt, liber & forma
bonis imitandi quæ fecit & docuit, malis uitandi
quæ ipſe uitauit & prohibuit. Aliter: Quia rectus
eſt, dabit legem, id eſt, flagella delinquentibus
in uia, id eſt, in hac uita, ut in eo q̃d temporaliter
punit temporaliter delinquentes, oñdat
quod æternaliter puniet æternaliter delinquentes.
Temporaliter peccat, qui ſi lõgæua uita daretur,
ceſſaret. Aeternaliter uero peccat, cui aufertur
facultas, non uoluntas. *Diriget manſuetos
in iudicio.* in tali iudicio, id eſt, in huiuſmodi lege
diriget manſuetos. Nam immanſuetos non diriget,
imo diſturbabit. tractum ab animalibus,
quæ ſi ſint manſueta, ſi deuiauerint, flagellãdo
in uiam reducuntur: ſin uero immanſueta & indomita,
flagellis cæſa, magis exorbitant & efferantur.
Et hoc modo caſtigãdo, *docebit mites uias
ſuas*. nam immites ſic remouebit à uijs ſuis.
Quæ ſint illæ uiæ, oſtendit. *Vniuerſæ uiæ domini
miſericordia & ueritas.* Omnes uiæ illæ per quas
ad nos uenit, ſunt miſericordia & ueritas. Miſericordia,
per quam ſine p̃cedentibus meritis ueniã
donat. Veritas, qa poſt miſericordiã uocationis
& ueniæ, digne ultimo iudicio merita cuiuſq;
examinat. Primus eius aduẽtus fuit in miſericordia,
ſecũdus erit in ueritate .i. in incorruptione,
in q̃ ſolũ merita requiret. & has uias docebit
mites, ut cognoſcãt miſericordiã dei, nõ merita
ſua. & p hoc nõ ſuperbiant, ſed humilientur. iuxta
illud, Quid em̃ habes qđ nõ accepiſti? Si ac 1.Cor.4.
cepiſti, qd gloriaris q̃ſi nõ acceperis? Et poſt p̃rogatã
miſericordiã attẽdant iudiciũ futurũ, q̃ red
det unicuiq; iuxta opa ſua. & ideo ſtudeãt face- Ro.2.

re bona. Non omnibus ſunt miſericordia & ue
ritas, ſed ſolũ *requirentibus teſtamentũ eius*, id eſt,
ſatagentibus fieri eius hæreditas, *&* requirenti-
bus *teſtimonia eius* teſtamenti. i. pconia prophe
tarum diligenter quærentibus, qui teſtati ſunt il
lud teſtamẽtũ. Hieronymus: Ille miſeretur, qui
requirit teſtamentum eius nouum. & teſtimo-
nia, id eſt, pphetas & apoſtolos, quorũ teſtimo
nijs eſt eccleſia congregata. Redit ad illud quod
dixit, Memento mei tu propter bonitatem tuã
domine. cętera fuerũt interpoſita. Ideo rogaui,
ut mei memor eſſes non ſecũdum meritum, ſed
ſecundum miſericordiam, quia *propter nomen tu
um domine*, ſcilicet glorificandum, *propiciaberis
peccato meo*. Et reuera propiciaberis. *multum eſt
enim*, id eſt, multũ mihi uidetur. Q.d. locum pro
piciationi tuæ iã paraui. Auguſtinus: Eatenus
deus ignoſcit, quatenus tu cognoſcis. unde do-
1.Re.15. minus ad Saul: Cũ eſſes paruus in oculis tuis,
magnus apparebas in oculis meis: cum aũt ma
gnus factus es in oculis tuis, paruus fuiſti in ocu
lis meis. Ne quis autẽ ſibi in hoc applauderet,
quod dictum eſt, Propiciaberis peccato meo,
multũ eſt em̃, dicens: & mihi propiciabitur, q̃a
meum peccatũ multum eſt: oſtẽdit quis ille ſit
cui multũ uideatur, ſ. timenti dominũ. Et ideo
quærit: *quis eſt homo qui timet dominum?* Quia aũt
multi ſunt qui dicunt ſe timere dominũ, & non
1.Ioh.2. timent timore perpetuo. quia qui dicit ſe timere
dominum, & mandata eius non cuſtodit, men-
Pſal.111. dax eſt. iuxta illud, Beatus uir qui timet domi-
num, in mandatis eius uolet nimis. ideo ſubiun
git certa ſigna, quibus cognoſcitur timens do
minum caſto timore. Scilicet, *legem ſtatuit ei*, id
eſt, ſtabile propoſitum, nõ declinans ad dexte
ram neq; ad ſiniſtrã. *in uia quã elegit*. i. in iuſtitia.
Hieron. Legẽ ſtatuit in uia quã elegit, ut ad ea q̃
Deut.30. elegit, deflectat. ſicut in Moyſe, Hodie ſtatui an-
Eccl.15. te oculos tuos ignem & aquam, bonum & ma
lum, uitã & mortem, elige uitã & uiues. Et hoc
eſt qđ dicit, Ipſe pponit & indicat qd ſit eligen
dum. Aliud ſignũ: *Anima eius*. i. cor eius *in bonis
demorabitur*. ſemp inſiſtet bona, declinãs a ma-
lis. uel in bonis illis quę uere bona ſunt, illa ſola
deſiderabit, ſ. æterna. *Et ideo ſemen eius hæredita
bit terram*. I. bona opera eius cũ excolent, ut fiat
hæreditas dñi, Hæreditabit. i. faciet hæredem.
uel per opera iuſtitiæ hęreditatem accipiet terrã
uiuentium. Et tertiũ ſignum: *Firmamentum eſt do
minus timẽtibus eũ*. Timor hoĩm infirmat, timor
dñi cõfirmat. Ad hoc cõfirmat, *ut tãdem manife
ſtetur illis*. i. ut nõ deficiãt anteq̃ eum uideãt. Et
quia ipſe eſt firmamentũ timentibus eum, ideo
oculi mei cordis, ſ. quibꝰ deus uidetur, *ſemper ad
dominũ* liberatorẽ. Et merito, *quoniam ipſe euellet
de laqueo pedes meos*. i. oẽs affectiões meas à ſoli-
citudinibus huius ſeculi eruet, ut aĩa mea libe-
ro greſſu ad eum tendere poſſit. uel de laqueo. i.
de inſidijs diaboli. Et ut euellat, *reſpice in me* hu
miliatũ, qui prius deſpexiſti ſuperbum. in me.
i. in auxilium meum, *Et miſerere mei*. i. fac me p-
ſeuerare in illa ereptione. Et opus eſt ut tu euel
las, *quia unicus & pauper ſum ego*. Ordo præpo-
ſterus. pauper ſum. i. non ſufficio mihi ad hoc.
Et unicus. i. ſolus. nõ habeo alios præter te, q̃n
auxilio uel exemplo nitar. Reuera nequeo me
eruere. Quia *tribulationes cordis mei multiplicatæ
ſunt*, ſupra modũ creuerunt. quia tribulãt pſpe
ra, tribulãt aduerſa, tribulãt diuerſæ ſuggeſtio-
nes animi ſeu corporis. Merito multis tribulati
onibus, cui neceſſe eſt multis fulciri ne labatur.
Quot & quantæ ſunt infirmitates & paſſibilita
tes carnis, in fame & ſiti, in frigore, ſtatione, ſeſſi-
one & alijs multis? quibus ne labamur, q̃tidie
fulciri indigemus. In his om̃ibus cor tribulatur,
ne impediãt & deuorent. Et ideo *erue me*. i. libe
ra *de neceſſitatibus meis*. i. da ut mortale hoc in-
duat immortalitatem, & corruptio incorrupte 1.Cor.15.
lam. Neceſſitates uocat indigentias & paſſibi-
litates, quas neceſſario patitur dum in hoc cor-
ruptibili corpore quaſi carcere manet: cui p-
poſita fuit ſufficientia & indigentia, mortalitas
& immortalitas: declinans ab immortalitate &
ſufficientia, neceſſario incidit in earum contra-
ria. Et ut eruas, inquantũ ualeo, promereri ſata
go. *uide humilitatem meam* quã tibi exhibere ſtu-
deo. *Et laborem meum*, id eſt, perſeuerantiam qua
aſſidue laboro humiliare tibi carnem meã, ut
te ſeſſorem recipiã. Caſtigo enim corpus meũ, 1.Cor.9.
& in ſeruitutem redigo. *Et dimitte uniuerſa deli-
cta mea*, ſ. ignorantias meas, quas committo ne-
ceſſitate uitæ. Nemo enim ita lotus, quin pulue-
rulentos pedes habeat, iter poſt lauationem fa
ciẽs. Ita nullus aqua baptiſmatis ita purificatus,
quin uel leuioribus peccatis aſpergatur in hac
uia, id eſt, in hac corruptibili uita. Et ut me eruas
de neceſſitatibus, non ſolum mea delicta di-
mittas, ſed etiam *reſpice inimicos meos*, ut conuer
tas eos. ſic enim ſecurus tibi ſeruiã, ſi non ſit im-
pugnator. *Quoniam multiplicati ſunt*. q̃ ideo ſunt Pſal.4.
inimici, quoniam ad multas uanitates ſunt de-
torti à fructu frumenti, uini & olei ſui. *Et quia
multiplicati, oderunt me* non multis beari quærẽ
tem, ſed uno. *iniquo odio*, quia ſalutem eorum di
ligo. Eſt & Iuſtum odiũ, ut illud, Perfecto odio Pſal.138.
oderam illos. Et quia iniquo odio me odiũt, *cu
ſtodi animam meam*, ſ. à cõformatione eorum, etſi
non carnem meam. *Et tandem erue me*, totum
ſeparando ab illis, & ponendo ad dexteram tu
am. *Non erubeſcam* tandem, ſcilicet ab expecta-
tiõe mea, *quoniam ſperaui in te*, ſcilicet promerẽ
dum. uel in te adiutorem, non alium. Aliter:
Erue me a perplexitate huius uitæ, poſtquam
cuſtodieris ab inimicorum conformatiõe, quæ
perplexitates multæ ſunt, amicorum perſuaſio,
filiorum delectatio, amor parentum. Erue me
in his implicitum & impeditum, ne deuocer.
Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, Matt.10.
nõ eſt me dignus. Ideo etiam cuſtodi, quia *inno-
centes & recti adhæſerunt mihi*, Innocentes, a ma-

lo declinantes. & recti, id eſt, bono inſiſtentes.
adhæſerunt mihi imitatione & cõformitate, ut
per me tibi iungantur: ſicut membra capiti per
collum iunguntur, ita per prædicatores & per-
fectos minores Chriſto iunguntur, eos imitan-
do. Ideo mihi adhæſerunt, *quia ſuſtinui te*, id eſt,
mandata tua cuſtodiui, uel te remuneratorem
cum patientia expectaui. Et propterea me erue,
ne me deficiente, deficiant & iſti qui te quærũt.
Et ut adhæreant, o *deus libera Iſrael*, id eſt, deſi-
derãtes uidere te. *ex omnibus tribulationibus ſuis*
carnalibus & ſpiritalibus, ne ab his deuocẽtur.
Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſer- Ioh.17.
ues eos a malo.

Pſalmus Dauid. XXV.

IVdica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in domino ſperans non infirmabor. Proba me domine & tenta me, ure renes meos *&* cor meum. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in ueritate tua. Non ſedi cum conſilio uanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium, & cũ impijs non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuũ domine. Vt audiam uocem laudis, & enarrem uniuerſa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impijs deus animam meam, *&* cum uiris ſanguinum uitam meam. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorũ repleta eſt muneribus. Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum: redime me, *&* miſerere mei. Pes *enim* meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te domine.

Pſalmus Dauid. Iſte pſalmus attribuitur Da
uid, id eſt, perfecto cuique pertinenti ad Dauid.
Eſt autem uox perfecti, orantis & agentis cum
deo ſuo, ut quemadmodum in hac uita morali-
ter ab impijs ſeparatur, ita in futura localiter ſepa
retur: uel ut hic temporaliter uratur, ſecetur, fla
gelletur, ne tandem cum impijs damnetur.
IVdica me domine. Non formido iudicium tu-
um, imo rogo ut ueniat & ſeparet me a ſocie
tate impiorum, quam habeo nõ mente, ſed cor
pore. Difficilis oratio & formidanda maxime,
Iob.15. illius rogare iudicium, in cuius conſpectu cæli
uix mundi reperiuntur, ſi non cætera ſequeren
tur merita. unde perfectus uir confidens ſibi de
merito, ſubdit: *Quoniam ego in innocentia mea in-
greſſus ſum*, id eſt, quoniam poſt innocentiã quã
mihi prærogaſti per gloriam tuam, ſic in ea per-
manſi, ut ſperem me in ea habere aliquod me-
ritum. Ille innocenter uiuit, qui nec ſibi obeſt,
nec alteri. Ingreſſus ſum. i. in hac uita uixi, quæ
quaſi quidam ingreſſus eſt in futuram. Dico, in-
greſſus ſum. *Et non infirmabor*, id eſt, perſeuera-
bo in illa innocentia, tamen de me non præſu-
mens, ſed *in domino ſperans*, ſcilicet audeo de me
hoc promittere. Et ut nõ infirmer, tenta me *do-
mine*, id eſt, duc me in experientiam laborum. et
ſic *proba me*, id eſt, probatum me mihi oſtende
firmum. Multi enim ſibi probati uidentur,
qui ſe nõ cognoſcunt, ſed in tentatione proban
tur. ut Petrus, qui ſibi ſatis conſtans uidebatur,
cum diceret: Etiamſi oportuerit me mori te-
Matt.26. cum, non te negabo. Poteſt & ſic cõtinuari: Ego
dixi quod no infirmabor. ne quid tamen occul
torum meorum me lateat, oſtende me mihi, ſci
licet proba me domine *& tenta me*, id eſt, fac ut
nec delecter in uanis, nec cogitem de terrenis. Et
ut tentatus prober, *ure renes meos & cor meum*. Si
quid eſt in delectationibus carnis meæ uel cogi
tationibus cordis mei, quod ſit abſumẽdum, ad
hibe ignem amoris tui, qui illud totũ abſumat,
& quaſi aurũ in fornace probatum me reddat. Sapien.3.
amor tu' oĩa terrena a delectatiõibus meis am-
putet, & oĩa uana a cogitatiõibus. uel, in tẽtatio
nũ æſtu fac ut delectationes & cogitatiões meæ
nõ abſumãtur, ſed cõſumantur. Et merito rogo
ut uras, ut ſeces: uel merito rogo ut tentes, ut in
certamen ducas: quia ſcio in hoc eſſe miſericor- Heb.12
diã tuã, qua uelut pater flagellas oẽm filiũ quẽ
recipis. ſcio mihi hoc eſſe ad cõſummationẽ nõ
ad cõſumptionẽ. Et hoc eſt ꝗd dicit, *quoniã miſe
ricordia tua ante oculos meos ẽ*. ante oculos cordis
mei. *Et ideo complacui mihi in ueritate tua*, id eſt,
in mandatis tuis quæ uera ſunt. uel in fide Chri
ſti tui, qui prius mihi diſplicui in mẽdacio meo.
uel in ueritate tua, quã tu me docuiſti, ſcilicet
te eſſe deũ meum, nõ gulam, non uẽtrem, nõ ali
quam creaturam. In hac ueritate cõplacui. *Non
ſedi cum conſilio uanitatis*, id eſt, non delectatus
ſum in ludicris huius ſeculi, uel in meditatione
terrenarum rerum. *Et cum iniqua gerentibus non
introibo*, id eſt, cum irreligoſis & non timenti-
bus deum, non ponam abſconditam conſcien-
tiam meam. ideo, quia *odiui eccleſiam malignanti-
um*, id eſt, conuentum cogitantium mala. *Et cum
impijs*, id eſt, nec deum nec proximum diligenti
bus, *non ſedebo*, delectãdo in eorum impietate.
hi ſunt hæretici. *Lauabo* autem, id eſt, purifica-
bo. *manus meas*, id eſt, opera mea. *inter innocen-*

tes, id eſt, imitando innocẽtes, & hoc modo ens
inter eos, ad ſimilitudinẽ probi ſacerdotis, qui
prius ſe lauat, & ſic ad altare accedit. Et poſt la-
uationẽ manuũ *circũdabo altare tuum domine*. id
eſt, fidem tuam quam dediſti mihi, in qua locus
ẽ ueri ſacrificij, ornabo bonis operibus, ut alta-
re ornatur pallijs & alijs ornamentis. Vel cir-
cundabo altare tuũ, id eſt, aram cordis mei or-
nabo uarijs uirtutibus. ubi uota uel uouenda,
ſunt & ſoluenda. Ideo ornabo uel fidẽ meã bo
nis operibus, uel cor meũ uirtutibus, *ut audiam*
ſ. à ſpiritu in me p̄ſidẽte, *uocẽ laudis*, ut aure cor
dis audiã. i. intelligam q̄ ſit uox illa q̄ te laudat,
ſcilicet bona uita & bona conuerſatio. Vel au-
diam uocem laudis, ſcilicet uerã & cordi conſo
nã. tunc intelligimus uocẽ laudis, cum ex puro
corde uocẽ procedere intelligimus. Quæ eſt illa
uox laudis? Hæc, *ut enarrem uniuerſa mirabilia
tua*, interiora & exteriora: quod hominẽ mira-
biliter creas foris, mirabilius autẽ intus recreas.
Maius enim, de Saule perſecutore diſcipulũ fa-
cere, quàm Lazaꝝ de monumento reſuſcitare.
quicquid boni habeo, tibi attribuã. quicquid
mali, mihi. Vel intelligã qualiter laudandus ſis,
& enarrẽ alijs. Ideo inter innocentes lauabo ma
nus, uel ideo circundabo altare tuũ: quia o *do-
mine dilexi decorem domus tuæ*, id eſt, perfectos
qui ſunt ornamentũ eccleſiæ tuæ, qui ſunt lapi-
des precioſi. *Et locum habitationis gloriæ tuæ*, id
eſt, illos in quibus inhabitat gloria tua, qui nihil
ſibi, ſed totũ miſericordiæ tuæ attribuũt. Et id-
eo quia hic moraliter ſeparatus ſum ab impijs,
Ne perdas cum impijs deus animam meam. quia non
fuerunt mecũ in generatione prima, non habeã
partẽ cũ eis in generatione ſecunda. cũ impijs,
id eſt, cũ illis qui ab impietate ſua nunquã rece-
dunt. *Et cum uiris ſanguinum*, id eſt, cũ odio habẽ
tibus fratrem ſuũ, id eſt, hæreticis. om̃is eñ qui
odit fratrem ſuũ, homicida eſt. ne perdas *uitam* 1. Ioh. 3.
meam, id eſt, ne dãnes. Illi merito damnantur, *in
quorum manibus*, id eſt, operibus *iniquitates ſunt*,
id eſt, qui nunquã operantur niſi iniuſtitiã. *De-
xtera eorum*, id eſt, ſi qua eoꝝ opera uidentur bo
na, *repleta* ſunt *muneribus*. Eſt enim munus a ma
nu, munus a lingua, munus ab officio. Tales pu 1. Tim. 6.
tant pietatem eſſe quæſtũ. nolunt quicq̃ opera-
ri, niſi ad laudẽ humanã. *Ego autem ingreſſus ſum*,
id eſt, uixi *in innocentia mea* prærogata, id eſt, per
ſeueranter in ea egi, non perfunctorie. Et ideo
redime me ad conformationem eorum. quandiu
enim in hoc tabernaculo ſum, implicitus ſum
eoꝝ perplexionibus, conuerſando cũ eis. Et tan
dem *miſerere mei*, id eſt, à miſeria huius uitæ me
eripias, faciendo de mortali immortalẽ, de paſ
ſibili impaſſibilem. Et debes miſereri, quia *pes
meus*. i. tota affectio cordis mei. *ſtetit in directo*, id
eſt, perſeueranter egit in mãdatis tuis quæ dire
cta ſunt. Vel in iuſtitia. uel in directo, id eſt, in te.
quia pes animæ meæ nõ eſt lapſus ad malũ, tua
miſericordia eſt. Et ideo *benedicam te domine in
eccleſijs*, id eſt, augmentabo laudem tuã, ſubin-
ferendo dilectioni tuæ dilectionem proximi.

¶ In finem Pſalmus Dauid priuſquam liniretur. XXVI.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea. quẽ timebo? Dñs protector uitæ
meæ. à quo trepidabo? Dũ appropiãt ſuper me nocẽtes, ut edãt carnes me
as. Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Si con
ſiſtant aduerſum me caſtra, nõ timebit cor meum. Si exurgat aduerſum
me prælium, in hoc ego ſperabo. Vnam petij à domino, hanc requiram,
ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Vt uideam uoluntatem do
mini, & uiſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malo-
rum, protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me, & nunc exaltauit
caput meum ſuper inimicos meos. Circũiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam
uociferationis, cantabo *&* pſalmum dicam domino. Exaudi domine uocem meam qua
clamaui ad te, miſerere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea,
faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo
tuo. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Quo-
niam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem aſſumpſit me. Le-
gem pone mihi domine in uia tua, *&* dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam inſurrexerunt in me teſtes ini-
qui, & mẽtita eſt iniquitas ſibi. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Expecta
dominum, uiriliter age; & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum.

1. Re. 16. Pſalmus Dauid prius q̃ liniretur. Tribus uici
2. Re. 2. bus unctus legitur Dauid. prius in domo patris
& 5. à Samuele miſſo à domino poſt reprobationẽ
Saul. ſecundo in Hebron. tertio in Ieruſalẽ, qñ
conſtitutus eſt rex ſuper Iſrael. Et ante hanc ul-
timam & perfectam unctionem cantauit hunc
pſalmum domino. Vngebantur autem pri-
us hæ duæ perſonæ, rex & ſacerdos. in qui-
bus CHRISTVS præfigurabatur uerus
rex & uerus ſacerdos, unctus non corruptibili

oleo,ſed plena gratia ſpũſſancti.factus immor-
Heb.7. talis rex, & aſſiſtens deo patri uerus pontifex,
ſemper interpellans pro nobis.cuius corpus,id
eſt, eccleſia prius nunc ungitur ante baptiſmũ,
& poſt in baptiſmo, præſignans illam tertiã &
ueram unctionẽ,quæ in capite ſuo,id eſt, Chri-
ſto iam completa eſt.& tandẽ in eius membris
1.Cor.15. cõplebitur,cũ mortale hoc induet immortalita
tem, & corruptibile incorruptionem:cum eri-
1.Pe.2. mus ueri reges,quia tunc ſpiritus uere reget &
Apo.1. dominabit carni: & ueri ſacerdotes, offerentes
Ro.12. nos ipſos deo hoſtiam uiuam, ſanctam, deo pla
centem. Eſt ergo in hoc pſalmo uox corporis
Chriſti, laborantis & orantis, priuſquam uenia
tur ad illam æternam unctionẽ,quæ non ſacra-
mentis tẽporaliter præmonſtratur,& ita agen-
tis cum deo ſuo:

D*Ominus illuminatio mea.* Ego mihi tenebræ,
ego mihi cæcitas.ſed dominus illumina-
uit me per fidẽ,ut poſſim eum contemplari hic
ſpe,tandẽ in re. Hic dedit notitiã,ibi dabit con-
templationẽ ſui. *Et ſalus mea.* Ego mihi ſum infir
mitas ꝑter eũ. ſed ipſe ẽ ſalus mea, nũc interim
intus,& tandẽ foris: nunc ex parte, tunc perfe-
cte. Et ideo *quem timebo?* Quis poterit eum mihi
auferre? Nullus. Ideo ſecurus ſum,quia *dominus
protector uitæ meæ. à quo trepidabo?* Quaſi dicat:
intus non timebo ne deuocer, quia dominus eſt
illuminatio mea. Nec exteriores hoſtes time-
bo,quia dominus eſt protector uitæ meæ. pro
tegit mortalis mortalẽ, & eſt ſecurus. protegit
me mortalẽ immortalis: à quo trepidabo? Tre-
pidatio,corporis eſt.nullus locus relictus eſt tre
pidationi. Ideo in carne non trepidabo, quia
dum appropinquant ſuper me nocentes, facti ſupe
riores me, quantum ad exterius, uel ad hoc ut
mihi præualeant,non mihi præualent, non mi-
hi nocent,quia ad hoc *appropiant*,ut edant car-
nes meas,id eſt, ut carnales affectus in me abſu-
mant, & me ut aurũ probent. & ideo non tre-
pidabo. *Qui tribulant me inimici mei*,quantum ad
exterius: *ipſi infirmati ſunt*,non ualentes me de-
uocare. *Et ceciderunt*, interius damnati cæcitate
cordis. Si enim prius intus infirmati cecidiſſent,
non tantopere ad tribulandũ me operã darent.
Et ideo quia ipſi infirmantur,non ego: uel quia
dominus eſt clypeus meus, *ſi conſiſtant aduerſum
me caſtra, non timebit cor meum*, id eſt, ſi conſilia
impiorũ, uel cõſpirãs cõtradicentiũ multitudo
(utrũq; ſolet eſſe in caſtris) cõſiſtant nõ mecũ,ſed
aduerſum me: nõ timebit cor meũ, etiã ſi time
1.Cor.10. at corpus meũ. fidelis deus q nõ patietur uos tẽ
tari ſupra id qđ poteſtis. Etiam *ſi exurgat aduer
ſum me prælium*.i. grauiſſima ꝑſecutio. *in hoc ego ſpe
rabo*.i. ipſum præliũ erit mihi ſpes. uel in hoc qđ
ſeqtur, poteſt hic notari ſimilitudo de aliquo,q
inuaderet terrã alicuius,poſt inuaſionẽ poneret
caſtra,poſt locata caſtra inuaderet eum grauiſſi
mo ꝑlio, ille tũc cõfidens in aliquo potẽte, nihil
de te curaret. Ideo nõ timebo,& in hoc ſpera-
bo,q̃a illud peto qđ mihi auferri non põt. *Vnam
petij à domino*. unã petitionẽ, nõ multas. uel unã
rẽ q̃ ſemꝑ una eſt, nunq̃ uariatur. *hãc requirã* ir-
remiſſe. hæc eſt illa una, *ut inhabitẽ in domo domi-
ni omnibus diebus uitæ meæ.* ut q mõ ſum in luctu
& in tabernaculo, tandẽ inhabitẽ in domo dñi,
id ẽ, cæleſti beatitudine, in q̃ eſt requies & pax ue
ra tanq̃ in domo. Oĩbus diebus uitæ meæ. i. in il-
la æternitate, q̃ & nocte carebit & morte. Et nõ
ſolũ inhabitẽ, ſed etiã *ut uideã uoluntatẽ domini*. i.
impleã. uel uideã faciẽ dñi facie mea. i. ꝑſentia.
Vel qđ dñs uoluit ꝑ hoc qđ me illuminauit? &
qđ in ſacramentis eccleſiaſticis tpaliter ꝓfigura
uit? *Et uiſitẽ*. i. perpetuo uideã *templũ eius*, id eſt,
Chriſtũ iã unctũ ꝑfecta unctione, iã immortalẽ
factũ, in quo uelut in ſacrario inhabitat oĩs ple Col.2.
nitudo diuinitatis corporaliter. Ego iã factus tẽ
plũ eius. i. cõfiguratus corpori claritatis eius, iã
factus uerũ corpus eius. Aliter: Hæc eſt illa una,
ut inhabitẽ in domo dñi oĩbus diebus uitæ meæ,
id ẽ, ut in tota hac uita nullæ tribulatiões & nul
læ aduerſitates auferãt me de numero illorũ, q
tenẽt unitatẽ & ueritatẽ fidei Chriſti. Et poſt ui
deã. i. intelligã uolũtatem dei. i. interſim cõſilijs
dñi. uel uolũtatem. i. dilectiõem dei. Et uiſitẽ. i.
frequẽter uideã. templũ eius. i. locũ ſanctũ illũ,
quem ipſe frequentat. Dictũ hoc per ſimilitudi
nẽ. Magnũ eñ uidetur in domo alicuius poten
tis, intereſſe cõſilijs eius. Et reuera inhabitabo,
q̃a certũ pignus inde habeo. *quoniã abſcondit me
in tabernaculo ſuo*. i. abſconditã & inimicis inco-
gnitã poſuit uitã meã in tabernaculo ſuo. i. in ſa
cramentis eccleſiaſticis, in q̃bus militia ſua exer
cetur. *In die malorũ*. i. in tempore tribulationis.
uel in eccleſia ſua, in qua eſt militia Chriſtiana.
abſcõdit me. i. tutatus eſt me, ſegregãdo à pecca
toribus. Et non ſolum abſcondit, ſed ut bonus
imperator *protexit me* ab impetu inimicorum.
Vel in tabernaculo ſuo abſcõdit, id eſt, fecit me
corpus Chriſti, qui eſt tabernaculũ diuinitatis
ſuæ. *In abſcõdito tabernaculi ſui*. i. in Chriſto qui
huius tabernaculi abſcõditũ ẽ, quia raptus in cæ
lũ, uel quia occulte in ſacramentis eccleſiaſticis
intelligit. Hoc modo abſcondit nos in Chriſto,
q̃a naturã noſtrã ſecũ in cælũ aſſumpſit. Et ubi
caput, illuc & membra. Iuxta illud Apoſtoli, Col.3.
mortui eñ eſtis, & uita ueſtra abſcõdita eſt cũ
Chriſto in deo. Et hæc ſpes, magna nobis prote
ctio ẽ cõtra ſæuitiã inimicorũ. Sicut ipſe nobiſ-
cũ deorſum fuit in hũana natura, q̃ nobis abſ-
condita eſt, ita & nos erimus cum illo ſurſum.
Vel protexit me in abſcondito tabernaculi ſui,
id eſt, in corde credenti ad iuſtitiam. adeo me cõ
ſtãtem fecit in fide, ut nihil curarem de tormen
tis. Quod eſt illud abſconditum? Petra. Vnde
Apoſtolus, Petra autem erat CHRISTVS. In 1.Cor.10.
illa *petra exaltauit me* per ſpem. quia cum ſim
membrum corporis eius, ubi ipſe eſt, ibi quan
doq; ero & ego. Et nõ ſolum per ſpem me exal-

tauit in petra, ſed etiam *nunc* inter hoſtes *exaltauit caput meū ſuper inimicos meos*. ut quanquam illi ſint ſuperiores in carne mea, ego tunc illis p̄ualeam in mēte mea. Vel in petra exaltauit me .i. in Chriſto. & hoc mō exaltauit, quia nunc exaltauit caput meum .i. Chriſtum. ſuper inimicos meos, factum ſuperiorē omnibus inimicis ſuis, in quo & me exaltauit per ſpem. uel in petra .i. in fide Chriſti exaltauit me, dando mihi cōſtan-
Ro.10. tiam prædicationis & confeſſionis. Corde em̄ creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Circuiui & immolaui*. Quaſi dicat: Et in his omnibus executus eſt in me officium boni imperatoris. Ego autem quid feci? Secutus ſum officium ſtrenui militis. Circuiui & immolaui *in tabernaculo eius hoſtiam uociferationis* .i. gratia
1.Cor.15. eius in me uacua nō fuit. Circuiui .i. circunſpexi me undiq; ad ſimilitudinem ſtrenue militantiū, omnem ſolicitudinem ſubinferens miniſtro in
2.Pe.1. fide mea uirtutem, in uirtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patiētiam, in patientia pietatem, in pietate fraternitatis dilectionem, in dilectione fraternitatis charitatem. & quod iſta mecum aſſunt & ſuperent in malo, immolaui hoſtiā iubilationis, id eſt, ineffabilis laudis, id eſt, in toto corde in te glorior, non in me. Aliter: Circuiui mente uniuerſas creaturas, cælum & terram, & ornatus eorū & omnia mihi locuta ſunt laudem tuā in ſuo decore & ſuo ordine. & inueni in his quid tibi immolarem, ſ. hoſtiam iubilationis, id eſt, immenſam laudem & immenſam lætitiam, cui nulla uerba ſufficiant, quia iubilum eſt ineffabilis laus. uel conſideraui fidem orbis terrarum, in qua exaltatum eſt caput meum ſuper eos qui me perſequebātur. & in ipſo tabernaculo eius. id ē, in eccleſia toto orbe diffuſa, ineffabiliter laudaui dominū. Et non ſolū laudaui, ſed ſemper laudabo. Cantaui corde pſalmum domino, non mihi. totum ad laudem eius. Vel hic iubilaui, & tādem *cantabo & pſalmū dicam domino*. corde & corpore totus laudabo eum, cum iam immortalis factus, nihil habeo quod ei diſpliceat. Et ut poſſim cantare & tibi pſallere, *Exaudi domine uocem meam qua clamaui*, id eſt, ualidam intentionem meam qua irremiſſe egi. *ad te*, non aliud, ut me illumines. *Miſerere* etiam *mei*, dando illam ſalutem ueram. et ſic *exaudi me*, id eſt, oſtende te exaudiſſe. Et debes exaudire, quia *tibi dixit cor meum*, non alij. Hoc eſt quod dixi, o domine *facies mea*, id eſt, præſentia *te exquiſiuit*, id eſt, tuam præſentiam ex omnibus rebus quæſiuit. te ſolum ex omnibus ad beatitudinem ſufficere credidit. & non ſolum quæſiuit, ſed *faciem tuam domine requiram*. nūquam deſiſtam antequam perueniā. Et ideo *ne auertas faciem tuam à me* ſ. in quærendo, id eſt, ne permittas me errare & aliud quærere. *Neque declines in ira à ſeruo tuo* in inueniēdo, ut nō aliud inueniam quàm te, ſicut illi faciunt qui non ſunt ſerui tui. dictum a ſimili, quia cui dominus terrenus iraſcitur, auertit ab eo faciem ſuā. Ne declines in ira, ſed potius *adiutor meus eſto*, dādo notitiā ueritatis & perſeuerātiā. *Ne derelinquas me* in quærendo & inueniendo. da ut & te ſolū q̄ram, & te inueniā. Et ut nō derelinquas me, *neq; deſpicias me*, quod mortalis immortalem requiro, *deus tu es ſalutaris meus* .i. q ſolus me ſaluare potes. Et opus eſt ut tu nō derelinquas, *quoniā pater meus & mater mea*, carnalis ſ. Adam & Eua *dereliquerunt me*, id eſt, exhæredauerunt. Et qa exhæredatus erā & proiectus, *dominus aūt aſſumpſit me* .i. aſſumptum & adoptiuum ſuum me fecit, aſſumēdo naturā meā. Aliter: Ne deſpicias me deus ſalutaris meus, q uſq; mō, merito deſpiciebas, cum filius eſſem diaboli & Babyloniæ, qm̄ pater meus diabolus, & mater mea Babylonia derelicti a me, dereliquerunt me. Sicut duæ ſunt generatiōes, una fidelium, altera infideliū: ita duo patres & duæ matres, una quæ generat in cōfuſionem, id eſt, Babylon, quæ interpretatur cōfuſio: altera quæ generat ad uitā .i. Ieruſalem. Vir Babylonis, diabolus: uir Ieruſalem, deus. Dominus autem aſſumpſit me. Cōuerſio ad auditores, ut hortetur ad cōgratulationem. Poteſt & ſic cōtinuari: Ne miremini ſi ego tam pie clamabo ad deū, quia pater meus & mater mea Adā & Eua expoſuerunt me in mortē per inobedientiam, dominus autem aſſumpſit me de maſſa perditorum. Et o *domine*, quia me es dignatus aſſumptum tuum facere, *legem pone mihi*, id eſt, ſtatoriam fac uoluntatem meam ut legem. ne permittas me perfunctorie. & hoc fac *in uia tua*, id eſt, in Chriſto tuo, uel in præceptis tuis. Et non ſolum ponas legem, ſed etiā *dirige me in ſemita recta*, id eſt, in arctioribus mandatis tuis. fac me arcta mādata tua cuſtodire. uere cedam a uoluntate mea. & hoc fac *propter inimicos meos* euadendos, carnales & ſpirituales ſcilicet. *ne tradideris me in animas tribulantium me*, id eſt, ne aberrādo permittas me cadere in formationem malorum. Et ſi tradas me in manus eorum, non tamē tradas in uoluntates eorū. Ideo noli me tradere in animas eorū, quia *inſurrexerunt in me teſtes iniqui*, non ſolum aperte inimici, ſed etiam tales qui falſa mihi dicūt de me, ut recedam a te, dicētes etiam beatitudinē eſſe in his pfunctorijs, & nō ea eſſe deſerēda. *Et mētita eſt iniquitas* .i. uiri illi iniq irreligioſi mentiunt beatitudinē eſſe q̄rendā hic in terra morientiū. *ſibi* .i. ad ſuā dānationem, nō meā. Ideo nō mihi, quia *credo uidere bona domini*, nō bona huius ſeculi, ſ. nō perfunctoria, ſed æterna bona. *in terra uiuētium* .i. in eccleſia illa q̄ om̄es habebit immortales, ſ. in ſupna ciuitate ſctā Ieruſalē. *Expecta dominū*. Ac ſi d. qđ ut fiat, expecta dn̄m. Exhortatio ad quenq; fidelē, uel ad ſe potius. Q. d. Talia credo me uiſurū eſſe. Sed nō coronabitur niſi q legiutime certauerit. 2.Tim.2. Expecta dominum, ſcilicet remuneratorē .i. patienter perſeuera in mandatis domini. noli deficere, & expectādo *uiriliter*

age, id eſt, noli habere manus diſſolutas & genua debilia, ſed inceſſanter operare. Et uiriliter agendo *confortetur cor tuum, & ſic tribuletur* caro tua, quia flagellat pater filiũ quẽ recipit. Heb.12. Si moram fecerit, *ſuſtine dominum*, id eſt, pondus præceptorũ dñi. uel expecta eum, quia eruet te a terra morientiũ, qui propter te dignatus eſt ſuſcipere terrã morientiũ, & mori inter manus morientiũ.

Pſalmus ipſi Dauid. XXVII.

AD te domine clamabo deus meus, ne ſileas à me: nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Exaudi domine uocem orationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum. Ne ſimul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorũ. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipſis. Quoniam non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius deſtrues illos, & nõ ædificabis eos. Benedictus dominus, quoniam exaudiuit uocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipſo ſperauit cor meũ, & adiutus ſum. Et refloruit caro mea, & ex uoluntate mea confiteborei. Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationum Chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

Pſalmus ipſi Dauid. In hoc pſalmo uox eſt capitis, orantis dominum patrem uel uerbum ſibi perſonaliter unitum, ut ſicut à ſe non receſſit, ſed eum in paſſione confortauit, & a morte reſuſcitauit: ita nec a membris ſuis recedat, cognitionẽ ſui illis dando & erudiendo, ut non tandem pereant cum ignorantibus deũ, ſed in æterna gloria cum Chriſto capite ſuo glorificentur.

AD *te domine clamabo*. o domine uerbum, ego dominicus homo quẽ ſuſcepiſti. ad te i. promerendum, non ad aliud. clamabo, id eſt, totam intentionem cordis dirigam ad te liberatorem. nõ enim ad te clamat, qui aliud à te quam te poſtulat. Et merito, quia tu es *deus meus*, ſicut es, ita te præcipuum mihi facio. Et ideo *ne ſileas à me*, id ẽ, ne ſepares unitatem uerbi tui ab humilitate mea, ſed eũ a morte reſuſcita. dictum per ſimilitudinem, quia ille tacet a quo uerbum recedit. Et non pro me tantum oro, ſed etiam *nequando*, id eſt, aliquãdo. *taceas*, id eſt, recedas *à me*: id eſt, a meis, ſcilicet a cognitiõe & eruditione meorum. *& tunc aſſimilabor*, id eſt, ualde ſimiles erunt mei. *deſcendentibus in lacum*, id eſt, in profundam cæcitatem & ignorantiam, ſcilicet illi quibus uerbi tui lumen non innotuit, & ideo in maximas hui⁹ ſeculi miſerias ceciderĩt. dictum ad ſimilitudinem doctorum, qui auditoribus ſuis quibus irati ſunt, ſilent, & ſic eis doctrinæ uerba ſubtrahunt. Aliter: Ne ſileas a me in paſſione, nequando taceas a me in morte. Et ſi in morte a me tacueris, ero ſimilis deſcendẽtibus in lacũ: nõ ſolũ cadẽtibus in lacũ, ſed deſcẽdentibus in inferiorem lacum, id eſt, non ſolum cadentibus in mortem, ſed etiam deſcendentibus a morte in putredinem & reſolutionem, quæ eſt inferior lacus miſeriæ. Et ut non ſim ſimilis deſcendentibus in lacum in me uel in membris meis, *exaudi domine uocem* deprecationis *meæ*. uocem, id eſt, ualidam & liberam intẽtionem deprecationis, quæ fit pro auferendis malis. Exaudi dico, *dum oro*, ſ. ego qui ſum immunis a peccato. & hoc facio *ad te* ſ. promerendum. Nec tamen oro, ſed *dũ extollo manus meas*, ſcilicet in cruce extendendo uel manus. i. opera mea extollo .i. magnifico, faciens ea quæ nemo hominum fecit. *Ad templum ſanctum tuum*, id eſt, ad ſalutẽ eorum, qui credentes futuri ſunt templum ſanctũ tuum, id eſt, ut conſtituam tibi eccleſiam tuam. Ne ſileas a me & ne taceas, ſcilicet *ne ſimul tradas me cum peccatoribus*, id eſt, cum latronibus, cum quibus pœnam ſuſtineo, id eſt, nõ permittas me cum illis & aliis peccatoribus putreſcere in ſepulchro. Aliter: Ne ſimul tradas me, id eſt, meos in reprobũ ſenſum, a ſpecie inuiſibili & æterne incommutabili, ad ſpeciem uiſibilem & temporaliter commutabilem. ſimul cum peccatoribus, qui traditi ſunt in deſideria cordis ſui in immunditiam, ut faciant ea quæ non conueniunt. Roma.1. Noli meos hic ita iudicare & ita excæcare, ut illi ſunt. *Et in futuro cũ operãtibus iniquitatẽ ne perdas me*, id ẽ, cum his qui timorem domini poſtponentes, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti, ne dãnes me damnatione perpetua. Non ſolum cum illis qui grauius peccant, ſed etiam cum his *qui loquũtur pacem cum proximo ſuo* me Chriſto, qui factus ſum eorum proximus per carnis aſſumptionem & miſericordiam, dicentes: Magiſter, ſcimus quia uerax es. Mat.22. *Mala autem in cordibus eorũ*. Si licet cenſum dare Cæſari an non? uel de omnibus inimicis corporis Chriſti dicit. ſcilicet, non ſolum perdas meos cum aliis operariis iniquitatis, ſed etiã quod minus eſt, cũ his qui loquũtur pacẽ. i. dolũ cum proximo ſuo, cũ omni hoĩe proximo per carnis cognitionẽ, oſtẽdit quod nec tales

immunes ſunt a pœna. & minus ponendo, maius etiam non relinquitur. Nullum enim hominum decipere licet. Mala autem in cordibus eorum. i. deceptiões. quia dolus eſt, cũ aliud agitur, & aliud ſimulatur. *illis* aũt *da ſecundũ opera eorũ*. Si de inimicis capitis. i. Iudæis, ita: Quãq̃ alijs ad ſalutem ualeat q̃d fecerũt, ſecundũ opa tñ ipſorũ. i. ſecundũ intentionem operũ da eis. Et nõ ſolũ ſecũdũ opera, ſed etiã *ſecundũ neqtiã adinuẽtionũ ipſorũ*. i. ſecũdũ q̃d neqter adinuenerũt, etſi ad actũ pducere nõ ualuerũt. ſimilit̃ & de eis põt accipi, q in membra Chriſti & mala agũt, & pverſe cogitant. Aggratulatio diuinæ ſententiæ uel pphetatio. Aliter: Da illis ſecũdũ nequitiã adinuẽtionũ ipſorũ. i. ſecũdũ q̃d nequiter excogitãt, i eos retorqueatur. Fallere alios cogitãt exterius. fallãtur ipſi interius. *Secundum opera manuũ eorum tribue illis*. apertius dicitur. i. ſecundum illa opera q̃ intenderunt manus eorum, & nõ ſecundum hoc q̃d tu operatus es. Si aũt de Iudæis perſecutoribus Chriſti, ita: Secundũ illa opera, q̃ adeo fuerunt crudelia & nefaria in me, ut uere poſſint ppter excellentiã dici opa manuum eorum. i. ppria, tribue illis. Quaſi dicat: Qui miſericordiam recipere noluerunt, dignum eſt ut ſentiãt iudiciũ: & hoc nõ ex crudelitate, ſed ex iuſtitia. mala p bonis reddiderunt, mala inueniãt in p̃mio. *redde retributionẽ eorum ipſis*. i. quia p ueritate quã audierunt, uoluerunt fallaciã retribuere, fallacia ipſorũ ipſos fallat. Et merito, *quoniã nõ intellexerũt opera domini*, patris ſ. qui per filiũ ſalutẽ mundo operari inſtituit. nõ intellexerunt, id eſt, non intelligenter ierunt. Et non intellexerunt *in opera manuum eius*, id eſt, Chriſti & prædicatorum eius, ſcilicet miracula quę ipſe manifeſte operatus eſt: & ſui diſcipuli, quæ ei teſtimonium perhibebant de bono. Et ideo merito *deſtrues illos*, id eſt, eorum facta & conſilia, non tamen ad eorum ſaluationem. *& non ædificabis eos*. deſtrues uitia eorum, quia tandem auferetur eis facultas male operandi. & non ædificabis in eis uirtutes. In meis autem qui deſtructi in uitijs, ædificabuntur in uirtutibus: *Benedictus* ſcilicet erit *dominus*, id eſt, augmẽtatus & multiplicatus, ſicut bonus rex in multitudine exercitus ſui. Et merito, *quoniam* ſcilicet in illis *exaudiuit*, id eſt, ualde compleuit *uocem*, id eſt, ualidam & liberam intentionem *deprecationis meæ*, id eſt, factæ pro peccatis illorum, qui futuri erant mei. Etſi paleæ proijciantur, grana tamen ſeruantur. Hoc modo exaudiuit *dominus* pater uel dominus uerbum, *adiutor meus*. ſcilicet humanitatis meæ in paſſione, ne deficerem. *& protector meus* in morte, reſuſcitando. Et ideo *in ipſo ſperauit cor meũ*, id ẽ, meorũ, ut qñq; & ipſi reſurrecturos ſe credant. Et hoc ideo, quia ego caput eorum *adiutus ſum*. Quomodo adiutus, exponit: Et ſcilicet hoc modo adiutus ſum: *Refloruit caro mea*. mea, in re: meorum, in ſpe. refloruit, id eſt, ad immortalitatem redijt. quæ quantũ ad maſſam defloruerat, & q̃ſi aruerat in Adã. Et ideo *confitebor ei* confeſſionem laudis *ex uoluntate mea*, id eſt, ex charitate factus iam immortalis & ſine peccato in membris meis, non ex timore pœnæ quæ uenit ex cõſcientia peccati, cum iam non erit duplex uoluntas in meis. nec erit lex carnis repugnans legi mẽtis, ſed totum una uoluntas. Nota quod dixit, refloruit. floruit enim in Adam caro humana per naturam in immortalitatem, ſi ſeruaſſet obedientiam: refloruit per gratiam & humilitatem, ut fructiſi caret deo, quæ per inobedientiam defloruit ut ſterilis eſſet. Et merito mei illum laudabunt & glorificabunt, q̃a *dominus* eſt *fortitudo plebis ſuæ*, ſcilicet ſuam iuſtitiam deſtruẽtium, & dei iuſtitiam in ſe conſtituentium, nihil boni ſibi attribuentium, ſed deo. Et tandem *eſt protector ſaluationum Chriſti ſui*, id eſt, defendet á mortalitate & corruptione ſaluatos & redẽptos per me Chriſtum ſuum. Et o *domine*, quia tu ſolus adiutor, tu protector, *ſaluum fac populum tuum*, id eſt, cuſtodi in innocentia populum, quem tu feciſti tuum per gratiam tuam. Et *benedic*, id eſt, incremẽtum uirtutum da *hereditati tuæ*, id eſt, illis quos dediſti mihi in hæreditatẽ. de q̃bus dixiſti, poſtula á me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã. Pſal. 2. Et *rege eos*, id eſt, dirige in mãdatis tuis. *& regendo extolle eos*, id ẽ, magnifica. creſcere fac de uirtute in uirtutem. *uſque in æternum*, id eſt, uſq; dũ ad æternitatem perueniat.

❡ Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi. XXVIII.

AFferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominũ in atrio ſancto eius. Vox domini ſuper aquas, deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. Vox domini in uirtute, uox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani. Et comminuet eos tanquam uitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis, uox domini concutientis deſertum: & commouebit dominus deſertum Cades. Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus diluuium inhabitare facit, & ſedebit dominus rex in æternum, Dominus uirtutem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.

Pſalmus Dauid cõſummationis tabernacu-
li,uel in cõſummatiõe tabernaculi. Dauid poſt
quã reducta eſt arca à captiuitate Philiſtinorũ,
& dimiſſa eſt in Silo, ædificauit tabernaculum,
in quo hortabatur populum ut offerret ſacrifi-
cia deo. Dauid figuram Chriſti tenet, arca eccle
ſiæ. Sicut Dauid reduxit arcam de captiuitate,
ita Chriſtus eccleſiam de poteſtate diaboli. Eſt
ergo in hoc pſalmo uox Dauid prophetæ, cõ-
ſiderantis per ſpiritum futurã liberationẽ eccle
ſiæ de poteſtate diaboli, & hortãtis fidelem po-
pulũ ut conſumment .i. perficiant tabernaculũ
.i. eccleſiam, offerentes ſe ipſos & eorum imitato
res in cõſtructionem huius tabernaculi, oppor
tunitate accepta à Chriſto. quia iam prius com
putauit ſumptus, & quæ neceſſaria ſunt ad per
ficiendum, prædicando & præparando corda
hominum. In hoc quod uox domini ſepties re
petitur, poſſunt notari ſeptẽ dona ſancti ſpirit⁹,
quorum auxilio pectora fidelium pręparantur
ad conſtruendum hoc ædificium. Poteſt pſal-
mus ordine legi. poteſt autem cõmodius ibi in-
cipi ad exponendũ, Vox domini ſuper aquas:
& uſque ad finem duci, ut à fine recurratur ad
principium hoc modo:

VOX *domini* .i. p̃dicatio filij dei, qui eſt rex
regum & dominus dominãtium, *intonuit*
ſuper aquas .i. de nube carnis terribiliter prædi-
cauit ſuper populos iudaicos, ſcilicet in primis
terribiliter prædicauit per ſe & per ſuos. uelut,
Genimina uiperarum, quis uos liberabit à uen
Luce.3. tura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ.
Vel, uox domini patris ſuper aquas .i. ſuper
Mat 3. Chriſtum in aquis baptiſmi: Hic eſt filius meus
dilectus. Cuius dominus? *Deus maieſtatis*, deus
magnæ potentiæ intonuit. *Dominus* intonuit *ſu-*
per aquas multas. q. d. nõ ſolum ſuper iudaicum
populũ, ſed ſuper om̃es gentes. iuxta illud, Ite,
Mat.28. docete om̃es gentes, baptizãtes eos in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti. *Vox domini in uirtu*
te, ſ. danda, quia dat uirtutem p̃ficiendi: uel quia
Mar.1. non loquebatur ſicut phariſæi, ſed ſicut poteſta
tem habens. *Vox domini* & in ſe & in ſuis *in ma-*
gnificentia .i. in miraculis multis, iuxta illud, deo
Mar.16. cooperante & ſermonem confirmante ſequen-
tibus ſignis. Oſtendit quõ in magnificentia. *Vox*
domini, dico *cõfringentis cedros* .i. humiliantis ela
tos gentium & ſummittentis iugo fidei, confrin
gendo eorũ ſuperbiam per pœnitentiam. Et nõ
ſolum cedros gentium, ſed etiã humiliantis *ce-*
dros libani .i. elatos de iudaico populo, qui forti
ores erant alijs ſuperbis, & magis reſtiterunt p̃-
dicationi Chriſti, armati ſcripturis diuinis. Per
cedros Libani ideo accipimus ſuperbos iudæ-
os, quia Libanus eſt mons in Iudæa, & interpre
tatur cãdidatio. & Iudæi cãdidati erãt, ad com
parationem gentium per illuminationem man-
datorum & cognitionem dei. Q. d. Hoc modo
confringentis. *Et comminuet* eos, ſuperbos ſignifi
catos per cedros, *tanquã uitulũ Libani*, id eſt, ſicut
Chriſtum, ut fiãt imitatores humilitatis Chriſti,
qui in Libano, id eſt, populo Iudæorum natus
& nutritus fuit, ut immolaretur pro ſalute mun
di, quẽadmodum in illo mõte uituli nutrieban
tur deſtinati ad immolationem. Et hoc mõ eos
cõminuet tanquam uitulũ libani, quia *dilectus* .i.
q̃ſq; fidelis de populo illo, humiliabit *quẽadmo*
dum filius unicornium, id eſt, Chriſtus ſecundum
carnem filius iudęorum, qui unicornes dicũtur,
propter unam legem quam habent, per quam
in ſuperbiam ſe erigunt, uel ſpem terrenorum
bonorum quæ ſola putãt ſibi promiſſa. Aliter:
Quaſi quæratur, fuit ille uitulus imminutus? Re
uera, quia dilectus .i. filius dei, cui dictum eſt, Tu Mat.3.
es filius meus dilectus, erit quemadmodum fili-
us unicornũ, id eſt, quilibet filius iudæorum, ſ.
mortalis, paſſibilis. Aliter: Dilectus, id eſt, filius
dei comminuetur. non ſecundum diuinitatem,
ſed ad eum modũ, ad quẽ ipſe fuit filius unicor
nium .i. ſecundum illam naturã quam à iudæis
aſſumpſit. & ideo in magnificentia, quia *uox do-*
mini eſt intercidentis .i. diuidentis, *flammã ignis* .i.
furentem perſequentium iracũdiam. quia alios
aſciuit charitati ſuæ, alios reliquit in malitia ſua.
uel diminuentis incendiũ inferni, ſubtrahendo
ei populum multum, & ad ſe cõuertendo. Vel
intercidentis flammam, id eſt, quia auxilium illi
us inter perſecutores ſuis ſubuenit. uel interci-
dentis flammam, id eſt, flammam cupiditatis et
concupiſcentiarum, id eſt, facientis ut non uſq;
ad incendij conſummationem perueniãt. iuxta
illud, Nõ ergo regnet peccatum in ueſtro mor Ro.6.
tali corpore. Et ideo in magnificentia, quia *uox*
domini eſt concutientis deſertum, id eſt, gentes ad fi
dem cõmouentis, in quibus nullus erat ſulcus
prædicationis. uel animam quæ ante erat deſer-
ta a deo, occupãtibus uitijs. Q. d. & hoc modo
cõcutientis, *commouebit dominus deſertum Cades*,
id eſt, ſancta ỽba legis aperiet, quæ prius deſer
ta erãt ab intelligentia, educendo inde ſalubrẽ
affluentiam doctrinæ. quemadmodum in deſer
tum Cades, quod deſertum erat penuria aqua-
rum. De petra bis uirga percuſſa largiſſimas ꝓ- Nu.20.
duxit aquas, ut inhabitaretur quod prius deſer
tum erat. Cades enim, ſemẽ legis interpretatur.
Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cũ lo
quereretur in uia, & aperiret ſcripturas? Aliter: Luc.24.
Cõmouebit dominus deſertum Cades, id eſt,
illos q̃s intus cõſumebat & deuaſtabat a quiete
praua conſcientia, quæ eſt uelut tinea pannos
conſumens commouebit, ut à praua conſcien-
tia fiat mutatio in teſtimonium bonæ conſcien-
tiæ, dãdo hominibus uirtutẽ & cõſtãtiã bonæ
operatiõis. Cades em̃ interpretatur cõmotio ti
neæ, qua & illã cõmotionẽ faciet per prædica-
tores ſuos. Nam *uox*, id eſt, prædicatio *dominĩ*
eſt uox *preparantis ceruos*, id eſt, prædicatores
expeditos ad tranſilienda huius ſeculi ſpineta,
id eſt, ſolicitudines & uenenum ſerpentis anti-

qui abſumentes. *&* per illos *reuelabit*, id eſt, ape
riet *cōdenſa*, id eſt, opacitatem ſcripturarum &
obſcuritatem ſenſuum. Et tunc *in templo eius oēs*
dicent gloriam. quia etiam qui prius contradicen
tes erant ut hæretici, conuicti doctrina apoſto-
lorum, dabunt gloriam deo, compaginati cum
alijs in unitatem fidei. Et non mirum, quia *do-*
minus diluuium inhabitare facit, quod quaſi incre-
dibile uiſum eſt, id eſt, gentes omnibus errori-
bus fluitātes, per fidem ſtabilitas, facit ut ipſe in
eis habitet. Vel non mirum ſi omnes opera dei
laudabunt, quia dominus faciet arcam inhabita
re diluuium, id eſt, eccleſiam ſuam hunc mun-
dum. ubi ita iactabitur ſicut arca in diluuio, &
tamen non ſubmergetur. Vt dictum eſt, uox ſe
pties repetita, ſeptiformē gratiam ſanctiſpūs ſi
gnificat, q̄ eccleſia conſtituitur. Et tamen quan-
quam eſſent diluuium, *dominus ſedebit in illis in*
æternum rex. quia reget eos, non permittens ul-
tra fluctuare. Et non mirum quod diluuiū in-
habitare facit, quia *dominus* ſ. rerum cui omnia
obediunt, *uirtutem*, id eſt, conſtantiā. *populo ſuo*,
fideli ſcilicet, ſuo per gratiam. *Dominus benedicet*
.i. incrementum uirtutum dabit *populo ſuo in pa*
ce, id eſt, in obſeruantia bonę uitæ. Vel conſum
mabit, id eſt, perficiet tabernaculum ſuum, cū
1.Cor.15. ultima deſtruetur mors, & cum uenerit quod
1.Cor.13. perfectum eſt. in pace, id eſt, in ęterna requie. Er
go, quia dominus ceſuos præparauit ad ædifi-
cationem huius tabernaculi, *Afferte domino* ſcili
cet uos ipſos q̄ſi lapides uiuos p̱ fidē & opationē
in cōſummationē huius tabernaculi *filij dei*, apo
ſtoli, in adoptiōe filiorꝫ recepti. *Afferte domino*. i.
ad conſummationem tabernaculi domini, *filios*
arietum, id eſt, imitatores ueſtros. Apoſtoli di-
cuntur arietes, quia ſunt duces gregū. uel utro-
que cornu inimicos ferientes, id eſt, teſtimonio
ſcripturarum ueteris & noui teſtamenti. uel do
mino, id eſt, ad honorem domini. Hoc mō affer
te: *Afferte domino gloriam*. illi attribuite iuſtitiam
ueſtram. Et *honorem* recte uiuendo, ut alij uiden
tes opa ueſtra bona, glorificēt patrē ueſtrū. *Affer*
te domino gloriā nō ueſtrā, ſed *nomini eius*, id eſt,
ad laudem eius. Et ſic, ſcilicet non uacuis mani-
bus nec genibus remiſſis, *adorate dominum*, non
aliud poſtulantes niſi ipſum. *In atrio ſancto eius*,
id eſt, in hac temporali eccleſia, quæ eſt atrium
domus domini, id eſt, cæleſtis beatitudinis. hac
ſimilitudine, quia ut atrium eſt ante domum, ita
hæc temporalis eccleſia præcedit illā ſupernā.
Et ſicut in atrio dominorū ſtant ferentes xenia,
expectantes aduentū domini, ita & nos in hac
temporali eccleſia expectare debemus cū opi-
nione bonorum operꝫ. uel in atrio ſancto eius,
id eſt, in cōſcientia pura. ad hāc ſimilitudinem,
q̄a in atrio ſolent odoriferæ herbæ plātari. ita &
in conſcientia uirtutes. uel in atrio, id eſt, in fide.
Quaſi dicat. Ego dico, afferte, adorate. & pote
ſtis, quia uox domini ſuper aquas, ſi ordine uo-
lumus legere.

Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

EXaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Domine deus meus, clamaui ad te, *&* ſanaſti me. Domine, eduxiſti ab inferno animam meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. Pſallite domino ſancti eius, *&* confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniā ira in indignatione eius, & uita in uolūtate eius. Ad ueſperū demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, nō mouebor in æternum. Domine, in uoluntate tua præſtitiſti decori meo uirtutem. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam? Audiuit dominus, & miſertus eſt mei, dominus factus eſt adiutor meus. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſciſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea, & non cōpungar: domine deus meus, in æternum confitebor tibi.

Pſalmus Dauid in dedicatione domus. Hic
pſalmus continet uocem capitis, congratulātis
de reſurrectione in ſe iā cōpleta in re, & in mem
bris per ſpeciem. Vnde Apoſtolus: Qui ſuſcitā
2.Cor. 4 uit dominum a mortuis, & nos ſuſcitabit p̱ uir
tutem ſuā. Conſtructa eſt domus domini, quan
do in utero uirginis natura noſtra aſſumpta eſt
à uerbo dei. Dedicata autem eſt, quando inno-
uata, facta eſt immortalis & impaſſibilis. Et hæc
domus conſtruitur in nobis, cum uerbum fidei
accipimus. Dedicatur autem nunc in ſpe, & tan
1.Cor.15. dem in re, cum mortale hoc induet immortali-
tatem, cum iam nihil aliud in nobis erit niſi laus
dei. Agit ergo in hoc pſalmo caput noſtrum ex
ultādo cum domino deo ſuo, de ſua reſurrecti-
one, ſ. quod fundamentum huius domus iā de-
dicatum ſit. Oſtendit etiam qualiter corpus ſu-
um qđ eſt eccleſia, nunc dedicata in ſpe, tandem
etiam ualeat dedicari in re.

E*Xaltabo te domine*. Propheta in conſiderati
one huius dedicatiōis ſic introducit caput
noſtrum loquentem & in ſe & in membris ſuis:
Domine, cui me per obedientiam ſeruum exhi

beo. Exaltabo te.i.notificari & laudari te faciã
Iob.5. per me. quia qui honorificat filium, honorificat
& eum qui illum miſit. Et merito exaltabo, *quo-
niam ſuſcepiſti me.* Me caput ſuſcepiſti de ſepul-
chro, qui prius ſuſcepiſti de uirginis utero. *Nec
delectaſti inimicos meos ſuper me.* Non adeo dele-
ctaſti inimicos meos iudæos, ut eſſene ſuper me,
ut me ſuperarent. Delectaſti in morte, ſed cõtri
uiſti in reſurrectiõe. Hoc mõ ſuſcepiſti. *Domine,
eduxiſti ab inferno animam meam.* Et hoc mõ *ſalua
ſti me*, id eſt, carnem meam, *à deſcendẽtibus in lacũ*
.i.in corruptionem. non enim cõputruit in ſe-
pulchro caro mea cum alijs. Aliter: Exaltabo
te domine. Exaltabunt te mei, libere laudantes
in uictoria, tandem abſorpta morte. Et merito,
quoniã ſuſcepiſti me.i.meos a morte & a paſſi-
bilitate, nunc interim in ſpe, & tandem in re. uel
ſuſcepiſti hic cauſam meorum cõtra aduerſari-
os impugnantes Nec delectaſti inimicos meos
ſuper me. non enim ualuerunt meos deuorare.
Occiderunt corpus, animã autem non potue-
runt occidere. Reuera nõ delectaſti, quia *domine
deus meus* quem mei præcipuũ habẽt, *clamaui ad
te.*i.irremiſſe egerunt mei. *& ſanaſti me.*i.ſanabis
& dedicabis meos dando immortalitatẽ, nunc
interim in ſpe, & tandem in re. Hoc mõ ſanaſti
meos. Domine, eduxiſti animã meã.i. meorum
ab inferno.i.a cõſummata nequitia, ſ.ut nõ de-
ſcenderent in criminale peccatũ, quod quaſi in-
ferus eſt animæ. Saluaſti me.i.meos.a deſcẽden
tibus in lacum, id eſt, a conformatione illorum
qui in fœtore uitiorũ nimium delectati, iã in de-
ſperationem uenerunt, ſuper quos puteus clau-
ſit os ſuum. Habentes itaq; tantã ſpem, ſ.quod
corpus ueſtrum ſaucium mortalitate & paſſibi
litate, tandem ſanabitur in cõi dedicatione: *Pſal
lite domino.i.* bene operando laudate dominum
ſancti eius, habentes ſanctitatem per gratiã eius,
ſperantes in uobis quod in Chriſto creditis. *Et
confitemini memoriæ ſanctitatis eius.* quia memor
fuit ut ſanctitatem uobis redderet, quam amiſi
ſtis culpa primi parentis. memor quantum ad
uos, non quantum ad ſe. Hoc modo ſanctifica-
uit. *Quoniam uita* ſ.uobis eſt reddita *in uoluntate
eius*, id eſt, in me qui nunquã receſſi a uoluntate
eius. *Et ira.*i.pœna mortis *in indignatione eius*, id
eſt, in Adam, qui per inobedientiã factus eſt in-
1.Cor.15. dignatio dei. Sicut enim in Adam omnes mo-
riuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur.
Ad ueſperum demorabitur fletus. Quaſi d. Et illa
ira q̃ incepit ad ueſperum, recedente ab huma
no genere in Adam ſole iuſtitiæ & ueritatis, du
rabit uſq; ad ueſperum, id eſt, quandiu durabit
hæc uita quæ ueſperũ poteſt dici. quia ex quo
declinauit ſol iuſtitiæ & ueritatis ab humano ge
nere, non redit perfecte uſque ad communẽ re-
ſurrectionem. In præſenti uita fletum habet ho
mo, quando recordatur bonorum quæ perdi-
dit in Adã. *Et ad matutinum*, ſcilicet quãdo com-
munis uenerit reſurrectio, redeunte claritate il-
la quã perdidimus in Adam. erit *letitia*, id eſt,
gaudiũ immortalitatis & impaſſibilitatis. Cũ Col.3.
enim Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tũc & uos
apparebitis cum ipſo in gloria. Aliter: Quæ ira
nõ ſolum Adæ nocebit, ſed etiam iſte fletus &
hæc ira demorabitur omni reſpicienti ad ueſpe
rum, id eſt, ad occaſum Adæ. Et lætitia demo-
rabitur omni reſpicienti ad matutinum, id eſt,
ad Chriſtum qui eſt matutinũ, id eſt, uerus ſol,
qui noctem infidelitatis expulit. uel ad ſimilitu
dinem, ad ueſperũ demorabitur fletus. Veſpe-
re dominus poſitus eſt in ſepulchro, & fleuerũt
illum diſcipuli. & in matutino tertiæ diei redijt
lætitia, reſurgente domino de ſepulchro. Et hu-
manum genus poſt præuaricationẽ Adæ mor-
tale factum, ueſpere poſitum eſt in ſepulchro,
ſcilicet recedente ab eo ſole iuſtitiæ & ueritatis.
& manſit in ſepulchro, id eſt, in immortalitate il
la ante legem & ſub lege. Tertia die reſurrexit,
id eſt, ſub gratia in re, quantum ad caput, id eſt,
Chriſtũ: in ſpe uero, quantũ ad eius membra.
Põt & ſic continuari & dici. Et uita ſcilicet æter
na, ſola uita ſine morte in uoluntate eius. Et ta-
men quanquam uitam habeatis in ſpe, ad ueſpe
rum demorabitur fletus, id eſt, tota hac præ-
ſenti uita pœna peccati in uobis manebit. Quaſi
dicat: Et unde ille fletus? Ex culpa. Dixit Adam
creatus & poſitus in abundantia & plenitudine
uirtutum, conditione tamen dixit, id eſt, cogita
uit. In abundantia mea ſcilicet poſitus, quam p
me habere poſſum, nõ mouebor ab ea in æter-
num. & ex hac præſumptione cecidit ab illa p-
fectione, factus mortalis & paſſibilis. *Ego autem*
ſcilicet dominicus homo, præuentus in bñdicti
onibus, ſolus hominum à peccato immunis, ue
niẽs in mundũ, ut ab hac miſeria homines edu
cerem, *dixi in mea abundantia*, ſcilicet in plenitu-
dine rationis meæ. *non mouebor* ſcilicet a uo-
luntate domini ullis tentationibus uel paſſioni
bus *in æternum*. & hoc non ex me, ſed tu præſti-
tiſti uirtutem, id eſt, conſtantiam decori meo,
id eſt, immunitati meæ uel rationalitati. Et ta-
men auertiſti faciem tuam a me, id eſt, uideris
auertiſſe, quanquam non ego a te ut Adam. In
hoc uideris auertiſſe, quia factus ſum conturba-
tus in morte. permiſiſti enim pati me & mori.
Aliter: Pſallite domino ſancti eius, grates red-
dite deo. quoniam ira, id eſt, breuis uindicta.
ira enim furor breuis eſt. In indignatione eius,
id eſt, in culpa ueſtra, qua merito indignatus eſt
dominus, ſcilicet temporali morte ſoluiſtis de-
lictum. uita autem æterna non ex merito. quia
cadere per nos potuimus, ſed per nos ſurgere
non potuimus, ſed ex uoluntate eius, id eſt, ſo-
la miſericordia. Et ideo pſallite, quia ad ueſpe-
rum, id eſt, uſque ad finem huius uitæ quæ occa
ſum habet, demorabitur fletus, ſcilicet morta-
litatis & paſſibilitatis. Et lætitia ſcilicet reſurre

ctionis & immortalitatis, id eſt, non temporalis,
ſed ad matutinum, id eſt, ad lucem illã quæ nun
quam deficiet, cum mortale hoc induet immor
talitatem, ſcilicet in communem reſurrectio-
nem cum dedicatur domus, fiet, cum induemur
ſtola ſecunda. Quaſi dicat: Et ille fletus non ex
iniuſtitia iudicis, ſed ex merito meo. Hic Chri-
ſtus loqtur in perſona ueteris hominis. qui em̃
dignatus eſt ſumere infirmitatem noſtram, non
dedignatur ſumere uocem noſtram. Ego au-
tem. Quaſi dicat, illam iram promeruit. quia
dixi, id eſt, in abundantia mea non mouebor in
æternum. non mouebor ab hac abundantia.
Gen. 3. Non obediam præcepto autoris, dicentis: In
quacunque die comederitis, morte moriemini.
ſed conſentiam uoci ſerpentis, ſuadentis: Eritis
ſicut dij. Ero deus, ero immortalis. Sed o *domi-
ne præſtitiſti decori meo*, id eſt, mihi decoro *uirtu
tem*, id eſt, conſtantiam. *in uoluntate tua*, non in
merito meo. quod immortalis ſui, per te ha-
bui. quod ex hoc intellexi, *Auertiſti faciem tuam
à me*, id eſt, ſubtraxiſti mihi manum tuam. *& fa-
ctus ſum conturbatus*, id eſt, mortalis. Et quia fa-
ctus ſum conturbatus ego Adam, quantum ad
humanam naturam quam ſuſcepi. in Adam
1. Cor. 15. enim omnes moriuntur. Ego immunis à pecca-
to, ad hoc miſſus, ut faciam uoluntatem, ut eos
redimam. *Ad te domine clamabo*, id eſt, libera &
ualida intentione orabo pro me, ut reſurgam
a morte. *Et ad deum meũ deprecabor* pro pecca-
tis & mortalitate meorum, ſcilicet dicens: *Quæ
utilitas in ſanguine meo*, id eſt, in morte mea, *dum
deſcendo in corruptionem?* id eſt, ſi putreſcat caro
mea, & non reſurgat? Quid proderit mors
mea, ſi non ſequatur reſurrectio mea? Nihil em̃
nobis mori profuit, niſi redimi profuiſſet. *Nun
quid ſi non reſurrexero, confitebitur tibi puluis*,
id eſt, laudabit te gentilis populus redemptus
per me? Qui prius fuit puluis, id eſt, ſine imbre
uerbi dei, ſolutus, agitatus omni uento doctri-
næ & errorum, & non ualens reſiſtere uento ela
tionis. *Aut nunquid annunciabit* aliquis ſcilicet
prædicator illi pulueri *ueritatem tuam*, quæ pro
miſſa fuit in prophetis, complenda per me, ſi nõ
reſurrexero? Nullus. Aliter: Nunquid confi-
tebitur puluis, id eſt, nunquid confeſſionem pec
catorum tibi faciet mortuus, ut reſipiſcat? Aut
annunciabit ſcilicet puluis pulueri, id eſt, mor-
tuus mortuis ueritatem, id eſt, ſaluationem ue-
ſtram? In inferno nulla eſt redemptio. Viuis eſt
hoc faciendũ. Et ideo reſuſcita me. *Audiuit domi
nus* ſcilicet me ſic orantem, *&* in hoc apparet
quia *miſertus eſt mei*, id eſt, meorum. Hoc modo
eſt eorum miſertus reſuſcitando me. *Dominus
factus eſt adiutor meus* in paſſione & in morte.
Hoc mõ factus eſt mihi adiutor: O domine, *con
uertiſti planctum meum in gaudium mihi*, id eſt, tri-
ſtitiam paſſionis & mortis in lætitiam reſurre-
ctionis conuertiſti, ſcilicet *conſcidiſti ſaccum me-
um*, id eſt, carnem meam ſimilem carni peccatri-
ci, habentem non peccatum, ſed in pœnam pec
cati lancea perforari permiſiſti, clauis affigi. Sac
cus eſt ueſtis pœnitentium, facta de pilis capraru
& hœdorum. & ponitur pro carne peccatrice.
quæ quaſi indumentum eſt animæ. Habuit
CHRISTVS ſaccum, ſed non habuit opus ſac 1. Pe. 2.
ci. de quo dicitur, qui peccatum non fecit. *Et
circundediſti me lætitia* ſcilicet reſurrectionis. ad
hoc *ut cantet tibi gloria mea*, id eſt, ut laudet te re
ſurrectio mea. quia in mea laude laudabunt te
omnes quibus proderit reſurrectio mea. *Et am
plius non compungar* ſtimulo mortis. iuxta il-
lud, Mors illi ultra non dominabitur. Et ideo Ro. 6.
domine deus meus in æternum confitebor tibi, facta
dedicatione domus meæ, non deerit tibi laus
mea. Aliter: Conuertiſti planctum meum, id eſt,
meorum in gaudium mihi, reſuſcitando eos in
terius nunc interim, id eſt, dediſti eis ſtolam pri
mam. Conſcidiſti ſaccum meum, id eſt, carnem
peccati deſtruxiſti meis in morte mea. iuxta il- Ro. 4.
lud, IESVS CHRISTVS mortuus eſt propter
delicta noſtra. Et circundediſti me, id eſt, meos
lætitia immortalitatis in ſpe, ſcilicet ut in mea re
ſurrectione ſperent ſe tandem dedicari immor
talitate & impaſſibilitate, cum in communi re-
ſurrectione accipient ſtolam ſecundam. Ad
hoc dedicabuntur, ut cantet tibi gloria mea, id
eſt, ut glorioſa reſurrectio meorum laudet te.
Et merito te laudabo in illis, quia non compun
gar, id eſt, non compungentur ultra conſcientia
peccati uel timore iudicij. Et ideo domine deus
meus, in æternum confitebor tibi in illis confeſ-
ſione laudabili.

¶In finem Pſalmus Dauid pro extaſi. XXX.

IN te domine ſperaui, non confundar in æternũ: in iuſtitia tua libera me. In
clina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me. Eſto mihi in deum prote-
ctorem & in domum refugij, ut ſaluum me facias. Quoniã fortitudo mea
& refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries
me. Educes me de laqueo hoc quẽ abſconderũt mihi, quoniam tu es pro-
tector meus. In manus tuas commendo ſpiritum meum, redemiſti me domine deus ue
ritatis. Odiſti obſeruantes uanitates ſuperuacue. Ego autem in domino ſperaui, exulta-

bo & lætabor in miſericordia tua. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Nec concluſiſti me in manibus inimici, ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Miſerere mei domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & uenter meus. Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata eſt in paupertate uirtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis. Qui uidebãt me, foras fugerunt à me: obliuiõi datus ſum tanquã mortuus à corde. Factus ſum tanquam uas perditum, quoniam audiui uituperationẽ multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt. Ego autem in te ſperaui domine: dixi, deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequẽtibus me. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Erubeſcant impij & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa. Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & in abuſione. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcõdiſti timẽtibus te? Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominũ. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo *tuo*, à contradictione linguarum. Benedictus dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ, proiectus ſum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudiſti uocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Diligite dominum omnes ſancti eius, quoniam ueritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. Viriliter agite, & confortetur cor ueſtrum, omnes qui ſperatis in domino.

Hic Pſalmus accipiẽdus eſt in finem Dauid,
id eſt, in finalem ſcilicet CHRISTVM, qui finis
dicitur conſummãs, non cõſumens: in eodem,
non in aliud. & attribuitur ipſi CHRISTO, id
eſt, in uoce capitis legẽdus eſt Pſalmus. dico ex-
taſis, id eſt, exceſſus mentis. Extaſis græce dici-
tur ἔκστασις, & interpretatur latine exceſſus. Ex-
ceſſus autẽ in hoc loco, exceſſus mentis accipi-
tur. Quæ fit dupliciter: uel cum mens humana
erigit ſe ad diuina, & uocatur intentio ad ſuper
na uel reuelatio, ut cum ſancti uiri in ſola ſpecu
latione ſunt. quorum unus fuit beatus Paulus,
qui carne in terra poſitus, mente uero ad cæle-
2.Cor.12 ſtia tranſuolans, raptus eſt uſque ad tertium cæ
2.Cor.5. lum. qui etiam dicit, ſiue mẽte excidimus, deo:
ſiue ſobrij ſumus, uobis. Sed uidentes quod in
illa alta intelligentia ſibi ſoli uiuunt, charitas dei
cogit illos condeſcendere infirmitati proximo
rum, ut & ipſi quandoque cum eis aſcẽdere ua-
leant ad eorum excelſa, imitantes dei uirtutem
2.Cor.8 & dei ſapientiam CHRISTVM: qui cum diues
eſſet in ſe, factus eſt pauper pro nobis: ſuſcepit
humanitatem noſtram, ut nos diuinitati ſuæ tri
bueret eſſe participes. Vel fit mẽtis exceſſus ad
inferiora, ut dictum eſt, & uocatur pauor. Hu-
manæ mentis ſtatus eſt, cum ſenſu uel opinione
uel ratione diſcernit: cum autem ſe erigit ad in-
tellectum qui ſolius dei eſt, excedit ſe ipſam, uel
cũ alienatur & turbatur ratio uel ſenſus pauore
inferiorum. Vterque exceſſus in hoc pſalmo nõ
incõgrue accipi poteſt. cum enim in titulo præ
mittitur extaſis, magnum quid & diuinum nos
expectare monet, ut ſequẽtia pſalmi extendũt.
Non enim poſſunt ſic cum deo loqui, niſi illi
quorum conuerſatio in eccleſia eſt. Agit autem
hic pſalmus de paſſione CHRISTI & perſecu-
tione corporis ſui, in quo pauor accipitur, non
quantum ad CHRISTVM, qui etiam ſi ſolum
homo eſſet, tamen non eſt credibile eum timu-
iſſe mortem, cum tam certus eſſet de reſurrecti
one: imo exultãter ad paſſionem iuiſſe, teſte Au
guſtino: ſed quantum ad eius membra. Qui enĩ
dignatus eſt ſumere naturã noſtram, non dedi-
gnatus eſt in ſe transferre pauorem noſtrum.
iuxta illud, Triſtis eſt anima mea uſque ad mor Matt. 26
tem. Et Petro: Venio Romam iterum crucifi-
gi. Quid mirum ſi in paſſione dominus non ti-
muit? Multi in corpore ſuo mortem non timu
erunt, imo lætanter eam ſuſceperunt, ut beatus
Andreas qui cantando ibat ad crucem. Potuit
hoc miles. & non potuit imperator? Eſt autem
utilis iſte pauor, quia facit nos timere de noſtro,
ſperare autem de dei dono. Et commendatur
nobis in hoc pſalmo præcipue charitas, quæ ſa

cit compagem. compages autem tendit ad uni
tatē, unitas uero ſeruat charitatem, charitas du
cit ad clarificationem.

VOX CAPITIS TRANSFERENTIS IN SE VOCEM MEMBRORVM.

IN *te domine ſperaui*, non in me, qui ex me ni-
hil habeo niſi pauorem & infirmitatem. In
me deficio, ſed in te proficio. & ideo *non confun
dar in æternum*, quia temporaliter confundar. nō
enim aliter in te ſperarem. Temporaliter cōfun
ditur, qui præterita peccata reſpiciēs horreſcit,
horreſcens erubeſcit, erubeſcēs corrigit. Vnde
Ro.6. Apoſtolus: Quē ergo fructum habuiſtis tunc in
illis, in quibus nūc erubeſcitis? Illi in æternū con
funduntur, qui peccata ſua dei iudicio reſeruāt.
Confuſio dicitur peccatorum, quia ſimul mul-
ta conglobantur, & ante oculos peccantis ad
erubeſcentiam ponuntur. In te iudicij erit æter
Sapien.5. na erubeſcētia, quia infructuoſa. Vę nobis. quid
nobis profuit iactantia? quid diuitiarum ſuper-
bia? Ecce omnia tranſierunt. Et ut ſic non con-
fundar, *in tua iuſtitia libera me* ab illa confuſione,
deſtrue in me meam iuſtitiam, & conſtitue tuā
(mea iuſtitia eſt, malum pro malo reddere. Tu
autem ſolus iuſtus) quam circa nos oſtēdiſti, red
dens bonum pro malo, qua de impio facis pi-
um, de infideli fidelem, de lupo agnum. Et ut li
beres, *inclina ad me aurem tuam*, id eſt, diſpone
circa me miſericordiam. ad ſimilitudinem, ut
medicus ægroto. *Accelera ut erues* ſcilicet, *me*
ab illa confuſione. Hoc non ideo dicit, ut preci-
bus impetret citius fieri, quia illud immutabile
eſt: ſed ad conſolationem oſtendit cito futuram
illam ereptionem, ſcilicet finita hac temporali
uita, quæ quantum ad æternitatem, uix aliquid
ſpatij habere uidetur. Quaſi dicat: Et ſcio quia ci
to erues me de fouea illius confuſionis. Inte-
rim dum ueniat tempus ereptionis, *Eſto mihi in
deum protectorem*. tu ſis clypeus meus contra ia-
cula inimicorum carnalium & ſpiritalium. Et
in domum refugij, id eſt, eſto mihi placatus per mi
ſericordiam, ut qui te iratum fugi, ad te placa-
tum refugiam. Ita eſto in domum refugij, *ut ſal-
uum me facias*. quia infirmus ſum, ſana me ut ad
te poſſim uenire. Nam ſi ſanus non fuero, non
potero ad te fugere. Ideo tu eſto ꝓtector, *quoniā
tu es fortitudo mea*. nam ego mihi infirmitas, *&*
ideo refugium, quia *refugium meum es tu*, non po-
tentia, non diuitiæ, nec quicquam aliud niſi tu.
Merito eum protectorem & refugium inuocat,
qui in nullo alio confidit. *Et tu deduces me* ſcili-
cet de fouea peccati, ut ueniam ad te de uirtute
in uirtutem. *propter nomen tuum* glorificandum
in me, non merito meo. *Et ut educas, enutries
me*, id eſt, ſapientiam tuam infirmitati meæ in-
comprehenſibilem, ad capacitatem meam in-
clinabis. Sicut mater eandem eſcam cuius ſu-
mendæ puer idoneus non eſt, per carnē traijcit,
& lac puero præbet: ſic dominus ſapientiam ſu
am ut lac nobis faceret, carne indutus uenit ad
nos: & ſic nos eductos de fouea peccati, uelut
paruulos de utero enutriuit. *Educes me etiam
de laqueo hoc quem abſconderunt mihi.* Quia par-
uulus ſum, ne decipiar, liberabis me ad inſidijs
inimici diaboli & membrorum eius. Duo ſunt
laquei, quibus inſidiæ fiunt fidelibus, terror &
error. terror, quo frangat: error, quo alliciat.
quos qui euadere cupit, duæ ſunt portæ quas
contra claudere debet, timor & cupiditas. ti-
mor claudendus eſt contra terrorem, cupiditas
contra errorem. Et hoc exemplo capitis no-
ſtri, qui tentatus a diabolo per ambitionem &
delectationem, cum ei dictum eſt, Hæc omnia Mat.4.
tibi dabo, ſi procidens adoraueris me: ianuam Luc.4.
cupiditatis clauſit, dicens: Vade ſathanas. Se-
quitur, Reliquit eum diabolus paululum. Ideo
paululum, quia poſtea eum per paſſionem uin-
cere tentauit. ut qui per errorem uincere non
potuit, uinceret per terrorem. Sed dominus ti
moris ianuam contra terrorem paſſionis clau-
ſit, quia pro nobis pati non timuit. Hæc omnia,
ut dictum eſt, caput noſtrum in uoce membro
rum loquitur. Tu educes, *quoniam tu es protector
meus*, protegens me ab inſidijs inimicorum, de-
uorare me quærentium. Et quia tu es meus pro
tector, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*. Vi
tam meam tibi commendo, ut in tempore ne-
ceſſitatis & periculi conſerues. tractum ab his
qui tempore perſecutionis rem ſuam fideli a-
mico commendant, ut tempore certo ſeruatam
reddant. Ideo commendo, quia *redemiſti me*, id
eſt, meos redimes à laqueis inimicorum, & tan-
dem ab omni periculo. Ideo dico redemiſti,
quia certus ſum quod redimes. quia o *domine
tu es deus ueritatis*, nullum fallens in promiſſis.
promittis enim liberationem ſperantibus in te.
Et quia es amator ueritatis, odio habes menda
ces. *Odiſti omnes obſeruantes uanitates ſuperua-
cue*, id eſt, ſperantes in nobilitate temporali, in
potentia, in honoribus ſuperuacue, id eſt, inuti-
liter. non enim beatitudinem præſtare ualent.
Ille etiam obſeruat uanitates ſuperuacue, qui ti
mendo moritur, id eſt, qui timendo mortem
temporalem, quam tamen effugere non poteſt,
mentitur. & hoc modo mortem differt, non ui-
tat. & fugiēdo mortem, moritur antequam mo
riatur. Ego *autem* qui non obſeruo uanitates,

in domino ſperaui. & ideo *exultabo* ſcilicet corpo
1.Cor.15. re,cum mortale hoc induet immortalitatem.
Et lætabor ſcilicet mente. Vbi eſt mors uictoria
tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Et hoc *in mi-
ſericordia tua*,non in merito meo. In hac mi-
ſericordia *ſaluaſti de neceßitatibus animam meam.*
Multæ ſunt neceſſitates fragilitatis humanæ.
cor alterius uidere non poteſt. uult ad uitam
peruenire ſine morte, & non poteſt. diligit ini-
micum ſæpe, & perſequitur amicum. uidet
quod eſt bonum,& tamen facit malum. à qui-
bus omnibus nullus liberari poteſt niſi per mi-
ſericordiam dei. quia cadere potuimus per
nos, ſed per nos ſurgere non poſſumus. Vnde
Apoſtolus: Infelix ego homo,quis me libera-
Ro.7. bit de corpore mortis huius? Gratia dei per do
minum noſtrum IESVM CHRISTVM.
Ideo ſequitur: *Quoniam reſpexiſti humilitatem me
am.* Qui me ſuperbum in has neceſſitates con-
iecisti,humiliatū ab his eripuiſti. *Nec concluſiſti
me in manus inimici*,ſcilicet ne illaqueatus terrore uel
errore, in peccatis perſeuerādo morerer, & ſic
cum eo uinctus in pœnas traderer. Ideo non
concluſiſti,quia *ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes me-
os*, id eſt, affectiones meas in charitate dilata-
ſti, ſcilicet feciſti ut per dilectionem iuſtitia mi-
hi eēt facilis, quæ ſine charitate olim erat diffici
lis. Hucuſque uox CHRISTI in membris ſuis
perfectioribus,de ſe iam ſecuris. Sed quia cha-
ritas hic maxime commendatur, quæ compa-
gem facit,& in uno corpore ſi infirmatur unum
membrum, compatitur illud quod ſanum eſt,
perfectiora membra CHRISTI ſecūra iam de
ſe, in pauorem mentis poſita, pro infirmis fra-
tribus, quos ab unitate & ueritate fidei errare
uident,ſic orant: *Miſerere mei domine*,compatien
ti infirmis fratribus. perfice quod incepiſti. ſic-
ut me dilataſti, ita & illos dilata qui adhuc infir
mi ſunt. & ideo in anguſtijs. *Quoniam tribu-
lor*, non pro me, ſed pro commembris meis,
uidens illos aſtare theatralibus, quos olim in ec
cleſia tua uidi delectare in laudibus tuis. uideo
illos fugere laborem, ſequi uoluptatem. ſper-
nere ueritatem,diligere uanitatem. Ideo tribu
lor,quia *conturbatus eſt oculus meus*.oculus men
tis conturbatus eſt,id eſt, ratio. Nondum ex-
cæcatus *in ira*, id eſt, breui furore,nondum in
odio. quam habeo,uidens illos in uanitate per-
manere, ſed timeo ne ira uertatur in odium. &
ideo miſerere. *Anima mea & uenter meus*, id eſt,
interiora mea turbata ſunt. Intus ablumor, in-
tus æſtuo. quia iraſci licet,clamare nō licet. non
enim clamādo & corripiendo illos proficerem,
qui incorrigibiles ſunt:imo exacerbarem,& id-
eo interius turbor. Miſerere mei, ſcilicet illos
emendando, *quoniam defecit in dolore uita mea.*
Vita quæ mihi eſt iucunda in fratrum profe-
ctu,defecit in dolore, id eſt, tabeſcit dolendo
de eorum defectu. iuxta illud Apoſtoli, Tunc
uiuimus, ſi uos ſtatis in domino. *Et anni mei*,id 1.Theſ.3.
eſt,longæua uita defecit *in gemitibus*,non in cla-
ris uocibus, uidens illos in peruerſum ire,qui
mihi eſſent gaudium, ſi ſtarent in domino.
Vnde Apoſtolus, Gaudium meum & corona Phil.4.
mea. *Infirmata eſt in paupertate uirtus mea*. in pau
pertate,id eſt, inopia cibi,quia ſubtrahitur mi-
hi refectio illa quam in eis debui habere, quos
mihi incorporare uolui. uirtus mea defecit,id
eſt,robur quod ex illo cibo habere debui. Et
non ſolum ego conturbor,qui in corpore Chri
ſti mediocris ſum, ſed etiam *oſſa mea*, id eſt, fir-
miores in eccleſia & perfectiores, *conturbati
ſunt* fratrum iniquitatibus. exaggaratio dolo-
ris. Et ideo conturbatus ſum,quia *uicinis meis*,
id eſt, iam ad fidem appropinquantibus, *factus
ſum opprobrium*. deteſtantur me & blaſphemāt.
ſuper omnes inimicos meos ualde,id ē,magis quàm
paganos uel iudæos: quia peius uiderent quoſ-
dam de eccleſia uiuere, quàm pagani uel iudæi,
qui aperte ſunt inimici eccleſiæ. Peior enim
eſt qui intus male uiuit, quàm qui foris. Qui fo-
ris ſunt, quaſi infructuoſa ligna ſunt fabro aptat
qui intus, ſarmenta ſunt, uite præciſa, quæ ſo-
lus ignis expectat. Nota quod uir perfectus di-
cit, factus ſum opprobrium. Non enim ſolis
illis imputatur qui praue uiuunt, ſed dicitur,ui
de quàm praue Chriſtiani uiuunt. *Et notis meis*,
id eſt, iam initiatis ſacramentis fidei, factus ſum
timor. Omnes æqualiter timent, neſcientes quos
imitari debeant, cum illi qui nuper religioſi ap-
parebant, modo tam inordinate ſe habent. Et
non ſolum uicini,non ſolum noti,ſed etiam *qui
uidebant me*, id eſt, prouecti, cognoſcentes ſe-
creta mea, & intelligentes ſcripturas, *foras fu-
gerunt à me*, id eſt, hæreſes fecerunt, ab unitate
& à ueritate fidei exierunt. & illis fugientibus,
obliuioni datus ſum,id eſt, non amplius curant re
miniſci,*tanquam mortuus*,ſcilicet quilibet,ſepara
tus iam à corde eorum,*factus ſum tanquam uas per
ditum*,id eſt,ſicut uas confractum,inutile & nul
li uſui aptum. uel ſicut illud uas quod eſt per-
ditum, nullus eo utitur ad quod maxime fuit
paratum. ita ego ab eis derelictus, ad quorum
utilitatem inſtitutus ſum, inutilis uiuo. Quaſi
dicat: Ideo quia pro multis orando, in paucis
proficio: *Quoniam audiui uituperationem mul-
torum*, & laudem paucorum. pauci laudantur
ex nobis,& multi uituperantur: multorum di-

eo, *commorantium in circuitu*, id eſt, amantium
hæc terrena, quæ uolubilia & tranſitoria ſunt.
In eo, ſcilicet circuitu *dum conuenirent ſimul*, dum
omnes in hoc conſentiunt ut trāſitoria diligāt,
contemnant æterna. non ſolum in eo conuene-
runt, ſed etiam *aduerſum me*, ſcilicet *accipere ani-
mam meam conſiliati ſunt*, id eſt, laborauerunt ut
ſeducerent alios, qui adhuc in eccleſia ſunt. *Ego
autem in te ſperaui domine.* Quaſi dicat: Sed ego
nō defeci omnino in dolore illo. quia in tot ho-
minum peruerſitatibus paucos imitatione di-
gnos attendens, ſaluare tamen quærens, in te
ſperaui. In quo non eſt omnino quod offendat
amantem. In te ſperaui, id eſt, omnem fiduciam
meam in te poſui. Ideo in te ſperaui, quia offen
ſus conſideratione hominum, ac per hoc te at-
tendens, uideo te ultra hominem. Homo pro-
ficit, homo deficit. tu ſemper idem es. Et propte
rea dixi, ſcilicet in corde meo. *deus meus es tu*. &
ideo in te ſperandum. Et merito, quia *in manibus
tuis*, id eſt, in dono gratiæ tuæ *ſortes meæ*, id eſt,
hæreditas mea, quæ mihi ex miſericordia tua
quaſi per ſortem uenit. quod aliam portionem
non quæro niſi te, ex gratia tua eſt. ſicut in mit-
tenda ſorte non hominum merita, non perſo-
narum fit acceptio, ſed ille aſſumitur cui caſus
dederit: ita in dei electione pōt eē aliquis ordo,
quantum ad eum qui omnia cum cōſilio facit.
ſed quia nos illud ignoramus, eius electionem
gratiam merito uocamus. Aliter: quod ueſtem
illam habeo, quæ per ſortem, id eſt, gratiam tu-
am datur, ſcilicet charitatem qua deum diligo
& proximum, in manibus tuis eſt, hoc eſt, in
dono tuo, non in merito meo. Et quia in te ſpe-
raui, *eripe me de manibus inimicorum meorum*, id
eſt, ab hominibus iniquis, qui ſunt manꝰ perſe-
quentium, id eſt, ſpiritalium inimicorum. *& à
perſequentibus me*, id eſt, diabolo & angelis eius.
Non permittas me capi laqueis eorum. uel de
manibus eorum ſcilicet, qui per errorem mihi
inſidiantur. Et a perſequentibus, id eſt, aperte
impugnantibus per terrorem. Et tandem *illu-
ſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum*, id eſt, oſtende
beneuolentiam tuam in me, dando mihi reſur
rectionem & immortalitatem. ſepara grana à
paleis. grana aſſumantur in horreum tuum. *ſal-
uum me fac in miſericordia tua*, nō in merito meo.
Domine, cui uoluntarie me ſeruum exhibeo, *nō
confundar* æterna confuſione, ut illi qui te do-
minum habere uolunt. *Quoniam inuocaui te*. Par
uum uidetur hoc meritū ad hoc quod optat.
ſed ſi bene attendatur, magnum eſt. Multi uo-
cant dominum, non propter dominū, ſed pro-
pter aliud. ſi enim ab alio habere poſſent quod
deſiderant, non eum orarent, non illi adhære-
rent. Sed illi ſoli dominum inuocant, qui in ho-
ſpitium cordis ſui dominum uocant, & cor ſu-
um omni uitiorum ſorde purgant, ut tale ho-
ſpitium dominus ingredi non dedignetur. *Eru-
beſcant impij* qui te non inuocant. Et hoc modo
erubeſcant, *deducantur in infernum*. Merita eo- Matt. 25.
rum deducant eos ex aduerſo, ut cum ſerui tui
ſint ad dexteram, illi deducantur ad ſiniſtram.
hi in uitam æternam, illi in ſupplicium æternū.
uel deducantur hic in infernum, id eſt, in con-
ſummatam nequitiam. Et tandem *muta fiant la-
bia doloſa*. labia inimicorum CHRISTI &
eccleſiæ. qui cum uiderint illos, quos habuerūt Sap. 5.
in deriſum, in gloria, ſe autem in miſeria, non
ultra poterunt contradicere ueritati. Oſtendit
quæ ſint illa labia doloſa, ſcilicet *quæ* hic *loquun
tur aduerſus iuſtum iniquitatem*. Iudæi aduerſus
CHRISTVM, Non habemus regem niſi Ioh. 19.
Cæſarem. Et increduli & hæretici aduerſus fi-
delem populum. iſti pacem annunciant, illi bel
lum inferunt: iſti ſalutem, illi mortem: iſti ami-
citiam, illi odium. *In ſuperbia*, ſequendo quæ
CHRISTVS contemnenda monſtrauit. *Et
in abuſione*, id eſt, contemptu. qa amatores mun
di, contemptores ſunt fidei. Et Iudæi in Chri-
ſtum ſuperbe locuti ſunt, Nolumus hunc re- Lucæ. 19.
gnare ſuper nos. Et in abuſione, Ne forte ueni-
ant Romani, & tollant noſtrum locum & gen- Iohan. 11.
tem. Quaſi dicat: Ideo loquitur aduerſus iuſtū
iniquitatem, quia non attendunt quàm dulcis
eſt dominus. Sed ego qui iā guſtaui, dico: *Quàm
magna multitudo dulcedinis tuæ domine.* Nec ocu- 1. Cor. 2.
lus uidit, nec auris audiuit, quæ præparauit de-
us diligentibus ſe. Sed febricitanti palato non
ita ſapit, nec lippiētibus oculis ita uidetur. Hic
non pleniter accipiunt præmium, ſed in futuro
expectant. In deo nihil eſt quod bonis diſpli-
ceat, nihil autem quod malis placeat. *Quam abſ-
condiſti timentibus te*, ut ſoli illi ad eam peruени-
ant. nihil dulcius immortalitate ſapientiæ, ſed à
timore incipitur. & quandiu timetur, non per-
uenitur ad eam, ſed ſeruatur ut peruenias. *Per-
feciſti*, id eſt, perfecte oſtendiſti *eis qui ſperant in
te in conſpectu filiorum hominum*, id eſt, perfecte
credentibus. Qui erubuerit me coram homini- Lucæ. 9.
bus, erubeſcam & ego eum coram patre meo.
Hæc eſt illa dulcedo, quæ ab oculis impiorum
abſcondita eſt. dabitur autem perfecte illis, qui
non timent cōfiteri dominum in conſpectu, id
eſt, præſentia filiorum hominū, id eſt, peccatorū
pertinentiū ad uetuſtatem Adæ & Euæ, & non
ad nouitatem Chriſti. *Abſcondes eos* ab oculis fi
liorum hominum in cælo, non in paradiſo, ſed

in abſcondito faciei tuæ, id ē, in ſecreto loco pſen-
tiæ tuæ, quo nō eſt fas ulli impiorum accedere.
uileſcat tibi quicquid eſt præter eum. habitet
in te, habitabis in eo. Eſto domus illius, erit do-
mus tua. abſcōditam parauit tibi faciem ſuam
uiſione ſua. præſentia ſua tuebitur te. A *contur-
batione hominum*, id eſt, a perſecutione peccato-
rum. & interim dum ad illam dulcedinem ten-
dunt, *proteges eos*, ſcilicet a deuocatione inimi-
corum. *In tabernaculo* tuo, id eſt, in eccleſiaſticis
inſtitutis, in quibus tibi militant, *à contradictione
linguarum*, ut unitatem & ueritatem fidei tene-
ant, hæreſes non incurrant, contradicant hære-
ticorum linguæ. Tu o Chriſtiane ad tabernacu
lum fuge, regulam tene. Aliter: Abſcondes eos
in abſcondito faciei tuæ, id eſt, intus in corde,
ubi facies, id eſt, præſentia tua abſcondita eſt. a
conturbatione hominum, ut illuc confugientes
deſuper irrideant, foris conturbantes. Quem-
admodum ille qui munitam domum habet, il-
luc ſe recipit à facie tempeſtatis: ita ad conſcien
tiam puram in qua deus inhabitat, quiſque fide
lis recurrit: & a turbine perſecutionum tutus
manet. & non ſolum intus proteges, ſed etiā fo
ris. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradi-
ctione linguarum. foris, id eſt, in manifeſto pro-
teges. in tabernaculo tuo. i. in ſacramentis eccle
ſiaſticis a cōtradictione linguarꝫ. ut tenentes uni
tatem & ueritatē fidei, non timeant prauū do-
gma hæreticorum. Et in his omibus beneficijs,
uel habentes ergo tantam ſpem per miſericor-
diam dei, dicamus: *Benedictus dominus*, id ē, mul-
tiplicetur & creſcat in ſuis. *Quoniam mirificauit
miſericordiam ſuam mihi*, id eſt, magnam & mira
bilem mihi oſtendit ſaluationem ſuam. *in ciui-
tate munita* alibi circunſtante, id eſt, in catholica
eccleſia, quæ prius in Iudæa tantum parua, nūc
munita eſt populorum frequētia per circulum
terræ, illam priorem ambiente & muniente.
Prius fuit eccleſia in ſola Iudæa. qa ibi fuit laus
dei, ibi ſacramenta, ibi quodam modo accenſa
ſunt quædam ligna, id eſt, apoſtoli igne diuini
ſpiritus, & exierunt & combuſſerūt omnes ſyl
uas per circuitum, id eſt, gentilitatem undique
per circuitum illius prioris ciuitatis, ad amo-
rem dei prædicando accenderunt. & ſic illam
priorem ciuitatem ampliauerunt & munierūt.
uel in ciuitate munita, id eſt, Ieruſalem in me-
dio mūdo poſita. ibi mirificauit miſericordiam
ſuam, quia ibi natus, ibi paſſus, ibi aſcendit. Vel
munitam ciuitatem dicit eccleſiam catholicā,
undique per fidem munitam. uel Ieruſalem cæ
leſtem, munitam angelorum frequentia. Et ut il
la miſericordia, id eſt, redemptio & ſaluatio mi
rificaretur. *Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ*,

Proiectus ſum à facie oculorum tuorum, cogitans
me in primo parente tranſgreſſorem præcepti
tui, quem ex magna miſericordia ſimilem tibi
creaueras, immortalē feceras, in gloria paradi-
ſi poſueras, quandoque ad maiorem gloriam
transferendum. Dixi, id eſt, cogitaui. Proiectus
ſum a facie oculorum tuorum. Tantæ ſunt ini-
quitates meæ originales, quod ſi reſpicis meri-
ta, non ſum dignus quem oculi tui uideant, id
eſt, miſericordiam præſtes. & hoc cogitaui in
exceſſu mentis meæ, id eſt, in pauore. ideo ſcili-
cet, quia humilia me accuſaui, qa me recogno-
ui. *Exaudiſti uocem orationis meæ*, id eſt, liberam
& ualidam intentionem exaudiſti miſericordi-
ter redimendo. Et hoc feciſti *dum clamarem ad te*,
non ad aliud. Hoc eſt quod alibi dicit: ſi dice-
bam, motus eſt pes meus: ad illud, ego dixi in *pſal.93.*
exceſſu mentis meæ, proiectus ſum a facie ocu-
lorum tuorum. Miſericordia tua domine adiu
uabit me, ad illud, Ideo exaudiſti uocem oratio *Ibidem.*
nis meę. Et quia dominus tam miſericors eſt, &
tam promptus ad ignoſcendum, *Diligite domi-
num*, non mundum, id eſt, in dilectione eius per
ſeuerate, q prior dilexit uos, q uos impios dile
xit ut faceret iuſtos, nunc *ſancti* facti, diligite eū.
Diligite eum ſuo merito, qui prior uos dilexit
abſque ueſtro merito. Ideo nolite a dilectione
ceſſare, *quoniam ueritatem requiret dominus*, ſcili-
cet ut pſeueretis in bonitate & in cuſtodia man
datorum eius. Qui enim dicit ſe diligere deum,
& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. ue- 1.Ioh.2.
ritatem requiret ad remunerandum. Et econ-
uerſo *retribuet abundanter facientibus ſuperbiam*,
id eſt, perſeuerantibus in peccatis. Abundanter
enim peccantes, abundanter patientur tormen
ta. Et ideo certi de pręmio, *Viriliter agite*. nolite
deficere in laboribus. *Et confortetur cor ueſtrum*
in ſpe tantæ mercedis, & ſi caro infirmetur.
Omnes qui ſperatis in domino, non in ſeculo, ſcili-
cet qui præmium laboris ueſtri ſperatis a domi
no, & non in alia re niſi in ipſo domino. In uo-
ce capitis expoſuimus pſalmū ſub pſona mem
brorum. Poteſt autem exponi in uoce & in
perſona ipſius capitis, hoc modo: In te domine
ſperaui ego dominicus homo o domine uerbū,
in te eſt ſpes corporalitatis meæ. non ſperaui in
me ut miſer Adam. Et ideo non confundar in
æternum. confuſus ſum in paſſione, nō confun-
dar in morte, qui dixi, poſt tres dies reſurgam.
Et ut nō confundar, in tua iuſticia libera me, ſci
licet a morte, ſcilicet in humilitate & obedien-
tia, per quam iuſtificas, qui Adam deſtituiſti in
ſua iuſtitia. Hoc modo libera: Inclina ad me
aurem tuam. ad infirmitatem humanitatis, di-
uinitatem tuam inclina, ut cum moriar ex in-

ſirmitate carnis, reſurgam ex potentia diuini-
tatis. Accelera ut eruas me, ſcilicet de fouea
mortis, ne differas me reſuſcitare uſque in com
munem reſurrectionem. Eſto mihi in deum ,p-
tectorem, in paſſione: & in domum refugij, in
morte. Ideo quoniam tu uerbum, es fortitu-
do meæ humanitatis & refugium. Et quia tu es
protector & refugium, deduces me de mor-
te in uitam, uel de contradictione iudaici po-
puli, & conſtitues me in caput gentium. Et
Ioh. 10. enutries me, id eſt, ex perfectis perfectum cor
pus mihi adaptabis, humilitatis meæ exem-
plo illos quaſi lacte nutriens. propter nomen tu
um, ſcilicet per me clarificãdum. hoc modo de-
duces: Educes me de laqueo hoc quem abſcõde
runt mihi, id eſt, de morte qua me uelut laqueo
uinctum in ſola Iudæa detinere putauerunt, ut
mundus poſt me non iret, liberabis. Abſcon-
derunt quantum ad ſe, non quãtum ad me, quo
niam tu uerbum es protector meus, mei homi
nis. Et quia tu es protector meus, in manus
tuas commendo ſpiritum meum, in potentiam
tuam trado animam meam exeuntem a corpo
re, ut eam reddas cum poſtulo, id eſt, ex diuini-
tate tua poteſtatem habeam ponendi animam
meam, & iterum aſſumendi eam. Ideo tibi com
mendo, quia tu redemiſti me, id eſt, redimes a
morte domine deus ueritatis, qui nunquam fal
lis in promiſſis. Tu enim per prophetas reſuſci
taturũ me promiſiſti. & quia deus ueritatis, odi
ſti obſeruantes uanitates ſuperuacue, ſcilicet iu
Ioh. 11. dæos, qui ne amitterent locum & gentem, inuti
liter me occiderunt. Ego autem in domino ſpe
raui, exultabo & lætabor in miſericordia tua,
ut ſupra, hac ſcilicet, ſaluaſti animam meam, id
eſt, uitam meam, me reſuſcitando de neceſſitati
bus, id eſt, de morte & paſſibilitate. Quoniam
reſpexiſti humilitatem meam, id eſt, aſſumpſi-
ſti mortalitatem meam, uel obediẽtiam meam
reſpexiſti, qui deſpexiſti inobedientiam Adę.
Et ſaluãdo, Nec concluſiſti me in manus inimi-
ci, id eſt, in poteſtate iudaici populi, ut per mor
tem detinerent me in anguſtijs Iudææ. Clauſiſti
me in poteſtate illorum, quia mortuus ſum: ſed
non concluſiſti, quia reſurrexi. Fractum eſt uas
ungenti mei, & effuſum eſt ungentum meum,
id eſt, odor notitiæ meæ per totum mundum.
Ideo non concluſiſti pedes meos, id eſt, prædica
tores. in loco ſpatioſo, id eſt, in tota gentilitate.
Accenſæ ſunt faces in Iudæa, quæ exierũt & to
tum mundum incenderunt. Miſerere mei do-
mine. Quaſi dicat: Reſuſcitatus & omni paſſibi
litate ereptus, iam non terreor morte, ſed miſe-
rere meis, perfice in eis qđ incepiſti in me, quo
niam tribulor non in me, ſed in meis, id eſt, cru-
delitas perſecutorum magnum mihi timorem
incutit inde, quia conturbatus eſt oculus meus
interior, id eſt, ratio meorum conturbata eſt in
ira quam promeruit primus parens. Mens meo
rum, quæ debuit uir eſſe, & Euam, id eſt, car-
nem ſuam regere, ſi ſub capite ſuo maneret, re-
cedens a capite ſuo, id eſt, a deo, infirmata eſt. Et
anima mea, id eſt, ſenſualitas, infirmata eſt: quia
uir Euæ, id eſt, ratio, noluit eſſe ſub capite ſuo:
nec Eua, id eſt, ſenſualitas, noluit eſſe ſub ſuo ca
pite, id eſt, ſub dominio rationis. nec ualet eam
ratio refrenare, quin extendat manus ad illici-
ta. Et uenter meus, id eſt, caro meorum contur-
bata eſt, non ualens concupiſcentijs reſiſtere. Et
Ideo tribulor, quoniam uita mea, longæua uita
quam debuit homo habere, ſi a præcepto do-
mini dei ſui non recederet, defecit in dolore, id
eſt, in uerbo illo unde ſemper eſt dolẽdum. Eri
tis ſicut dij. Et anni mei, id eſt, anni meorũ æter Gene 3.
ni, qui futuri erãt, defecerũt in gemitibus, id eſt,
in uerbo illo unde ſemper eſt, ingemiſcendum.
Infirmata eſt in paupertate uirtus mea, id ē, ſen
ſualitas. & caro mea quæ ante præuaricationem
firma erat, nũc laborat indigentia plena. In nul-
lo enim habet ſufficientiam. Et oſſa mea, id eſt,
ratio & intelligentia conturbata ſunt, id eſt, con
fuſa in cognitiõe ueri. Pro quibus neceſſitatibus
auferendis ueniens homo dominicus immunis
a peccato, factus ſum opprobriũ uicinis meis,
iudæis, qui ſecundum carnem erãt uicini. ſuper
omẽs inimicos meos, id eſt, magis me deſpexe-
runt quàm aliquem gẽtilium, quos canes & im
mundos uocabant. quaſi d. tãta & tam indigna
pati non dedignatus ſum. Et timor, ſcilicet fa-
ctus ſum notis meis, id eſt, diſcipulis. Nos ſpera Luce. 14
bamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Qui
iudicabant me, id eſt, intelligebãt deum per mi
racula, foras fugerunt a me, id eſt, a diuinitate
ad humanitatem ſe conuerterunt, qui prius de
um putabãt, ſolum hominem me crediderunt.
Obliuioni datus ſum a corde eorum, tanquam
mortuus ſcilicet quilibet. factus tanquã uas p-
ditum, id eſt, tãquã uas inutile & nulli uſui aptũ,
ideo quoniam audiui, id eſt, patienter tuli uitu-
perationem multorum commorantium in cir-
cuitu, id eſt, delectantium in terrenis. ideo me ni
hil poſſe putauerunt, quia multa indigna patiẽs
in nullo reſtiti. uel commorantium in circuitu,
id eſt, quęrentium beatitudinem in uanitatibus,
& nunquam ad medium, id eſt, ad ueram beati
tudinem peruenientibus. In eo ſcilicet circuitu
commorantes, id eſt. amantes ea magis quæ ad
perditionem trahunt, quàm ea quæ ad ſaluati-
onem, dum conuenirent ſimul aduerſum me,
id eſt, dum unanimes eſſent in damnationem
meam, qui ad ſaluationem eorum ueneram, ac-
cipere animãmeã conſiliati ſunt, id eſt, non ſolũ

me, ſed etiam meos perſecuti ſunt ut perderēt. Ego autem in te ſperaui domine. iſtud & cæte-ra quæ ſequuntur, magis in perſona ſuorum dicit caput, quàm in ſua.

Intellectus Dauid. XXXI.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarē tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea dū configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Verūtamen in diluuio aquarum multarum ad eum nō approximabūt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in uia hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nō eſt intellectus. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui nō approximant ad te. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino miſericordia circundabit. Lætamini in domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.

Cum in omnibus pſalmus ſit intellectus, huic maxime & ſpiritualiter attribuitur nomē illud quod commune eſt, propter dignitatem & excellentiam. ut cum dicitur apoſtolus, intelligitur Paulus: propheta, Iſaias: urbs, Roma. Continet enim intellectum cuique fideli maxime neceſſarium ad ſaluationem, hunc ſcilicet, ante fidem non eſſe iactanda merita, quippe quæ nulla ſunt: accepta fide per gratiam, non eſſe præſumendum de impunitate, nec eſſe pigrum in bona operatione. & ſi quid boni fecerit, non ſibi, ſed totum gratiæ dei attribuere. Vox prophetæ. Quaſi dicat: Video homines uelle eſſe beatos, ſed diuerſi diuerſa de beatitudine conſtituunt. Hoc autem catholicum, hoc uerum.

BEati *quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, non illi quorum nullæ ſunt, quia illi nulli ſunt. ſed quorum iniquitates, originales ſcilicet & actuales, remiſſæ ſunt ſcilicet per gratiā dei, quæ prius intenſæ erant etiam ſub lege. iuxta illud, ad
Heb.7. perfectum nihil duxit lex. quotquot ante ſalui
facti ſunt, ideo ſalui facti ſunt, quia credebant futurum quod modo credimus impletum. iuxta
Heb.11. illud, Sancti per fidem uicerunt regna. &, Abra
am credidit deo, & reputatum eſt ei ad iuſtiti-
Gen.15. am. &, cum ueniſſet lex, reuixit peccatum. Hie
Ro.7. ronymus: Tribus modis remittuntur peccata. per baptiſmum, per charitatem, per martyriū. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates per baptiſmum, & quorum tecta ſunt peccata per charitatem. iuxta illud, Charitas operit multitudi-
1.Pe.4. nem peccatorum. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum per martyrium. Nunc ſunt remiſſæ in aqua baptiſmi. Et illi ſunt beati, quorū tecta ſunt peccata, actualia ſcilicet, poſt baptiſmum commiſſa. Tecta dico, non ab infirmo, ſed a medico. Tegit infirmus uulnera ad hoc, ut morbum augeat: tegit medicus medicaminibus, ut ſanet. *Quorum tecta ſunt peccata* medicamento pœnitentiæ, non ut ea deus non uideat, ſed ut non ita uideat ut puniat. Quod tegitur, non uidetur, non imputatur: quod non imputatur, non punietur. Si tu tegis peccata tua, non cōfitendo uel defendendo, deus ea detegit. Si autem tu te humilias & accuſas & detegis, deus ea tegit. Subiungit quomodo tecta: *Beatus uir*, id eſt, immortalis uel laudabilis uel glorioſus *cui non* imputabit *dominus peccatum*. non imputabit ad pœnam, quia hic deleuit per miſericordiam. Aliter: Quaſi dicat: beati ſunt illi qui per baptiſmum ſalui facti ſunt, accepta remiſſione peccatorum per gratiam. Et illi beati, qui poſt baptiſmum peccauerunt quidem, quia ceciderunt in criminalibus, ſed per confeſſionem & pœnitentiam emendauerunt. Sed ille eſt uir beatus. & bene uir, quia fortiter fecit. & magis beatus quàm illi, cui non imputabit dominus peccatum, id eſt, qui poſt remiſſionem peccatorum ſic cuſtodiuit animam ſuam à peccato immunem, ut nihil committeret tam magnū, quod ei dominus imputet. quis non conſumit niſi uenialia, & quę dñica oratione uel pſalmodia uel letania, uel eleemoſynis leuiter emēdare potuit. Ideo nō imputabit, quia *nec eſt in ſpū eius dolus*. In illius ſpū eſt dolus, qui aliud ē & aliud ſimulat. Intus habet iniuſtitiā, foris clamat iuſtitiā. quod no

tari pōt in pharisæo & publicano. In ſpū publi
cani non fuit dolus, quia quod ex ſe erat, non ta
Luc. 18. cuit. humiliauit ſe, accuſauit, ſtans à longe, &
non audens oculos ad cælum leuare. ſed percu-
tiens pectus ſuū, dicebat: Deus, propicius eſto
mihi peccatori. Huic non imputabit dominus
peccatum, quia deſcēdit iuſtificatus in domum
ſuam ab illo, id eſt, ad comparationem phariſæi.
Phariſæus autem tacuit quod clamandum fuit,
& clamauit quod tacendum erat. tacuit pecca-
ta, clamauit merita. & ideo etiam ſi iuſtitiā ali-
quam & meritum habuit, per ſuperbiam perdi
dit, ſibi attribuens quod à deo accepit. Quaſi
dicat: Ille eſt beatus, in cuius ſpiritu non eſt do-
lus. Quia econuerſo ille non eſt beatus, in cuius
ſpiritu eſt dolus. quod mihi experto creden-
dum. *Inueterauerunt enim oſſa mea dum clamarem
tota die, quoniam tacui.* Hoc in perſona cuiuſque
pertinentis ad ueterem hominem, dicit: Quia
per humilitatem nolui pertinere ad nouum ho
minem, per ſuperbiam in ueteri homine permā
ſi. Hoc maxime poteſt referri ad Iudaicum po-
pulum, qui ſignificatur in phariſæo, ſicut genti-
lis in publicano. Oſſa mea, id eſt, robur meum,
ſcilicet uirtutes & iuſtitia, inueterauerunt, id eſt,
infirmata ſunt. & non potui per me uitijs reſi-
ſtere, ſicut poſſem, ſi non in me, ſed in domino
confiderem. Qui in domino iuuenis eſſe potui,
in me ſenex factus ſum. Quoniam tacui, dum
clamarem. tacui peccata, clamaui merita. tacui
unde proficerem, clamaui unde deficerem. ta-
cui à confeſſione, clamaui in laude. Tota die, id
eſt, aſſidue, ut ille phariſæus, qui per uanitatem
ſua benefacta iactabat. Sed tandem conuerſus
ſum ab illo falſo clamore ad uerum, ſcilicet ut
non defenderem peccata, ſed accuſarem: nec ia
ctarem merita, ſed damnarem. Et hanc conuer
ſionem feci in ærumna mea, attendēs in me ma
gnam miſeriam, ſcilicet aſſiduam tribulationem
flagellorum tuorum uidi iuſtitiam quæ mihi
facilis uidebatur eſſe, difficilem ſine tua gratia.
Cognoui multa uitia me inuadere, nec meis uiri
bus poſſe reſiſtere. Et hoc ideo, *Quoniam graua-
ta eſt ſuper me manus tua*, quæ humiles ſubleuat,
ſuperbos grauat. Potentia tua multum me ſu-
perbum depreſſit, quia peccatum mihi domina
ri permiſit, iuſtitiam difficilem fecit, quæ pote-
ſtas hæc omnia ſubleuaret, ſi non de me, ſed de
illo præſumere uellem. *die ac nocte*, id eſt, aſſi-
Ro. 11. due. Cōcluſit enim deus omnia ſub peccato, ut
oīm miſereretur. Vel die ac nocte, id eſt, & in ꝓ
ſperis & in aduerſis, quia nec in proſperis ab
hac miſeria ſum releuatus, nec in aduerſis. Vel
conuerſus ſum a laude in accuſationem mei, dū
confringitur ſpina, id eſt, dum frangitur ſuper-
bia, & inclinor ad humilitatem per legis prohi-
bitionem. Spina eſt os quod animalis corpus
rigidum tenet. ea fracta, incuruatur. Tunc ego
conuerſus ſum in ærumna mea, id eſt, attendendo
miſeriam meam, *dum configitur ſpina*, id eſt, dum
conſcientia mea quæ prius ſibi applaudebat de
innocentia, putans peccata non eſſe quæ erant
peccata, dum illa conſcientia configitur, id eſt,
pungitur & excitatur ſpinis prohibitionum tu
arum. Antea enim neſciebam hoc peccatum
eſſe quàm lex diceret, Non occides, Non mœ- Ro. 7.
chaberis. Vel grauata eſt ſuper me manus tua
dum configitur ſpina, id eſt, facta eſt mihi iuſti-
tia difficilis, quæ prius uidebatur facilis, dum da
ta eſt lex tua quæ pupugit conſcientiam meam.
Iuxta illud Apoſtoli, Ante legem enim pecca-
tum mortuum erat. ego autem uiuebam. cum
autem ueniſſet lex, peccatū reuixit, ego autem
mortuus ſum. Nam concupiſcentiam neſcie- Exo. 20.
bam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concu
piſces. Vel dum clamarem tota die deſiderio
temporalium rerum, & non ſine cauſa. quia ma
nus tua, id eſt, potentia grauata eſt ſuper me, id
eſt, grauem uindictam accepit de me pro pecca
to primi parentis. Die ac nocte, id eſt, aſſidue.
Hoc modo conuerſus ſum. *Delictum meum cogni
tum tibi feci*, qui prius non attendebam uel de-
fendebam. ego ipſe damnaui, ego ipſe confeſ-
ſus ſum delictum, id eſt, quod non feci quod de
bui. Et iniuſtitias meas *non abſcondi*, ſcilicet quia
feci quod non debui. quod enim medicus te-
git, ſanatur: quod tegit infirmus, nutrit uulnus.
Si non tegis tu perdendo, tegit deus medendo.
Reuera non abſcondi. quia *dixi*, id eſt, cogitaui,
iſtud ſcilicet, *confitebor iniuſtitiam meam domino*,
confitebor ei peccata mea *aduerſum me*, id eſt,
me accuſando. Non imputaui deo uel fato, uel
fortunæ, uel conſtellationi, uel diabolo, ut mul-
ti faciunt. Et quia me adeo humiliaui, *tu remiſi-
ſti impietatem peccati mei*, id eſt, defenſionem pec-
cati quæ erat ex ſuperbia. Magna commenda-
tio miſericordiæ dei. Nondum uox in ore, &
iam ad cor auris dei. Non enim dicit, confeſſus
ſum. eſt autem dixiſſe, confeſſum eſſe. *Pro hac*
ſcilicet impietate, id eſt, dimiſſione peccati di-
mittenda, uel pro hac uenia peccatorum, *ora-
bit ad te omnis ſanctus*, id eſt, orabit te ut ad te
perueniat, non propter aliud. Omnis ſanctus,
id eſt, omnis qui uult fieri ſanctus. Nullus enim
ſanctificabitur, niſi cui tu dimiſeris peccata.
Orabit dico, *In tempore opportuno*, id eſt, in tem
pore gratiæ, ſcilicet in tempore incarnationis
CHRISTI. quotquot enim ſanctificati ſunt
uel ante aduentum filij dei, uel poſt, per eius fi-
dem ſalui facti ſunt. ante aduentum, creden-
tes futurum quod poſt aduentum credimus fa
ctum. Tempus opportunum eſt, de quo dicit 2. Cor. 6.
Apoſtolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ec-
ce nunc dies ſalutis. Quanquam dixerim in
tempore opportuno, *ueruntamen in diluuio aqua
rum multarum ad eum non approximabunt*, id eſt, in
multiplicitate uariarum doctrinarum non ac-
cedēt ad eius miſericordiam, ſcilicet imputādo

culpam ſuam uel conſtellationi ſecũdum quoſdam philoſophos,uel fortunæ ſecundum alios, & alijs huiuſmodi. Qui per compendium ad eũ poſſent uenire , id eſt , confitendo peccata ſua, & ſe humiliando poſſent habere placatum,per circuitum eundo accuſant . Quaſi dicat:Illi in multitudine excuſationum nõ approximabũt. Ego autem approximabo, quia à quo fugi per ſuperbiam , ad illũ refugiam per humilitatem. *Tu es refugium meum*.ad te uolo confugere, non te accuſare. te in corde quaſi arcem refugij habere ſatago,non me, non hominem, non mundum qui perit. *à tribulatione quæ circundedit me*, non demerſit . quia contuli copias meas in arcem,deſuper irridẽs occupatos curis iſtius ſeculi.Et poſt *exultatio mea* in te erit mihi.& nunc etiam es tu exultatio,ſed in ſpe. Et qa in re adhuc eſt tribulatio,*Erue me à circundantibus me*,ſcilicet ab aquis multis,uel a tribulationibus carnis, ut per eas non deuocer.Quaſi dicat:Dixi,confitebor,& tu remiſiſti.hæc mihi dicens,*intellectũ tibi dabo*,illum ſcilicet,quem dedi in prima creatione.quia cum in honore eſſes,id eſt,in dignitate naturæ rationalis, & non intellexiſti ut moribus exornares , uita excoleres . Comparatus
Pſal. 48. es iumentis inſipientibus,& ſimilis factus es illis,oblitus dei tui, ſine quo ſtare in illa dignitate non potuiſti. Nunc autem quia ad me p humilitatem redis, intellectum dabo tibi ad beatitudinem neceſſarium,ut ſcias de nullo eſſe præſumendum, niſi de ſola dei tui miſericordia . Et in illo intellectu *inſtruam te*,ut quod bene intelligis,morum honeſtate cõpleas.*In uia hac qua gradieris*,id eſt,in hac uita in qua nõ eris piger, ſed ſemper gradiens de uirtute in uirtutem. Vel in honeſto propoſito quod eliges, *firmabo ſuper te oculos meos*,id eſt,nunquam à te recedet miſericordia mea,quia ſemper ad me reſpiciet humilitas tua. Vt ibi, Oculi mei ſemper ad dominũ,
Pſal. 24. quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Ergo in tanto honore poſiti, & habentes tantam ſpem per miſericordiam dei,intelligenter & rationabiliter uiuere: *Nolite fieri ſicut equus*,qui ſine diſcretiõe tam portat ſuum ſeſſorem quàm alium. Et *mulus* tam alterius indifferenter onus ſuſtinet,quàm ſui domini. Vel nolite eſſe ſine rectore, ne laſciuientes per abrupta cadatis, ſicut equus & mulus cum ſine rectore ſunt , per deuia uadunt. uel nolite de uiribus ueſtris præſumere,qui intellectum habetis,ſicut facit equus & mulus *quibus non eſt intellectus*.Sed o domine, qui malunt eſſe equi & muli quàm tibi approximare,*in chamo & freno*,id eſt, in magna refrenatione & magna contritione *maxillas eorum cõſtringe* , id eſt , ſuperbam uocem eorum comprime.diſcãt non iactare merita,ſed tibi per humilitatem cõfiteri peccata.Illorum ſuperbiam deprime , uerba legis tuæ in ore eorum pone, quæ eos refrenẽt a ſuperbia & uago greſſu:*qui euntes per circuitum,non approximant ad te*. Qđ ſi approximare noluerit,*multa flagella*,id ẽ,multa pœna erit *peccatoris*,id eſt,in peccato perſeuerantis. *Sperantem autem in domino*,non in meritis ſuis , non in ſeculo , *miſericordia circundabit*, id eſt,muniet & hic per flagella , & in futuro per remunerationem. Et ut illius miſericordia uos circundet,*Letamini in domino*,non in ſeculo, cuius lætitia tranſitoria eſt . Lætamini mente *& exultate* in corpore,in ſpe tamen *iuſti*: quia iniuſti in ſeculo exultant,non in domino. Et tandem *gloriamini* perfecta gloria in re *omnes recti corde*. Nam diſtorti corde,non in domino gloriãtur; cum dicant aut deum non eſſe in rebus,ſed caſu omnia contingere,ut pagani:uel ſi dicunt deum eſſe,dicunt eum iniuſtum, ut falſi Chriſtiani, cum uident ſe in labore , & alios deum non timẽtes in rege:ſe paupes , illos diuites:uel dicũt eũ ſola cæleſtia curare , infima deſpicere. Recti aũt corde ſunt, q ſuã uolũtatem ad dei uoluntatem dirigũt. & ſi eos cõturbat humana infirmitas,cõſolatur eos diuinæ æquitatis iudicium. Et ſi aliter quàm uelint contingat, uoluntatem dei ſuæ uoluntati præponunt . hi ſemper in domino gloriantur.

In finem Pſalmus Dauid. XXXII.

EXultate iuſti in domino , rectos decet laudatio . Confitemini domino in cithara,in pſalterio decem chordarum pſallite illi. Cãtate ei canticũ nouum,bene pſallite ei in uociferatione. Quia rectum eſt uerbum domini,& omnia opera eius in fide. Diligit miſericordiam & iudicium, miſericordia domini plena eſt terra. Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Congregãs ſicut in utre aquas maris,ponens in theſauris abyſſos. Timeat dominum omnis terra,ab eo autẽ commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipſe dixit,& facta ſunt:ipſe mandauit,& creata ſunt . Dominus diſſipat conſilia gentium , reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum . Conſilium autem domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatiõe & generationem . Beata gens cuius eſt dominus deus eius,populus quem elegit in hæreditatem ſibi . De cælo reſpexit dñs,uidit omnes filios hominum . De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitãt terrã. Qui finxit ſigillatim corda eorum,qui intelligit omnia opera eorum. Non ſaluatur rex

per multam uirtutē,& gigas non ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem,in abundantia autem uirtutis ſuæ non ſaluabitur. Ecce oculi domini ſuper metuentes eum:& in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum,& alat eos in fame. Anima noſtra ſuſtinet dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt. Quia in eo lætabitur cor noſtrum,& in nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos,quemadmodum ſperauimus in te.

Pſalmus iſte cum ſuperiori continuatur. & eſt uox prophetæ,hortãtis omnes fideles,ut iu- Roma.3. ſtificati gratis per gratiam dei,non amplius exultēt in ſeculo,cuius gaudium finem habet: ſed in dño, in quo ſine fine gaudebunt. & innouati cãtēt canticũ nouũ, qđ cãtatur nõ uoce, ſed noua uita:ſcilicet nouam humilitatem, uoce animoſitatis depoſita,nouam charitatem, nouam Ephe.4. iuſtitiam,induentes nouũ hominem qui ſecundum deum creatus eſt. Dicit itaque:

EXultate iuſti in domino. Quaſi dicat: Dixi ſupra,exultate iuſti.iterũ dico exultate iuſti, non in ſeculo quod iniuſtorum eſt, quorũ gloria finē habet:ſed exultate,id eſt,extra uos ſaltate non in uobis gaudentes,ſed in domino.tantum illi attribuite, in quo æterna eſt exultatio. Ideo uos iuſti exultate in domino, in omnibus gratias agite deo, quia *rectos* ſ.& non alios *decet collaudatio*. Ecci.15. Nõ enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Peccator in proſperis benedicit deum, in aduerſis uituperat:quia ē diſtortus corde. Recte autem qui dei uoluntatem ſuæ uoluntati præponunt, & qui ſciunt omnia ſibi cooperari in bonum, ſemper deum laudant. ut Iob, Iob.1. Dominus dedit, dominus abſtulit. ſicut domino placuit,ita factum eſt. ſit nomen domini benedictum. Vos qui iuſti eſtis,qui per gratiã redempti eſtis,ad nouum hominem pertinentes, Roma.6. exultate in domino,id eſt, in nouitate uitæ ambulate, quia rectos decet talis laudatio. Iuſti ſunt illi,qui ius ſuum non negant domino. Hoc modo exultate: *Confitemini domino in cithara*,id eſt,mortificate membra ueſtra,quia cithara de inferiori ſonat. Et in pſalterio pſallite,id eſt,ſpiritum roborate,quia pſalterium deſuper ſonat. Vel laudate eum in cithara, id eſt, in inferioribus gratia dei uobis collatis, per ſex opera miſericordiæ deo gratias agite. eſurienti panem porrigite,& nudumq́ ueſtite. Vel in proſperis huius ſeculi & aduerſis deum benedicite. Et in pſalterio,id eſt,de ſuperiori pſallite, ſubiungentes dilectioni dei dilectionem proximi, rapientes alios ad amorem dei obſecrando,hortando monendo, rationem reddendo. Quia tribus modis fit eleemoſyna:duobus modis de ſuperiori,ſcilicet primum cum nos ipſos impēdimus, quod præcipuum eſt. ſecundum, cum proximum ad charitatem dei trahimus. Tertium de inferiori, cũ in carnalibus proximis miniſtrando,deo ſeruimus. *In pſalterio decem chordarum pſallite illi*,id eſt, decem uerba legis deſuper data,ſpiritaliter implete, diligendo deum & diligendo proximum. Cum enim decem ſint præcepta,tria pertinent ad dilectionem dei,ſeptem ad dilectionem proximi. Chorda cum fit,primum extēditur,deinde ſiccatur,& poſt torquetur. Ita & nos ſi uolumus fieri tale inſtrumentũ deo per ſimilitudinem,extēdere nos debemus, crucifigentes carnem noſtram cum uitijs & concupiſcentijs. Siccare nos debemus.i. a carnalibus deſiderijs ſubtrahere. torqueri etiam debemus,id eſt, tormenta aliunde illata patienter tolerare,quia duo ex his in nobis ſunt, unum extra. Quaſi dicat: & hoc facientes, *cantate ei canticum nouum*. ſcilicet deponentes mendacium, 1.Pe.2. ſimulationem, odium, inuidiam, detractionem & omnem malitiam,quæ ſunt ueteris hominis, quaſi modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, uirtutes noui hominis induite, qui ſecun- Ephe.5. dum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Vetus canticum eſt,animoſitas, ſuperbia,odium. Nouum uero canticum eſt,manſuetudo,humilitas,charitas. Et non ſolum cantate ore,ſed *bene pſallite ei*,id eſt, bene operando laudate eum *in uociferatione*, id eſt,omni mentis intentione uel ineffabiliter. Alibi,in iubilatione. Ideo dominum laudate,& ei uiuite: *Quia rectũ eſt uerbum domini*. omnis promiſſio eius uera. nihil promittit,& non reddit. *Et omnia opera eius* quæ iubet fieri,ſunt *in fide*,ſcilicet neminem fallentia. Nulla enim ſunt ſine retributiõe. qui miſericorditer dignatus eſt remunerationem promittere,fideliter uult perſoluere. Teneamus fideliſſimũ debitorem, quia habemus miſericordiſſimum promiſſorem. fideliter exhibebit, ſi fideliter exigamus. Quia opera eius ſunt in fide, & noſtra ſint in fide. Poſſumus & ſic dicere: Cantate domino canticum nouum, id eſt,canticum fidei, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Heb.11. deo. Sed quia fides ſine operibus ocioſa ē,ideo Iac.2. ſubdit: Bene pſallite ei,id eſt, iubilatione uel uociferatione,id eſt,operando cum magna intentione. Intantum eum laudate,ut uerba laudibus deficiant: quia iubilum eſt laus dei uerbis inexplicabilis. Ideo in fide operamini,quia rectum eſt uerbum domini,ſcilicet uerbum fidei. unde propheta: Verbum breuiatum faciet dominus Iſa.10. ſuper terram. de quo Apoſtolus, Hoc eſt uer- Roma.9. bum fidei quod prædicamus. Illud uerbum re

ctum eſt,quia eſt in operatione. unde ſequitur:
Et omnia opera eius in fide. Nullus poteſt bene
operari extra fidem, ſiue hoc ſiue illo modo:
quod ſequitur,ſic continuatur. Reuera ſunt in fi
de,quia omnia aut ſunt miſericordia, aut iudi-
cium: & hoc in fide,quia nunquam ſine remu-
neratione. *Diligit miſericordiam*. ergo & nos dili-
gamus miſericordiam. Quæ maior poteſt eſſe
hac dei miſericordia,quod auerſos uocat,quod
condonat, ꝙ patiẽs eſt ſuper peccatores donec
conuertantur? Hortatur pigros, conſolatur af-
flictos, docet ſtudioſos. obliuiſcitur præterita,
promittit futura. Non deſerit laborantes &
in illo confidentes. donat unde ſibi ſacrificetur,
tribuit unde placetur. uel alia cauſa quare ſit cã
tandum,quia diligit miſericordiam qua uocat,
qua iuſtificat, *& iudicium*,quo ſuos flagellat,ma
los excæcat. Diligit & iudicium,quia diſcernit
inter iuſtum & impium,iuſtis dans præmium,
iniuſtis pœnam. Ita & nos diligamus iudicium,
iuſte iudicemus. Multi putant ſe bene agere,
cum defendendo cauſam pauperis, uertunt ius
in iniuſtitiam. quod non eſt faciendum, quia nec
miſericordia debet impedire iudicium, nec iudi
cium miſericordiam. Si uolumus pauperi ſub-
uenire, poſt iudicium miſericordiam faciamus,
uel poſtulemus a potente. Probat quod miſe-
ricordiam diligat. *Miſericordia domini plena eſt
terra*, id eſt, eccleſia quæ eſt terra domini & eius
hæreditas, eſt plena operariorum miſericordiæ
domini Oſtendit per quos operarios impleuit
hanc terram. *Verbo domini cæli firmati ſunt*, id eſt,
doctrina & operatione filij. Cæli, id eſt, apoſto-
li pluentes doctrinis. tonãtes minis, coruſcantes
miraculis, firmati ſunt in fide, ſpe & charitate.
Filius dei uerbum dicitur, quia interpretatur no
bis uolũtatem dei. *Et ſpiritu oris eius*, id eſt, ſpiri
tuſancto miſſo de cælis, ab ore eius, id eſt, Chri
ſto, qui eſt os patris, quia per illũ nobis locutus:
hic oſtendit quod ſpirituſſanctus & a filio pro-
cedit. ab illo ſpiritu *omnis uirtus eorum*, ſcilicet
quod ſunt tonantes minis, coruſcantes miracu-
lis. hic trinitas notatur. Hucuſque oſtenſio miſe
ricordiæ. Diligit & iudicium, *congregans ſicut in
utre aquas maris*, id eſt, reſeruans ibi fluitãtes uo
luntates amaricantium perſecutorum, compe
ſcens eas ut non ſæuiant niſi eo permittente, ut
habeat unde filios erudiat, & ſeruos puniat: p-
bet pios, & damnet impios: ſuos milites co-
ronet, & perſequentium rabiem retundat. uel
perſecutorum ſæuitiam, quæ olim aperte & paſ
ſim uagabatur, collegit & conſtrinxit in pau-
cis: ut quamuis habeãt uoluntatem, non tamen
poſſint niſi permiſſi, ſicut aqua in utre non exit,
niſi cum uult ille qui in poteſtate habet utrem.
Ponẽs in theſauru abyſſos. Non ſolum alios, ſed
etiam perditiſſimos, etiam deſperatos in came
ra ſua habet repoſitos. illi etiã in poteſtate ſua
ſunt, ut nihil poſſint niſi permiſſi, ut habeat un-
de tribuat donaria militibus ſuis: unde coronet
bonos, damnet malos: ſuos probet, impios con
ſumat. Ergo *timeat dominum omnis terra*, id eſt,
omnes illi qui terram, id eſt, corpus ſuũ ita ex-
coluerunt, ut tandem immortalem recipiant. il
lum ſolum timeant, cui omnia obediunt neceſſi
tate. Sæuit ſerpens, timeat dominum. ſæuit leo,
timeat dominum. ſæuit tyrannus, timeat do-
minum. nihil enim plus hæc poſſunt, niſi quan-
tum ille permiſerit. Nec moueatur ab aliquo
horum, ſcilicet a ſuo propoſito. *Ab eo autem*, ſci
licet domino, *commoueantur omnes inhabitantes
orbem*, ut quo ille iuſſerit moueantur, euntes de
uirtute in uirtutem. omnes perfecti, qui agrum
ſuum orbiculatum fecerunt, omni enormitate
amputata, id eſt, qui carnem ſuam crucifixerunt
cum uitijs & concupiſcentijs, & ſic inhabitant il
lum orbem, & non inhabitãtur: illi timeant do
minum timore caſto, & non mundum, qui nihil
poteſt in eos, niſi permiſſus. Aliter: Et ſpiritu
oris eius, id eſt, ſpiritu CHRISTI, omnis uir
tus eorum, ſcilicet apoſtolorum. Quod ſequi-
tur, ad iſtud ſic continuatur: Eius dico, qui eſt
congregans, ſcilicet per illos cælos. aquas ma
ris, id eſt, huius ſeculi fluctus & perſecutiones
quaſi in utrem, ut in paucis iam ſæuiat iſtud ſe
culum, cum iam per doctrinam apoſtolorum
maior pars conuerſa ſit ad fidem. Et ne aliquis
gloriaretur temeraria exultatione, dicẽs: Nihil
ergo timendum, quia cõgregatæ ſunt aquæ ma
ris, ſubiungit: Timeat dominum omnis terra.
Exultet, quia miſericordia domini plena eſt ter-
ra. Timeat autem peccare & ab eo recedere.
Dominum ſolum timeat eccleſia, & non alia:
quia alia om̃ia in eius ſunt poteſtate, & nihil poſ
ſunt niſi eo permittente. *Quoniam ipſe dixit, & fa
cta ſunt*, ſcilicet creatione prima. uel ipſe dixit, id
eſt, permiſit, & facta ſunt quæcunque fiunt, ſiue
quæ ipſe fecit, ſiue quæ fieri permittit, & nihil
fit eo non permittente. Et bene in eo quod dicit,
facta, intelligimus om̃ia: quia factum eſt quod-
dam incertum & confuſum, hoc ſolo certum,
quod factum eſt. Et ideo quod dicit, dixit: mi-
nus intelligitur, quàm quod dicit, mandauit: qa
quod mandamus, ratum eſſe uolumus. *Ipſe man
dauit, & creata ſunt*. Et quæ ſeparatim poſt re-
creata ſunt in ſanctificationẽ, omnia ex eo ſunt,
et nihil poſſunt hæc uel illa niſi per eum. Et ideo
dominus diſsipat conſilia gentium quærentium no
men eius delere, ſanctos eius morti tradere, &
à deo ſuo deuocare. Gentes autem non diſſipãt
conſilium domini. *Reprobat autem cogitationes
populorum* iudæorum ſcilicet. Iube ergo cuſto-
diri ſepulchrum, ne forte ueniant diſcipuli eius, Matt.27
& furentur eum, & dicãt plebi, Surrexit a mor
tuis. populi autem nõ reprobant conſilium do
mini. *Et reprobat conſilia principum*, ſcilicet An-

Ioh.11. næ & Calphæ,q dixit: Expedit uobis ut unus
moriatur homo pro populo. uel omnium prin
cipum quærentium ſua,non quæ ſunt dei. Prin
cipes autem non reprobant conſilium dei. Et
hoc eſt quod ſequitur: *Conſilium autem domini in
æternum manet*,ſcilicet ut reſurgeret,& humanũ
genus redimeret. ſcilicet, *cogitationes cordis eius
à generatione in generationem*. quia eius conſili-
um quod fuit diſpoſitionis antiquæ, reparatio-
nis nouæ, felicitatis æternæ, permanet & in ge
neratione prima & generatione ſecunda immu
tabile. In prima fuit prophetatum, in ſecunda
impletum. uel in generationem temporalem,in
generationem æternam. In alijs minus eſt cogi-
tatio quàm conſilium. Conſilium eſt cogitata
ratio. ſed in deo idem eſt. ideo hic indifferenter
ponuntur. Hoc eſt illud conſilium domini,ut
gens ſua eligat ſibi deum ad beatitudinem, in
quo ſolo eſt uera beatitudo. Nullus enim beati
tudinem ueram habere poteſt a ſe inferiori. oẽs
uolunt eſſe beati. ſed illi ſoli ſunt beati, qui ſu-
pra ſe beari quærunt. Quaſi dicat: Reuera con-
ſilium domini in æternum manet,quia *beata* eſt
gens cuius eſt dominus uoluntate, *deus eius* neceſſi
tate, quæ non alium dominum *elegit in heredi-
tatem ſibi*, id ẽ, populus per gratiam acquiſitus.
Elegit dico,per gratiam,non per meritum, hoc
modo: *De cælo reſpexit dominus*, id eſt,de huma-
nitate uerbi, per quam ſe ad infirmitatem no-
ſtram diuinitas inclinauit, reſpexit dominus, q
prius in Adam deſpexit. & reſpiciendo *uidit*,id
eſt,miſericorditer elegit, *omnes filios hominum*,id
eſt, omnes iudæos,futuros per gratiam ſuã imi-
tatores patriarcharum & prophetarum. Et nõ
ſolum de cælo reſpexit, ſed etiam *de præpara-
to habitaculo ſuo*,id ẽ,de apoſtolis quos per gra-
tiam ſuam tales fecit in quibus habitaret, *reſpe-
xit ſuper omnes qui habitant terram*, id eſt,miſeri-
cordiam ſuã exhibuit ſuper omnes illos de gen
tibus,qui terram,id eſt,carnem ſuam ſic colũt,
ſic ſpinis & tribulis emundant, ut quandoque
illam immortalem recipiant. tales inhabitant,
& non inhabitantur. *Qui* ut idonei fierent ad ele
ctionẽ, *finxit* ſingulatim *corda eorum*,id ẽ, infor-
mauit & aptauit corda eorum,dando illis diuer
ſa dona ſancti ſpiritus. Vnde Apoſtolus, Vnuſ-
quiſque proprium donum habet ex deo. uel *ſi-
1.Cor.7. gillatim*, id eſt, ſigillando & imprimendo illis
imaginem ſuam. Vel ſingillatim,id eſt,ſingulis
ſigillum ſpiritus imprimens. Et non ſolum cor-
da finxit,ſed *intelligit omnia opera eorum*. Miſeri-
cordia dei magna non dicit, intelligere facit: ſed,
Mar.16. ipſe in illis intelligit iuxta illud,domino coope-
rante. uel intelligit, ſcilicet qua intentione fiant.
intelligit,id eſt, uidet, quia omnia ſunt nuda &
Heb.4. aperta oculis eius, ad hoc uidet,ut ea dirigat. Et
reuera iſti ſoli beati,iſti ſoli ſalui q p gratiã iuſtifi
cãt, & nõ ex meritis. nã alij minime. Et hoc oñ-
dit a maiori,quia neque potentes ut reges, neq;
fortes ut gigantes, qui alios ſaluare non poſ-
ſunt. nam nec ſeipſos. *Non ſaluatur rex* ſaluatio-
ne uera *per multam uirtutem*. Quaſi dicat: ſalua-
tur rex,ſed non per pompam ſuam. *Et gigas*,id
eſt, robuſtus *non ſaluabitur in multitudine uirtutis
ſuæ*. Ideo per hoc non ſaluantur, quia *fallax* eſt
equus ad ſalutem. Equus,id eſt,dignitas & pom-
pa ſecularis uidetur promittere beatitudinem,
ſed non perſoluit, ſi ad regem uolumus iſtud
conferre. Si autem ad gigantem, hoc modo:
Fallax equus. i. humanũ corpus, q̃d eſt ſine in-
tellectu ut equus. & quod ſine ſeſſore, id eſt, ani
mi regimine, per abrupta fertur. Fallax ẽ ad ſa
lutem,quia impedimentum eſt animæ. Aliter,
in bonam partem: Non ſaluatur rex per mul-
tam uirtutem. Etiam ille qui carnalibus concu
piſcentijs reſiſtit, uel diabolum & angelos eius
impugnat, ſi de ſe præſumit,non ſaluatur: quia
fallax eſt equus, id eſt, homo ad ſalutem, non
habeat deum ſeſſorem ſuum: quia neque uo-
lentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei. Iob Ro.9.
de deo dixit: Baltheum regum diſſoluit,& re- Iob.12.
nes eorum fune præcingit. Hoc dictum eſt de
illis,qui regunt illicitos motus bene, & præſu-
munt de ſe. illorum baltheum diſſoluit, id eſt,
permittit eos cadere,ut Petrus q negauit, Tho
mas qui dixit, omnes cum eo moriamur, pri- Ioh.11.
mus ſe in pedes coniecit. Iohannes qui ſupra pe Ioh.13.
ctus in cœna recubuit,relicta ſindone, nudus au Mar.14.
fugit. & hoc ad utilitatem illorum, quia poſtea
præcinget renes eorum conſtantia. Salua-
tur rex, ſaluatur & gigas. *In multitudine au-
tem ſuæ uirtutis non ſaluabitur*. In quo ergo ſa-
lus? *Ecce* quaſi in euidenti eſt. *Oculi domini*,id eſt,
reſpectus miſericordiæ domini *ſuper* timentes
eum,ut euellat de laqueo pedes eorum,ne ad eũ
reſpicientes, in foueam cadant uel laqueum. *Et
in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius*, id eſt, qui
ſic eum timent,ut in alio non ſperẽt,uel qui ſpe
rant in eius remuneratione. Timor enim ſine
ſpe,deſperatio eſt: ſpes autem ſine timore,præ-
ſumptio. Ad hoc ſunt oculi domini ſuper iu-
ſtos, *ut tandem eruat à morte* æterna *animas eo-
rum*, *&* interim *alat eos in fame*,id eſt, in tempore
famis: quia facit in hoc tempore eſurire iuſtitiã,
et illa refici. Vnde quia reficit in tempore famis,
& tandem in diebus plenitudinis ſaturabit, *ani
ma noſtra ſuſtinet dominum*, quem habet miſeri-
cordiſſimum promiſſorem, expectat fideliſſi-
mum debitorem. ſi moram feram fecerit, ſuſti-
net pondus præceptorum eius. Et merito, *quoni
am adiutor* in perficiendo in bonis, *& protector
noſter eſt*, ſcilicet in malis,ne deficiamus. Et ideo
merito illum ſuſtinet, illum expectat: *quia in eo
lætabitur cor noſtrum*, etſi tribuletur caro noſtra.
Et in nomine ſancto eius ſperabimus, non in no-
ſtro,ut Adam qui uoluit ſibi eſſe deus. ſperabi-

& uinum. & hæc mutatio facta eſt, quando in
cœna illa qua tradebatur, accepit panem & be
Mat. 26. nedixit & fregit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens:
Mar. 14. Hoc eſt corpus meum. Similiter & uinum ac-
Luc. 22. cepit, & ſanctificando mutauit in ſanguinem ſu
um. Et cum hoc faceret, quodam modo ferebatur in manibus ſuis, quod in ſpecie panis magis corpus ſuum accipi uoluit, quàm alia: quia uinum corpus dementat, ita & imitatio paſſionis CHRISTI, ſanctos martyres adeo inebriauit: ut ab humana mente omnino in diuinam transferret, & terrena penitus obliuiſci faceret. Et in hac traditiõe corporis & ſanguinis ſui, cõmendauit nobis humilitatem ſuam: qui cum di
2. Cor. 8. ues eſſet, factus eſt pauper pro nobis. & rex an
gelorum, factus eſt homo, ut panem angelorũ manducaret homo. Tanta enim erat humana ſuperbia, ut nec patriarcham, nec prophetam, nec alium aliquem hominem imitari dignaretur. Vt ergo hæc ſuperbia ſe humiliaret, factus eſt deus homo, ut homo fieret deus. Immortalis formam mortalem induit, ut mortalis aſſumeret immortalem. deſcendit ille, ut nos aſcenderemus. In hac autem mutatiõe uultus, id eſt, ſacrificij in quo uolũtas dei quodã modo oſtendebatur: quia per hæc temporalia inſtituta uoluit oſtẽdere uera & æterna, affectabat ſe. Quæ maior affectio, quàm quod deus immortalis permulta indigna & multa probra ſubiret mortem temporalem, ut humanum genus a morte æterna eriperet? Tympanizabat ad portam ciuitatis, quia corpus ſuum in cruce affixum clauis extẽdit, ut corda hominum quæ peruia erãt diabolo, clauderet inimico & aperiret deo. Et procidebat ad oſtium portæ, id eſt, humiliabat ſe uſque ad initium fidei noſtræ, quæ fides introitus eſt in eccleſiam. Saliuæ autem in barbã defluebãt, quæ ſaliuæ puerorum ſunt. quia uerba domini quibus corporis ſui & ſanguinis commendatio fiebat, infantilia Iudæis uidebantur, in quibus uerbis diuinitas per humanitatem la
tebat, quia in barba fortitudo notatur. cum eñ
Iohan. 6. diceret, niſi manducauerit quis carnem filij ho-
minis, & biberit eius ſanguinem, non habebit uitam: multi audientes & ignorantes opus diuinitatis in his latere, abierunt retrorſum, etiam ex diſcipulis, dicentes: Durus eſt hic ſermo. & quis poterit eum audire? putabant enim ut carnem ſuam quã uidebant, eis uellet dare ad manducandum. Et conuerſus dominus ad diſcipulos ſuos undecim, dixit: Nunquid & uos uultis
Iohã. 6. abire? Reſpõdit Petrus pro omnibus: Domine,
Mat. 26. ad quem ibimus? Verba uitæ habes. Spiritus
eſt qui uiuificat, caro autem infirma eſt. In his qui retrorſum abierunt, non intelligentes commutationem huius ſacrificij, intelligitur Achis, q interpretatur, quid eſt hoc? & ſignificat ignorantiam, apud quos cum a phariſeis & ſummis ſacerdotibus & ſcribis ad mortem quæreretur, in porta ciuitatis manentibus tympanizabat, id eſt, apoſtolis in fide iam poſitus quæ eſt introitus ad Ieruſalem cæleſtem, ſonum dulcem de tympano protulit, doctrinam ſcilicet carnis ſuę mortificandæ. Et quia ille populus incredulus commendationem ueri ſacrificij intelligere noluit, & exemplum humilitatis CHRISTI nõ recepit, dimiſit eũ Chriſtus & abijt, id eſt tranſtulit ad gentes, ut per hoc ſaluarentur. Et eſt uox CHRISTI in hoc pſalmo, commendantis nouum ſacrificium corporis et ſanguinis ſui. & proponentis in ſe exemplum humilitatis hu
mano generi, qui cum in forma dei eſſet, exina- Phil. 2.
niuit ſemetipſum, formam ſerui ſuſcipiens.

B*enedicam dominum in omni tempore*. Ego qui hactenus benedixi dominum ad horam per legalia ſacrificia ſecundum ordinem Aaron in populo Iſraelitico, nunc benedicam nouo ſacrificio ſecundum ordinem Melchiſedec. qui & tempore & dignitate prior fuit, cui Abraam decimas dedit, in quo Aaron decimatus fuit. Et hoc faciam in populo Chriſtiano, ſumendo corpus & ſanguinem meum, id eſt, imitando humilitatem meam, non ad horam, ſed omni tempore, quia hoc ſacrificium non eſt ad tempus inſtitutum. Scilicet *ſemper laus eius* ſcilicet erit *in ore meo*, id eſt, et in proſperis & in aduerſis. Superbi huius ſeculi proſperitate elati, in proſpe
ris benedicunt, in aduerſis maledicunt ore cor-
poris & ore cordis. Dominus dedit, dominus Iob. 1.
abſtulit. Hoc modo benedicam: *In domino lauda
bitur anima mea*. uita mea per ſe uituperabilis laudabitur, id eſt, laudabilis erit in domino, id eſt, in miſericordia & in donis domini. nihil mihi attribuã. *Audiãt* ſcilicet hãc humilitatem meã *manſueti*, humiles audiant & imitentur. i. diſcant animam ſuam in domino laudare, & non in ſe, nõ in ſeculo, & lætentur uera lætitia. Ideo manſueti audiant hoc ſacrificium immutatum & intelligant, quia ſuperbi audire noluerunt, qui dixe
runt: Durus eſt hic ſermo. *& letentur* in exem- Ioh. 6.
plum mei, non contriſtentur ut illi qui dixerũt:
& quis poterit eum audire? Et quia in hac læti- Ibidem.
tia non eſt locus inuidiæ, & omne bonũ in commune collatum, pulchrius eniteſcit: nolo ſolus habere, nolo ſolus accedere, ut amatores ſeculi ad hoc quod diligunt, ſed quotquot poſſum, uolo mecum trahere ad amorẽ dei, obſecrando, admonendo, orando, rationẽ reddendo. O uos manſueti *magnificate dominum mecum* bene ope
rando, humiliamini ſub potenti manu dei, ut 1. Pe. 5.
uos exaltet mecum. ut ſicut ego uiuo propter patrem, ita & uos propter eum. *Et exaltemus no*

men eius in idipſum. In nobis magnum faciamus
eum recte uiuẽdo,&alios ad amorem illius tra
hendo, ſcilicet exultatione tendẽte in idipſum,
id eſt, in deum, ſcilicet in omnibus eius miſeri-
Gal.6. cordiam commendantes,uel in inuicem,alter al
terius onera portando, & ſic legem Chriſti im-
plendo. & in hoc me habete exemplum, quia
CHRISTVS. *exquiſiui dominum*. ex omni-
bus illis gloriã quæſiui,illum ſolum amaui. Er
ga illum ſolũ quæſiui, *exaudiuit me*, ſcilicet hac
exauditione. *Et ex omnibus tribulationibus meis*
eripuit me,tam exterioribus quàm interioribus.
Ergo meo exemplo *accedite ad eum* animo, nõ
loco,non eo modo quo illi acceſſerunt, qui me
crucifixerunt:ſed ſumendo corpus & ſanguinẽ
CHRISTI,& imitando eius humilitatem. Et
hoc mõ accedendo, *illuminamini* a tenebris igno
rantiæ,ut non ſitis Achis, ſcientes quid ſit ſacri-
ficium illud ,& quid notet, & propter quid ſit.
Ephe. 5 Iuxta illud apoſtoli, Surge qui dormis,& exur-
ge a mortuis,& illuminabit te CHRISTVS,
qui eſt lux uera. ipſe enim eſt nobis liber & ex-
emplar uitæ. Et poſt eius illuminationem *facies*
ueſtræ non erubeſcent. Interiores ſcilicet conſci
entiæ iam mundatæ,uel exteriores,non *confun*
dentur ante uerũ iudicem, neque hic erubeſcent
de paupertate & ignominia. Quaſi dicat: Et ut
facies ueſtræ non confundantur, imitamini hu-
militatem meam, qui cum diues eſſem, factus
2.Cor.8. ſum pauper pro nobis. ita & uos nolite glori-
am ueſtra q̃rere,ſed dei. *Iſte pauper*.i.ego humi
lis, nõ præſumẽs niſi de ſola dei miã. *clamauit*.i.
omni intentione ad deum ſe erexit. *&* non fuit
confuſus,quia *dominus exaudiuit eum*,*ex omnibus*
tribulationibus eius ſaluauit eum. Ergo & uos ex-
audiet,ſi humiles fueritis, ſi ad eũ clamaueritis.
Et reuera poteſtis clamare, quia habetis me nõ
ſolum exemplum,ſed & auxilium. quia *ange-*
lus domini, ſcilicet CHRISTVS magni con
Iſa.9. ſilij angelus. *immittet*,id eſt,immiſſionem faciet,
id eſt, auxilium ſuum. *in circuitu timentium eum*,
id eſt, ad defenſionem illorum qui eum timẽt.
Et eripiet eos hic ab interiori confuſione,& tan-
dem exteriori. Vel immittet angelum domi-
nus in circuitu timentium eum, & eripiet eos:
quia quiſque fidelis habet angelum bonum qui
Mat. 18. eum cuſtodit,ſicut in euangelio: Angeli eorum
ſemper uident faciem patris. Ergo quia me ha-
betis exemplum, habetis & auxilium, *guſtate*
dominum,ſumite corpus eius & ſanguinem. *&*
uidete,id eſt,intelligite. *quoniam ſuauis ẽ dominus*.
Ac ſi dicat:Sumite ſacrificium corporis & ſan-
guinis mei, & intelligite quid ſumatis, quia in
exemplum humilitatis & patiẽtiæ meæ hoc ſu
mitis,ut ſicut ego gloriam meam non quæſiui,

ſed domini,ita & uos. ſumite cum timore & re
uerentia, & uidebitis quoniam ſuauis eſt domi
nus. Sicut ego de morte tranſiui ad uitam, de
paſſione ad ſuauitatem & gloriam, ita & uos
comedentes me,id eſt, imitantes paſſionem &
humilitatem meam in hac uita, uidebitis tandẽ
quoniam dominus qui modo amarus uidetur
propter paſſionum tolerantiam, ſuauis eſt in re
muneratione. Guſtate & nolite eſſe Achis, id
eſt,error & ignorantia,ut dicans: quomodo iſte
poterit nobis dare carnem ſuam mãducare? Si Ioh.6.
ignoras,guſta & uide,quoniã ſuauis eſt dñs. Si
autem non intelligis, rex Achis immutat faciẽ
ſuam,& recedit a te. Et quia ſuauis eſt dominus
in remuneratione, *beatus uir qui ſperat in eo*. quia
etſi nunc uideatur miſer, tandem beatus erit,
cum mortale hoc induet immortalitatem. Et 1.Cor.15.
quia ſpes ſine timore præſumptio eſt, *timete do*
minum timore caſto, timentes eum offendere.
Quaſi dicat: Timendo eum non mentiar, non
fraudem faciam, non ero auarus, non ambitio-
ſus,& ideo pauper. ad hoc, *quoniam non eſt ino-*
pia timentibus eum. ueri boni inopia nõ eſt timen
tibus eum, quia habẽt eum in quo ſunt omnia
bona.& ſi pauperes uideanĩ, non habentes hæc
falſa bona,tamen intus diuites ſunt, & quando-
que foris indigentia ſupplebitur. Et ideo nolite
timere pauperes fieri in his falſis bonis propter
eum,quia *diuites* huius ſeculi, abundantes diui-
tijs & ſibi ſufficere credentes, tamen *eguerunt* il
lo uero bono. foris diuites,intus ſunt pauperes.
Quaſi dicat: Timentibus deum non eſt inopia,
nam non timentibus eſt inopia. Vel uos gen-
tes quæ pauperes eſtis,id eſt, quæ ad iuſtitiã uo
bis non ſufficere creditis,accedite ad eum, quia
nihil uobis in eo deerit. Diuites,id eſt,iudæi,qui
ſibi in lege & terrenis bonis ſufficere putauerũt,
eguerunt pane uerbi dei. Vnde propheta: Ecce Amos.8.
ego mittã in uos famẽ non panis, ſed audiendi
uerbi dei. Et quanquam eguerunt illo uero bo-
no,tamen *eſurierunt* naturali intentione,quia na
turaliter omnes ad beatitudinem tendunt, etſi
quoſdam deuius error abducit. *Inquirentes au-*
tem dominum, ſcilicet intus quærentes paſſibus
animi,non corporis, illum in quo eſt uerum &
ſummum bonum, *non minuentur omni bono*,imo
augebuntur,quia nunc habent ex parte, & tan
dem habebunt perfecte. Nullo bono minuen-
tur, quia habebunt illum in quo eſt omne bo-
num. Et quia non eſt inopia timentibus eum,
Venite filij paſſibus fidei. & ſi dixerim uos ti-
mere,tamẽ filij eſtis iuxta illud, Quotquot au-
tem receperunt eum, dedit eis poteſtatem fili- Ioh.1.
os dei fieri. uenite bene operando, ſi filij Abrahæ Ioh.8.
eſtis, opera Abrahæ facite, *audite me* aure audi-

endi. *Timorem domini docebo uos*, id eſt, quali-
ter debeatis deum timere, ut nihil uobis deſit in
ullo bono. Et ne quiſque dicat ſe timere domi-
num, determinat quis ſit qui dominum timeat
timore caſto. *Quis eſt homo* ſcilicet qui timet do
minum? Ille *qui uult uitam*, id eſt, qui in dei ſtu-
dio, in dei opere ſuo ad hoc tendit, ut deo adhæ
reat. in quo eſt uera uita. Et ille uult uitam, qui
diligit uidere dies bonos, id eſt, qui non delectatur
in diebus malis, ſed omni intentione ad illã uitã
tendit, in qua nulla erit aduerſitas. Aliter: Quis
eſt homo qui uult uitam, & diligit uidere dies
bonos? Quiſque dicit, ego. ergo fac ea quæ ſe-
quuntur. *Probibe linguam tuam à malo*, ut eundo
per circuitum accuſes creatorem, cum te ac-
cuſando, poſſis de compendio eum placare.
Iac. 3. Prohibe linguam tuam a malo, quia perfectus
eſt qui non peccat in lingua. a malo, id eſt, a
detractione. *& labia tua ne loquantur dolum.* labia
Pro. 18. cordis non circumueniant fratrem doloſe. Mors
Iſa. 32. & uita in manibus linguæ. Et alibi, * guſtus iu-
* cultus ſtitiæ, ſilentium & pax. Declina *à malo*. non ſuf-
ficit, quia non eſt ſatis non ſpoliare pauperẽ, niſi
Luce. 16. eum ueſtias. Diues ille qui in inferno crucia-
batur, non legitur quod de rapina uixerit, ſed
quod ſua cum Lazaro non diuiſit. Ideo ſequi-
tur: *Et fac bonum* omne quod potes. Nihil pro-
deſt ſi deſtruis & non ædificas: ſi deſtruis uitia,
& non ædificas uirtutes. nam habes dominum
adiutorem. Et faciendo bonum, noli quærere
hic mercedem, ſed *inquire pacem*, id eſt, remune-
rationem. ne tibi dicatur, recepiſti mercedem.
Et perſequere eam, id eſt, ne deſiſtas. Et potes
eam inquirere, quia *oculi domini*, id eſt, reſpectus
miſericordiæ domini *ſuper iuſtos*, id eſt, ſuper
eos qui uoluntatem domini dei ſui, ſuæ uolun-
tati præponunt. *Et aures eius in preces eorum*,
quia nihil deſiderant niſi quod deſiderandum
eſt. id eſt, exauditio eius & diſpoſitio miſericor
diæ in preces eorum. Etſi enim non uideantur
exaudiri interdum cum clamant, in tribulatio
nibus tamen exaudiuntur, quia tribulatio pati
Ro. 5. entiam operatur. quicquid ſibi utile rogant iu-
ſti, præſto eſt ad tribuendum gratia dei. Et ne
quis prauus hoc audito diceret, ſecure peccabo,
quia deus iuſtos tantum uidet, non me: addit,
Vultus autem domini ſuper facientes mala, non ad
ſaluandum, ſed *ut perdat de terra* ſcilicet uiuenti-
um *memoriam eorum*, id eſt, famam & gloriam,
quam ſibi parauerunt in terra morientium.
Non ideo perdet quod ibi ſit. ſed quia ibi pu-
tant ſe habituros ſicut hic. Dictum eſt, Et aures
eius in preces eorum. & merito, quia *clamaue-
runt iuſti* ſcilicet ad dominum id eſt, liberam &
ualidam intentionem oris & operis ad eum di-
rexerunt, id eſt, idoneos & dignos eius exaudi

tione fecerunt irremiſſe agendo. *Et ideo domi-
nus exaudiuit eos*. quod mihi pater, quia *ex omni-
bus tribulationibus eorum liberauit eos*. Hic libe-
rauit, quia magis profuerunt tribulationes
quàm obeſſent. & tandem penitus liberabit. Et
non mirum ſi eos liberat, quia iuxta eſt. Cla-
mauerunt tres pueri, & liberati ſunt manifeſte: Dan. 3.
clamauerũt Machabæi, ſimiliter iuſti, & nõ ſunt 2. Mac. 7
liberati, & tamen utrique uera ſaluatione ſunt
liberati. *Iuxta eſt dominus*, id eſt, auxilium domi
ni præſto eſt non omnibus qui tribulantur, ſed
illis qui tribulato ſunt corde, id eſt, q in tribulatio
nibus cor ſuum, id eſt, ſuperbiam cordis conte-
runt & humiliant. quod & ſubiungit, *& hu-
miles ſpiritu*, non contra dominum murmuran-
tes de iniuſtitia, ſed eius paternam diſciplinam
ut boni filij humiliter ſuſcipientes, ſaluabit nunc
interim interiori ſaluatione, & tandem etiam
exteriori. Alijs tribulatis non eſt prope, ſed lon-
ge. iuxta illud, Ego ſum deus de prope, & de- Ier. 23.
us de longe. Quaſi dicat: Ego dixi, ex omni-
bus tribulationibus liberabit iuſtos. Nam *mul-
tæ* ſunt *tribulationes iuſtorum*. Omnes enim qui 2. Tim. 3.
pie uolunt uiuere in CHRISTO, perſecutio-
nem patiuntur. *de omnibus his liberabit eos* tan-
dem in præmio. Interim autem *cuſtodit domi-
nus omnia oſſa eorum*, id eſt, omnes uirtutes quæ
ſunt robur animæ. Dando patientiam, cuſto-
diet ut in nulla uirtute & nullo bono propoſi-
to deficiant. *Vnum ex his* ſcilicet oſſibus *non con
teretur*. etſi conteratur os corporis, etſi franga-
tur *&* diminuatur, oſſa animæ non ſolum non
frangentur, imo robuſtiora fient. carnis enim do
matione ſpiritus roboratur. Iuſtorum oſſa cu-
ſtodit dominus, iniuſtorum autem confringet.
Et ideo *mors peccatorum peßima*. quia in eo quod
optimum habent, moriuntur, id eſt, in anima.
Mors enim animæ, eſt ſeparari a deo ſuo, ſine
quo uiuere nequit. etſi moriantur in delicijs, peſ-
ſima eſt, quia non moriuntur laboribus. Sed
quia nullus eſt ſine peccato, ne hoc fideles deter-
reret, ſubiungit: *Et qui oderunt iuſtum, delin-
quent*. Quaſi dicat: Et illi ſoli delinquent in
uitam, & incurrent hanc mortem, qui oderunt
me iuſtum, ſaluatorem & reconciliatorem eo-
rum, qui ſacramentum corporis & ſangui-
nis mei odio habent, contemnentes me, Achis
ſimiles. Quia multa ſunt gñа peccatorꝝ, & non
eſſe peccatorẽ, in hac uita difficile eſt, cuius pec-
catoris mors ſit peſſima, determinat. Hic ẽ eñ
modus humanę iuſtitiæ, ut uita mortalis quantũ
libet ꝓficiat, quia ſine delicto eſſe non poteſt, in
hoc non delinquat, dum ſperat in eum in quo
eſt remiſſio peccatorum. *Redimet dominus* ſcili-
cet ab illa peſſima morte, per quam a tempora
li miſeria tranſitur in æternam, *animas ſeruorum*

ſuorum. Et hoc ideo, quia *non delinquent* ſcilicet grauiſſimo delicto, non credendo in eum in quo eſt remiſſio peccatorum: *omnes qui ſperant in eo.*

In finem Pſalmus ipſi Dauid. XXXIIII.

IVdica domine nocentes me, expugna impugnãtes me. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos qui perſequũtur me: dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Cõfundantur & reuereantur quærentes animam meam. Auertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem uenti, & angelus domini coartans eos. Fiant uiæ illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini perſequens eos. Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui, ſuperuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abſcondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum. Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo. Omnia oſſa mea dicent: domine, quis ſimilis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam, quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Diſſipati ſunt, nec compuncti tentauerunt me: ſubſannauerũt me ſubſannatione, frenduerũt ſuper me dentibus ſuis. Domine, quando reſpicies? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam. Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te. Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique, qui oderunt me gratis & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, euge euge, uiderunt oculi noſtri. Vidiſti domine, ne ſileas: domine, ne diſcedas à me. Exurge & intende iudicio meo deus meus, & dominus meus in cauſam meam. Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam domine deus meus, & nõ ſupergaudeant mihi. Non dicant in cordibus ſuis, euge euge animæ noſtræ: nec dicant, deuorauimus eum. Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me. Exultent & lætentur, qui uolunt iuſtitiam meam: & dicant, ſemper magnificetur dominus, qui uolunt pacem ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

In hoc Pſalmo uox eſt capitis noſtri, ſuo exemplo docẽtis, in tribulationibus orandum, ut liberemur ab inimicis interioribus & exterioribus. Dauid interpretatur manu fortis, quia noſtram mortem ſua morte deuicit: uiſu deſiderabilis, quia uitam æternam promiſit. Quid autem fortius ea manu, quæ tetigit loculum, &
Luc. 7. reſedit mortuus? Quid fortius ea manu, quæ mundum deuicit, diabolum eiecit, non armata ferro, ſed clauis affixa ligno? Quid deſiderabilius uiſu eo, quem ut uidere poſſent ſancti martyres, qui eum non uiderunt, per omnia tormentorum genera ad eum uenire non dubitarunt? Totus CHRISTVS hic loquitur & hic orat, prius in ſe paſſus, & nunc quotidie patiens in membris ſuis.

I*Vdica domine nocentes me.* O domine pater, uel domine uerbum, age quod agis, exere potentiam tuam. Iudica illos qui iudiciaria poteſtate tuum iudicium ſubuertere conantur. da eos in cæcitatem mentis. niſi enim prauis meritis eorum exigentibus intus excæcati eſſent, nequaquam in autorem ſalutis eorum, ſententias mortis darent, Iudæi in CHRISTVM, & alij increduli in prædicatores huius ſalutis. Vel iudica inter me CHRISTVM & Iudæos perſequentes, id eſt, diſcerne & inter eccleſiã & ſuos pſecutores, ut his fiat ad damnationẽ eorũ pſecutio, q me & meos pſequũtur, mihi & meis

ad gloriam. Et hoc modo iudica. *Expugna im-
pugnantes me.* Ipſi iudicant me & meos manife
ſto iudicio, ſed tu iudica eos occulto. Expugna,
id eſt, ſupera intus, impugnantes me foris, Iudæ
os me impugnantes & membra mea. Vel di-
abolum & angelos eius expugna, ut meis non
præualeant. Et ut expugnes, *apprehende arma &
ſcutum*, id eſt, animam meam & meorum poten
tia diuinitatis tuæ ſuſtineat. quæ animæ ſunt ar-
ma, q̃a per illas militas & uulneras inimicos, q̃a
ſcutũ ſunt, q̃a & ſe ꝓtegunt & alios. & hæc tñ ar
Ephe.6. ma alijs armis numerantur, iuxta illud Apoſto
li: In omnibus ſumentes ſcutum fidei & galeam
ſalutis, & gladium ſpiritus quod eſt uerbum dei.
Aliud eſt in diuinis armis, aliud in humanis. In
diuinis, unum in diuerſis accipitur, ut fides pro
ſcuto & galea. In humanis, minime. Tu appre-
hende, quia arma quantumlibet ſunt apta ad
pugnam, per ſe nihil faciunt, niſi forti manu ge
ſtentur. Magnum etiam fidelibus præbet pro-
pheta ſpectaculum, cum inducit deum arma-
tum pro ſuis ſtare. Et ſic armatus, *exurge in adiu
torium mihi*, me ſublimando, aduerſarios depri-
mendo. Deus immutabilis eſt. ſed tunc dicitur
iacere, cum nos permittit deficere. Tunc uero
dicitur exurgere cum nos armis uirtutum ad
pugnam parat, & fortes ad reſiſtendum facit.
Hoc modo exurge in adiutorium mihi. *Effun-
de frameam*, id eſt, multiplica gladium tuum, id
eſt, fideles tuos, per quos iugules inimicos me-
os. Vel frameam tuam, id eſt, me CHRISTVM
Mat.10. Luc.12. tuum. qui ſum framea, id eſt, gladius tuus. Non
enim ueni mittere pacem in terram, ſed gladi-
um. Effunde, id eſt, in gentium notitiam educ,
ut ad imitationem meæ, multæ frameæ fiant.
Et hoc modo *conclude*, id eſt, muni me & meos.
quanto enim mei frameati plures erunt, tanto
magis munitus ero. Vel, cõclude ſ. ora inimico
rum, & fac fideles per conformationem mei ita
circunſpectos, ut non habeant aduerſarij quid
contradicere. imo habeant per innocentiam &
bonos mores uereri, *aduerſus eos qui me perſe-
quuntur. Dic animæ meæ*, id eſt, fac intelligere ani-
mam meam & meorum, à te ſolo eſſe ſalutem.
Illi dicunt, humano cordi deum non eſſe adiu-
torem, ut aliena auxilia petens, ab eis oppri-
mar. ſed tu dic animæ meæ, *ſalus tua ego ſum.*
Dic animæ meæ, id eſt, dicere nunquam deſiſte,
& ita dic, ut audiam. non eſt dici niſi audienti.
tunc dices, ſi audiam. Adæ illud dicere non de-
Ge.3. diſti, quando illicito delectatus, aſſenſum præ-
buit. Salus tua ego ſum, & ideo nullum da-
mnum ſibi putet anima mea, obedire tibi uſ-
que ad mortem. Et effuſa framea, id eſt, clarifi-
cata reſurrectione & aſcenſione mea, mihique
diuulgata, *confundantur & reuereantur* illi, qui
prius quærebant perdere *animam*, id eſt, uitam
meam & meorum. confundantur, attendentes
peccata ſua. erubeſcant & reuereantur, ſcilicet
iudicium meum pro illis peccatis. Et reuerен-
do iudicium meum, *auertantur retrorſum*, ut imi
tatores fiant, qui prius præcedere uolebant, &
ſuum errorem defendebant. Et ſic *confundantur*
ſcilicet bona cõfuſione, *cogitantes mihi mala*, non
ſolum facientes mihi & meis. Si autem retror-
ſum conuerti noluerint, *fiant tanquam puluis an-
te faciem uenti*, id eſt, pereant confuſione æterna.
Hic duo genera carnalium perſecutorum no-
tat. Vnum, eorum qui ſic expugnantur, ut de
numero perſequentium deuota pietate tranſ-
eant in numero fidelium. Alterum, eorum qui
ſic expugnantur, non ut CHRISTO concor-
porentur, ſed ut ſ. ab eo ſeparati, cum impijs da
mnentur. Vel hoc modo in malum. Dixit ſu-
perius: Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. &
dicta illa ſalute meis, confundantur, id eſt, excæ
centur interius. & reuereantur, id eſt, timeant
reſurrectionem. *Quærentes* animam meam ad
damnationem, auertantur retrorſum, id eſt, ca
dant retro, quia ille caſus eſt grauior. Ille cadit
retro, qui peccat, & ſua peccata non conſide-
rat. ille in faciem, qui ſua peccata proponit ante
ſe. Quaſi dicat: In mea clarificatione meis ſic
contingat, iuſtus iuſtificetur adhuc: alienus, qui Apo.22.
in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Qui nolunt
auerti, fiant tanquam puluis ante faciem uen-
ti. Sicut puluis non poteſt ſtare contra uentum,
ita iſti ſine ſoliditate fidei non ualeant reſiſtere
uẽto tentationis. *& angelus domini* malignus ſpi
ritus, domini per naturam, uel quia nihil po-
teſt niſi permiſſus a domino. ſit *coartans eos*, id
eſt, undique per uarias tentationes eos ad præ-
cipitium impellens. *Fiant uiæ illorum tenebræ &
lubricum, & angelus domini perſequens eos*, id eſt,
in hac uita ſimiles ſint iter facienti per tenebras
& lubricum, cui ad lapſum & impulſor acce-
dit. ſint in tenebris poſiti, id eſt, in ignorantia &
cæcitate mentis, & in lubrico, id eſt, luxuria.
Luxurioſam uitam ducant, quæ eſt ad caſum
prona. & tamen non deſit illis perſecutor dia-
bolus. Hæc non optando dicit, ſed prophetan-
do. Hieronymus: Non cognoſcant lumen ue-
ritatis, nec firma ſtatione conſiſtant. ſed greſſus
eorum qui in hac paſſione craſſantur, lubrici fi
ant, & angelo claritatis dominicæ affligantur.
Quaſi dicat: Et hoc illis eueniat non ex diuina
iniuſtitia, ſed eorum merito. *quoniam gratis abſ-
conderunt mihi interitum laquei ſui.* qui meus inte
ritus foris, intus fuit eis laqueus. in hoc enim la
queati ſunt, quo me laqueare putauerunt. La
queus eorum contritus ẽ, id eſt, temporalis inte
ritus, quia ego reſurrexi: ſed illi in mortem æter
nam ceciderũt, de qua nõ reſurgent. laquei ſui,
q̃a nõ me, ſed ſeipſos illaqueauerũt in uindictã.
ſuperuacue exprobrauerunt animã meã. i. multa pro
bra uitæ meæ impoſuerunt. Vah qui deſtruiſ Mat.27.

Iohan. 9. templum dei, Non eſt hic homo a deo. ſed ſu-
peruacue, id eſt, mendaciter & ſine ueritate. ni-
hil enim potuerunt probare. Vel interitum la-
quei ſui abſconderunt, cauſas cauſis innectentes.
ſui, ſcilicet non ex uero, ſed ex mendacio.
Vere ſui laquei interitum parauerunt, & non
mei: quia ueniet illi ſcilicet populo iudæorum,
laqueus quem ignorat, ſcilicet captio Titi & Ve-
ſpaſiani. uel perſecutoribus eccleſiæ ueniet la-
queus quem ignorant, in eo quod eam iniuſte
perſequuntur. quia funiculis peccatorum ſuo-
rum inius ligantur, unde ad damnationem tar
hantur. *& captio quam abſcondit* populus iudai-
cus, id eſt, mortem quam mihi parauit abſcon-
ſe ad illaqueationem & interitum totius mun-
di, *apprehēdat eum*, uel peccatorem. *Cadat* in ipſo
ſcilicet laqueo mortis, quem mihi parauerunt.
uel in ipſo, ut ſemper in ipſo ſint illis illaqueatis.
Anima autem, id eſt, mei CHRISTI, id eſt, uita
mea erepta de laqueo mortis, *exultabit in domi-
no*, non in mundo, ut illi laqueati. *Et delectabitur
ſuper ſalutari ſuo*, id eſt, de ſaluatione ſua deſu-
per data, nō in terrenis, ut illi qui illaqueati ſunt
funibus peccatorum. Et non ſolum anima mea
CHRISTI, ſed *omnia oſſa mea*, id eſt, fortes mei,
imitantes conſtantiam meam. *dicent: domine, quis
ſimilis tibi?* Dicetur illis, adora ſolem, adora lu
nam, adora ſtatuam Iouis. ſed illi cognoſcentes
hæc omnia eſſe opera tua, dicent: Domine, quis
in creaturis ſimilis tui? Nullus, quia tu & non
alius es rapiens *inopem*, id eſt, fidelem humilem,
in nullius ope confidentem niſi in tua. *de manu*,
id eſt, poteſtate *fortiorum eius*. Quantum ad cor
pus, CHRISTVM iam eripuiſti: & quotidie
eripis eius membra interius, non permittens ul
lis tentationibus apoſtatare. ſcilicet eripiens
egenum, id eſt, illum qui ſe ſibi non ſufficere cre
dens, credit ſe egere miſericordia dei. *Et paupe-
rem*, id eſt, illum qui ſibi non ſufficiens ad ſalu-
tem, diuiti deo adhæret. *à diripientibus eum*,
CHRISTVM a Iudæis & eccleſiam a ſuis per-
ſecutoribus Qui diripientes ſunt multi. *Nam
ſurgentes*, id eſt, contra me ſe erigentes *teſtes ini-
qui*, Iudæi & alij increduli, dātes teſtimoniū falſi
Ioh. 18. tatis & teſtimoniū mortis in autorē uitæ: Si nō
eēt hic malefactor, nō tibi tradidiſſemus eū. Et
reuera iniq teſtes, q̄a *quæ ignorabā, interrogabant
me*. i. peccata quæ ego per experientiam neſcie
bam, interrogando mihi imponebant. Et in illa
interrogatione *retribuebant mihi mala pro bonis*.
quod iniquiſſimum eſt. Qui non reddit bo-
num pro bono, ingratus eſt: qui autem malum
pro malo, malus eſt. qui uero malum pro bo-
no, iniquus eſt. id eſt, retribuebant mortem quæ
mala erat quātum ad eorum intentionem, pro
uita. hæc mala, ſcilicet *ſterilitatem animæ meæ*, id
eſt, uitæ meæ. Ego illis abundantiam, ipſi mihi
ſterilitatem: ego medicinam, ipſi uulnera: ego

ſalutem, ipſi mortem: ego illis imbrem uerbi
dei, ipſi non recipientes, fecerunt ſe infructuo-
ſos, ſimiles illi arbori cui maledixit dominus, Mar. 11.
quæ culta, non reddebat fructus, ſed folia. ſcili-
cet reddentes uerba, non facta: in uerbis nume-
roſitatem, in factis ſterilitatem. Aliter: Sterili-
tatem animæ meæ. dum regnari ſe non paue-
bantur ad uitam, ſterilitatem reddebant animæ
meæ, id eſt, deſiderio meo. Ego *autem* quaſi feci
unde illi deficerent, & mei proficerent; quia de-
lictum eorum, ſalus gentibus, ſcilicet *cum mihi* Ro. 11.
moleſti eſſent, id eſt, cum me propter habitum mi
ſeri moleſtarent, *induebar cilicio*, id eſt, latui in-
fra metas humanitatis, non oſtendens illis diui-
nitatem meam per miracula. in nullo enim in
paſſione oſtendere uoluit potentiam ſuam. ſi 1. Cor. 2.
enim cognouiſſent, non eum crucifixiſſent. & in
hoc nobis exemplum humanitatis & patien-
tiæ præbuit. Induebar cilicio, id eſt, latebam in
ſimilitudine carnis peccati. Et tamen quanquam
mihi ſterilitatem afferrent, quanquam mihi ci-
bum ſubtraherent, non iraſcebar, ut alij domi
ni ſolent, ſubtracto cibo. Sed in illo *ieiunio hu-
miliabam animam meam*, id eſt, humilem me illis
oſtendebam. Ego dæmonium non habeo.
Tu es CHRISTVS filius dei uiui? Tu dicis. *Et*
quanquam in illis eſſet ſterilitas, tamen *oratio* Iohā. 8.
mea in ſinum meum *conuertetur*. Ad illos con- Matt. 26.
uertetur, qui præfigurati ſunt per manum mun
datam a lepra, in ſinum reductam. Manus enim Exo. 4.
Moyſi educta de ſinu leproſa, ſignificat reciſos
a corpore CHRISTI propter lepram, id eſt, cri
minalia peccata. Manus ſanata in ſinum redu-
cta, ſignificat per pœnitentiam mundatos, & re
uocatos in eccleſiam. in *ſinu meo* conuertetur,
id eſt, a filijs iræ conuertetur in filios miſericor-
diæ, ut illos conuertat, & in illis non ſit infructu
oſa, qui in ſinu miſericordiæ dei ad uitam præ-
deſtinati ſunt. quidam enim in paſſione conuer
ſi ſunt. Aliter: Quaſi dicat: Ipſi mihi ſterilita-
tem ſuam dabant, id eſt, ſe ſteriles & infructuo-
ſos. ego autem cum mihi moleſti eſſent, id eſt,
deſpicerent propter habitum pauperis, indue-
bar cilicio, id eſt, quoſdam ex illis peccatoribus
feci indumentum meum, & conformaui eos mi
hi. Et tn̄ humiliabam, id eſt, extenuabam & ma
cerabam animam meam ieiunio, quia non tot
manducabam quot uolebam. Solum enim la Luca. 23.
tronem comedi & alios paucos. Quanquam
poſſent cognoſcere in me unde meus cibus
fierent. quia oratio mea non exibit foras ad
alios, ſed conuertetur intus in ſinum meum ad
uerbum mihi perſonaliter unitum. Non enim
orabam foris ad alios, ut cæteri hominum.
Vel quanquam humiliabar, quanquam non
iraſcebar, tamen oratio mea in ſinu meo con-
uertetur, id eſt, habebam deum in me ipſo, per
quem poſſem uindicare in eos. Sed ideo humi-

liabam, quia *complacebam* ſcilicet mihi in ad-
monitione illorum, ſic *quaſi* aliquis gaudet in ad
monendo *fratrem* uel *proximum*. Et tamen ſic
humiliabar ab eis *quaſi lugens & contriſtatus*, id
eſt, ut poſſem comparari lugenti & contriſtato.
ideo quaſi lugens & contriſtatus, quia illi quos
ſaluare cupiebam, *Et conuenerunt*, id eſt, unani-
mes in hoc facti ſunt, non ut poſt me irent, ſed
aduerſum me. & quod deterius eſt, non coacti,
non cum timore aliquo, ſed *lætati ſunt*, id eſt, læ
tanter fecerunt. Et ipſis ſic conuenientibus, *con-
gregata ſunt ſuper me flagella. &* hoc ſine mea cul
pa, quia *ignoraui* nõ pœnam, ſed cauſam pœnæ:
quia nulla erat in me culpa. *Diſsipati ſunt*, id eſt,
Ioh. 7. diſſentientes a ſe' inuenti ſunt. Alij dicebant,
quia bonus eſt: alij autem, non. nec tamen a per-
ſecutione mea deſtiterunt. Vel hoc modo diſſi
pati, id eſt, diuiſi: Aut duo CHRISTI ſunt, aut
hic eſt. Vel timidi facti ſunt pro miraculis, pro
obſcuritate ſolis, pro terræ motu, *nec* tamen
ſunt *compuncti*. Tentauerunt *me* potius. Si filius
Luc. 23. dei eſt, deſcendat nunc de cruce. *Subſannauerunt
me ſubſannatione*, ſcilicet aperta irriſiõe: Aue rex
Matt. 27 iudæorum. *Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.*
Ioh. 19. Crucifige crucifige. *Domine, quando reſpicies?*
Ex perſona ſuorum hoc dicit, quibus longum
uidetur differri uindictam uſque in commu-
nem reſurrectionem. Cur non modo uindi-
cas? Cur nos modo non coronas? Qui uide-
ris deſpexiſſe in pœna, cur non reſpicis in iu-
dicio? Quaſi dicat: Scio cur differs. non facis
hoc tædio, ſed amore: non ex inopia, ſed ex ra
tione. Tu enim potens es dare, ſed ego impo-
tens accipere. Non ex impotentia hoc facis, ſed
ex opportunitate, ut in communi reſurrectio-
ne maius ſit gaudium. *Reſtitue animam meam*, ani
mam CHRISTI tui à *malignitate eorum* in tem-
pore prædeſtinato, a morte quam mihi paraue
runt maligni. *& unicam meam*, id eſt, eccleſiam
meam unice dilectam. Vel animam meam, quia
unica uel ſola à peccato immunis. libera *à leoni
bus*, id eſt, a ferocitate iudæorum. Reſtitue a leo
nibus, id eſt, libera ab his, qui ut leones lacerãt
carnem eius. Vel a leonibus, id eſt, a crudelitate
diaboli & miniſtrorum eius. Et quo fructu pe-
to me erui? Hoc. *confitebor tibi in eccleſia magna*,
id eſt, ampla, continenti bonos & malos, grana
& paleas. *in populo graui laudabo te*, non in pa-
lea, id eſt, non in illis quos uentus tentationũ ſub
leuat & diſſipat, ſed in illis qui fide & opere fir-
mi & ſtabiles, nullis tentationibus mouentur,
in his oſtendam te laudabilem. Et ut poſſim te
laudare in populo graui, *non ſupergaudeant mi-
hi*, qui gauiſi ſunt in morte, non ſupergaudeant
non reſurgenti iudæi, *qui aduerſantur mihi inique.*
quia infirmi medico, ſerui domino, creatura cre
atori. Oſtendit quomodo inique. *Qui oderunt
me gratis*, id eſt, ſine cauſa, *& annuunt oculis*, id
eſt, doloſe mecum agunt, pacem uerbis præten
dentes, opere autem bellum. Vel annuunt ocu
lis ut Iudas: Ipſe eſt, tenete eum. Aliter pro Matt. 26.
membris: O domine, ut te laudem meis, non ſu-
pergaudeant mihi, id eſt, meis qui aduerſantur
mihi inique. Non ſuperualeat palea granis, ſcili
cet ut plures imitentur uitam impiorum, quàm
fidem & uitam ſanctorum, qui grauitatem mo
rum & ſanctitatem uitæ habent. Quaſi dicat: Et
non mirum ſi cum meis doloſe agunt, *quoniam
mihi quidem* qui immunis ſum a peccato, qui ut
medicus ad ægrotum ueni, *pacifice loquebantur*,
id eſt, doloſe. Magiſter, ſcimus quia uerax es. *Et* Mat. 22.
loquentes ſcilicet pacifice *in iracundia terræ*, id eſt,
in praua ira & iniuſta, quę erat pro terrenis, quia
timebant amittere locum & gentem. *Dolos co-* Ioh. 11.
gitabant, id eſt, mortis cauſas callide exquire-
bant. *& tandem dilatauerunt ſuper me os ſuum*, id
eſt, mortis ſententias in me dederunt. Reus eſt Mat. 26.
mortis. Et gauiſi ſunt de morte mea. quia *dixe-
runt*, *Euge euge.* bene euenit. *uiderunt oculi no-
ſtri* quod prius ſperauimus, ut qui promittebat
uitam, moreretur. ubi nunc facta tua? ubi mira
bilia? Si filius dei eſt, deſcendat de cruce. *Vidiſti* Mat. 27.
domine. Quaſi dicat: Ipſi uiderunt paſſionem me
am, uiderunt mortem meam qui poſſunt deci-
pi. ſed tu domine qui non potes falli, uidiſti pœ
nam, uidiſti & cauſam. & ideo *ne ſileas* ſcilicet a
iudicio, qui uiſus es ſilere ſcilicet in pœna mea.
ne ſileas in cauſa mea. oſtẽde cauſam meam eſſe
meliorem cauſa iudæorum, me reſuſcitando.
Si non deſcendi de cruce, reſurgam de ſepul-
chro. Et me reſuſcitato, *ne diſcedas à me*, id eſt, a
meis, dando illis conſtantiam per fidem, ſpem,
& charitatem, qui dixiſti: Ecce ego uobiſcum
ſum omnibus diebus. *Exurge* domine, id eſt, Mat. 28.
oſtende potentiam tuam in reſurrectione mea,
qui uiſus es iacere in morte mea. Et ita exurge,
intende iudicio meo, id eſt, irremiſſum te fac in diſ
cernendo cauſam meam a cauſa illorum, cum
quibus pœna eſt par. Et hoc eſt quod ſequitur.
Deus meus neceſſitate, *& dominus* uoluntate. In-
tende *in cauſam meam*. Non diſcernor ab impijs
quantum ad pœnam. diſcernor autem a te quan
tum ad cauſam. oſtende in reſurrectione mea,
cauſam meam diſparem fuiſſe a cauſa latronũ,
cum quibus pœna par fuit. *Iudica me ſecundum
iuſtitiam tuam.* hoc modo diſcerne me ab impijs.
Iudæi iudicauerunt me ſecundum iuſtitiam ſu-
am, ſed tu iudica ſecundum iuſtitiam tuam. non
enim merito peccati mortem ſubij, ſed cau-
ſa obedientiæ. & ideo iuſtum eſt ut me reſuſ-
cites o domine, cui uoluntarie ſeruio. *Deus
meus* creatione. Ideo iudica ſecundum iuſtitiã
tuam, *ut nõ ſupergaudeant mihi.* Si gaudẽt de mea
morte, triſtentur de reſurrectione. Vel non ſu-
pergaudeant meis, deuocando eos qui gau-
dent de eorum interitu, ſcilicet *non dicant in cor*

dibus ſuis, id eſt, in cogitationibus, etſi dicunt in
labijs, *euge euge animæ noſtræ*. bene contigit uo-
luntati noſtræ. ideo bene, quia *deuorauimus eum*,
degluti uimus & tranſiecimus in corpus noſtrũ,
deuocando à deo ſuo, & nobis conformando.
Imo diminuantur ipſi, ut abſorbeantur in cor-
pus populi ſancti, quem in ſuũ abſorbere uole-
bant. quod præfigurauit uitulus ille conflatilis,
quem Aaron fecit de inauribus mulierum He
bræarum, dum Moyſes eſſet in monte Sinai, ac
cipiens duas tabulas teſtamenti à domino. cui
Exo.32. ſacrificauerũt filij Iſrael, dicentes: Iſti ſunt dij tui
Iſrael. quem uitulũ Moyſes, deſcendẽs de mon-
te, accepta lege, diminuit & redegit in puluerẽ,
& dedit populo bibere. Hoc modo tranſeant
in corpus tui populi. *Erubeſcãt* ſcilicet de pecca
to ſuo, *& reuereantur*, id eſt, timeãt de reſurrecti
one mea. & ſic conuertantur. Non ſolum qui fa
ciunt, ſed etiã ſimiliter illi *qui gratulantur malis
meis*, id eſt, conſentientes ut totus mundus poſt
eum abeat. Et non ſolum erubeſcant, ſed *induan
tur confuſione*, id eſt, magna erubeſcentia pecca
torum ſuorum operiantur. *& reuerentia*, id eſt,
timore iudicij, *qui maligna loquuntur ſuper me*, id
eſt, mendacia ſua. & hi omnes facti mei, *exultent*
ſcilicet in corpore ſpe reſurrectionis, *& læten-
tur* nunc in mente reſuſcitati interius illi, *qui uo
lunt iuſtitiam meam*, id eſt, qui ſuam iuſtitiam de-
ſtruunt, & miſericordiæ dei ſubijciuntur. *Et di-
cant, ſemper magnificetur dominus*, id eſt, humiliẽt,
ſe nihil ſibi attribuant niſi malum. illis ſolis ma
gnus uidetur dominus qui ſe humiliãt, & ſe par
uos recognoſcunt ſemper, id eſt, & in proſpe-
ris, & in aduerſis. Illi oẽs ſe humiliãdo, magnifi
centiã dei in ſe recognoſcũt, *qui uolũt pacẽ ſerui
eius*. i. qui gratanter accipiũt reconciliationẽ da
tam per me CHRISTVM ſeruum eius. qui di- Iohã.14
xi, Pacem meam do uobis, exteriorem ſcilicet
in ſpe. pacẽ relinquo uobis, ſcilicet interiorem
ad bellum exterius. Vel ſemper magnificetur
dominus, & non ſeruus. Seruus humilietur, &
dominus magnificetur. *&* tunc facti *lingua*, qui
prius maligna loquebãtur ſuper me. lingua nõ
oris, ſed cordis *meditabitur iuſtitiam tuam*, id eſt,
diuulgabit per mundum fidem tuam, qua ſola
credentes iuſtificantur. & hoc non horarie, ſed
tota die, id eſt, omni tempore *laudem tuam*. Vide
tur hoc impoſſibile, ut quis inceſſanter laudet
dominum, ſed recte attendentibus poſſibile
eſt. exercet quis aliquod negocium? non circun
ueniat in eo aliquem. in hoc laudat deum. Colit
agrum? non tranſgrediatur terminũ uicini ſui,
& in hoc laus dei. Vtitur cibo? non ut uentrem
diſtendat, ſed ut ad laborem ſit promptior, ſe
reficiat. & in hoc laudat. Dormit? non rũpat ſo
mnum aliquo malo opere. Et in omni innocen
tia operum ſe præparet ad laudẽ dei, & ſic nun-
quam ceſſat à laude.

In finem ſeruo domini Pſalmus Dauid. XXXV.

DIxit iniuſtus ut delinquat in ſemetipſo, non eſt timor domini ante oculos eius. Quoniam doloſe egit in conſpectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni uiæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Domine, in cælo miſericordia tua, & ueritas tua uſque ad nubes. Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa. Homines & iumenta ſaluabis domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabũt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, *&* torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons uitæ, & lumine tuo uidebimus lumen. Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde. Non ueniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

Hic Pſalmus agit contra illos, qui ſibi ad-
uerſantur ne bene uiuant: non quia non intelli-
gunt, ſed quia nolunt. Aliud enim eſt uelle intel
ligere, & impediri humana fragilitate: quia cor
Sapi.9. pus corruptibile aggrauat animum, & terrena
inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitãtem.
Et aliud, quod cor humanum periculoſius con
tra ſe agit, nolens intelligere diuina mandata, ut
Tob.4. quaſi de ignorantia ſe excuſet. Et ſunt hæc hui-
uſmodi: Quod tibi non uis, alij ne feceris. &
alia multa quæ facile intelliguntur. Hi ſunt qui
nolunt conſentire aduerſario ſuo dum ſunt in Matt.5.
uia cũ eo, id eſt, nolunt acquieſcere ſermoni dñi,
qui eis contradicit quandiu in peccatis delectan
tur. Iſti ſunt qui amant peccata ſua, & nolunt
ea cognoſcere ut deſerant: & ſi cognoſcant uel
per ſe, uel per alios, defendunt. Et timentes iudi
cium hominum, occulte peccant: quia magis ti
ment iudicium hominum, quàm iudicium dei.
Contra huiuſmodi agit propheta in hoc Pſal-
mo, cupiens eos ad meliora deducere. Inde ſic
habet titulus: Pſalmus iſte attribuitur Dauid

prophetæ, uel cuiq; pfecto in corpore Chriſti, ſeruo domini. qui enim ad hoc laborat, ut con
Iac.5. uertat impium ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte, & operit multitudinē peccatorum. & in hoc bene ſeruit deo, ſeruo dominico, ſcilicet dirigenti in finem, id eſt, conſummatum bonum.

INiuſtus, ille ſcilicet qui in peccatis ſuis delectatur, cum deberet odio habere. *dixit*, id eſt, propoſuit, non ignorauit, quaſi ex induſtria ſecum diſpoſuit, *ut delinquat*, id eſt, ut peccet, ut à mandato recedat, & ut homo non uideat, cuius iudicium magis timet quàm dei. ut *in ſemetipſo* delinquat, id eſt, in abſconſo, ubi ipſe ſolus conſcius ſit, noluit participem habere ut celaretur: uel ſibi ipſi nocuit prius. Nōne deus uidet? *Non eſt timor dei ante oculos eius*, non habet dei iudicium præ oculis cordis. Quod autem deum non timeat, per hoc oſtendit. *Quoniam doloſe egit in conſpectu eius*, imo ubi ſolus deus conſpicit. hoc modo doloſe egit, mauult ignorare præcepta dei & male agere, q̄ intelligere & bn̄ agere. Et hoc ē doloſe agere, qa hoc mō p ignorātiā uult defendere delictū ſuū. Vel hoc mō doloſe egit, *ut*, id eſt, quaſi *inueniatur iniquitas eius ad odiū*. ſimulauit quærere peccatum ut ceſſaret, ut odio haberet cognitum: ſed quia doloſe, inuentum nō odit ut ſanetur, ſed defendit. Dicit em̄, multi hoc faciunt quod feci, aut omnes, nūquid oēs perdet deus? Aut ſi nollet hæc fieri, nunquid uiuerent qui hæc agunt? Et quia non ad odium q̄ ſunt, ſed doloſe: cognita iniquitate quid faciat, ſubiungit: *uerba oris eius iniquitas*, ſcilicet defendit, non damnauit peccatum poſtquam cognouit, poſtquam intellexit quàm magnum fuit. Emphatice dictū iniquitas, id eſt, augmentatiue. adeo enim praua ſunt uerba peccatum defendētia, ut non ſolū iniqua, ſed ipſa iniquitas poſſint dici. *Et dolus*. Hoc mō dolus. *Noluit intelligere ut bene ageret*. Intellexit quid eſſet bonum, ſed noluit ſic intelligere ut bene ageret. Intellexit malum, & tamen fecit. Intellexit bonum, & noluit facere. Et non mirum ſi in uerbis iniquitas. quia *iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo*, id eſt, in corde uel in conſcientia. ubi ſibi requiem parare debuit, ibi inquietudinem parauit. Si quis foris perſecutionem patitur, in domum fugit, ut ibi inueniat requiem. ſi autem ibi inuenit rixātem uxorem & litigioſam, nuſquā eſt ei requies. ita ſi quis foris tribulatur, puram habeat conſcientiam. ibi ſapientia inhabitet, foris ſit uitiorum rixa. & ſic conſolabitur, & re-
Matt.5. quiē ſibi inueniet. Foris erunt pugnæ, intus gaudium. Intra (inquit) in cubile, id eſt, in cor tuum. ibi ne tumultum rerum ex deprauata conſcientia patiaris, claude oſtium, id eſt, nihil exterius amittas aut petas. Aliter: Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, id eſt, interrupit ſuam quietem cauſa malitiæ, ſicut aliquis cauſa honeſti negocij. *Aſtitit omni uiæ non bonæ*, id eſt, conſenſit malæ operationi alterius. & hoc totum non ex impotentia uel ignorantia, ſed quia noluit intelligere ut bene ageret. Aliena peccata imitatus eſt & amauit. *Malitiam autem*, id eſt, propria peccata *non odiuit*, id eſt, non fecit quod faciendum eſſet, ut ſi non poſſet non peccare propter peccatum quod in carne eſt, uel odio haberet. Alij enim pugnant contra diabolum, & uincunt: alij pugnant & uincuntur, quia de ſe præſumunt: alij nec pugnant nec uincuntur, ſed tradūtur captiui. hi ſunt qui malitiam non odio habent. Ordo: uerba ſunt iniqua, quia cogitatio praua. Et quia cogitatio praua, ideo & mala opera. *Domine, in cælo miſericordia tua*. Quaſi dicat: Tales nō ſaluabuntur, quia o domine miſericordia tua, in qua ſola eſt ſalus eſt in cælo, id eſt, in ſolis illis quos tu facis cælos, quos multis uirtutibus ſublimas & ornas. *Et ueritas tua*, id eſt, ueritas mandatorum tuorum eſt ſ. potēs *uſque ad nubes* conſtituendas. quia ueritas mandatorum tuorum non ſolum illuminat, ſed etiam ad hanc perfectionem prouehit quoſdam, ut fiant nubes, id eſt, doctores aliorum, pluentes doctrinis, tonantes minis, coruſcātes miraculis. *Iuſtitia tua ſicut montes dei*, propter eminentiam uirtutum. uel ſicut montes dei, quia quemadmodum ſol oriens illuſtrat montes prius, deinde reſulget in ualles: ita CHRISTVS uerus ſol, prius illuſtrauit apoſtolos, deinde per illos nos quaſi ualles, ſcilicet eorum auditores. Sic econtrario *iudicia tua abyſſus multa*, id eſt, damnati in profundo uitiorū ſunt uelut abyſſus multa. Aliter: Iudicia tua abyſſus multa. Quaſi dicat: Quod quoſdam ex miſericordia tua ſic ſublimas, ut cæli poſſint dici & nubes & montes: quoſdam autem permittis non intelligere ut bene agant, ut illud: Ia- Mal.1.
cob dilexi, Eſau autem odio habui. in hoc ſunt iudicia tua abyſſus multa, id eſt, inſcrutabilia. quare hunc eligis, illum autem reprobas. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciētiæ dei. Poteſt Ro.11.
& ſic continuari: Iniuſtus ſtatuit in ſemetipſo ut delinquat, id eſt, iniuſtus per ſe peccat. In unoquoque autem cælo apparet miſericordia dei, hoc eſt, iuſti operantur per miſericordiam dei. Et ueritas tua, id eſt, impletio miſericordiæ tuæ eſt ualens uſque ad nubes conſtituendas. Poteſt & hæc intentio dari pſalmo. Propheta uel quilibet perfectus agit in hoc pſalmo cōtra illos, qui dicūt ſe peccare uel propter conſtellationem, uel propter fatum, uel propter infirmitatem naturæ. Et hoc modo uolunt ſe excuſare de peccato ſuo, & deum accuſare. Quaſi dicat propheta: Falſo quæritur de natura ſua genus humanum. non enim ex imbecillitate, ſed ex proprio arbitrio peccant homines. & ideo non eſt

autor accuſandus,ſed ipſi. Dixit iniuſtus ut de-
linquat in ſemetipſo,id eſt, ſtatuit apud ſe pro-
prio arbitrio peccare, non coactus ulla neceſſi-
tate. Quaſi dicat: Et unde hoc quod ſtatuit de-
linquere? Nō eſt timor dei ante oculos eius,id
eſt,non attendit deum iudicem eſſe uel creato-
rem in rebus. Et in hoc non eſt autor accuſabi-
lis,ſed potius ipſe. Nam cum deus dediſſet ei in
tellectum,quo poſſet intelligere non eſſe delin-
quendum, tamen deliquit. quod eſt doloſe age
re. Et cætera ut ſupra, uſque, domine in cælo
miſericordia tua. quod ad hūc modum ſic con
tinuatur cum ſuperiori. Quaſi dicat: Dixit iniu
ſtus ut delinquat ex infirmitate naturæ.ſed non
eſt uerum,quia o domine in cælo,id eſt,in Chri
ſto cælo cælorum, ſcilicet iuſto iuſtorum, poſi
ta eſt miſericordia tuam ad condonanda pecca
ta,& ad faciendam iuſtitiam. quod non eſſet, ſi
homines quod agunt,ex neceſſitate agerent.
Et ueritas tua ad remuneranda merita, eſt ſcili-
cet non ſolum in cælo, ſed deſcendit uſque ad
nubes,id eſt,prædicatores,ut etiam illi hanc mi
ſericordiam & hanc ueritatem pluant mundo.
Et reuera in CHRISTO eſt miſericor-
dia tua, quia illi qui ſunt ita uirtutibus ſublima
ti, ut ſint alti ſicut montes, & ita ſtabiles in fi-
de,illi ſunt iuſtitia tua dei,non ex meritis ſuis.
Et iudicia tua abyſſus multa,ut ſupra. Et quan-
quam hi ſint abyſſus, illi iuſtitia: tamen utroſ-
que ſaluabis, ſed diuerſa ſaluatione. quia *homi-
nes & iumenta ſaluabis domine*. Sicut ſaluas iu-
menta, dando illis alimenta unde lacunam uen
tris impleant, & cætera corpori ſatisfacientia,
ita & homines,id eſt,in uetuſtate illius pmanen
tes qui homo fuit, non filius hominis. Carna-
les ſcilicet, intra beſtias deputabis, ut aliam ui-
Pſal. 48. tam non quęrant niſi hanc. Homo enim cum in
honore eſſet,non intellexit. comparatus eſt iu-
mentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Et
o *deus* quod tales etiam aliquo modo ſaluas, ad
eum modum facis, *quemadmodum multiplicaſti mi
ſerirordiam tuam*, id eſt, ſecundum multiplicem
miſericordiam tuam. quæ non deeſt illis hic in
temporali ſaluatione,alijs in æterna. Quaſi di-
cat: Homines, id eſt, carnales, terrenis ſolis be-
antur curamentis, & illis ſolis gaudent. *Filij au-
tem hominum*,id eſt, pertinentes ad filium homi-
nis, conformati ei in iuſtitia & ſanctitate, ha-
bentes hæc temporalia,non *ſperabunt* in eis ut il
li: non erunt hic habentes beatitudinem,ſed ſpe
Hrb.13. rantes. Non enim habemus hic manentem ci-
uitatem, ſed futuram inquirimus. illi dico, en-
tes *in tegmine alarum tuarum*, id eſt, protectio-
ne geminæ charitatis, uel noui & ueteris teſta-
menti,non in potentia ſeculari, non in diuitijs.
Iob.3. Nemo enim aſcendit in cælum per ſe, niſi fili-
us hominis qui deſcendit. omnes alij portan-
Leu.21. tur. Dixit Moyſes: Quicunque gibbo premi-

tur,ad ſacerdotale officium non accedat. Ideo
ſperabunt, quia *inebriabūtur ab hubertate domus
tuæ*,id eſt, donis ſpiritualibus decurrentibus à
domo cæleſti. Bene inebriabuntur, quia ſicut ui
num immodice ſumptum, mentem aufert: ita
& magnitudo ſpiritalis lætitiæ mentem fideli-
bus aufert humanam, & transfert in diuinam.
Et *torrente uoluptatis tuæ potabis eos*,id eſt, uolu-
ptuoſo potu ſpiritalis gratiæ potabis eos, qui
uenit ad eos quaſi torrens, omnia obſtacula
terrenarum cogitationum amouens, & omne
lutum terrenæ uoluptatis diluens. Regnum
cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt il- Matt. 11.
lud: quia quemadmodum aliquis rapit ali-
quid per uim, ita fideles rapiunt regnum dei,
quia impelluntur a ſpiritu dei quaſi per uim.
Reuera tu potabis eos torrente, *quoniam a-
pud te*, non apud alium, eſt *fons uitæ*, id eſt,
CHRISTVS, per quem uita datur. Et *in il-
lo lumine tuo* per quem illuminas oculos men-
tis, *uidebimus lumen*, id eſt, te. Qui uidet me, uidet Ioh.14.
& patrem. Et ut te lumen uideamus, id eſt, ut
te intelligamus,non eſt hoc noſtræ opis, ſed tu Exo.4.
mitte quem miſſurus es, ut tandem perfruamur
luce æternitatis tuæ. *Prætende miſericordiam
tuam ſcientibus te*,id eſt, uolentibus te ſcire. Et *iu-
ſtitiam tuā*,non ſuam, id eſt, fidem qua iuſtificas,
præmitte *his qui recto ſunt corde*, id eſt, illis qui
omnem uoluntatem ſuam ad tuam dirigunt.
Et prætenſa miſericordia tua cuſtodi me, ne
quod habeo ex miſericordia, amittam per ſu-
perbiam. *Non ueniat mihi pes ſuperbiæ*, ut me eri-
gam contra me, mihi aliquid attribuendo.
Vnus pes eſt ille, non duo. ideo facilis ad deie-
ctionem. Non ueniat mihi pes ſuperbiæ, id eſt,
affectio prona ad lapſum. Pede ſuperbiæ diſce-
ditur a te primo & poſtremo. quia principium
omnis peccati, quo apoſtatatur à te domino, ſu Eccl.10.
perbia. & cum de iuſtitia quis quàm poſſit ſat-
egerit, extrema perditio eſt gloriari in ſe, non
in domino. Adam primi peccatoris manu im-
pulſus, in ſuperbiam abijt non pede corporis,
ſed affectione animi. & hoc principium pecca-
ti non mihi contingat ſecūdo homini. Et ſi non
habuero pedem ſuperbiæ, *manus peccatoris*, id
eſt, impulſio angeli apoſtatæ, *non moueat me* ſcili
cet a te, quæ mouit in primo parente. Ideo hoc
rogo, quia *ibi ceciderunt qui operantur iniquita-
tem*, id eſt, omnes illi qui perſeuerant in malitia.
ibi, id eſt, in ſuperbia. Prius ſuperbiuit apoſta- Ioh.8.
ta angelus, qui in ueritate non ſtetit. deinde eo
ſuadente illi, quos eiecit deus de paradiſo. Qui
operantur iniquitatem, omnes ex eo habent,
quia ceciderunt in Adam per ſuperbiam impul
ſu primi peccatoris. Et quia poſt caſum *expul
ſi ſunt* de paradiſo, non *potuerunt ſtare*, id eſt, re-
ſurgere qui potuerunt cadere. Expulſi ſunt, ſci
licet ab interiori paradiſo, id eſt, a teſtimonio

bonæ conſcientię, a quo quiſque prius ſcilicet p
peccatum expellitur:& ideo nec potuerunt ſta
re in exteriori paradiſo,ideo exteriorem requi-
em amiſerunt. Quandiu enim in requie fue-
runt, & exterius in ea perſtiterunt. Aliter:
Prætēde miſericordiam tuam,ut ualeamus te
lumen intelligere in lumine tuo, de illo lumine
procedētem. prætende miſericordiā tuā,id eſt,
iuſtitiam tuam,prior eſto ad ſubueniendum,ut
non labamur a te pede ſuperbiæ,& demur in
opus peccati,non ſit prior te iniquitas ad nocen
dum. Vnde cum cautam dominus faceret ec
Ge.3. cleſiam,ait: Illa tuum obſeruabit caput,tu au-
tem eius calcaneum. Serpens obſeruabit quan
do tibi ueniat pes ſuperbiæ, id eſt, amor apo-
ſtatandi, ut te deijciat, tu autem eius caput ſer-
ua. Initium omnis peccati,ſuperbia. Per pedem Ecci. 10.
ſuperbiæ, poſſumus accipere quod ſupra di-
ctum eſt, Ab occultis meis munda me. Per ma- Pſal.18.
num peccatoris, & ab alienis parce ſeruo tuo.
Ibi ceciderunt,id eſt, in ſuperbia omnes qui ope
rantur iniquitatem, id eſt, increduli, & omnes
qui perſeuerant in peccatis. iuxta illud, Qui Ro.1.
cum iuſtitiam dei cognouiſſent,non ſicut deum
glorificauerunt.& ceciderunt,quia tradidit illos
deus in deſideria cordis eorum.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum uelociter areſcent,& quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino,& fac bonitatem:& inhabita terram,& paſceris in diuitijs eius. Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino uiā tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquā meridiem: ſubditus eſto domino,& ora eum. Noli æmulari in eo qui proſperatur in uia ſua,in homine faciente iniuſtitias. Deſine ab ira & derelinque furorem,noli æmulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur,exterminabūtur: ſuſtinentes autem dominum, ipſi hæreditabunt terram. Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius,& non inuenies. Manſueti autem hæreditabunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccator iuſtum,& ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum,quoniam proſpicit quod ueniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores,intenderunt arcum ſuum. Vt decipiant pauperem & inopem,ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur,confirmat autem iuſtos dominus. Nouit dominus dies immaculatorum,& hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur,qa peccatores peribunt. Inimici uero domini mox ut honorificati fuerint & exaltati,deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuabitur peccator,& non ſoluet: iuſtus autem miſeretur,& retribuet. Quia benedicētes ei,hæreditabunt terram: maledicentes autem ei,diſperibunt. Apud dominum greſſus hominis dirigētur,& uiam eius uolet. Cum ceciderit,non collidetur: quia dominus ſupponit manum ſuam. Iunior fui, etenim ſenui,& non uidi iuſtum derelictum,nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur & commodat,& ſemen illius in benedictione erit. Declina à malo & fac bonum,& inhabita in ſeculum ſeculi. Quia dominus amat iudicium,& non derelinquet ſanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur. Iniuſti punientur,& ſemen impiorum peribit. Iuſti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſeculū ſeculi ſuper eam. Os iuſti meditabitur ſapientiam,& lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipſius,& non ſuppiantabuntur greſſus eius. Conſiderat peccator iuſtum,& quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius,nec damnabit eum cum iudicabitur iiii. Expecta dominum,& cuſtodi uiam eius: & exaltabit te, ut hæreditate capias terram: cum perierint peccatores, uidebis. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui,& ecce non erat: quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius. Cuſtodi innocentiam & uide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Iniuſti autem diſperibunt, ſimul reliquiæ im-

piorum interibunt. Salus autem iuſtorum à domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo.

Pſalmus ipſi Dauid, id eſt, hęc bona operatio attribuēda eſt perfectioribus in corpore Chriſti, qui inſtruunt minus perfectos, cum eos aberrare ſentiūt. Imperfecti Chriſtiani ſemper perturbantur, cum uiderint malos feliciter uiuere, copia rerum temporalium circunfluere, dignitatibus eminere, domum incolumem habere, gaudijs ſuis nō deeſſe, nihil triſte uitam illorū interpellare. uident nefandiſſimos mores, copioſiſſimas facultates. & dicūt eis corda illorū, nullum eſſe iudicem in rebus, ſed omnia agi caſibus & fortuitis motibus. Nam ſi deus curaret haec infima gubernare, illorum iniquitas non tātum floreret, & mea innocentia non tantum laboraret. Sed quia diuina ſcriptura omni morbo animi dat medicamentum ſuum, taliter ægrotantibus, taliter apud ſe cogitantibus temperat poculum ſaluberrimum, ut diſcant non murmurare contra dominum. quia proſperitas malorū eſt eis ad ſummam perniciem, & aduerſitas bonorum eis ad ſummam gloriam.

NOli *æmulari in malignantibus*, id eſt, noli inuidiam habere, uel noli iraſci in malignātibus, id eſt, in flore & pſperitate maligne agentium, cum tu benigne uiuat, & tamen labore & inopia premaris. *Neque zelaueris facientes iniquitatem*, id eſt, ne imiteris uel ames facientes mala, & tamen florentes, quorum priora florent, poſteriora areſcent: eorum priora ſunt in latitudine, poſteriora in anguſtijs. Tua priora in anguſta uia ſunt, poſteriora erūt in magna dilatatione. Potius poſteriora eorum conſidera, *quoniam tanquam fœnum ueIociter areſcent*. hoc eſt, poſteriora eorum uacua erunt a gloria. Omnis caro
Iſa.40. fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. *Et quemadmodum olera herbarum cito decident*, id eſt, quemadmodū olus ens inter alias herbas. olus eſt quædam herba, quæ ſuperficie tenus adhæret humi, & uiret tantum in hyeme, & ſole redeunte in æſtate, ilico areſcit. Huic comparabiles ſunt gaudentes in terrenis, nō habētes firmā radicem charitatis amore inhærentes huic mundo, qui eſt comparabilis hyemi. ſed ſole ſurgen-
Col.3. te, id eſt, CHRISTO ueniente ad iudicium, areſcet eorum gloria. Mortui enim nunc eſtis, & uita ueſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo. Cū CHRISTVS apparuerit gloria ueſtra, tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria. Potius quàm illos imiteris, & illis inuideas qui nūc florent, & poſt areſcent, *ſpera in domino*, ut poſteriora tua floreāt. noli gaudere in ſeculo, ſed expecta gaudium a domino. *Et ut poſſis ſperare*, *fac bonitatem*, noli ocioſus eſſe. Iniucūda eſt lux lippis. nec eſt ſperandum ut iucundam habeas lucem, niſi a tenebris deſueſcas. *Et*, ſcilicet faciendo bonitatem, *inhabita terram*, id eſt, eccleſiā, in inſtitutis eccleſiaſticis te exerce, ab eis non recedas. quia non eſt locus ueri ſacrificij extra catholicam eccleſiam. uel inhabita terram, id eſt, corpus tuum cole, ut tandem conſequaris immortale & impaſſibile. *Et* cum inhabitaueris eccleſiam, *paſceris in diuitijs eius*, id eſt, in dño, qui eſt diuitiæ illius terræ. Si autem ad carnē refertur, paſceris in diuitijs eius tandem, cū mortale hoc 1.Cor.15.
induet immortalitatem. Quæ ſint diuitiæ illius terræ, ſubiungit. *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*. Illi qui in ſeculo delectantur, hic accipiunt petitionem carnis ſuæ, ſcilicet marceſcibilem gloriam & cito tranſituram. ſed tu non in alio delecteris niſi in domino, & accipies immarceſcibilem gloriam, quam petit cor tuum. Illi amant tenebras, tu lucem. illi habent peritura, tu quære æterna. *Et ut poſſis ſperare*, *reuela domino uiam tuam*, id eſt, talia opera fac, q̄ ſint digna oculis dominī, non quantum ad cognitionem qua non indiget, ſed quantum ad dignationē. Aliter: Quaſi dicat: uolo delectari in domino, ſed nequeo implere. Ad hoc indica dño infirmitatem tuā, *& ſpera in eo*. quia non eſt in eo ſperare, niſi bene operantis. *Et ipſe faciet*. Quid faciet? *Educet quaſi lumen iuſtitiam tuam*, id eſt, fidem tuam qua iuſtificaris, quæ modo nulla uidetur quantum ad remunerationem, in remuneratione manifeſtam omnibus faciet. *Et iudicium tuum tanquam meridiem*, id eſt, bonum propoſitum tuum quo elegiſti ſequi dominum, promittentem ea quæ nō uidentur, potius quàm mundum dantem ea quæ uidētur & non permanēt, educat de tenebris ignorantiæ tanquam meridiem, id eſt, ita omnibus in remuneratione notum faciet, ſicut meridianam lucem. *Et ideo ſubditus eſto domino*, omni obedientia & humilitate ei ſeruiens. *Et ut poſſis eſſe ſubditus*, *ora eum* de perſeuerantia. Qui ſtat, uideat ne cadat. perſeueret I.Cor.10.
bonum opus, perſeueret oratio. nondum accipis mercedem. Ille dare poteſt, ſed tu nondū potes accipere. Quaſi dicat: Ecce ſubditus ſum & oro eum, ſed nonne uides quomodo ille peruerſus male operans, florens, per iniquitatem elatus, non me dignatur agnoſcere? in his quomodo durabo? Ad hoc. Noli *æmulari*, id eſt, ne inuidus ſis ei *qui proſperatur in uia ſua*, non in uia dei quæ arcta eſt, id eſt, qui proſperatur in deſiderijs carnis ſuæ, quia tribulabitur in percuſſione: tu in uia tribularis, in percuſſiōe pro

ſperaueris. In hac uita tu incedis per anguſtam
uiam, ille per latam. ſed ille anguſtiabitur, tu ue
ro dilataberis. Illius uia lata eſt, & ducit ad mor
tem: tua arcta eſt, & ducit ad uitam. Noli inui-
dẽs eſſe *in homine faciente iniuſtitias*, id eſt, in pro
ſperitate eius, q magis diligit mũdũ q̃ deũ, crea
turã q̃ creatorẽ. q̃d iniuſtũ eſt. Potius *deſine ab*
ira, noli turbari. ira furor breuis eſt de proſpe-
ritate malorum, & labore bonorum. *& derelin*
que furorem, id eſt, noli adeo turbari de flore ma
lorum, ut excæcetur oculus mentis. potius con
ſule oculum fidei, in qua hæc abrenunciare di-
ctus es. non hæc tibi in præmio promiſſa ſunt,
ſed æterna bona: quia furor eſt, non rauo, iraſci
contra dominum, & murmurare contra eum.
Furor maior eſt quàm ira. Hunc furorem dere
linque. *Noli æmulari ut maligneris*. ſi in animo ha
bes iram, nunquam ad hoc peruenias, ut mali-
gnum imiteris, ut nequã efficiaris. noli indigna-
ri quod ipſe hic abundat, & tu non: quia non
ſunt hæc uera bona. nõ hæc tibi promiſſa ſunt.
potius attẽde dominum tuum qui hæc contem
pſit. nihil pateris quod ipſe paſſus non ſit. *Quo*
niam qui malignantur, exterminabuntur a terra ui-
uentium, extra terminos hæreditatis filiorum
Iſa.26. dei erũt. Tollatur impius ne uideat gloriã dei.
Vel hic exterminabuntur non bene colentes
terram ſuam, non regentes terrenos motus, &
ideo non hæreditabunt eam impaſſibilem. *Suſ-*
tinentes autem dominum, id eſt, pondus præcepto
rum domini, in nullo cõtra dominum murmu
rantes, uel cum patientia ſi moram fecerit, expe
ctantes, *ipſi hæreditabunt terram*. uel terrã uiuen-
tium, uel terram ſuam, quam hic bene coluerũt,
tandem poſſidebunt immortalem & impaſſibi
lem. *Et* hoc cito erit. *adhuc puſillum*, ſcilicet ſuſti
ne, quia parua eſt mora huius temporis, quan-
tacunque nobis uideatur, comparata æterni-
tati, adeo ut nec punctum ad eam poſſit dici.
Quis enim finitum infinito comparet? Labo-
randum eſt æternum pro æterna mercede, ſed
non uult hoc miſericordia dei. pro parui tem-
poris labore, æternã uult dare mercedem. &
ideo ſuſtine adhuc, id eſt, cum patientia expecta
puſillum. *Et non erit peccator*, id eſt, uſus pecca-
Mat.25. toris. Non quin ſit, cum dicatur, Et ibunt hi in
ſupplicium æternum. ſed illud erit potius non
eſſe, quàm eſſe. Hic eſt peccator, hic habet locũ
apud deum, qui utitur illo ad probationem bo
Iob.1. norum, ſicut diabolo uſus eſt ad probãdũ Iob:
ita eſt hic locus eius, quomodo ẽ in fornace au-
rificis, locus paleæ. ardet palea, & aurum purga
tur. ſic ſæuit impius, ut iuſtus purgetur. Poſtquã
purgati fuerint iuſti, non erunt qui in eos ſæui-
ant ad purgandum. Aliter, Non erit peccator,
id eſt, diabolus non habebit in te quicquam.
quæres locum eius, & non inuenies. Peccatum eſt
locus diaboli, quod adhuc non erit. uel hoc mo
do non erit peccator, quæres locũ eius, & non
inuenies. ibi ſeparabitur a te, quia ultra non ha
bebit locum, nõ poterit tibi utilis eſſe ſicut hic
fuit, quia uiuit impius pio. Qui malignantur,
exterminabuntur. *Manſueti autem*, ſcilicet por-
tantes iugum domini, iuxta illud: Tollite iugũ Matt.11.
meum ſuper uos, & diſcite a me, quia mitis
ſum & humilis corde, *hæreditabũt terram*, a qua
illi exterminabuntur, id eſt, Ieruſalem ſanctam,
quæ liberabitur de peregrinatione iſta. uel ter-
ram, id eſt, carnem ſuam quam hic excoluerũt,
poſſidebunt immortalem & impaſſibilem. Et
hæ erunt deliciæ ipſorum. *Delectabuntur in multi*
tudine pacis. in deo, in quo eſt multa pax, id eſt,
abũdãtia perfecta. ipſe erit omnia in omnibus, 1.Cor.15.
& ideo ibi erit multa pax, q̃a nulla perturbatio,
nulla anxietas. Interim autem non deerit perſe
cutor. pugnandum eſt, q̃a non coronabitur niſi 2.Tim.2.
qui legitime certauerit. *Obſeruabit peccator iu-*
ſtum, diligenter quæret locum ad decipiendum.
Et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis, id eſt, graues
& mordaces ſententias in eum dabit ad hoc, ut
deuocet. Sed quæ cura iuſto? Nihil ei poterit no
cere. *Dominus autem* in quo iuſtus confidit, *irri*
debit eum, id eſt, riſu dignum oſtendet iuſto, ut
cum ille nitatur uulnerare huius tunicam, pro-
pria transfigit uiſcera. Huius carnem uulnerat,
ſed ſuam occidit animam. Ideo irridebit, *quoni-*
am proſpicit quod ueniet dies eius, ſcilicet dies exa
minationis, dies perditionis. priora eius florent,
ſed poſteriora arẽt. Ergo noli inuidere, ſed pro-
ſpice diem eius, & uide quia aut conuertetur, et
tutus erit: aut pſeuerabit, & à te ſequeſtrabitur.
Oſtẽdit quomodo ueniat dies eius perditionis.
Gladium euaginauerunt peccatores, ut interficerẽt
corpus. *Intenderunt* etiam *arcum ſuum*, id eſt, pa
rauerunt occultas inſidias, quibus animam de-
uocarent. ſed uide, quia *gladius eorum intret*, id
eſt, intrabit *in corda ipſorum*. quia dum nituntur
corpus iuſtorum occidere, occidũt animam ſu
am. *Et arcus eorum confringatur*, id eſt, inſidiæ eo
rum fruſtrabuntur. Ad hoc intenderũt arcum,
ut decipiant pauperem, id eſt, iuſtum de ſe non p̃-
ſumentem, *& inopem*, id eſt, dei opem quæren-
tem. Ad hoc euaginauerunt gladium, *ut truci-*
dent, id eſt, fortiter terribiliter occidant *rectos cor-*
de, dirigentes cor ſuum ad uoluntatem dei. Er-
go noli æmulari impio, noli illi inuidere: quia
melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum
multas, ſcilicet ſperare ea quæ non uidentur. &

ſides quod peccatoribus modicum & uile ui-
deatur, melius eſt iuſto quàm multum florere
in mundo. Vel aliter continuatur ad hoc quod
dixit, & arcus eorum confringatur. Quaſi ali-
quis dicat: quomodo confringetur? Nonne mea
aufert? nonne aſſidue mihi inſultat? Ad hoc, me
lius eſt iuſto modicum, id ẽ, ſola neceſſaria me-
lius ualent recte uiuenti, quàm multæ diuitię in-
iuſtorum. Nec hoc etiam diu erit quod tibi no
ceat. *quoniam brachia peccatorum conterentur*, id
eſt, diuitiæ & potẽtia in quibus peccatores con
fidunt, diminuentur. uel fortitudo eorum dimi
nuetur in gehenna, ut illius diuitis qui apud ſu-
Luc. 16. perbos ſplendide epulabatur, apud inferos tor
quebatur. Et quid interim? *Confirmat autem iu-
ſtos dominus*. CHRISTVS milites ſuos ſuo
exemplo corroborat, ut non inuidentiam habe
ant flore malorum, ut non recuſent eorum ſuſ-
tinere preſſuram: quod paſſus eſt imperator,
Ro. 8. non dedignẽtur digne pati. Quis nos ſeparabit
a charitate Chriſti? Ille pro impijs mortuus eſt,
& nos pro iuſto non moriemur? Ideo iuſtos con
firmat, quia *nouit dominus dies immaculatorum*,
i. diligit conuerſationem bonorum. *Et ideo
hæreditas eorum in æternum erit*. ideo caro eorũ
bene culta, quæ hic fuit mortalis & paſſibilis,
ad hoc perducetur, ut ſit æterna & impaſſibilis.
Hoc modo erit æterna *Non confundentur in tem
pore malo*, in tempore futuri iudicij, quod impijs
erit malum, non confundentur ab expectatio-
ne ſua: ſed potius *ſaturabuntur in diebus famis* ma
lorum, ubi mali patientur famem, iſti ſaturabũ
tur. Nam *peccatores* non ſaturabuntur, *quia peri
bunt*. Aliter: Interim dum ad illam hæreditatem
perueniant, nõ confundentur in tempore malo,
id eſt, in hoc tempore tribulationis. quia tribula
Ro. 5. tio patientiam operatur, patientia autem proba
tionem, probatio uero ſpem, ſpes autem nõ con
fundit. Et in diebus famis, id eſt, in hoc tempore
in quo ſunt dies famis, ubi beati qui eſuriunt &
Mat. 5. ſitiunt iuſtitiam, ſaturabuntur interiori ſaturita
Ro. 5. te. iuxta illud Apoſtoli, Gloriamur in tribulati
onibus. Quia pctõres peribũt. ideo iuſti ſatura
buntur uel hic, uel in futuro, quia ſoli peccato-
res non ſaturabuntur. Peccatores cum tribu-
lantur, nullum locum habent cõſolationis, nec
interius, nec exterius. foris patiuntur, intus con
ſcientia illos non conſolatur. Reuera peribunt.
Nam *inimici domini mox ut*, id eſt, poſtquam *ho
norificati fuerint* terrenis diuitijs & honoribus,
& inde *exaltati*, id ẽ, elati. quod erit mox, quia
breuiter durabunt. *deficientes deficient*, aſcẽden-
do deſcendent, hic interiori defectu, & tandem
exteriori. *quemadmodum fumus*, qui quanto alti-
us aſcendit, tanto magis euaneſcit. Merito hoc
illis eueniet, qa *mutuabitur peccator, & nõ ſoluet*.
a deo accepit quod homo eſt, non bos, non aſi-
nus. quod quinque ſenſibus diſcernit. & nõ ſol
uet inde debitum, ſcilicet non aget gratias deo
ſibi miſerendo, bene uiuendo, & alijs ſubueni-
endo, dando externa bona & interna. *Iuſtus au
tem* ſcilicet non confundetur in tempore malo,
quia mutuo accipiet & ſoluet. Et hoc eſt quod
dicit: Iuſtus autem *miſeretur*, ſcilicet ſibi, nõ pol-
luendo animam ſuam, non recedendo a man-
datis domini. iuxta illud, miſerere animæ tuæ, et Eccl. 30.
eris placens deo. *Et tribuet* ſcilicet alijs, ſcilicet
pauperibus externa bona. quia quod pauperi-
bus tribuit, deo tribuit. Quod uni ex minimis
meis feciſtis, mihi feciſtis. Si fœneras, non ſpe- Mat. 25.
ras: ſi non fœneras, non ſperas. ſi fœneras homi-
nem, id eſt, ſi das homini tua ad uſuram, non ſpe
res inde præmium. fœnera deum, id eſt, da deo
tua ad uſuram, da pauperi qui tibi ſoluere non
poteſt. & accipe dominum fidei iuſſorem, &
magnum tibi creſcit fœnus. dabis uel tribues in
terrena bona: ſcilicet lucrifaciet alios, propo-
nendo ſe exemplum bonæ uitæ. Quaſi dicat:
Iuſtus tribuet, peccator non tribuet. Quare iu-
ſtus? Quia benedicentium eſt, id eſt, uoluntarie
bonam uitam inſtituentium, hæreditare, id eſt,
excolere terram ſuam, id ẽ, uitam ſuam, quam
tandem hæreditabit æternam. Maledicentium
autem, id eſt, malam uitam uoluntarie inſtituen
tium, diſperire, id eſt, non colere terram ſuam.
Et hoc eſt quod dicit: *quia benedicentes ei, hæredi-
tabunt terram: maledicentes autem ei, diſperibunt*.
Quaſi dicat: Non tantum non hæreditabunt,
ſed diſperibunt maledicentes ei, id eſt, conte-
mnentes eũ. Quaſi dicat: Et hoc quod benedi-
tes ei hæreditatem terram, non a ſe, ſed a domi
no, quia *apud dominum greſſus hominis dirigẽtur*.
Non eſt hominis dirigere uiam ſuam. Apud do
minum greſſus hominis, iuſti ſcilicet, id eſt, eius
uolũtates omnes ad exemplum CHRISTI
domini ſui directæ fient, ut ſint apud dominũ,
id eſt, ad uoluntatem domini. Salomon: Ho-
minis eſt præparare uiam ſuam, ſed domini eſt Pro. 16.
dirigere. Diſtorti erant affectus noſtri, extra
uiam eramus: ſed uenit CHRISTVS,
uocauit nos, iuſtificauit, ſanguinem ſuum pro
nobis fudit, & ſic in uiam reduxit. Tentatus
eſt, paſſus eſt prior. non hoc poſſumus pa-
ti quod ipſe prior non ſit paſſus. *& uiam eius
uolet*. igitur ſequamur uoluntarie cum præce-
dente, non attendentes quo eamus, ſed quo per
ueniamus. patimur temporalia mala, peruenia-
mus ad æterna ſcilicet bona. Et ideo homo ui-

am inſiſtet, per quam CHRISTVS iuit. Et
quia uiam uolet, id eſt, quia CHRISTVM
imitabitur, *cum ceciderit, non collidetur*. hoc eſt
uelle uiam eius, tribulationes pati, & non defi-
cere: pati exterius, & non deficere interius.
Pſal.33. Vnde alibi: Cuſtodit dominus omnia oſſa eo-
rum, unum ex his non conteretur. Cum ceci-
derit in aliquas tribulationes, non collidetur. il-
la afflictio nõ erit ei ad deiectionem, ſed potius
ad exaltationem, *quia dominus ſupponit manum*
ſuam. ideo auxilio & exemplo ſuo eum ſuble-
uat, quia prior paſſus eſt. Aliter: Firmat ma-
num eius, id eſt, opera eius. Hieronymus: Se-
Pro.24. pties cadit iuſtus, & reſurgit. Cadit cogitatio-
ne, delectatione, uerbo. Reſurgit confeſſione,
Ro.1. ſpe, fide & opere. Et ideo iuſtus, quia iuſtus ex
fide uiuit. Et reuera iuſtus non collidetur, quia
dominus non derelinquet eum, dirigendo greſ-
ſus eius. quod mihi experto credite. *Iunior fui,*
etenim ſenui. Hic loquitur eccleſia tota, quæ una
eſt in ſacramentis, ſed in perſonis diuerſa. & id-
eo quaſi unus homo tota loquitur. Iunior fui,
id eſt, feruentior in charitate, cum primitiua e-
rã in Abel, in patriarchis. Et reuera iunior, nam
ſenui. iam enim refriguit charitas. *Et non* in iu-
uentute, nec in ſenectute *uidi iuſtum derelictum*
interius, quin dominus ſemper dirigeret greſ-
ſus eius, & ſi multi uiſi ſunt derelicti quantum
ad exterius. Vel iunior fui, id eſt, paruula, quia
in paucis tempore Abel iuſti ſine fœcunditate
adhuc. Et hoc oſtendit. Etenim ſenui, id eſt, cre-
ui & multiplicata ſum in ſenecta uberi. Et non
uidi iuſtum derelictum, ſcilicet à pane uerbi dei.
quia nunquam lex dei, id eſt, eius uoluntas, re-
cedit de corde & ore eius. Eius ori nunquam
CHRISTVS abfuit. *Nec ſemen eius*, id eſt, imita
tores eius *quærens panem* ſcilicet uitæ, panem
uerbi dei non habens, & ideo mendicans. Vel
ſemen eius, id eſt, bona opera quæ hic ſemina-
uit, ſine fructu, id eſt, ſine mercede. tunc ſemen
quaſi quærit panem, cum non creſcit in fructus.
Oſtendit quomodo iuſtus nunquam pane uitæ
ſcilicet careat, quia ſemper habet. *Tota* enim
die, id eſt, aſſidue, iuxta illud: & in lege eius me
Pſal.1. ditabitur die ac nocte. *miſeretur* ſcilicet ſibi, en-
ſem illum rationis quo accinctus eſt, non per-
mittens rubigine conſumi. *Et commodat* alijs eun
dem panem, non ceſſat alios obſecrando, admo
nendo, hortando, rationem reddendo, ad chari
tatem dei attrahendo. Et ſic ſubiungit dilectio-
ni dei, dilectionem proximi. Tota die miſere-
tur & commodat, id eſt, nunquam lex dei, id
eſt, uoluntas dei recedit de corde eius. quando
legit, manducat: quando inde cogitat, ruminat:

ut ſit mundum animal & non immũdum quod
deglutit, id eſt, obliuiſcitur quod audit, iuxta il-
lud Salomonis: Incomparabilis theſaurus qui
eſcit in ore ſapientis, ſtultus autem deglutit il-
lum. Auguſtinus dicit: Miſeretur, id eſt, fœnerat
fœnerator. pauca dat, & multa recipit. ſic & iu
ſtus dat terrena, ut accipiat cæleſtia. dat peritu
ra, ut accipiat æterna. Si fœneras, non ſperas. ſi
non fœneras, non ſperas. ſi fœneras hominem,
non ſpegas a deo mercedem. fœnera deum, &
accipies mercedem. accommoda pauperi, fac
eum debitorem, accipe deum fidei iuſſorem. In
cælis iam ſedet, in terris tamen non dedignatur
ſoluere debitum pro paupere. qui ſe in paupe-
re dicit accipere: Quod uni ex minimis meis Mat.25.
feciſtis, mihi feciſtis. Tota die miſeretur & com
modat. Nunquam charitas eſt ocioſa. ſi habet
exteriora bona, tribuit ea. ſi ea non habet, tri-
buit bonam uoluntatem. Non ergo dereliη-
quitur iuſtus, ſed potius non deſerente ſe deo,
comparabilis eſt illi, qui motus intus miſericor
dia, in actum ducit eam. Vel perſeueranter mi-
ſeretur animæ ſuæ, placens deo, ut faciat ſibi pro
ximum in uia dei ſocium. Et ideo *ſemen eius in be*
nedictione erit. comparabilis erit ei, qui quod ſe-
minat, multiplicatum recipit. Centuplum enim Matt.19.
accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Ergo *de-*
clina à malo, & fac bonum. quod eſt æquipollen-
ter dictum. noli æmulari, noli inuidiam habere
in flore malorum. potius fac bonum, quia non
erit irremuneratum. uides quia nullus inuidus
remunerabitur. Et ſic *inhabita* ſcilicet terram tu
am *in ſeculum ſeculi*. ſic eam accipies immorta-
lem & impaſſibilem. Quaſi dicat: Certa legiti-
me, & coronaberis. Si non ſeminaueris, non me
tes. Ideo declina a malo & fac bonum, *quia do*
minus amat iudicium, hoc ſcilicet, id eſt, hanc diſ
cretionem. Vel declina a malo & fac bonum.
& faciendo hæc, multa mala ſuſtinebis. ſed no-
li deficere, quia dominus amat iudicium. quem
enim diligit, caſtigat. & in iudicio, id eſt, in fla- Pro.3.
gellatione *non derelinquet ſanctos ſuos*, ut uidetur Heb.12.
malis, ſed potius per hoc conſeruabit. pro tem
porali flagello *in æternum conſeruabuntur*. Et ſi
priora horum uidentur arida, poſteriora flore-
bunt. *Iniuſti* autem quorum priora nunc flo-
rent, *punientur*, id eſt, eorum poſteriora areſcẽt,
Et ſemen impiorum, id ẽ, opera mala quæ hic ſemi
nauerunt, peribunt, id eſt, non erunt in benedi-
ctione, id eſt, multiplicatione, quia irremunera
ta erũt. *Iuſti aũt* qui mõ uidẽtur derelicti, *hæredi*
tabunt terram. Vel carnem quam hic coluerunt,
immarceſcibilem recipient. Vel terram ui-
uentium, id eſt, æternam beatitudinem. Et hoc

non ad tempus, ſed *inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam* ſcilicet ſtantes, id eſt, firmiter & ſtabiliter habentes. Interim autem *os iuſti* interius, id eſt, cor *meditabitur ſapientiam*, id eſt, legem & uoluntatem dei. *& lingua eius loquetur iudicium*, id eſt, diſcretionem. & ſibi miſerebitur, & alijs tribuet panem illum. docebit proximum quid debeat probare, qd improbare. *lex dei eius in corde ipſius*. hæc eſt illa ſapientia quam meditabitur, & illud iudicium quod alijs loquatur. In corde ipſius, quia uoluntarie operabitur in lege. Et ideo *non ſupplantabuntur greſſus eius*, id eſt, cogitationes eius non decipientur, ut deuocetur à malo. Nam non deſunt ſupplantatores. *Conſiderat* enim *peccator iuſtum*, id eſt, uitam illius diligenter inquirit. *&* hoc non ad imitandum, ſed *quærit mortificare eum*, id eſt, deuocare à iuſtitia. ſed non mortificabit. *dominus autem* cuius legem aſſidue meditatur, *non derelinquet eum in manibus eius*. Linquit quidem in manibus exterioribus, quia permittit ab eo affligi. ſed non derelinquet interius, quia non deuocabitur ſecundũ uoluntatem eius. Hoc modo non derelinquet, quia etſi impius hic damnet *eum*, dominus tamen *nec damnabit* in futuro iudicio, *cum iudicabitur illi*, ſcilicet pio de impio. uel non derelinquet eum in manibus eius, traditum foris in manibus eius, cum conceditur illi adeo flagellare pium, quantum uelit. & tam tum cum iudicabitur illi, ſcilicet impio de pio, id eſt, cum iudicabitur pius ſecundum uoluntatem impij, quia illud iudicium fiet ad probatiõem pij, & ad damnationem impij. Et quia non derelinquet te in manibus impij, ergo noli æmulari, ſed *expecta dominum* ſcilicet remuneratorem & liberatorem cum omni patientia. Et hoc modo expecta. *Cuſtodi uiam eius*, quam ipſe tibi præmonſtrauit, uiam patientiæ & humilitatis. Viriliter age, a bono opere nunquam deſiſtas. *& exaltabit te* de uirtute in uirtutem. adeo exaltabit, *ut hereditate capias terram*. Vel terram uiuentium uidebis ex compendio, cum tu ad dexteram, illi erunt ad ſiniſtram. Aliter: Et exaltabit te tandem, ut hæreditate capias terrã, quia etiam hic te exaltabit. Conſule oculum fidei, & *uidebis* ſcilicet te exaltatum, id eſt, eleuatum & beatum, tum *cum perierint peccatores*, id eſt, cum tradentur in reprobum ſenſum. iuxta illud, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. *Pſal. 57.* Cum enim iuſtus uidet impium derelictum a deo propter iniquitatem ſuam, in caſu illius ſibi cauet magis. Et reuera peribunt impij, quia ego attendens eius priora, *uidi impium ſuperexaltum & eleuatum ſicut cedros Libani*, in diuitijs, in honoribus, in potentia. *Et tranſiui* ſcilicet agilitate mentis ad eius nouiſſima, ſcilicet ab hac falſa felicitate ad ueram. *& ecce non erat*. non quod omnino nõ eſſet, ſed dum *quæſiui eum, non eſt inuentus locus eius*. quia planato ferro, non eſt opus lima. Aliter: Quare dico, expecta? quare dico, cuſtodi? Quia uidi impium non cuſtodientem & non obſeruantem, hic exaltatum in terrenis. Et tranſiens ad nouiſſima eius, non inueni eum ſic abundantem. Et quia uides florem malorum cito caſurum, tuam felicitatem appropinquare, noli malis inuidere quod florent, noli illos imitari, ſed potius *cuſtodi innocentiam*, noli tibi ipſi nocere, noli murmurare contra dominũ. Et *uide* potius. i. intellige *æquitatem*, id eſt, iuſtitiam dei. non enim ſine ratione malos florere permittit hic, bonos autem laborare. Iudicia dei non ideo iniuſta, quia occulta. Vide æquum eſſe laborare in uinea, ut nummus recipiatur in ueſperis. *Mat. 20.* Ideo cuſtodi innocentiam, *quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico*, id eſt, patienter agenti, & non murmuranti contra dominum de temporali felicitate. ſunt reliquiæ, id eſt, illi reſeruatur poſt mortem æterna felicitas. a ſimili, ſicut pauperi qui de ſuo non habet, reſeruantur reliquiæ de menſa diuitis. Aliter. Non eſt inuentus locus eius, ſcilicet diuitis. Quaſi aliquis dicat: Non ergo licet hic abundare? Inquit, licet. ſed cuſtodi innocentiam. habes ſaccellum argenti, & cuſtodis ne tibi ſubtrahatur, & innocentiæ damnum negligis? Et uide æquitatem, id eſt, directionem. non dirigas oculos ad præſentia. & uidebis quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico, ſcilicet poſt mortem habebit uitam. *Iniuſti autem* qui non cuſtodiunt innocentiam, *diſperibunt*. uarijs tormentis cruciabuntur, uel hic excæcabuntur interius. Et *ſimul reliquiæ impiorum interibunt*, id eſt, & poſteriora eorum areſcent. Iuſto utilia ſunt & priora quibus humiliatur, & poſteriora quibus exaltatur. Iniuſtis contra perditioni ſunt & priora quibus exaltantur, & poſteriora quibus deijciuntur. *Salus autem iuſtorum à domino*. Quaſi dicat: Quod iuſti hoc modo ſaluantur, cuſtodiendo innocentiam, uidendo æquitatem, a domino eſt, non ab ipſis. Et *protector* eſt *eorum* contra impugnatores *in tempore tribulationis*, id eſt, in hac uita. Et quia ipſe eſt eis ſalus, ipſe protector, *adiuuabit eos dominus* ſcilicet in perficienda obedientia. *Et liberabit eos* a conſociatione malorum. *&* tandem *eruet eos à peccatoribus*, ſeparando grana a paleis. Et *ſaluabit eos* perenni ſaluatione, quia grana ſunt, & non palea. Et merito, *quia ſperauerunt in eo*, nõ in mundo. Ergo noli æmulari, noli inuidentiam habere in malignantibus: ſed potius ſpera in domino & fac bonitatem, quia & te adiuuabit, & te ſaluabit.

¶Pſalmus Dauid in rememoratione ſabbati. XXXVII.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum nõ eſt mecum. Amici mei & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant, delonge ſteterunt: & uim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt uanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te domine ſperaui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi, nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus *ſum*, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meæ.

Si uoluamus omnem ſcripturam quæ de Dauid inuenitur, nuſquam inueniemus Dauid recordaſſe ſabbati. Recordatio, præteritorum eſt. Cum autem ſabbatum per ſingulas hebdomadas redeat, non inuenitur illud recordaſſe, ſed obſeruaſſe. Sed inducitur hic quidam recordans illius requiei, quam habuit humanum genus in primo parente, ſcilicet quod immortale fuit creatum & impaſſibile conditione, tamen & quandoque futurum immortale & impoſſibile ſine conditione, ſcilicet ut nec mori poſſet, nec pati. Sabbatum enim interpretatur requies. hic, inquam, conſiderans illam requiem perditam culpa primi parentis, & conſiderans futurum ſabbatum, cum uel requies uel pœna æterna manet quenque, cum hic ſit in malis, ne deteriora eueniant, orat & dicit:

D*Omine, ne in furore tuo arguas me.* Futurum eſt enim, ut in futuro iudicio quidã in ira emendentur, quidam in furore arguantur. illi
1. Cor. 3. qui in ira, ſic tamen quaſi per ignem. Sed illa pœna adeo erit grauis, ut ſi omnia tormẽta quæ hic reis inuenta ſunt, ſimul conferantur, grauior erit ignis ille & intolerabilior. Qui autem in furore, mittentur in ignem æternum. ideo utrunque deprecatur, tanquam dicens deo: Quoniam iſta magna & multa ſunt quæ patior, quæſo ut illa tibi ſufficiant ad uindictam culpæ quã promerui. & incipit illa enumerare, ſatiſfaciens deo, & offerens illa quæ patitur, ne deteriora patiatur, oſtendens ſe hic libenter pati omnia, ut tandem illa euadat. O domine ure, ſeca, corripe hic, argue, dum tandem ne in furore tuo arguas me, id eſt, grauiſſima & æterna pœna. *Neque tunc in ira tua corripias me*. quia qui tunc in ira corripientur, ſaluabuntur quidem, ſed per grauiſſimam pœnam. Hi ſunt qui ſuper fundamentum ædificauerunt lignum, fœnum, ſtipulam. 1. Cor. 3.
nõ quod furor aut ira in deum cadat, ſed quod patientibus ita uidebitur. Si autem in uoce capitis, ſic dicemus: Domine deus trinitas, uſque ad plenitudinem tẽporis genus humanũ ꝑ maxima parte in furore arguiſti, in ira corripuiſti: quia multatos prima morte, morte interioris hominis omnes idololatras, in mortem corporis conieciſti. Tandem ſi incipit iudicium a domo tua, reuocatos amore reſurrectiõe prima ꝑ me, ne in ira tua argue, ne in furore tuo corripe. 1. Pe. 4.
Etſi uiſitas iniqtates in uirga, etſi miſces amaritudinibus uniuerſa, ne in furore, ne in ira tua iſta eueniant. etſi mortem ſubeunt corporalem, tñ q̃s miſericordia tua per me reſtituiſti reſurrectione prima in homine interiori, ſpe felici re-

ſtituendos ſe eſſe gaudeant reſurrectione ſecun
da exteriore. & quaſi quæſiturus eſſes, quæ
cauſa domine, ut ira pro tuis agendum ſuſce-
peris: ad hoc, *quoniam ſagittæ tuæ infixæ* ſunt mi-
hi, id eſt, humano generi, & mihi, quantum ad il
lam naturam. *Non eſt ſanitas in carne mea*, id eſt,
in inferioribus membris, quia & ipſa terram tu
am experiuntur in Adam. *Non eſt pax oſſibus
meis*, id eſt, firmioribus meis, quia non ſunt ipſa
à peccato immunia. Vel in uoce eccleſiæ. ideo
noli in futuro furore iudicare, & in futura ira,
quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. ſufficiat
tibi hæc temporalis uindicta, & hæc pœna quã
modo patior. Iam enim uindicas. ſagittæ tuæ
infixæ ſunt mihi, patior in primi parẽtis culpa.
quod enim illi fuit pœna, nobis factum eſt na-
tura. Vnde Apoſtolus: Fuimus & nos aliquan
do natura filij iræ. i. portantes uindictam. Hæ
Ephe. 2. ſunt ſagittæ, mortalitas, fames, ſitis, ſomnus, &
cætera huiuſmodi. Sagittas uocat, dolores ani-
mi & corporis quos patimur. uel ſagittas dicit
uerba dei, quæ infixa ſunt in cordibus noſtris,
quibus fit ut recordemur ſabbatum. & ipſa re-
cordatio ſabbati, & nõdum receptio, facit nos
nondum gaudere, & agnoſcere non eſſe ſanita-
tem in ipſa carne. Quaſi dicat: & hæc tua ani-
maduerſio qua modo uindicas, magna eſt: quia
confirmaſti ſuper me manum tuam, id eſt, feciſti me
am pœnam continuam. ad ſimilitudinem magi
ſtri, cuius manus nõ recedit a dorſo pueri. Hæc
eſt illa manus, hæc eſt illa miſeria. Non eſt ſani-
tas in carne mea *à facie iræ tuæ*, id eſt, à præſentia
iræ tuæ. Ex quo uindicaſti in primo parente,
adeo continua eſt miſeria humani generis, ut aſſi
due nobis repræſentet iram tuam. Portamus
corpus mortale, plenum tentationibus, plenum
ſolicitudinibus, obnoxium doloribus corpora-
libus, nexum indigentijs, mutabile, languidum
& cum ſanum eſt, quia utique nondum plene ſa
num. Nam unde dicebat, non eſt ſanitas in car-
ne mea, niſi quia iſta quæ huius uitæ dicitur ſani
tas, bene intelligentibus & ſabbatum recordan
tibus, non eſt utique ſanitas? Si non manduca-
ueris, inquietat fames, & alia huiuſmodi mul-
ta. iſte naturalis quidam morbus eſt, qui in Adã
fuit ſolum pœna. Et non ſolũ in carne ſum infir
mus, ſed etiam non eſt pax oſſibus meis, id eſt,
uiribus animæ meæ, quæ ſunt oſſa, id eſt, robur
hominis. ex carne enim infirmatur homo, ſed
ratione animi confirmatur. Et quia dixit, a facie
iræ tuæ: ne uideretur illa pœna eſſe ex iniuſtitia
iudicis, dicit: *à facie peccatorum meorum*, id eſt, à
præſentia. cum enim aſſidue cerno pœnam, aſſi
due etiam reminiſcor culpæ. Ante oculos ha-
beo iram tuã, ante oculos habeo peccata mea
originalia & actualia. Ideo non eſt pax oſſibus
meis, id eſt, nulla requies animæ meæ. *Quoniam
iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum*, id eſt, Gen. 3.
peccata mea in primo parẽte erexerunt caput,
id eſt, mentem meam, ut ſe erigeret contra te ca
put ſuum. Et eritis ſicut dij. quia caput mulie-
ris uir, caput uiri CHRISTVS, caput Chri-
ſti deus. Et illę iniqtates ſupergreſſæ ſunt caput 1. Cor. 11.
meum. i. erigendo mentem meam, depreſſerunt
eam, & per uindictam tuam ceciderunt ſuper
eam, ut iam non ualeat u[?]libertate ſua, uelut
ira & concupiſcentia, quæ deberẽt rationi ſub-
iacere: quia perfecta diſcretione debemus iraſci
quibus iraſcẽdum eſt, & concupiſcere quæ con
cupiſcenda ſunt. Hæ ſupergreſſæ ſunt caput me
um, id eſt, uicerunt rationalitatem. Et nõ parum
ſupgreſſæ ſunt, ſed *ſicut onus graue grauatæ ſunt
ſuper me*. Alit: Cõfirmaſti ſup me manũ tuã, ſic-
ut dictum eſt. & poſt hanc miſeriã eſt mihi alia.
Non eſt ſanitas in carne mea, id eſt, affligor exte
rius omni afflictione. & hoc a facie iræ tuæ, quia
timeo iram tuam futuram. Nõ eſt pax oſſibus
meis, id eſt, affligor omni afflictione interiori,
propter illud iudicium futurum: a facie pecca-
torum meorum, tam originalium quàm actua
lium. Hieronymus: Quoniam iniquitates meæ
ſupergreſſæ ſunt caput meũ, cognoſco magna
peccata mea & præualere uiribus meis. uel qa
iniquitates meæ extulerunt caput, & quaſi le-
ues uolabant, acceperunt pondus uindictæ qd
deprimeret. ſicut onus graue grauatæ ſunt ſu-
per me, id eſt, reuerſæ ſunt in me & grauatæ.
Quaſi dicat: Et quod grauius eſt, *Putruerunt &
corruptæ ſunt cicatrices meæ*, id eſt, peccata in ba-
ptiſmo dimiſſa. & hoc modo ſanata, rurſum in
conſuetudinem duxi. quod dum fit, neceſſe eſt
mortuum iam fœtere, quemadmodum uulnus
intactum corrumpitur & putet. In eo quod di-
cit cicatrices, intelligũtur peccata quaſi ſanata.
Aliter: a qua grauatione grauiſſimi oneris cica-
trices meæ, id eſt, originalia peccata deleta in
baptiſmo, corrupta ſunt per actualia. & ſic pu-
truerunt, id eſt, grauiſſima facta ſunt. quia graui
us torquetur aliquis ueniens ad baptiſmum, ſi
poſtea peccat, quàm ſi non ueniret ad bapti-
ſmum. quia melius eſt uiam ueritatis ignorare,
quàm poſt agnitam relinquere. Et hoc *à facie
inſipientiæ meæ*, id eſt, cognoſco ex inſipientia
mea hoc contigiſſe. quia ſicut ſapientia eſt, ſibi
in poſterũ cauere, ſic inſipientia eſt, ſanatum in
poſterum ſibi non cauere. Hieronymus: Por-
corum mos eſt, cœno pro bonis odoribus uti.
non ſum talis. Nam mihi mea uulnera fœtent,
& ideo pœnitentiam deſidero. Vnde, a qua cor
ruptione & a qua putredine *miſer factus ſum*, id
eſt, continua miſeria afflictus ſum exterius. *Et
curuatus ſum*, ſ. interius multimoda incuruatiõe.
quia rationalitas extenditur nõ ſolũ ad neceſſa,
ſed etiã illicita. *uſq; in finẽ*, q̃tũ potui incuruari

& deprimi,uel uſque in mortem.à qua incurua
tione *tota die*,id eſt, aſſidue *contriſtatus ingredie-*
bar.i.uiuebam,ex quo ſabbati recordari cœpi.
Cant.1. Vnde in Canticis canticorum: Ecce tu pulchra
& 4. es amica mea. oculi tui columbarũ. q̃a colũba
gemitum habet pro cantu,& perfecti in eccleſia
mũdo fallaciter & pernicioſe blandienti adge
munt,cui alij congaudent. Et merito contriſta-
tus, *quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus* . *Et*
non eſt ſanitas in carne mea. Repetitio,idem eſt q̃d
ſupra,non eſt ſanitas in carne mea, non eſt pax
oſſibus meis . In lumbis eſt delectatio , in dele-
ctatione procreatio. Et ex anima omnes cogita-
tiones procreant.quæ delectationes plenæ ſunt
illuſionibus,id eſt,uanitatibus & phantaſmati-
bus multis,adeo ut nec dominicam orationem
ualeat quis ex corde cantare,quin multa impe-
diant & mentem alienent. Et non eſt ſanitas in
carne mea,ut dictum eſt. Aliter: Domine,ne in
furore tuo arguas me in iudicio, quando pecca
tores condemnabuntur. hic me arguas. furor et
ira intelligitur diabolus, id eſt,noli me iudicare
per diabolum,ſed per teipſum. uel arguere uer
bis,corripere flagellis. Quoniam ſagittæ tuæ
infixæ ſunt mihi, id eſt, uerba tua impreſſa ſunt
menti meæ. Et confirmaſti ſuper me manum tu
am, id eſt,non impotens fuiſti ad me deprimen
dum . Non eſt ſanitas in oſſibus meis,id eſt,non
purum corpus meum. iuxta illud,ſcio quia non
Ro.7. habitat in me,hoc eſt,in carne mea,bonum. Nõ
eſt pax oſſibus meis,ut ſupra. Quoniam iniqui
tates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. quaſi
dicat: Tot ſunt iniquitates meæ, ut ego eas por
tare non poſſim. ſed caput meum, id eſt, Chri-
ſtus ſuas eas fecit, & iniquitates noſtras ipſe por
tauit. ideo ipſe portauit,q̃a ſicut onus graue gra
uatæ ſunt ſuper me. Et non mirum,quia putrue
Iſa.53. runt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. a primo
homine uſque ad CHRISTVM, peccata
humani generis deteriorauerunt,uſque dum ue
nit Samaritanus ille,qui alligauit uulnera, infun
Luc.10. dens uinum & oleum,id eſt,paſſionem & ſpiri-
tusſancti gratiam. A facie inſipientiæ meæ,ſcili-
cet cicatrices meæ corruptæ ſunt: quia infirmi-
tatem CHRISTI,inſipientiam putaui: cuius
incarnatio, magna fuit ſapientia. Miſer factus
& curuatus ſum uſque in finem,id eſt,uſque ad
Chriſtum. Et quia lumbi mei impleti ſunt illu-
ſionibus,id eſt,quia anima mea & interior mẽs,
à uero defecit. Et quia non eſt ſanitas in carne
mea,*afflictus ſum*,ſcilicet in corpore, & *humilia-*
tus ſum nimis, ſcilicet in interiori, quia me erexi
contra mandata tua. unde *rugiebam*,id eſt,cum
magno dolore intus lamenta dabam , ut rugi-
tus poſſit dici. *A gemitu cordis mei*,non a gemitu
carnis . Gemitus carnis eſt pro amiſſione terre-
norum:gemitus uero cordis,pro amiſſione qui-
etis. *Domine,ante omne deſiderium meum*. Quaſi di
cat: & gemendo quid deſiderem , & quare ge-
mam,tu domine ſcis: quia non deſidero niſi q̃d
deſiderandum eſt,ſcilicet requiem illam & bea-
titudinem , quam amiſi in primo parente . pro
qua ſemper eſt orandum,quia dictum eſt , Sine 1.Theſ.5.
intermiſſione orate. Qui ſemper clamat,ſem
per deſiderat. qui ſemper deſiderat, ſemper o-
rat . Qui ceſſat ab amore , ceſſat ab oratione .
Qui ſunt qui ceſſant ab amore? De quibus dici-
tur: Ex abundantia iniquitatis refrigeſcet chari Mat.24.
tas multorum . Frigus enim charitatis,ſilẽtium
eſt cordis. feruor uero charitatis,clamor eſt cor
dis. Si ſemper flagrat charitas, ſemper clamas.
ſi ſemper clamas,ſemper deſideras. ſi ſemper de
ſideras,ſemper oras . Ergo ſemper deſidera,ut
ſemper ores. Et quia tu ſcis,id eſt,probas deſi-
derium meum , quod eſt ſecundum uolũtatem
tuam , ideo *gemitus meus à te non eſt abſconditus* .
Quamuis enim aliquando foris gaudere uide-
ar , & gemitus meus non ſemper ueniat ad au-
res hominum , tamen ſemper eſt coram te. Et
merito gemo , quia *cor meum conturbatum eſt*. ti-
meo latrones, timeo damna temporalia , mo-
tus terræ . & cæli undique ſolicitudo incutitur.
Et non eſt mirum ſi cor conturbatur, quia *dere*
liquit me uirtus mea,id eſt, conſtantia mea. factus
ſum inconſtans. uel uirtus , id eſt , rationalitas.
Ideo autem derelictus ſum à uirtute,quia *lumen*
oculorum meorum,lumen cordis,ſine quo cor hu
manum in tenebris eſt, id eſt,deus , *ipſum non eſt*
mecum. ipſum ſcilicet, ſine quo eſſe non poſſum.
Quaſi dicat: pro qua uirtute reſtituẽda, pro quo
lumine reddendo, pro qua turbatione auferen-
da, ego ſolus inter omnes mortales ad hoc ido-
neus, factus ſum obediens patri uſque ad mor-
tem. Et quia me ſic humiliatum uiderunt,ad cu Phil.2.
mulum miſeriæ meæ,*amici mei*,id eſt, qui amici
deberent eſſe, ut infirmi medico, ſerui domino
creatura creatori, gentes ſcilicet, *Et proximi mei*,
iudæi ſecundum carnis cognationem proximi,
appropinquauerunt ſcilicet corpore,ſed *aduerſum* Mar 15
me corde , dicentes : Crucifige . *Et ſteterunt* ſci-
licet aduerſum me,id eſt,aduerſum ſalutem ſu-
am. Sicut CHRISTVS antea in ec-
cleſia locutus eſt , ita nunc eccleſia loquitur in
CHRISTO. Aliter : Virtus meorum, id eſt,
rationalitas , dereliquit meos in tantũ, quod lu-
men oculorum meorum , id eſt, diuinitas mihi
unita, ſine qua eſſe non poſſum quantum ad ue
ram eſſentiam,ipſa non eſt mecum quantum ad
reputationem illorum,quia tantum putant me
eſſe hominem . & ideo amici mei qui deberent
eſſe,& proximi quantum ad carnem,appropin
quauerunt nõ ad imitationẽ,ſed aduerſum me.
Et præterea illi *qui iuxta me erant* ,i. diſcipuli qui
me cognouerant , *de longe ſteterunt* . ut Petrus,

qui ad uocem ancillæ me negauit. ut illud, ſta-
Iob. 18. bant omnes noti eius à longe. Et quia amici de-
Lucæ. 13. ſeruerunt, ideo *uim faciebant qui quærebant animã*
meam, id eſt, uitam meam ad perdendũ. illi ideo
faciliorem acceſſum habuerunt. *Et qui inquire-*
bant mala mihi, id eſt, mortem, cum non haberẽt
ullam ueram cauſam, *locuti ſunt uanitates*, id eſt,
Lucæ. 23. mendacia. hunc audiuimus ſubuertentem gen-
tem noſtram. Et, Hic dixit, Poſſum deſtruere
Mat. 26. templum hoc, & in triduo reædificare illud. Et
quia locuti ſunt uanitates, ideo *dolos tota die me-*
ditabantur. *Ego autem* qui ad hoc ueneram, ut ex
emplum patientiæ & humilitatis darem, *tan-*
quam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non ape-
riens os ſuum, id eſt, non reſpondi, tanquam nec
audirem, nec loqui poſſem. *Et factus ſum ſicut ho*
mo non audiens, & habens in ore ſuo redargutiones.
Apertius id ipſum dicit. non ideo eos in paſſio-
ne non redarguit, quin haberet unde argueret,
Matt. 13. qui ſæpe illis reſpondit: Væ uobis ſcribæ, quid
& 22. me tentatis hypocritæ? Sed tacuit in paſſione,
ut adimplerentur ſcripturæ, Sicut ouis ad occi-
Iſa. 53. ſionem ductus eſt, & nobis formam patientiæ
daret. Si enim de cruce deſcenderet, non uidere
tur potentiam oſtendere, ſed impatientiam ex-
hibere. Maius ſignum potentiæ fuit, de ſepul-
chro ſurgere, quàm de cruce deſcendere. Ideo
illis non contradixi, ideo omnia patienter ſuſti
nui, *quoniam in te domine ſperaui*, tibi cauſam me-
am cõmiſi. Hic monet ſuos, quid agendum ſit in
tribulationibus. quia cum poſſet reſiſtere, nolu
it, ſed ſperauit in domino. Et qa in te ſperaui, *tu*
exaudies me domine deus meus. Ergo o fidelis uir,
ſi cauſa tua non auditur per terrenum iudicem,
noli deſperare, noli deficere: quia ſi hic non ex-
auditus fueris, exaudieris in cęlo: ſi hic à terreno
iudice accipies ſententiam, adeo accipies in cæ-
lo coronam. Et alia cauſa cur factus ſum ſicut
homo non audiens. *Quia dixi*, id eſt, mecũ illud
ſtatui, ut in patientia perſeuerarem. ideo *ne ali-*
quando ſupergaudeant mihi inimici mei, id eſt, ne
Iudæi mihi inſultent in paſſione deficienti, uel
alij inimici inſultent meis in tribulatiõe deuoca
tis. Et ne pedes mei, id eſt, opera uel affectiones
meorum commoueantur, id eſt, a te recedant,
deficientes in tormentis, & ſic inimici ſuper me
magna loquantur, multas & magnas blaſphe-
mias. Et reuera ſcio quia deficientes meos irri-
debunt, ſi moti fuerint pedes eorum, quia iam ſæ
pe talia fecerunt. *Dum commouentur pedes mei, ſu*
per me magna locuti ſunt. Et ideo nõ habui redar-
gutiones, quia uoluntarie ad paſſionem ueni,
non ex neceſſitate. *Quoniam ego in flagella para-*
tus ſum. & hoc ideo, quia *dolor meus*, id eſt, meo-
rum, quem habent ex tranſgreſſione primi pa-
rentis & proprijs commiſſis. *in conſpectu meo ſem*
per, donec doleam, quemadmodum in conſpe-
ctu medici eſt uulnus. Bene dixi, dolor meus:
quoniam iniquitatem ſcilicet illorum, *meam annun-*
ciabo ego CHRISTVS. non enim iniquitatem
feci, ſed ſuſcepi. *Et non ſolum nunciabo* iniqui-
tatem eſſe meam, ſed *cogitabo pro peccato meo*,
id eſt, meorum delendo. ita & tu quiſque fide-
lis imitare CHRISTVM. non ſolum confite-
re peccatum tuum, ſed cogita ut deleas. Fluant
lachrymæ, fiant eleemoſynæ: gaudeat pauper
de tuo dato, ut & tu gaudeas de dei dato. eges
tu, eget ille. eget ille tui, eges tu dei. Exple tu hic
foris eius indigentiam, ut & deus tuam interio-
rem ſuppleat inopiam. Vel ideo ſuper me ma-
gna locuti ſunt, quoniam ego in flagella para-
tus ſum, quod ipſi non putant, ſed in flagella co
actum. Quod ſi intelligerent obedientiæ eſ- Iohã. 10.
ſe quod flagellor, quia nemo tollit a me ani-
mam meam, nõ ſuper me magna locuti eſſent.
In flagella paratus ſum, ut patiar illa flagella
quæ illi eſſent paſſuri. Quaſi dicat: Ego in flagel
la paratus ſum, *inimici autem mei*, tam mei quàm
meorum, *uiuunt*, id eſt, florent in hac uita. & id-
eo *confirmati ſunt ſuper me*, id eſt, præualuerunt
in cauſa mihi & meis quantum ad exterius. præ
ualuerunt enim mihi iudæi in paſſione mea &
meis, uerberando & occidendo. Et in illa confir
matione *multiplicati ſunt*, id eſt, multi inuenti. plu
res enim facti ſunt perſecutores, quàm imitato
res. *Qui oderunt me inique.* Quo modo inique,
ſubiungit. *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahe-*
bant mihi. hoc quid nequius? Qui reddit mala
pro malis, bonus non eſt: qui non reddit bona
pro bonis, ingratus eſt: qui autem mala pro bo
nis, iniquus eſt. mala pro bonis, odium pro dile
ctione, perditionem pro ſalute, mortem pro ui-
ta. detrahebant mihi non propter aliam cau-
ſam, niſi quia *ſequebar bonitatem*, id eſt, quia diſ-
ſimilis illis eram & contrarius operibus eo-
rum. *Ne derelinquas me.* Quaſi dicat: Sed tu
ne des ſanctum tuum uidere corruptionem. Pſal. 51.
Domine per gratiam, *deus meus* per naturam. *Ne*
diſceſſeris à me non reſuſcitando, ut illi putant.
uel ne derelinquas meos, dando conſtantiam in
tribulatione. & ne diſceſſeris à meis, liberando
ab inimicorum deuocatione. Et ut ne dereln-
quas, ut ne diſcedas, *Intende in adiutorium meum*,
id eſt, da auxilium libero arbitrio quod dedi-
ſti. *Domine deus ſalutis meæ*, qui es dominus de
us per naturam, factus es deus ſalutis per grati
am. Vel non ſolum non diſcedas a me Chriſto,
ſed potius facie intende in me extenſum in cru
ce, dando mihi reſurrectionem. Domine de-
us ſalutis meæ, id eſt, qui dediſti me meis auto-
rem ſalutis.

¶In finem pro Idithum, canticum Dauid. XXXVIII.

DIxi, cuſtodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Locutus ſum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis eſt, ut ſciam quid deſit mihi. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. Veruntamen uniuerſa uanitas, omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra conturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne dominus, & ſubſtantia mea apud te eſt? Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium inſipienti dediſti me. Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu feciſti, amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuiſti hominem. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius, ueruntamen uane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero.

Hiſtorialiter nihil in hoc pſalmo agitur de
1. Par. 25. Idithum, qui fuit unus de illis quinque, quos cō
ſtituit Dauid præcentores pſalmorū. ſed ex interpretatione nominis, quærenda eſt intelligentia ueritatis. Interpretatū em̄ nobis ē Idithum, tranſiliens eos. Eſt in hoc pſalmo uox trāſilientis eos, ſcilicet humo adhærētes, terræ incuruatos, de infimis cogitantes, in terrenis ſpem ponentes. Hic itaq; trāſiliens, mundū contemnēs, terrena omnia conculcans, elegit ſibi uiuere in quibuſdam ſpiritalibus gaudijs, quæ gaudia in hac uita adhuc manentibus, maxime ſunt in diuinis ſcripturis, ubi inueſtigatio utilis ſit labore inquiſitionis & dulcedine inuentionis. Sed cum omnia mundana iam calcaret, omnes huius uoluptates contemneret, in ſola lege domini meditaretur, in ea ſola delectaretur, de ea alijs frequēter loqueretur, de ea alijs prodeſſe ſtuderet: intellexit non ibi eſſe morandum, ſed adhuc altius aſcendendum: quia ſtudio dicendi perdidit diligentiam cognoſcendi. Et cum uideret paucos imitatores, multos autem calūniatores, & uerborū uenatores, falſitatem defendentes, contra ueritatem ſtare paratos, & aſſiduitate loquēdi difficile eſſe in lingua non cadere. non enim fruſtra in homine poſita eſt, periculo loquendi, ſtatuit ſilentium remedium, dicens ſecum: Sufficit mihi delectatio intelligētiæ coram deo, quid mihi opus eſt captando loqui, & dare aditū calumniantibus? Dixi ergo, cuſtodiam uias meas. Titulus in finem. Hæc proferūtur pro Idithum, i. in perſona tranſilientis. Et eſt prophetæ intētio in hoc pſalmo, oſtēdere qualiter om̄ia mundana a fidelibus ſint tranſiliēda, & ad quem tendendum, quo perueniendum.

DIXI, id eſt, ſtatui mecum & deliberaui. *cuſtodiam uias meas*, id ē, om̄ia opera mea & om̄s ſenſus meos caute obſeruabo, adeo *ut non delinquam in lingua mea*, quod ualde eſt difficile.
perfectus enim eſt omnis qui non peccat in lin- Iac. 3.
gua. Qui cuſtodit linguam ſuā, cuſtodit animā Pro. 21.
ſuam. Et ° guſtus iuſtitiæ, ſilentium & pax. Et, ° cultus. Iſa. 32.
eloqui me pœnitet, tacere nūquam. Et poſt deliberationem *poſui ori meo cuſtodiam*, non propter bonos, ſed *cum conſiſteret peccator aduerſum me*. i. cum calumniator ſtaret cum alijs ad audiendū, non ut imitaretur ſi qua bona audiret, ſed aduerſum me. i. paratus calumniari ſi qua audiret pœnitenda: aut cū intelligere nequiuit, diceret me nihil dicere. *Obmutui*. Timens malorum calumniā, inter conſeruos cibaria nō diſpenſaui, cū mihi credita eſſet diſpenſatio. Et ideo obmutui, quia foris non erogaui, intus a domino accipere non merui. Dictum eſt illi ſeruo, qui domini ſui
acceptum talentum erogare timuit: Ligaris ma Mat 25.
nibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Si autem illi ſic dicitur, qui non fuit curſor ad perdendum, ſed piger ad erogandum: qd illis dicetur, qui acceptum talentum luxurioſe uiuendo perdunt? id eſt, ſcientiam quam a domino acceperunt, luxurioſo ocio dederunt. *Et humiliatus ſum*, id eſt, afflictus. Et ideo afflictus, quia *ſilui à bonis*, quod non debui. *& ſic dolor meus renouatus eſt*. ut qui prius dolebam de calumnia malorum, & ideo tacui, poſtea dolerē quod creditam a domino diſpenſationem conſeruis denegarem. Et cum eſſem inter has duas neceſſitates poſitus dicendi & tacendi: dicendi, quia talētum domini acceperam, ut ad mēſurā darem: tacendi, ne malis locum calumniādi cō cederem, *Concaluit cor meum intra me*, id eſt, cœpit eſſe inquietum cor meum, conflictatum intus gemino calore, poſitus inter eos qui calūniari parati erant. & eos qui affectabāt inſtrui, affligebar in utroque: in his, ne projicerem mar-

Matt. 7. garitas ante porcos: in illis, ne erogarem ciba-
Mat. 25. ria conſeruis. Videbam inſenſatos, & nõ argue
Pſal. 68. bam. & me ſic tacentem zelus domus tuæ co-
medebat. Et in hoc æſtu & ſi multa trãſilierim,
cogitaui tamen adhuc altius aſcendendum eſſe,
& quærendum tutiorem locum. *Et in illa mea*
meditatione exardeſcit *ignis*, id eſt, quoddam de-
ſiderium accendit cor meum cognoſcendi finẽ
meum. Et poſt deſiderium *locutus ſum in lingua*
mea, non ei quem erudirem, ſed a quo erudirer.
in lingua mea, id eſt, in lingua cordis, uel in ſer-
mone mihi conuenienti, qui iam hæc mundana
trãſilieram, hæc locutus ſum. *Notum mihi fac do*
mine finem meum. finem ſine fine, non curſum me
um, ut non reſpiciam ad ea quæ iam tranſiliui,
ſed ad ea proſpiciam quæ reſtãt. Tranſiliui iam
multa, & ueni in quædã meliora his quæ trãſili
ui. ſed reſtat adhuc quo ſit aſcendendum. Nul
lus enim in hac uita perfectus, cui adhuc deſit q̃
aſcendere poſſit. audi Apoſtolum: Fratres, ego
Phil. 3. me nondum arbitror apprehendiſſe. Vnum au
tem quæ retro ſunt obliuiſcens, in anteriora
me extendens, ſecundum intentionem ſequor
ad palmam ſupernæ uocatiõis. Ideo iſte tranſili
ens dicit Notum mihi fac domine finem meũ,
id eſt, te, ultra quem non eſt quicquam deſide-
Iob 14. rãdum. Domine, oſtende nobis patrem, & ſuf-
ficit nobis, id eſt, fac me te ſolum cognoſcere ad
deſiderandum, ut omnis mea intentio ad te ꝓ-
merendum intendat. & deſiderium meum nuſ-
quam moretur, donec ad te perueniat, quia in
te ſolo eſt beatitudo uera & perfecta. Et ſi mul-
tum proficiat homo, nuſquam tamen ceſſandũ,
donec ad illum finem perueniatur. Vel finem
meum, id eſt, modum loquendi & modum ta-
Eccẽs. 3. cendi, quia tempus loquẽdi & tempus tacendi.
Et numerum dierum meorum quis eſt, id eſt, oſtẽde
mihi non ad ſcientiam, ſed ad experientiam, cer
2. Cor. 1. titudinem illorum dierum, id eſt, illius æterni-
tatis quę eſt in illo fine qui numerus eſt, quia eſt
illorum dierum qui non pereunt, non fluunt ꝑ
tempora, fuit uel erit. ſed eſt, ſemper in illis eſt.
uel ſecundum aliam ſententiã, qua diximus mo
dum loquendi & modum tacendi, oſtende mi-
hi numerum dierum meorum, id eſt, com-
penſationem illius temporis quod uere eſt, ut
huius compenſatione ſciam quid loquendũ ſit,
& quibus. & quid non. uel doce me ſemper ten
dere ad illos dies qui ſunt, ut illorum compenſa
tione pro nihilo ducam quicquid patior in his
diebus qui non ſunt. Ad hoc illum numerum
oſtende, *ut ſciam quid deſit mihi.* ſcilicet præſentia
1. Cor. 13. tua, quia nũc cognoſco ex parte. Hoc enim de-
eſt mihi hic laborãti, hic eſt ille denarius. & quã
diu mihi deeſt, non me dico perfectum, ſed im-
minutum. hunc mihi oſtende, mentem meam
ad hũc dirige. cõparatiõe em̃ illius quod eſt, at
tendens iſta quæ nõ ita ſunt, & plus uidens mi-
hi deeſſe quàm adeſſe: ero humilior ex eo quod
deeſt, quàm elatior ex eo quod adeſt. Quaſi
dicat: Et reuera deeſt mihi ad perfectionem.
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, id eſt, breues
& cito tranſeuntes. Dies meos, id eſt, quos ego
mea culpa mihi menſurabiles feci. cum eſſent a
te dati ſine menſura. Et non ſolum dies menſu-
rabiles facti ſunt, ſed *ſubſtantia mea* quam hic ha
beo, quam mihi ex nihilo dediſti *tanquam nihilũ*
eſt ante te, id eſt, ad cõparationem illius ſubſtan-
tiæ & illius claritudinis, quam habiturus ſum in
præſentia tua. *ueruntamen uniuerſa uanitas omnis*
homo uiuens, id eſt, quamuis nihil ſit, tamen mi-
ſer homo hoc nõ attendit. Omnis homo uiuẽs,
id eſt, omnis homo uiuens hominem, id eſt, in
eo quod homo eſt, non in eo q̃d imago dei eſt,
eſt uniuerſa uanitas. i. laborando incurrit omi-
modam uanitatem animæ & corporis. quia &
cogitat & laborat in terrenis, quæ ad nihilũ ten
dunt. Quaſi dicat: Et nõ adeo eſſet mirum, ſi ho
mo uanis deditus, diu in illis permaneret, *uerun*
tamen, id eſt, licet ſit homo multimoda uanitas, *in*
imagine pertranſit. i. ſic cito hæc omnia uana de-
ſerit, ut imago tranſit in ſpeculo. Conſiderauit Iac. 1.
enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fue-
rit. Sed tamen miſer homo hoc non attendens,
fruſtra conturbatur. Timet hoc non acquirere, ti
met perdere. & ſolicitatur multis modis pro ſe,
pro uxore, pro filijs. Reuera uane, quia *theſauri-*
zat, & ignorat cui congregabit ea, quia incertus
eſt de eius uita cui congregat. miſer non atten-
dit quàm cito ab ipſa uanitate decidat, imo de
poſteritate cogitat. Aliter: Quanquam omnia
mundana tranſilierim, infima calcauerim, in ſo
la lege dei delectationẽ habuerim, in diſpẽſan-
do dominico talento ſolicitus fui. & in illa diſ-
penſatione fluctuaui. finem etiã qui ſine fine eſt,
quæſiui. numerum dierum meorum ſcire labo
raui. ubi ſit uera eſſentia, cognoui. ueruntamen
quàm diu in hoc mortali corpore uiuo, quàm
diu ne cadam laboro, quàm diu bona & mala
mea incerta habeo, uniuerſa uanitas ſum, quan-
tum ad ea quæ ſub ſole habeo, nõ quæ ſupra ſo
lem. Nam omnis homo hic uiuens, ſiue inhæ-
rens, ſiue pertranſiliens, eſt uniuerſa uanitas. Di
cit Eccleſiaſtes: Vanitas uanitatum, & omnia Eccẽs. 1.
uanitas. Quid habet amplius in omi opere ſuo,
quæcunq; laborat homo ſub ſole? ſubiacet em̃
merito peccati multimodæ uanitati. cupit em̃
dormire, uigilare, eſurit, ſitit, & cætera huiuſmo
di, quæ omnia uana ſunt. Veruntamen in ima-
gine pertranſit homo, id eſt, quamuis in his quæ
ſub ſole habet, uanitati ſubiaceat: tamen in his
quæ ſupra ſolem habet, non ſubiacet uanitati.
quia pertranſit homo, id eſt, uiuit, uel pertranſit
hãc uanitatem in imagine, id eſt, in eo quod imi
tatur imaginem ad quam creatus eſt, id eſt, rati-
onem, ſcilicet cum proprium finem deſiderat.
Et tamen quanquam mente ſit ſupra ſolem, &
in ea non ſubiaceat uanitati, tamẽ corpore ſub
ſole eſt, & ideo uane cõturbatur omnis homo.
Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. ut

ſupra. *Et nũc quæ eſt expectatio mea?* Quaſi d. Quia
iam omnia hæc mente trãſiliui, in caducis ſpem
non poſui, quæ eſt ergo expectatio mea? *Nonne
dominus?* Scilicet in quo nihil eſt uanum, nihil
tranſitorium. Reuera dominus, qui dedit ut iſta
contemnam, dabit ſeipſum. Quaſi dicat: Merito
te dominum expecto remuneratorem, quia *ſub
ſtantia mea apud te eſt*, id eſt, ueram eſſentiam nuſ
quam habeo niſi in te, id eſt, in præſentia tua: q̃a
tu ſolus es, & nullus eſt, niſi tibi adhærens. Et ut
tandem mea ſubſtantia apud te ſit, *ab omnibus
iniquitatibus meis erue me*, non ſolum ab his quas
iam tranſiliui, ne in eas reuoluar, ſed ab his quæ
reſtant neceſſitate uitæ. Nullus enim adeo perfe-
ctus, quin ex humana conditione contrahat ali-
1.Iob.1. quas iniquitates. Si dixerimus quia peccatum
non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in
nobis non eſt. Aliter: Intelligo perfectionem me
am, intelligo & imperfectionẽ. imperfectus ſum,
quia nondum te apprehendi, in quo eſt perfe-
ctio mea. Perfectus, quia ſcio quid mihi deſit,
ideo rogo ut me eruas ab iniquitatibus impedi
entibus, ut peruenire poſſim. *Opprobrium inſipi-
enti dediſti me.* Tu erue, quia tu dediſti me op-
probrium inſipienti, id eſt, quia te, non aliud quę
ro: quia ea quæ non uidentur, ſpero: riſus factus
ſum inſipienti, id eſt, illi qui terrenis & præſenti
bus tantum gaudet, in futurum ſibi non proui
det. uel ſatis permiſiſti ut eſſem opprobrium in
Phil.1. ſipienti. ſufficiat tibi hactenus. cupio diſſolui &
eſſe cum Chriſto. uel ideo erue, quia ut erui di-
gnus eſſem, opprobrium inſipienti dediſti me.
& ego *obmutui*, in nullo contradixi. Vel ad hoc
quod dixit, ſatis opprobrium inſipienti dediſti
me, ſatis obmutui, *& non aperui os meum* ad con-
tradicendum. & hanc patientiam habui non
ex me, ſed *quoniam tu feciſti* ſcilicet me patien-
tem. Vel ideo obmutui, quia tu feciſti mihi illud
opprobrium ex iuſta uindicta tua. Sed o domi-
ne, *amoue à me plagas tuas.* quicquid enim patior
in hoc mortali corpore, intelligo eſſe flagella
tua. Quare dico tua? Quia *in increpationibus de-
feci*, factus mortalis & paſſibilis, *à fortitudine ma
nus tuæ*, quæ non fuit impotens ad uindicandam
culpam & tranſgreſſionem humani generis. Et
hoc non ex iniuſtitia tua, ſed ex merito meo.
quia *propter iniquitatem* ſcilicet ſuam, non tuam,
id eſt, propter tranſgreſſionem *corripuiſti homi-
nem* ſcilicet primum, & me & totum genus hu-
manum in illo. Ac ſi dicat: Video me in malis,
uideo me in pœnis, & apud te non uideo iniqui
tatem. Si ergo ego in pœna ſum, & apud te ini-
quitas non eſt, nõne reſtat ut pro iniquitate eru
dieris hominem? Et hoc modo corripuiſti. *Ta-
beſcere feciſti ſicut araneam animam eius*, id eſt, ta-
lem feciſti uitam hominis, qualis eſt aranea: quæ
ſi uel facile tangitur, cito frangitur, & mittit ta-
bem. Talem reddidiſti humanam uitam meri-
to peccati, ut de ea non incongrue dici poſſit:
Quid ſuperbit terra & cinis? Quoniam in uita Eccl. 10.
ſua proijcit intima ſua, ad ſimilitudinẽ, ſicut ara
nea ꝓducendo intima ſua, cõponit fragile opus
& in ipſo opere moritur: ſic homo proijciendo
intima ſua, id eſt, amittendo rationalitatẽ, quod
maximum habet, ſtudet in his tranſitorijs, in qui
bus cito moritur. *Veruntamen*, id eſt, quãuis non
lateat tanta calamitas, tamen *uane conturbatur o-
mnis homo*, id eſt, circa hæc uana ſolicitatur quæ
cito tranſeunt. omnis homo, id eſt, humane ui-
uens. Et ut ego non ſic conturber, *Exaudi oratio
nem meam domine* factam pro perſeuerentia uir-
tutum, *& deprecationem meam* pro peccatis com
miſſis. *auribus percipe*, id eſt, oſtende te percepiſ-
ſe, *lachrymas meas*, id eſt, lachrymoſas preces. *Ne
ſileas*, id eſt, ne iratum te mihi oſtendas, quia ira-
torum dominorum eſt ſilere. ideo noli a me ira-
tus recedere, *quoniam ego ſum apud te* tantum hic
aduena & peregrinus, id eſt, ens apud te in ſpe, in
telligo me hic eſſe aduenam: quia hic nõ habeo
manentem ciuitatem, ſed futuram inquiro.
Et non ſolum aduena, qui de prope poteſt eſſe, Heb.13.
ſed peregrinus, qui multum eſt remotus. *ſicut
omnes patres mei* ſcilicet intellexerunt, patriar-
chæ & prophetæ & apoſtoli. Et ut ego apud te
poſſim eſſe, *remitte mihi.* intenſa ſunt peccata
mea. ſed ea relaxa dimittendo, *ut refrigerer* ab
æſtu uitiorum in conſcientia. da mihi teſtimoni-
um bonæ conſcientiæ, *priuſquam abeam*, id eſt, re
cedam ab hac uita. uel priuſquam abeam, ſcili-
cet a te, in quo eſt mea ſubſtantia. Nam ſi irrefri-
geratus abiero, *amplius non ero.* ſicut hic tempo-
raliter non fui in uero eſſe, ita nec poſt tẽpus ero
in uera eſſentia.

¶In finem Pſalmus Dauid. XXXIX.

EXpectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces me-
as, & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petram pe
des meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouũ,
carmen deo noſtro. Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in domi-
no. Beatus uir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in uanita
tes & inſanias falſas. Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus
tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. Annunciaui & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper nu-
merum. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum
& pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce uenio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut

facerem uoluntatem tuam,deus meus uolui,& legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea nõ prohibebo:domine, tu ſciſti. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo , ueritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Non abſcõdi miſericordiam tuam & ueritatem tuam à concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas à me,miſericordia tua & ueritas tua ſemper ſuſceperunt me. Quoniam circundederunt me mala,quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei,& cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine ut eruas me:domine, ad adiuuandum me reſpice. Confundantur & reuereantur ſimul,qui quærunt animam meam ut auferant eam. Auertantur retrorſum & reuereantur,qui uolunt mihi mala. Ferant confeſtim confuſionem ſuam,qui dicunt mihi,euge euge. Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te:& dicant, ſemper magnificetur dominus,qui diligunt ſalutare tuum. Ego autem mẽdicus ſum & pauper , dominus ſolicitus eſt mei. Adiutor meus & protector meus tu es:deus meus,ne tardaueris.

VerusDauid,id eſt,Chriſtus caput noſtrum,
oſtẽdit in hoc pſalmo nullum poſſe iuſtificari ni
ſi per fidem,non ex operibus legis,non ex libe-
ro arbitrio, ut Porphyrius uoluit , qui dicebat
non eſſe ſibi opus fidem in baptiſmo accipere,
quia iam mortificatus eſſet interius. Et qui ſint
qui per fidem iuſtificẽtur, exemplo ſuo præmit
tit,oſtendens patientiam eſſe neceſſariam,ut re-
portemus repromiſſiones. orat etiam pro gen-
tibus,Iudæis per fidem concorporandis, ut fiat
Ioh.10. unum ouile & unus paſtor.

E*Xpectans expectaui dominum.* Ex magna affectione talis dictionum geminatio ſolet
Ioh.6. fieri. Quaſi dicat: Ego ueni,non ut facerem uo-
luntatem meam,ſed eius qui miſit me. quod o-
portuerat feciſſe primum hominem. habeo mi
ſericordiſſimum promiſſorem. expecto fideliſſi
mum exhibitorem. præbeo me humilem exa-
ctorem. Expectans,id eſt, cum patientia obedi-
entiam complens. Expectaui dominum, non
quemlibet hominem promiſſorem, non impo
tentem,ſed omnipotentem. qui etſi differt quod
promiſit,non tamen aufert. *Et* quia patienter
expectaui, *intendit mihi*, id eſt,intuitus eſt me ad
Heb.10. utilitatem meam. Quaſi dicat: ita & uobis pati-
entia neceſſaria eſt. Maius eſt quod dicit,mihi:
Pſal.33. quaſi diceret,me, quia uultus domini etiam ſu-
per facientes mala. Et hoc modo intendit. *Ex-
audiuit preces meas*,factas pro peccatis meorum.
quas ex nimia affectiõe meas dico. quod in hoc
apparet,qa *eduxit me de lacu miſeriæ*,id eſt,de la-
pſu peccatorum eduxit meos per confeſſionem
& pœnitentiam. lacus miſeriæ,eſt peccatorum
multiplex lapſus & profunditas. in quo lacu
alij ſunt ſupra,alij infra. Supra ſunt humiles de-
precatores & lachrymoſi clamatores: infra ue-
ro, ſuperbi contemptores . hi ibi remanent, illi
inde educuntur. *Et de luto fecis*,id eſt,de ſordibus
lubricis huius ſeculi. In luto notantur ſordes,in
fece lubricum,id eſt, eduxit meos etiam de illis
peccatis,in quibus pronior eſt lapſus,ſcilicet am
bitione & luxuria. Et poſtquam eduxit, *ſtatuit
ſupra petram pedes meos*, id eſt, affectiones meo-
rum firmauit in me petra,ut me imitarẽtur, mi
hi conformes fierent, ut ultra non relaberentur
in lutum. & poſtquam eorum affectiones firma
uit,ut amplius non amarent caduca, *direxit greſ
ſus meos*, id eſt , opera meorum quæ prius erant
diſtorta. *Et immiſit in os meum*,in os cordis, *canti-
cum nouum*,id eſt,nouam uitam,qui prius canta-
bant canticũ uetus, nunc cãtent canticum nouũ. Ro.6.
Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iniqui-
tati ad iniquitatem , ita nunc exhibete ea ſerui-
re iuſtitiæ in ſanctificationem. ſcilicet *carmen deo
noſtro*,ut recte uiuentes, nihil nobis, ſed totum
gratiæ dei attribuamus. qa illud fuit uetus can-
ticum,de nobis præſumere. & ad quam utilita-
tem iſtud nouum canticum? Magna,quia *uide-
bunt multi* ſucceſſores illos cantare nouum can-
ticum,id eſt,innocẽtem uitam ducere,deum lau
dare. *& timebũt* ſcilicet cantare uetus canticum,
ſ. praue uiuere & mundum laudare. *Et ſic ſpe-
rabunt in domino*, in quo eſt ſperandum , ideo in
domino , quia deſperabunt de ſeculo. Nullus
ſperat in domino,niſi qui prius deſperat de mũ-
do. & ideo inimicus mundi efficitur,ut domini
amicus fiat. Et talis bene uir dicitur, & beatus: &
quia illud canticum non ore corporis , ſed cor-
dis cantatur,ideo dicit: Videbunt, & non audi-
ent. Hic ordo ſemper in eccleſia uiget,ut alij præ
cedant,& alij illos imitentur, & hos illi mino-
res. Et quo fructu in domino ſperabunt,audi.
Beatus,id eſt, bene auctus erit *uir*, *cuius eſt nomen
domini ſpes eius*,id eſt,qui dignum exhibendo ob
ſequium,idoneum ſe facit,ut in illud nomen q̃d
eſt dominus,ſperare ualeat . *Et* poſteaquam in
eum ſpem fixit, *non reſpexit in uanitates*,id ẽ,ocu
los cordis non retorſit ad hæc tranſitoria . quia
nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciẽs Luce.9.
retro,aptus eſt regno dei. *Et* quia nõ reſpexit in
inſanias falſas, id eſt , ad ludos huius ſeculi & ad
ſpectacula theatri, quæ hominem inſanum faci-
unt: falſas, nihil ueritatis habentes. Quaſi dicat:
merito ad hoc non reſpexit , quia potius eſt re-
ſpiciendum ad ſpectacula & mirabilia dei. Nã

multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua, ad
quæ potius reſpiciendũ, in illis ẽ ſana & ſobria
ebrietas. Mirabatur aliquis in theatro aurigam
regentem currũ ſine læſione? uideat deũ ſpecia
liter regentem omnes illicitos motus, & ſe illos
regere cum eo, & laudet deũ. Miratus eſt ibi fu-
Mat. 14. nãbulum? miretur in eccleſia mariambulũ, non
ſolum pedibus corporis, ut Petrus: ſed quod eſt
mirabilius, ſpiritualiter pedibus cordis. Ma-
re etenim eſt ſeculum iſtud, quia amarum mul
tis ſolicitudinibus. uenti, uariæ tentationes. flu-
ctus, perſecutiões, prælia, ſeditiones. quæ om̃ia
calcant ſancti & contemnunt. Audiat quiſq; do
minũ clamantem: Expecto uos, luctamini, adiu
uabo, uincite, coronabo. *Et illa mirabilia* ſ. *feci-
ſti tuis cogitationibus*, non indigens alieno auxi-
lio. & ideo *non eſt qui ſimilis ſit tibi*. Ergo in te ſpe
randum. Superius dixit, Expectans expectaui
dominum, cætera interpoſita ſunt. Nũc oſten
dit quomodo expectauit. Expectãs dominum
redemptorem. Ego Chriſtus *annunciaui* ſcilicet
Mat. 4. opere, *& locutus ſum* ore. Pœnitentiam agite, ap
propinquabit regnũ cælorum. *multiplicati ſunt
ſuper numerum*, uenıẽtes ad fidem. creuerunt ſu-
Mat. 20. per numerum electorꝫ, quia multi uocati, pau
ci uero electi. Multi implent parietes eccleſiæ,
qui ad uanitates huius ſeculi facile relabuntur.
Ego annunciaui nouam uitam, noua inſtituta.
Et opus fuit, quia inſtituta legalia amplius nolu
Heb. 9. iſti, impoſita tantum uſq; ad tempus correctio
nis. *Sacrificium* ſcilicet legale, q̃d erat in agni im
molatione. *& oblationem* legalem, quæ offereba
Luce. 8. tur in die octauo, ut pro domino par turturũ.
noluiſti iam poſtquam uenit plenitudo tempo-
rum, ſed ſignificata horum. ubi uenit corpus, p̃-
terijt umbra. Hoc ſacrificiũ noluiſti. *aures autẽ
perfeciſti mihi*, id eſt, perfectam obedientiã mihi
dediſti & meis, ut faciant ſeipſos hoſtiam uiuen
tem, ſanctam, deo placẽtem per humilitatem &
obedientiam. *holocauſtum* ſcilicet legale, id eſt, il-
lud ſacrificium quod totum incendebatur. *Et
pro peccato*, id eſt, illud ſacrificium quod offere-
batur pro peccato mundando, quod nomina-
batur peccatum, ſcilicet cinis uitulæ, *non* ultra
poſtulaſti. *Tunc*, id eſt, poſtquam tempus correcti
onis uenit, dum medium ſilentiũ tenerent oĩa,
id eſt, dum omnes philoſophi tenerent cõmune
Sap 18. ſilentium de reparatione generis humani quo-
modo fieret, & nox in ſuo curſu iter haberet, id
eſt, dum hæc ignorantia permaneret, omnipo-
tens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus ue
nit, id eſt, filius tuus incarnatus eſt. *Dixi, ecce ue-
nio* ut faciam uoluntatem. i. ſtatui incarnari: &
hoc ideo, quia tu ita diſpoſuiſti. *In capite libri
ſcriptum eſt de me, ut facerem uoluntatem tuã*. Ego
ſecundum humanitatem ſum liber, ad quod ex
emplar omnes libri ſcribũtur. i. ad cuius cõfor-
mationem omnes iuſti fiũt. huius libri caput eſt
diuinitas. In capite ergo libri. i. in uoluntate tua
qui es caput meum, ſcriptum ẽ. i. diſpoſitum &
præordinatum de me, ut facerem uoluntatẽ tu
am, id eſt, ut tibi in omnibus obediens eſſem. q. a
tu es *deus meus*. Et hanc *legem*, ſcilicet uoluntatem
tuam uolui in medio cordis mei, id eſt, toto deſide-
rio compleui. Et non ſolum per me, ſed etiã per
præcones meos *annunciaui iuſtitiam tuam*, id eſt, fi Habac. 2.
dem iuſtificantem. Iuſtus autem meus ex fide ui Ro. 1.
uit. *In eccleſia magna*, id eſt, in eccleſia gentium,
non in ſola Iudæa, annunciaui, & annũciabo. *Ec
ce labia mea non prohibebo*, id eſt, præcones meos
non ſinam prohiberi. quia *o domine tu ſciſti* illa
labia, id eſt, tales feciſti meos præcones, qui non
poſſunt prohiberi. Et ideo *iuſtitiam tuam non abſ-
condi in corde meo*, id eſt, in corde meorum. iuſti
tiam quæ ex fide eſt. uel iuſtitiam ſecundũ quã
iuſtum eſſe perpenditur, ut qui credit corde, nõ
taceat ore. abſcondunt quidem ad ædificationẽ
ſuam, ſed non abſcõdunt ad ædificationem pro
ximi. Nam *ueritatem tuam & ſalutare tuum dixi*. i.
dicent mei præcepta tua, ſine quibus nemo ſibi
de ſalute præſumat. Nihil enim p̃cepiſti quod
non iuſte uereq; præcipiendum fuerit. *Non abſ-
condi miſericordiam tuam* qua uocas, qua condo
nas, *& ueritatem tuam*, qua merita remuneras. *A
concilio multo* ante reges & præſides. Ibant apo
ſtoli gaudentes a conſpectu cõcilij, quoniam di Actu. 5.
gni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pa
ti. Quaſi dicat: Ipſi abſcondunt, ipſi prædica-
bũt, ſed tu deus qui potes, incrementum da. *Tu
autem domine ne longe facias miſerationes tuas à me*
. i. ab illis qui futuri ſunt mei. Alias oues habeo Ioh. 10.
quæ nõ ſunt ex hoc ouili. & illas oportet me ad
ducere, circundatas innumeris malis & innu-
merabili iniquitate. fac eos cognoſcere iniquita
tem ſuam, & ad fidem iuſtificantem conuerti.
Et certus ſum quia non longe facies ab his, nam
miſericordia tua qua uocas, qua condonas. *& ue
ritas tua* qua merita remuneras, *ſemper ſuſcepe-
runt me*, id ẽ, meos ab Abel iuſto uſque nunc. et
ſicut cũ priori populo miſericorditer egiſti, ſic-
ut promittebas: ita nunc eruas meos, qui adhuc
in idololatria ſunt, me iã exhibito. Et opus eſt
ut nõ differas, *quoniam circundederunt me*, id eſt,
meos, qui futuri ſunt mei, *mala quorum non eſt nu
rus*. Et ſi in maioribus malis aliq̃s numerus ſit,
in minoribus nullus. ſabulum etſi minutis la-
pillis colligitur, tantum tamen in naui poteſt
eſſe, ut eam pondere ſuo demergat, quemad-
modum magna ſaxa. *Comprehenderunt me ini-
quitates meæ*, id eſt, tot ſunt, quod obduxerunt
cor meorum ex gẽtibus prædeſtinatorꝫ. quas
iniquitates ego meas uoco, propter magnam
affectionem. *& adeo comprehenderunt*, quod
non potui ſcilicet cor erigere *ut uiderem*, ſcilicet il
las iniquitates. non ſufficiunt ſibi ad cognoſcen
dam infirmitatem ſuam & quærendum te me-
dicum, niſi tuum ſuccurrat auxilium. Reuera
comprehenderunt, quia *multiplicati ſunt ſuper
capillos capitis mei*, id eſt, infinitæ ſunt. *& ideo cor
meum dereliquit me*, id eſt, meos, ſcilicet ad co-

gnoſcenedam lucem ueritatis. Ergo quia ipſi non poſſunt eruere, complaceat tibi domine ut eruas me, quia mihi places ut adducantur. *Complaceat tibi domine ut eruas* meos a cæcitate cordis, & a tenebris peccatorũ. *Domine, ad adiuuandum me reſpice.* adiuua liberum arbitrium quod dediſti. Hoc modo erue, hoc modo adiuua. *Confundantur* miraculorum exhibitione, *& reuereantur* reſurrectionis cognitione, *ſimul*, id eſt, non ſolum de gentili populo, ſed etiam Iudæi, *qui quærunt animam meam ut auferant eam*. ſcilicet ad perdendum, non ad fruendum. *Conuertantur retrorſum*, ut te præferant, non ſe. *qui uolunt mihi mala*, id eſt, qui bona dicunt mala uoluntate. Magna eſt lex Chriſtiana. ſed quis poteſt eam implere? *Ferant autem confeſtim*, id eſt, ſine dilatione *confuſionem ſuam*, id eſt, erubeſcant quod dolus eorum in me non proficit. *qui dicunt mihi euge euge*, id eſt, qui adulantur & laudant peccata mea, ſcilicet qui maledicendo benedicunt. Ideo dicit confeſtim, quia ab his maxime eſt cauendum, qui adulatorie nos laudant, & fauent in rebus peſſimis. Duo ſunt genera prauorum. Vnum, quod maledicendo benedicit: aliud, quod benedicendo maledicit, cum laudat male agentes. ſed uterque cauendus, quia mala intentione uterque loquitur. Et ex oppoſito, *exultent* exterius hic in ſpe, & tandem in re. *& lætentur* interius reſurrectione prima. *ſuper te*, ſcilicet firmati per fidem, ſpem & charitatem. *omnes quærentes te*, propter te, non propter aliud. *Et dicant*, quaſi hæc ſit eorũ exultatio: *Semper magnificetur dominus*. i. oĩa opera eius magnificata nobis fiant, ſiue uocat peccatores ad ueniam, ſiue inuitet probatos ad palmam. *Qui diligunt ſalutare tuum*, id eſt, ſaluationem tuam. Hoc dicant de te, de ſe autem non dicant. Illi dicunt, euge euge. *Ego autem mendicus ſum*, id eſt, inſufficiens mihi ad ſalutem. *Et pauper* affectione, cupiens diuiti deo adhærere, qui potens eſt dare ſupra quàm petimus. & ideo quia de me non præſumo, ſed de deo, *dominus ſolicitus eſt mei*. Hoc modo. *adiutor* in bonis proficientibus, *protector* in malis ne deuocent. ideo tu adiutor, quia ego perditor: tu protector, ego deſtructor. *deus* per naturam omnibus, *meus* per gratiam. *Ne tardaueris* adiuuare, ne tardaueris protegere. Aliter: Illi qui diligunt ſalutare tuum, dicant: Semper magnificetur dominus. Et ut ipſi hoc poſſint dicere, ego eorum caput factus ſum mendicus & pauper, id eſt, ſuſcepi habitum egeni & pauperis, ut eos ditarem. & ideo dominus ſolicitus eſt mei in paſſione, ne deficiam in morte, ut reſurgam. Tu, dico, ſolicitus es mei, qui es adiutor meus, ut perficiam: protector, ne deficiam. & ideo ne tardaueris reſuſcitare, corpus mihi aptare.

In finem Pſalmus Dauid. XL.

BEatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eũ dominus. Dominus conſeruet eum, & uiuificet eum, & beatũ faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius, uniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmitate eius. Ego dixi, domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomen eius? Et ſi ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei, aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me: nunquid qui dormit, non adijciet ut reſurgat? Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Tu autem domine miſerere mei & reſuſcita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo & in ſeculum, fiat fiat.

Hic Pſalmus eſt ueri Dauid, id eſt, CHRISTI, oſtendentis nullum poſſe ſaluari niſi per fidem, maieſtate ſua adiuuando, & adiutorium ſuum coronando. Quaſi dicens: Ego, quem prophetæ hactenus prædixerunt, ad redemptionem generis humani uenturum, ecce adſum.
Matt. 11. Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, id eſt, qui intelligit me nõ ſolũ hominẽ, ſed & deũ.

B*Eatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem*, id eſt, q me Chriſtum ſic pauperem intelligit, ut etiam diuitem cognoſcat. qui intelligit carnis infirmitatem, nõ tamen ignorãs in carne diuinitatem. Hic eſt ille pauper, qui ex magna affectione, cum diues eſſet in cælo, pauper fa-

ctus eſt in terra: diues deus, pauper homo: ſum
mus deus, homo humilis. cuius paupertas, no
ſtræ ſunt diuitiæ: illius infirmitas, noſtra ſalus.
Beatus erit qui modo ſuper egenum & paupe
rem, id eſt, ſuper habitum egeni & pauperis in
telligit. Si enim te turbat quod mortē attendis,
quod crucem cogitas, age de illo egeno & pau
pere, ſed intellectualiter. & nota q̄d ſolus Chri
ſtus caput & corpus, uere pauper eſt & egenus.
Præter Chriſtum autem omnes uanitatis faſtu
beatitudinem faſtidiunt, quibus dies iudicij ma
la erit, quia de eo capite intellectualiter non ege
runt. Si enim intellectualiter egiſſent, adhæſiſ-
ſent. hæc erit illa beatitudo. *in die mala liberabit
eum dominus*, cum uenerit nō iam occultus in hu
manitate, ſed manifeſtus in maieſtate. Hic in
die mala te liberabit ex eo quod deus eſt: ex eo
autem quod homo eſt, reſuſcitabit te. Vel bea
tus qui intelligit, id ē, intelligēter agit ſuper ege
nos & pauperes. quia ſi ſuper illos, tunc & ſuper
Mat.25. illum qui dixit: Eſuriui, & dediſtis mihi man-
ducare. Hoc modo liberabit in die mala. *Domi-
nus* conſeruabit *eum* quaſi triticum in horreum,
cum palea dabitur in combuſtionem. conſerua
bit duplici conſeruatione, interiori & exteriori.
Et uiuificabit *eum* ut duplici conſeruatione con-
ſeruet, uiuificabit tunc quod nunc mortale eſt.
Et nunc interim *beatum* faciet *eum*, ſcilicet beati-
tudine prima, ut ſic ueniat ad beatitudinem ſe-
cundam. *in terra*, ſcilicet morientium. hoc mō:
Nō tradet *eum in animam inimicorum eius*. & ſi tra
det in animam, id eſt, conſenſum, ut conforme-
tur illis. Quod ut uerius credatur futurū, optat
Chriſtus caput, & orat ut fiat. Inimicus ille dia
bolus, qui leo fuit interficiendo martyres, ui-
dens quod hoc modo nihil proficeret, quia oc-
ciſi triumphabant, factus eſt draco. ueneno cœ-
pit agere, ſcilicet cœpit ſuggerere per ſuas blan
ditias, dicens: Magna eſt lex Chriſtiana, ſed quis
eam poteſt ſeruare? Sed Chriſtus & ſui, & leo-
nem & draconem conculcant. Et illi intelligen-
ti ut non tradatur in animam inimicorum, *domi
nus opem feret illi ſuper lectum doloris eius*, id eſt,
faciet ſua ope, ut animus eius, animus cuiuſque
hominis, nō iaceat in carne quaſi ægrotus in gra
bato, id eſt, non delectetur in eius deſiderijs, q̄
caro ē lectus doloris in ea quieſcere uolētibus,
quia multis amaritudinibus eius gaudiū uerſa-
tur. ſed faciet ut q̄ ſup̄ lectū doloris iacuit regē-
do & caſtigādo & in ſeruitutem redigendo car
nem, ſanus portet grabatū ſuū, & non ut ægro
tus ab eo portetur. Et opus eſt ut dominus fe-
rat opem. uel reuera habet lectum doloris. Nā
uniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmitate eius. i.
totum corpus humanum, in quo infirmus hu-
manus animus uelut in ſtrato quieſcere quærit,
uerſabile feciſti, ut nulla ibi ſit requies, cum mo-
do dulcia i amara uertātur, modo amara in dul

cia. & ſic diuerſis tribulationibus peccato pri-
mi hominis ingeſſiſti, & cōparabile feciſti ægro-
to, qui præ nimia ægritudine commouet totū
lectum. In infirmitate eius. ideo ſic eum infirma
ſti, quia infirmus fuit & inſtabilis in præcepto
domini dei ſui. Aliter, ut non idem accipiamus
ſtratum, quod lectum doloris. uniuerſum ſtra-
tum eius, id eſt, omnes delectationes carnis, in q
bus humanus animus ſine peccato delectari po
teſt, ut in prædijs, in domibus, in uxore, in filijs,
quod eſt ei ſtratū in infirmitate eius, quia adhuc
infirmum gerit animum. uerſaſti, id eſt, feciſti ut
omnes carnales delectationes miſcerētur ama
ritudinibus, ut per amaritudinem inferiorū di-
ſcat amare meliora, ne uiator tendens ad patri
am, amet ſtabulum pro domo. Pro qua infirmi
tate humani generis curanda, pro quo lecto do
loris auferendo *ego ueniens, dixi, domine miſere-
re mei*. Inſiſienda uis pronominis: Ego, ſcilicet
a peccato immunis, ſolus homo ad hoc idone-
us, ſolus erga homines tantæ affectionis, Dixi,
domine miſerere: non dico meorum, cum tamē
pro eis orem, ſed ex multa affectione dico, mei.
Et in hoc exemplum humilitatis præbui. Hoc
modo miſerere. *Sana animam meam*, id eſt, meo-
rum, qui ſe iuſte a te infirmatos cognoſcunt. Per
ſe cadere potuit homo, ſed per ſe reſurgere non
poteſt. Sana animam meorum multiplici uul-
nere peccatorum ſauciam, ut tandem & corpus
ſanes. Tu miſerere, tu ſana, *quia tibi peccaui*. tu ſo
lus ſanus mederis, tu ſolus ſine peccato miſere-
ris. Tibi peccatores & deſperati reſeruantur, ut
nimium ægrotans bono medico. Ego dixi, mi-
ſerere, ſana. *inimici* autem *mei* qui deberent eſſe
amici, *dixerunt mala mihi*, id eſt, ad meam glori-
am. ſcilicet iſta mala, *Quando morietur & peri-
bit nomen eius?* ut non ultra nominetur, non ul-
tra prædicetur. Aliter: Inimici mei dixerūt ma
la mihi. Deſcribit egeſtatem illam & pauperta-
tem, tanquam ſic dicens: Beati qui intelligunt in
me, ſupra quàm uident in me. cæterum inimici
mei dixerunt mala mihi, & ideo minime beati.
Quaſi d. quid mirum de alijs? Nam *etſi ingredie
batur*, id eſt, ſi aliquis amicitiam & ſocietatē præ
tendit, ſimulans ingredi, id eſt, mecum uel cum
meis conuerſari, ut Iudas & illi de quibus dicit
Apoſtolus, propter ſubintroductos falſos fra- Gal.2.
tres, qui ſubintroierunt explorare libertatem
noſtram. ad hoc ingrediebatur, ad hoc nobiſcū
uerſabatur, ut haberet quod proderet, non q̄ꝛ
crederet. & nō tantum *ut uideret*, ſed etiā *uana lo
quebatur*. amorem prætendebat in ore, quem in Matt.22.
corde nō habebat. Magiſter bone, ſcimus quia
uerax es. Et hoc non ad meum damnum, ſed ad
ſuum. quia *cor eius congregauit iniquitatem ſibi*, nō
mihi. quia ſecūdū iniquitatē ſuā & impœnitens Ro.2.
cor theſaurizat ſibi irā in die iræ & furoris iuſti
iudicij dei. Et q̄a intus fuit in dolo, *egrediebatur*

foras. a ſocietate & a uinculo charitatis exiuit,
& loquebatur in idipſum, ſcilicet in id quod alij,
qui aperte erant inimici, ut Iudas & alij contra
eccleſiam. uel in idipſum, id eſt, contra dominũ.
Et non ſolum ingredientes, ſed etiam *aduerſum*
me ſuſurrabant omnes inimici mei, tam ingredien-
tes quàm egredientes. Venite, occidamus eum,
Mat. 21. & habebimus hæreditatem eius. Et non mirum
ſi aduerſum me ſuſurrabant, quia prius *aduerſum*
me cogitabant mala, id eſt, mortem, cum ego illis
uitam. ſed mihi, id eſt, ad meam gloriam, mihi,
quantum ad illorum uoluntatem, mala, ſed ſibi
quantum ad rem. Et tandem poſt cogitatio-
nem, poſt murmurationem, *uerbum iniquum*, id
eſt, iniuſtam ſententiam *conſtituerunt aduerſum*
Mat. 26. *me*. Reus eſt mortis. Ipſi me ad mortem damna
uerunt. ſed quæ cura? Nunquid non reſurgam?
Et hoc oſtendit per ſimile. *Nunquid ille qui dor-*
mit, nõ adijciet ut reſurgat? Vtique adijciet. Quod
enim ipſi mortem putabant, dormitio mea fuit:
quia ſpontanea, non coacta. Primus Adam dor
Ge. 2. miuit, ut fabricaretur Eua. ſecundus Adam dor
miuit, ut fabricaretur eccleſia. Et quomodo
hæc fient? Vel quid dicam de alijs? *Etenim ho-*
mo pacis meæ, id eſt, qui mihi oſtendebat pacem
dando oſculum. *in quo ſperaui*, non quantum ad
me, ipſe enim ſciebam quid eſſet in homine. ſed
Iob. 2. in quo mei ſperare potuerunt, quia mecum uer
ſatus, in conſcientia prouectus. uel in quo ſpera
re debui, quantum ad communem gratiam.
Eſuriui enim, & cætera. ſperaui enim in illo eſſe
cibum meum, *qui edebat* panem meum, qui reſi-
ciebatur eadem doctrina qua & ego, uel qui me
cum ueſcebatur, *magnificauit ſuper me ſupplanta*
tionem, id eſt, plus me ſupplantauit quàm alij. Di
xit enim, ipſe eſt, tenete eũ, & ducite caute. Qua- Mat. 14.
ſi diceret: Diligenter eum cuſtodite ne amitta-
tis, quia noui eius opera & eius conſilia. Inimici
mei ad mortem me damnauerunt. *Tu autem do-*
mine cui in hoc obedio, *miſerere mei*, id eſt, præ-
be meis miſericordiam, me reſuſcitando. Hoc
modo miſerere. *Reſuſcita me, & retribuam eis*, uel
in bonum conuertendo, uel in malum iudican-
do eos, poſt meum iudicium iudex conſtitutus.
uel etiam hic retribuam tẽporaliter. nam poſt
quadraginta duos annos captiuati & interfe-
cti ſunt a Tito & Veſpaſiano. Et rereera retri-
bues, *quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me*
reſuſcitato, qui gauiſus eſt de me mortuo. Et
in hoc cognoui quoniam uoluiſti me, id eſt, quo-
niam placuit tibi obedientia mea & ſacrifici-
um meum. Quaſi dicat: inimicus meus non
gaudebit, ego autem gaudebo. *Me autem ſuſce-*
piſti de ſepulchro, uel ſuſceptum tuũ feciſti *pro-* Pſal. 87.
pter innocentiam. quia ſolus inter mortuos liber, Pſal. 68.
exolui quod non rapui. *Et* non ſolum reſuſcita-
ſti, ſed *confirmaſti me*, id eſt, immortalem & im-
paſſibilem, poſuiſti *in conſpectu tuo*. & ſi in conſpe
ctu eorum ad tempus permiſiſti uideri infir-
mum, præligendum ſane ad tempus infirma-
ri, ut *in æternum* confirmeris. Vnde *benedictus*
ſit, id eſt, multiplicetur & creſcat in membris *do*
minus, cui ſeruit Iſrael. *Deus Iſrael*, id eſt, deus qui
facit de proficiſcentibus peruenientes. *à ſeculo* ſci
licet iſto præſenti, *&* uſque *in ſeculum. fiat, fiat*. Fi
at hæc benedictio in priori populo, fiat & in po
ſteriori.

In finem intellectus filijs Core Pſalmus. XLI.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat
•forte, anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum• fontem uiuum:
quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachry
mæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt deus
tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam, quoniam
tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum dei. In
uoce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis. Quare triſtis es
anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſaluta
re uultus mei & deus meus. Ad meipſum anima mea conturbata ẽ. propterea memor
ero tui de terra Iordanis, & •hermonijm à monte modico. Abyſſus abyſſum inuocat, in
•her- monij uoce cataractarum tuarum. Omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt. In
die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Apud me oratio
deo uitæ meæ: dicam deo, ſuſceptor meus es. Quare oblitus es mei, & quare contriſta-
tus incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt
mihi, qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per ſingulos dies, ubi eſt deus tu
us? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc
confitebor illi, ſalutare uultus mei & deus meus.

Hic Pſalmus præferendus eſt in finem, id eſt,
Chriſtum. Pſalmus, dico, intellectus, id eſt, mit-
tẽs nos ad intellectum, hunc ſcilicet, ut attenda
mus miſerias præſentis uitæ, & toto deſiderio

ad illum tendamus,ubi nulla erit gaudij pertur-
batio, propoſitus hic intellectus filijs Core
addiſcendum. Hiſtorialiter nihil agitur de Co-
re uel eius filijs, ſed nominis interpretatio mittit
nos ad intelligentiam ueritatis. Interpretatur
enim Core, caluus uel caluaria. in quo Chri-
ſtū intelligimus, q caluus fuit. qa nihil ſuperflui
habuit, nihil in uerbo uel in facto habuit ocio-
Iohã.6. ſum, & non dignum imitatione. Caro mea ue-
re eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Eius
carnem comedimus, cum facta eius imitando
penſamus. bibimus & ſanguinem, cum pro eo
ſanguinis effuſionem non timemus. nihil in eo
fuit quod comedendum non eſſet. uel ideo cal-
4.Re.2. uus dicitur, quia per Eliſeum caluum præfigu-
ratus fuit, cui aſcēdēti in montē, q̄dragintaduo
pueri hebræorum inſultantes, dixerunt: Aſcen
de calue. quibus ipſe maledixit. poſt quam ma
ledictionem exierunt duo urſi de ſylua, qui eos
deuorarent. Per Eliſeum, ut dictum eſt, CHRI-
STVS accipitur: per pueros inſultantes, ſtul-
tos iudæos. qui domino inſultantes, dixerunt:
Ioh.19. Crucifige crucifige, quia caluus erat, id eſt, im-
munis a peccato, & diſſimilis operibus eorum.
Per duos urſos de ſylua exeūtes, Titum & Ve
ſpaſianū accipimus, qui eos quadrageſimoſc̄do
anno poſt domini mortem, quod præfigurauit
numerus puerorum, deuaſtauit, multis modis
afflixit. uel ideo caluus dicitur, quia in caluariæ
loco crucifixus eſt. qui locus dicitur caluariæ, a
nudatis oſſibus mortuorū qui ibi crucifigeban-
tur. & eſt in hoc pſalmo uox Core capitis no-
ſtri, proponentis filijs, id eſt, imitatoribus ſuis
Luce.9. hunc intellectum., ut qui uult poſt eū ire, abne-
get ſemetipſum. diſcat mundum quē male amat
deſerere, ut deum uitæ fontem poſſit ſitire. Et
inducit hoc per ſimile, ut quicunque uult deum
deſiderare, ſit ſimilis ceruo in uelocitate, nihil
eum detineat in hac uita. & in hoc etiam ſit ſimi
lis. Mos eſt ceruorum, ſerpētes de cauernis edu
cere & deuorare. & tunc ſitientes, magno deſi-
derio ad fontem currere, ut ibi deponant ſeni-
um, & innouētur. ita & hic uolēs deſiderare de
um fontem uitæ, prius extinguat in ſe ſerpentes
iniquitatis. ſibilat luxuria, ſibilat auaritia, ſibilat
ambitio: monet deſerere rectum potius, quàm
amittere commodum. morderis a ſerpente, &
non eam interficis? Refrena auaritiam, rege libi
dinem, compeſce cętera carnis illicita deſideria,
& extingues ſerpentes iniquitatis. & tunc uere
tibi hic intellectus proponetur, tunc hęc uerba
recte tibi conuenient, ſcilicet impigre extin-
ctis ſerpentibus.

QVemadmodū *deſiderat ceruus ad fontes aqua
rum, ita deſiderat anima mea*, id eſt, mei Co
ræ, ſcilicet Chriſti, extinctis ſerpentibus uitio-
rum, quas aſſumpſi, nō quas naturaliter habui,
qui peccatum non feci. *Ad te deum* haurien-
dum. Et quia ceruus & ad lauandum, & ad bi
bendum poteſt fontem deſiderare, ideo deter-
minat quomodo deſideret. *Sitiuit anima mea* ſci
licet uenire *ad deum* fortem, a quo eſt omnis for
titudo mea, per quem fortis fio ad extinguen-
dos ſerpentes iniquitatis meorum. *uiuum*, per
quem eſt mihi & meis uera uita. Hieronymus:
Ad deum fortem, uiuum, non ad mortua ſimu
lacra. Et in hoc deſiderio dixi: *Quando ueniam
& apparebo ante faciem* domini? ſiuo in curſu, ſa
tiabor in aduentu, ſcilicet quādo immortalis fa
ctus, reuertar ad patrem tempore conſtituto,
cum completa fuerit obedientia mea. prius ſe-
dendum, prius humiliādum, poſtea ero immor
talis & impaſſibilis, ut cōſpectui tuo ſim dignus
aſtare, quo impietati aſpirare fas non eſt. Quaſi
dicat: Reuera ueniam & apparebo, quia *fuerunt
mihi lachrymæ meæ*, id eſt, meorū ex miſeria tem
porali, quas ex magna affectione meas dico. *pa
nes*, id eſt, refectio. *die ac nocte*, id eſt, omni tem-
pore. uel die, ante paſſionem: nocte, in paſſione.
Dum dicitur mihi quotidie ubi eſt deus tuus? id ē, dū
tamen contemptui indeſinenter habeor, quaſi
nullo auxilio, nulla ſubleuatione deus aſſit. Ali
ter: Dum meditor, dum in uia ſum, antequam
appaream, fuerunt mihi lachrymæ meæ pa-
nes die ac nocte. quia bibere nondum poteram
fontem illum, auidius lachrymas meas man-
ducabam. Non enim dicit, factæ ſunt lachry-
mæ meæ potus, ne ipſas ſitire uideretur. Si quis
ſitiens manducat, eo amplius ſitit. Ita & qui in
hoc deſiderio eſt, lachrymas ex præſenti pere
grinatione uice panum habeat. Conſume autē
ſerpentes iniquitatis, ſi uis plenius ſitire fontem
ueritatis. quæ ſitis nunquam fit niſi die ac nocte,
proſperitate huius uitæ & aduerſitate. De
miſeria præſenti ſufficienter attendas. quod ae
tendere, ad ſitim illam eiandam uicem panum
habet. Dum dicitur mihi & meis quotidie, ubi Iob.9.
eſt deus tuus? Hic homo non eſt à deo. Hic ho- Ioh.10.
mo cum ſit, facit ſeipſum deum. Et, ſi filius dei Mat.27.
eſt, deſcendat de cruce. Et meis dicitur, ubi ē de
us tuus? Ab his qui creaturam deū habent, oſtē
dit digito ſimulacrum ſuum, & dicit: Vbi eſt
deus tuus? Nuſquam eſt. *Hæc recordatus ſum*, id
eſt, illis ſic dicentibus, in memoria habui contem
ptus illorum ut perſeuerem. *Et effudi in me ani-* Iſa.58.
mam meam. iuxta illud Iſaiæ, Cum effuderis eſuri
enti animam tuam recordando eorum contem
ptum, magis deſideraui te. fudi animam meam
in me, id eſt, humiliaui me, attendi quid creatu-
ra debeat creatori, quid inferior ſuperiori, quid
ſeruus domino. & nō ſolum fudi in me, ſed effu
di extra me ad deſiderium tui. Aliter: Illis ſic im
properantibus, recordatus ſum hæc mihi eſſe
præordinata & impoſita a te. & hæc recordan
do, effudi animam meam, id eſt, extra me fudi

ad recognoſcendum gloriam proxime futurã
pro obedientia. Et ita effudi extra, ut prius fun-
derem in me, ut ſupra. Et merito effudi, me-
rito me humiliaui, *quoniam* hoc modo, ſcilicet
complendo obediẽtiam, *tranſibo uſque ad domũ*
dei ſcilicet conſtituendã, i. eccleſiã q̃ domus eſt,
ad comparationem ſynagogæ quæ tranſitoria
fuit, in qua deus habitat per fidẽ & ſpem. Ideo
trãſibo, quia ueniam prius *in locum tabernaculi*,
id eſt, exoluam legalia. In templo enim eſt
Lucæ.2. præſentatus & circunciſus, quia non uenit ſol-
Mat.5. uere legem, ſed implere. Tabernaculi dico, *ad-*
mirabilis. legalia enim inſtituta mirabilia fuerũt,
non in temporalibus inſtitutis, ſed in horum ſi-
gnificatis. Aliter: Ideo me humiliaui, Ideo obedi
entiam compleui, quoniam ſic tranſibo uſq; ad
domum dei reſtaurandam. i. ſuper cæleſtem Ie-
ruſalem, ueniẽs prius in locum tabernaculi ad-
mirabilis. locus tabernaculi in terra, homines fi
deles deo militantes, in quibus admirãdum eſt
Ro.6. membrorum obſequiũ: quia iam nõ regnat in
eis peccatum, ut obediant ei ad iniquitatem, ſed
obediunt iuſtitiæ in ſanctificationem. admiran
dum etiam, quomodo anima deo militet refre-
nando cupiditates, uirtutes colendo. Ego tranſ-
ibo bene operando & docendo, uſque ad do-
mum dei conſtituendam, & hoc non ex triſtitia
2.Cor.9. aut ex neceſſitate. hilarem enim datorem dili-
git deus. ſed *in uoce exultationis*, id eſt, exultati-
ua uoce, quę non fit niſi iuncta bona operatiõe:
quia exultatio, corporis eſt. *& confeßionis*, id eſt,
laudis tuæ, totum tibi attribuens. talis exulta-
tionis, qualis ſolet eſſe *ſonus epulantis*. iuxta illud
beati Andreæ, O bona crux, diu deſiderata. Et
beatus Laurentius, Aſſatum eſt corpus meum,
modo uerſa in corde tuo. i. cogita qualem con-
ſtantiam habui. & hoc uidens, manduca me, id
eſt, imitare. ut panem angelorum manducaret
homo, id eſt, ut reficeretur eadem contemplati-
one diuina, qua reficiuntur angeli, rex angelorũ
factus eſt homo. Et quandoquidem humiliãdo
me trãſibo uſque ad domum dei conſtituendã.
Quare triſtis es anima mea? id ẽ, quare prætendis
quandam triſtitiam a mortalibus in te trãſſum
ptam? *& quare conturbas me*, id eſt, quandã per
Lucæ.22. turbationem prætendis. Cœpit enim Ieſus pa-
Matt.26. uere & tædere. Et, Triſtis eſt anima mea uſque
ad mortem. Non ex coactione, ſed ex uolunta-
te: nõ ex neceſſitate, ſed ex affectiõe. qui eñ po
teſtatem habuit cũ uellet ponẽdi animã ſuã, po
tuit & in ſe trãſferre triſtitiam ſuorum. Et quia
non ea neceſſitate, *ſpera in domino*, & noli turba
ri. Iſtud ſpera, *quoniam adhuc confitebor illi*, id eſt,
futurum eſt ut mei confiteantur illi, prius inimi
ci, tandem facti mei, hanc confeſſionem: tu es *ſa*
Ioh.17. *lutare uultus mei*, tu es *deus meus*, id ẽ, cognoſcẽt
tę uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.
uel deus meus. deus creatione, meus recreatio-
ne. eris uultus mei, id eſt, meæ naturæ, eſt ſalu-
tare, id eſt, ſaluator meus. unde alius propheta:
Spiritus ante faciem noſtram, id eſt, inuiſibilis
deus, factus uiſibilis aſſumẽdo naturam noſtrã, Thre.4.
Et ſpiritus narium noſtrarũ Chriſtus dominus.
Quod alibi dicitur ſpiritusſanctus incarnatus,
ſic accipitur. Pater eſt ſpiritus, id eſt, quoddam
inuiſibile incorporeum, & illud ſanctum. idem
dicitur de filio, idem de ſpirituſancto. Deus, ex
eo quod uerbum. ſalutare, ex eo quod homo.
Ad me ipſum anima mea conturbata eſt. Quaſi di-
cat: Ideo nõ eſt triſtãdũ animæ meæ, quia ad me
ipſum conturbata eſt, non extra me. quia nemo Ioh.10.
tollet a me animam meam, ſed ego pono eam.
Aliter: ad me ipſum ſe referẽs anima mea, id eſt,
ad ſuſceptam ab homine mortalitatem & paſ-
ſibilitatem, conturbata eſt, quia in me ipſo paſ-
ſibilis eram, quãquam eſſem & deus. triſtis fuit
anima mea, cœpi pauere & tædere. Sed quor-
ſum iſta conturbant? ut commemoretur & con
uertatur ad me genus humanum, attendens pri
us promiſſa, & accipiens poſt exhibita. *Propter-*
ea quia potens ſum ponere animam meam cũ
uolo, & iterum ſumere, *memor ero tui de terra Ior*
danis, id eſt, faciam tui quoſdã memores de po-
pulo iudaico ſe humiliante, & in ſe deſcendente,
ut apud te exaltetur. Iordanis enim interpreta
tur deſcenſus. *Et de terra hermonij*, id eſt, quoſ-
dam de gentilitate faciam tui memores, ſe ana-
thematizantes, id eſt, ſe relinquentes, ut tibi uni
antur. Hermon interpretat̃ anathema eorũ. &
eſt in terra gentiũ. ſcilicet *à monte modico*, id eſt,
illos tui faciam memores, qui mons erunt pro-
pter uirtutum excellentiam, modicus in humili-
tate. hoc modo faciã tui memores de terra her-
monij. Nam *abyſſus abyſſum inuocat*, id eſt, ꝓfun
dus & magnus intellectus illorum de Iudæa, in-
uocat abyſſum, id eſt, intellectum gentiũ ad cõ-
formationem ſuam, id eſt, ueniętes ad fidem de
circunciſione, gentes ad fidem trahent. *in uoce*
cataractarum tuarum, id eſt, exponendo eis illas
uoces. In hoc enim uerbũ eſt uerũ, quia alij ſunt
qui ſeminant & alij qui metunt. Cataractæ di- Ioh.4.
cuntur occultæ uiæ, per quas aquæ cæleſtes de-
currunt. Et bene doctores ex circunciſione, gen
tes poterũt ad fidem trahere uel maiores, quia
omnia excelſa tua, id eſt, ſupplicia futura quæ ad-
huc ſuſpendis, quæ nunc minaris futura prome
rentibus. *& fluctus tui*, id eſt, paſſiones illæ quæ
nunc aſſidue influunt & turbant ex humana in-
firmitate & paſſibilitate *tranſierunt*, ſ. ab eis ſu-
per me impoſita, & *ſuper me* conſummata. quic
quid enim illi meruerunt ex culpa, ego perſolui
ex gratia. Excelſa iam tranſierunt in re, fluctus Iſa.53.
in ſpe, uere languores noſtros ipſe abſtulit, &
dolores noſtros ipſe portauit. non ita tranſierũt
fluctus, quin ſimus mortales & paſſibiles. ſed
hoc mõ, qa nõ ducunt nos ad æternã mortẽ. Et
excelſa tua. i. grauis dãnatio extrema, ſup me
cõſiderata ab inferẽtibus, qa ipſi putauerũt me

dignum illa damnatione. Tranſierunt, ab illis,
dico, non ab omnibus, ſed ab illis qui attendunt
in die, id eſt, in proſperitate miſericordiam do-
mini ſibi exhibitam ad conſolatiōem. Et nocte,
id eſt, in aduerſitate intelligunt canticum, id eſt,
laudandum eſſe dominum. Multi enim cadunt
ad ſuam utilitatem & aliorum. & aduerſitas tē-
poralis multis fit ad utilitatem, ut diſcant mun-
dum male blandientem contemnere, & deum
deſiderare, in quo uera & ſumma felicitas eſt.
Iob.2. Vnde Iob: Si bona ſuſcepimus de manu domi-
ni, mala quare nō ſuſtineamus? Dominus dedit,
dominus abſtulit. ſit nomē domini benedictum.
Quam miſericordiam in die cantandam & no-
cte canticū, dominus mandauit, ſcilicet per me,
id eſt, inuiſibilis & incomprehēſibilis deus, per
aſſumptionem carnis meæ oſtendit, qui in die,
id eſt, ante paſſionem, miſericordiam eius canta
ui, & nocte, id eſt, in paſſione eius, canticum.
Aliter: Super me tranſierunt. Tranſierūt ab eis
quibus debebantur, ſuper me impoſita. & hoc
ideo, quia *in die*, id eſt, in proſperitate, ſcilicet uſ-
que ad tempus paſſionis meæ, quando quaſi pro-
ſperandum mihi fuit, ut implerem quæ implen
da erant. *mandauit* per me *dominus*, id eſt, notam
fecit generi humano *miſericordiam ſuam*, id eſt,
ea notificaui, quæ de reparatione illius ante paſ
ſionem meam notificanda erant. *Et nocte canticū
eius*, id eſt, in paſſione mea propoſui omnibus,
quid ſit faciendum in talibus, ſcilicet in omni-
bus miſericordiā eius laudandā. quia miſericors
eſt cum parcit in proſperitate, cū non meremus
niſi flagella: miſericors cum flagellat ad tēpus,
ut in æternū conſeruet. Et ut poſſint in die miſe-
ricordiā cantare & in nocte canticum, offeram
deo ſacrificium. ſed illud nō quæram extra me.
apud me enim, id eſt, in me *oratio* quam offeram
deo, ſcilicet uitulum labiorum, id eſt, laudē oris
cum innocentia cordis & puritate *operis*. deo di
co, autori *uitæ meæ*, id eſt, meorum hæc illa ora-
tio. *Dicam deo, ſuſceptor meus es*. nihil meritis meis
attribuam, ſed totum gratiæ tuæ. Tu ſuſcepiſti
me de ſepulchro, & meos de maſſa perditorū.
Et quia deus eſt ſuſceptor meus, *quare oblitus es
mei?* id eſt, meorū, id eſt, quare uideris oblitus dū
permittis cadere? *Et quare contriſtatus incedo?* id
eſt, incedunt mei timentes caſum? *Dum affligit me
inimicus* intantum, ut etiā *oſſa mea* cōfringantur,
id eſt, fortes mei uel patientia mea ſuperētur &
deuocentur nimia perſecutorum crudelitate &
confractis oſſibus, *exprobrauerunt mihi qui tribu
lant me inimici mei*. improperauerunt mihi deum
meum, *dum dicunt mihi per ſingulos dies*, id eſt, aſſi
due, *ubi eſt deus tuus?* Quaſi dicat: Etſi foris uide
aris oblitus, intus minime. ſi differs, non tamen
aufers. Aliter, Secundū Hieronymū. Dū expro
brauerunt mihi qui tribulāt me inimici mei, dū
ego te per pœnitentiam & afflictionem corpo-
ris & animæ placare deſidero, inimici mei putā
tes me incaſſum hæc facere, dicunt: Vbi eſt de-
us tuus? Dicunt hæc in euidentia rei, dū tormen
tis a deo remouere ſatagunt & uerbis, putātes
me derelictum, cum foris patior, & non euiden
ter liberor, attendentes quid patior, non quare
patior. Et quia tanta commoda futura ſunt ex
mea afflictione, uel quia in die mandauit domi
nus miſericordiam & nocte cāticum, *Quare tri
ſtis es anima mea? & quare conturbas me?*, id ē, qua
re prætendis quandam triſtitiam & conturbati
onē, non ex coactione, ſed ex uoluntate. hæc to
ties caput noſtrum repetit, ut ſuos conſoletur &
exhortetur ſuo exemplo, ut non deficiant in la
boribus huius uitæ trāſitoriæ, poſiti in ſpe æter
næ felicitatis, ſcilicet uiſionis dei. & quia non ex
coactiōe, *ſpera in deo*. & merito, *quoniam adhuc cō
fitebor illi, ſalutare uultus mei & deus meus*, id ē, et-
ſi modo tanta ꝑ eis patior, tamen mei adhuc cō
fitebuntur corde, & ore dicent: deus meus, ſal-
uator eſt uultus mei, id eſt, ē homo ut ego. Ali- Ro.1.
ter, in perſona eccleſiæ: Vbi eſt deus tuus? Illi q
dem de ſuis dijs in præſenti poſſunt agere demō
ſtratione, non autem oculos habent quibus ui-
deatur deus meus. quia inuiſibilia eius per ea q̄
facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. animus per
miniſteria corporis quædam faciens, non eſt in
ſufficiens, ut per ſe alia non ſentiant. ut enim ſe ui
deat per ſe, à corporeis ſenſibus ſe ſubtrahit, &
confert ſe ad interiores. atque miniſteria corpo-
ris non ſufficiunt ſplendorem, ſonoritatem, odo
rem, ſaporem, lenitatem uirtutum uel contra ui
tiorum, ſentire. Hæc recordatus ſum, & effudi
in me animam meam. Conſtitui & Ipſe quære
re de deo meo, ut non ſolum crederem, ſed eti-
am de illo aliquid uiderem. Sentio aliquid eſſe
ultra animam meam. Si enim in ſe remaneret nō
effuſa ſuper ſe, non uideret niſi ſe. Supra ipſam
autem attingendus deus eſt, ſupra animam eſt
domus dei, ad quam ut aſcendat, effundit ſe ſu-
pra ſe. Conſcenſio aūt iſta non eſt niſi per uiam
eccleſiæ, quia habet in ſecreto domum altiſſi-
mam, habet tabernaculū in terra: in quo dum
ambulas, ſi tibi rerum tumultus non obſtrepit,
duceris in interioris & intelligibilis ſoni iucundi
tatē, ut omnia externa contemnas, raptus ad in
ternam illam lætitiam. ſed quia licet illuc rapi-
amur, tamen quandiu ſumus in corpore, pere-
grinamur a domino: ſequitur, Quare triſtis es 2.Cor.5.
anima mea? quare turbaris? Non ad deum, ſed
ad me ipſum anima mea cōturbata ē. Spera in
deo, quia incertum habeo ſi apparuero ante faci
em dei, non erit quod eam conturbet. Ad me
Ipſum merito turbatur, quia ſentit mutabilita-
tem. ad deum non turbatur, quia ſentit incom-
mutabilem. Iuſtitia dei ſemper eſt. mea au-
tem ſi hodie eſt, cras non. Vis autem non tur-
bari? Ne remane in te ipſo, ne de te præſu-
mas. Iordanis interpretatur deſcenſus. qa in me
nihil niſi infirmitas, in me humiliabor, de te præ
ſumam. Quod eſt, memor ero tui de terra, id eſt,
deſcendam ut liberer, non aſcendam ne elidar.

Hermon,anathema.ergo quæ mea ſunt,anathe
matizabo,ut diſplicendo mihi,placeam illi.Ad
illum reſpirabo de monte paruo, ut me faciat
magnum. Abyſſus abyſſum inuocat. abyſſus
Pſal.35. eſt immenſa profunditas. Ergo profunditas
hæc,profunditatem intellectoris exigit,& hoc
in uoce prædicatorum. Sic enim iuſtus iuſtum
lucratur, & ſic non mihi præſumendum. Ali-
ter:Propterea conturbatus in me,ad te ſuſpiro:
quia audio in uoce ſcripturarũ,quod ſi me nunc
habet abyſſus iniquitatis, ipſa uocabit aliam,id
eſt, de ipſa tranſibo ad abyſſum gehennarum.
Iudicia tua abyſſus multa. quia & hic interio-
ribus tenebris damnas, & poſt exterioribus.
quid ergo? Irrumpant in te ſuſpenſiones eius,id
eſt,excelſa quæ minatur, & fluctus, id eſt, quæ
iam ſentis.uel idem eſt quod, abyſſus abyſſum
inuocat.& quid ad hæc? Mandat tibi dominus
in proſperis miſericordiam.attende,dum ſecu-
rus es,diſciplinã uerbi dei,& liberabit te. quod
non patebit niſi in aduerſis.Propterea apud me
oratio,Iudica me deus &c.

¶ Pſalmus Dauid. XLII.

IVdica me deus,& diſcerne cauſam meam de gente non ſancta:ab ho-
mine iniquo & doloſo erue me. Quia tu es deus fortitudo mea, qua-
re me repuliſti? & quare triſtis incedo,dum affligit me inimicus? Emit
te lucem tuam & ueritatem tuam,ipſa me deduxerunt, & adduxerunt
in montem ſanctum tuum,*&* in tabernacula tua. Et introibo ad altare
dei,ad deum qui lætificat iuuentutem meam.Confitebor tibi in cithara
deus deus meus. quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo,quo
niam adhuc confitebor illi,ſalutare uultus mei & deus meus.

Iſte Pſalmus poteſt per ſe legi, ut ſit uox ca-
pitis pro ſua reſurrectione. uel iungitur cum ſu
periori,hoc modo. Supra dixit, omnia excelſa
tua & fluctus tui ſuper me tranſierũt,id eſt, con
ſiderata ſunt ab inimicis ſuper me imponenda,
quia ipſi deputant me dignum illa extrema da-
mnatione grauiſſima & præſenti perſecutione.

I*Vdica me deus.* Iudicant de me impij quod iniu
ſtum eſt, iudica tu quod iuſtum eſt.iudicant
alij,ſed non diſcernunt.par labor,ſed diſpar con
ſcientia.Tu hoc modo iudica.*Diſcerne cauſam me
am.* Etſi pœna nunc ſit par cum impijs & labor,
fac ut per finem diſcernatur cauſa. fac me reſur
gere, ut hoc modo cauſa cognoſcatur diſpar.
Erue me de gente non ſancta,id eſt,de gente illa quę
ſe ſanctam facit, & non eſt, id eſt, *ab homine ini-
quo & doloſo*.hæc eſt gens non ſancta.Quid ini-
quius,quàm ut infirmus occidat medicum,ſer-
Ioh.18. uus dominũ, impius iuſtum? doloſus erat idem
Iudaicus populus,cum diceret: Nobis non li-
cet occidere quenquam. Dentes tamen eorum
arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acu-
tus,cum dicerent: Crucifige crucifige. Ideo tu
Ioh.19. erue,tu diſcerne,*quia tu es deus fortitudo mea.* per
quem ego & mei fortes ſumus, id eſt, conſtan-
tes in paſſione.Vel per quem ego & mei ſumus
futuri fortes, quando erimus immortales & im
paſſibiles, qui modo apparemus debiles. Et qa
tu es fortitudo mea,*quare me repuliſti?* id eſt,quid
cauſæ eſt, quod intantum permittis affligi,ut ui
dear derelictus? *Et quare triſtis incedo*, id eſt,quid
conſilij,quæ utilitas, quod triſtis eſt anima mea
uſq; ad mortem? Quod paueo & tædeo,trãsfor
mando in me pauorem meorum. triſtis dico,
dũ affligit me inimicus Iudaicus populus. Magna
utilitate gñis humani ſum ego repulſus & mei. Ro.11.
Ad hoc cæcitas contigit in Iſrael, ut plenitudo
gentium intraret,ut mitteretur per totum mun
dum quaſi exercitus uerbum dei.Ergo quia Iu-
dæi repulerunt,*emitte me lucem tuam* de cauea Iu
dæorum in notitiam gentium. lucem,id eſt,diui
nitatem,quæ illuminat tenebras cordis.*Et ueri-
tatem tuam*, id eſt, præcepta tua in omnibus ue-
ra.Et reuera educes,quia *ipſa* nõ dico deducent,
ſed iam deduxerunt.ſic certum eſt,quaſi iam ſit
præteritum.Ipſa,id eſt, lux tua. ſcilicet diuinita
tis tuæ potẽtia, & mandata tua uera,*deduxerũt
me* hominem de iudaico populo,*& adduxerunt
in montem ſanctum tuum*, ſcilicet conſtituendum,
id eſt, eccleſiam tuam uirtutibus ſublimatam,
ut ex utroq; pariete fiat unum templum.*& in ta
bernacula tua.* Quod montem, hoc uocat taber
nacula,diuerſa ſimilitudine.Tabernaculũ eſt ec
cleſia temporalis, quia in illa militant qui ad pal
mam tendunt. cum audis tabernaculum,pere-
grinationẽ attende,hoſtem caue, de prælio ſat-
age,ut tandem poſt uictoriam quieſcas. Poteſt
& ſic legi:Verbum tuum,lux tua,ueritas tua p
ſonaliter mihi unita, ut ex ipſius dominici ho-
minis perſona accipias,idoneum me facient per
experientiam paſſionis, introduci per gloriam
reſurrectionis in intima cælorum,& inde miſſo
ſpiritu in tabernacula,id eſt,eccleſiam tempora
liter militãtem. Et quod ſequitur,introibo,prio
rum ſit perſecutio. Sed prius quàm deducat,*in
troibo ad altare dei* per aſcenſionem. Quod eſt
illud altare? *ad deum*, id eſt, diuinam contem-
plationem, *qui deus lætificat iuuentutem meam*, id
eſt,me innouatum & meos. Ille lætificat iuuen-
tutem meam, qui prius contriſtauit uetuſtatem
meam. Aliter:Et poſt tabernaculum conſtitu-

tum, introibũt mei ad altare dei, id eſt, ad uidendam altitudinem dei. Bene, introibo: quia modo foris ſumus in peregrinatione. Ad illud altare ille ſolus accedit, qui ad iſtud ſecurus accedit. illic inueniet uitam ſuã, qui in iſto diſcernit cauſam ſuam. quale hic ſacrificium? ipſe qui intrat, aſſumetur in holocauſtum. Sed interim dum illuc tendo, non ero ocioſus. *Confitebor tibi in cithara* ego caput, & membra in me, experiendo paſſionem & mortem. In meis, mortificando membra quæ ſunt ſuper terram, ac de inferioribus miniſtrãdo, ut reddant a ſuo inferiori dulce melos deo. Et merito, quia tu *deus* creatione, *meus* ſingulari gratia, meorum recreatione, qui me immunem facis a peccato, qui meos ita affeciſti ut nolint cõformari uetuſtati Adæ, ſed ſequi uoluntatem tuam. Et quoniam hæc omnia commoda futura ſunt ex mea afflictione, *quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?* ut ſupra, non ex neceſſitate, ſed ex propria uoluntate. Et quia non ex neceſſitate, *ſpera in deo, quoniam adhuc confitebor illi*, id eſt, confitebuntur mei ad honorẽ illius. *Salutare uultus mei & deus meus*, id eſt, ſaluator eſt exiſtens uultus mei, id eſt, homo & deus.

In finem filijs Core ad intellectum. XLIII.

DEus, auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos. Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Tu es ipſe rex meus & deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Saluaſti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. Nunc autem repuliſti & confudiſti nos, & non egredieris in uirtutibus noſtris. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderunt nos, diripiebant ſibi. Dediſti nos tanquam oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. Vendidiſti populum tuum ſine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Poſuiſti nos opprobriũ uicinis noſtris, ſubſannationẽ & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro. Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die uerecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me. A uoce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis. Hæc omnia uenerũt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo. Et non receſſit retro cor noſtrũ, & declinaſti ſemitas noſtras à uia tua. Quoniã humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Si obliti ſumus nomen dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum. Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra uenter noſter. Exurge domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

Hic Pſalmus, id eſt, bona operatio huius pſalmi perducens in finem, id eſt, conſummationem, propoſitus eſt à filijs Core, id eſt, imitatoribus paſſionis Chriſti, alijs minoribus filijs Core ad intellectum: hunc ſcilicet, ut intelligant, cum deus hæc temporalia ſubtrahit, nec ſemper præſtat quod petunt, & ſæpe miſcet dulcia amaris, ad utilitatem eorum hæc fieri. Volentes itaq; hoc conſilium dei infirmioribus aperire, ne in talibus tabeſcant, ſancti martyres quærunt ab ipſo deo, quid cauſæ ſit, ut cum patres noſtros filios Iſrael præſentibus conſolationibus expleuerit, in futuro eorum poſteros euidenter liberabit, modo ſe ab eccleſia ſua quaſi ſubtrahit, ut multis preſſuris ſubiaceat, & ſic tãdem aperuit conſilium dei, hoc ſcilicet, ut retrahat ab amore ſeculi male dulcis, & doceat amare cæleſtia & æterna, quæ eis laborantibus ſunt promiſſa. Vel intelligant illa quæ hiſtorialiter apud priores patres facta ſunt, id eſt, uictoriam de hoſtibus, ſignificare iſtam ſpiritalem uictoriam de uitijs, quæ uere agitur: ut hoc intelligentes, magis magisq; mortificent uitia in ſe.

DEus, *auribus noſtris audiuimus*. auribus audiendi, id eſt, intellectu cognouimus. Quaſi dicant ſancti martyres: Domine, qui multa beneficia præſtitiſti priori populo, & multa nobis præſtaturus es in futuro, quare nos deſeris in hoc medio? Et enumerat beneficia prioris popu

i, deinde futura. in medio oſtendit preſſuram, & aperit cauſam. *Patres noſtri*, qui nos in fide genuerunt, patriarchæ, prophetæ, apoſtoli, *annunciauerunt nobis* in ſcripturis ſuis. *Opus quod operatus es in diebus eorum*, qui nobis nunciauerunt, quo perſequeretur unus mille, & duo fugarent decem milia. *Et in diebus antiquis*, id eſt, apud priores eorum. ſcilicet iſtud opus, *Manus tua*, id eſt, potentia tua *gentes diſperdidit*, Aegyptios, Iebuſæos, Madianitas. *Et plantaſti eos*, id eſt, ſtabiliter poſuiſti patres noſtros in loco eorum. Vel moraliter: Manus tua gentes diſperdidit, id eſt, uitia, & plantaſti eos in uirtutibus. *afflixiſti populos*, id eſt, populoſitatem, id eſt, culturam idololatriæ, *& expuliſti eos* a tuis. Reuera tu hoc feciſti. *Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram*, id eſt, in uirtute ſua. *Et brachium eorum*, id eſt, robur exterius *non ſaluauit eos* ab hoſtibus. *Sed dextera tua*, id eſt, propiciatio tua, *& brachium tuum*, id eſt, tua fortitudo. *Et illuminatio uultus tui*. quoniam talibus ſignis affuiſti, ut præſens intelligereris, uel quod uiſibiliter illis aderas. Et hoc nõ ex eorum meritis, ſed *quoniam complacuiſti in eis*, id eſt, cum illis egiſti ut lauderis in illis. Vel moraliter. Reuera tu expuliſti uitia, quia ipſi non poſſederũt terram ſuam in brachio ſuo, id eſt, in uirtute ſua. & robur interius eorum non ſaluauit eos a uitijs. Sed dextera tua, id eſt, filius tuus qui eſt brachium tuum, & illuminatio uultus tui, id eſt, uiſitatio gratię tuæ, per quam dediſti conſilium contra uitia. Et non propter aliud, niſi quod complacuiſti tibi in eis. *Tu es ipſe rex meus & deus meus*. Quid ergo? Aliter tunc, aliter nunc. Mutata ſunt tempora, ſed non eſt mutatus creator temporum. & inde mirum quod idem tunc, qui nunc: alia autem tunc, alia nunc. Illa beneficia tranſierunt. tu ipſe ſcilicet non mutatus, es rex meus, quantum ad hominem: & deus meus, quantum ad uerbum. *Qui mandas ſalutes Iacob*, id eſt, qui mandaſti per angelum ſaluatiõem temporalem Iacob, id eſt priori populo. Nunc autem mandas per filium ſaluationem interiorem Iacob, id eſt, iuniori populo. Nouiſſime em̃ locutus eſt nobis in filio. Heb.1. Quaſi dicat: Et cum hæc ita ſe habeant, quare tanta mala patimur? Hæc de præterito. Quid autem de futuro? *In te cornu uẽtilabimus inimicos noſtros*. Cornu de carne eſt, ſed in duritiam uerſum, excedit illius naturam. ita Chriſtus carnẽ noſtram ſuſcepit, ſed immunis a peccato fuit. In te cornu, per quem excedimus omnem carnalitatem, ſeparabimus tandem paleam a granis, id eſt, ſeparabimus extrema uentilatione a nobis inimicos noſtros, q mõ cõcreti ſunt. *Et tunc in noĩe tuo ſpernemus inſurgentes in nobis*. In noĩe tuo p̃ſumentes. i. in inuocatiõe noĩs tui. Vel quia nomẽ Chriſtianũ retinebimus fide & ope, entes uere Chriſtiani, ſpernemus mõ inſurgẽtes in nobis. Et reuera p te. *Nõ enim in arcu meo ſperabo*. i. in mediocribus meritis meis, uel occulta uirtute. *Et gladius meus*, id ẽ, maiora merita, uel manifeſta uirtus, *non ſaluabit me* uel meos a conformatione malorum. *Saluaſti enim nos de affligentibus nos*. loquitur de futuris tanquam de præteritis, quia tam uera ſunt, quaſi iam facta. Hęc ſaluatio erit quãdo mortale hoc induet immortalitatem. 1.Cor.15. *& odientes nos confudiſti* confuſione mala, ut dicant: Nos inſenſati, uitam illorum exiſtimabamus inſaniam. Sap.5. quis noſtra ſeparatio, erit illorum confuſio. Quaſi dicat: Et illis cõfuſis, nos gloriabimur. non erimus ocioſi *in deo*, id eſt, in miſericordia dei nobis exhibita, q ſuũ opus in nobis coronabit. *laudabimur*, laudabiles erimus. Vel laudabimur in inuicẽ *tota die*. i. tota illa uita q̃ mortẽ non habebit. *Et in noĩe tuo* ſcilicet glorificãdo, nõ noſtro, uel quia a Chriſto Chriſtiani. *confitebimur tibi in ſeculum*, cum tu eris omnia in omnibus. Beati q habitãt in domo tua dñe, In ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal.83. *Nunc autem*, ſcilicet in hoc medio tempore, tu qui hoc modo egiſti cum priori populo, qui tandem acturus es tam miſericorditer in futuro, *repuliſti nos*, id eſt, uideris repuliſſe quantum ad tribulationem. *& confudiſti nos*, quantum ad deuocationem quorundam. uel repuliſti ab inuiſibili ſublimitate multum, prouoluimur in te. confundimur autem exterius, non in conſcientia. eximus contra inimicos, ſed corpore inualidi. Nam *non egredieris deus in uirtutibus noſtris*. Eximus ad inimicos, ſed tu aperte nobiſcum non procedis. Quod in hoc apparet, quia *auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros*, ſcilicet quoſdam ex nobis nimia tribulatione deuocatos, qui facti ſunt ſequaces inimicorum. In Hebræo, Dediſti terga noſtra hoſti. ſignificat illos, qui urgente perſecutione defecerunt in fide, ut ſequerentur inimicos, redeuntes mẽte in Aegyptum ad ollas carnium, uolentes temporaliter gaudere. *Et qui oderunt nos, diripiebant ſibi*, conformando nos ſibi. Hoc modo diripiebant. *Dediſti nos tanquam oues eſcarum*, quantum ad reputationem illorum. ad hoc putant nos eſſe natos, ut interficiamur. Quædam oues reſeruantur ad fœtum, aliæ ad interfectionem & comeſtionem, ut arietes. uel tanquam oues facile ſeducibiles, quantum ad deuocatos. *Et in gentibus diſperſiſti nos*. quia quidam timentes deuocationem, fugiebant de una ciuitate in aliam. Vel diſperſiſti nos, ut unuſquiſq; ſibi nos raperet in gentibus, hoc eſt, in preſſura gentium. *Vendidiſti populum tuum ſine precio*. multos martyres ad mortem dediſti, & paucos conuertiſti. Videmus quos dediſti, & non uidemus quos acceperis. *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum*. & ſi aliquos accepiſti, illi non multi fuerunt. Olim unus de tuis, fugabat mille. mõ econuerſo unus illorũ, decẽ millia ex nobis interficit. Multum eſt quod ſummum martyrem das in mortem, & illo fortiter agente, non fiunt multi Chriſtiani. Non fuit, quo modo ſolẽt immutari pauca multis, in tuis commutationibus, ſed diſſipa

buntur potius conuentus laudantium te. Hie-
ronymus: Vendidiſti populum tuum ſine pre-
Iſa. 50. cio,quibus dicitur: Venditi eſtis in peccatis ue-
ſtris. Null⁹ ita emit eum a te,ut tu ſanguine tuo.
Et non fuit multitudo in commutationibus ue-
ſtris. Vilior enim erat merces,id eſt,non eſt com
1. Pet. 1. mutatio facta. Nam dominus populum quem
emit,non auro neque argēto, ſed proprio eum
ſanguine comparauit. *Poſuiſti nos opprobrium ui
cinis noſtris.* Poteſt ſic legi, ut hucuſq; de genti-
bus ſit dictum,nunc autem dicatur de Iudæis.
Vel ut uniuerſaliter dicatur de Iudæis & genti-
bus,qui omnes uicini ſunt propter cohabitati-
onem. Vel uicini dicuntur,qui tam uoluntate ap
propinquauerunt ad fidem noſtram & confor-
mitatem, uidentes nos tam indigne tractari,re-
putabāt nos fore eis maximo opprobrio,ſi con
uerterentur,ut & ita cruciarentur. Et non tantū
uicinis,ſed etiam *ſubſannatiōem & deriſum his qui
in circuitu noſtro ſunt*, id eſt, longe a nobis, uel in
multitudine circa nos paucos undiq; perſequen
tes,ut nuſquam poſſimus euadere. Subſannati-
onem & deriſum,id eſt, omne genus irriſionis.
Subſannationem his, qui indignātur quod nos
prædicamus Ieſum crucifixum. Et deriſum ſapi
entibus Græcis,qui noſtram prędicatiōem ſtulti
1. Cor. 1. næ deputāt,iuxta Apoſtolum: Nos autem præ
dicamus Ieſum & hunc crucifixum, Iudæis qui
dem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam. *Po-
ſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus.* Hæc eſt illa irri
ſio in ſimilitudinem,id eſt,in prouerbium,cum
uerbis alicui improperent,ut dicant: Tam tur-
piter moriaris, ut magiſter ille Chriſtianorum,
uel ut Laurentius. uel ſi cogitent,cū aliquem uo
lunt cruciari,ut ad noſtram ſimilitudinem faci-
ant. Et non ſolum prouerbium,ſed etiam *commo
tionem capitis in populis*, id eſt,ut ex nobis habe-
ant cauſam commouendi caput, cum uiderint
nos taliter cruciari,mouentes capita ſua, dicent:
Heu miſeri,quāta ſtultitia uos uexat? unde hæc
noua inſania, quod non parcitis iuuentuti ue-
ſtræ,ſed potius appetatis mortem quàm uitam?
Sicut mouerunt caput exterius & interius con
tra te,ſic contra nos. Vnde pro deuocatione il-
la & inſultatione, *tota die uerecundia mea contra
me eſt*, id eſt, ante me aſſidue. *Et confuſio faciei
meæ cooperuit me*, id eſt,totus coop̄tus ſum con-
fuſione,laborans & gemens, & non habens fo-
ris adiutorem, & ſi intus habeam. *à uoce expro-
brantis*, id eſt,uituperantis noſtram ſectam. *& ob
loquentis*, id eſt,uerbis impugnantis. *à facie inimi
ci*, id eſt,à terrore interius, *& perſequentis* exteri
us. *Hæc omnia uenerunt ſuper nos,nec obliti ſumus te.*
Ecce intellectus hic aperit cur deus hæc omnia
fieri permittat. Quaſi d. Sic feciſti cū patribus,
ſic facturus es nobis quādoque. Quod autem in
medio tempore ſic nobiſcum agis, magno con
ſilio uteris, ſ. ad hoc facis,ut ſciant q̄ a te gratis
ſunt facti,à te gratis reparati. ueniant ergo ſuper
nos hæc omnia. gratis te colimus,nihil te colen-
do quærimus niſi te, tu eris omnia in omnibus.
Nec obliti ſumus te,ſubauditur quærere,te deſi
derare,quod forſitan faceremus, ſi felicitas tem
poralis nullis miſceretur amaritudinibus. Nos
fortiores nō ſumus obliti, & ſi infirmi rediſſent
mente in Aegyptum ad ollas carnium. quod in
de apparet, quia *inique non egimus in teſtamento
tuo*, id eſt,in promiſſione quam tibi fecimus. pro
miſimus enī tibi,abrenunciare diabolo & pom
pis eius,& te ſolum ſequi. & ſi caro fuit infirma, Mat. 26.
ſpiritus fuit promptus. Inique agit, qui pactum
non ſoluit. Habet autem quaſi pactum creatura
rōnalis,ut ſeruus fidelis creatorem & dominum
præ ſe faciat, ſeipſum ſibi abneget, diabolum
quantum poſſit abrenunciet. Dico,non ſumus
obliti. Nam *non receßit retro cor noſtrum* a te,ſci
licet a mandatis tuis. & ſi caro receſſit, cor non
receſſit. non recurrimus in Aegyptum ad ollas
carnium, non retro aſpeximus ad ea quæ dimi
ſimus. Imitamini ergo nos inferiores filij Core,
hanc uiam inſiſtite. Et ſcilicet non *declinaſti ſemi-
tas noſtras à uia tua*, id eſt, non permiſiſti opera
noſtra recedere a mandatis tuis. Vel ideo non
inique egimus in teſtamento tuo,quia tu declina
ſti,id eſt,pēdere feciſti ſemitas noſtras a uia tua,
quæ nobis eſt ſemita,id eſt,arcta uia, tibi eſt uia
lata & ſpatioſa. feciſti ergo ut in ſemitis noſtris
uiam tuam imitaremur,ſicut a Chriſto tuo pri-
us fuit moriendum,poſt reſurgendū, & intran-
dum in gloriam: ita & nos maluimus ex tempo
re humiliari prius. prius enim eſt certare quàm
coronari,humiliari quàm exaltari. Aliæ uiæ no
ſtræ,aliæ tuæ. Noſtræ,per proſperitates: tuæ,
per amaritudines. Et tu oſtendiſti noſtras uias
alias eſſe à tuis,dicens nobis: Latas uias ambula
re uultis? nolite. hac itur ad uitam, hac ad mor-
tem. Quod non declinaſti ſemitas noſtras a uia
tua,uel quod pendere eas feciſti a uia tua,in hoc
patet, *quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis.*
Non gloriabitur quis in loco exultationis, niſi
humiliatus fuerit in loco afflictionis, id eſt,in ui
ta præſenti. in qua quoquo te uertas, nulla pax,
nulla perfectio. neque eſt gaudere in triumpho,
niſi ſategeris in prælio. Vel in loco afflictionis,
id eſt,in corpore humilias nos ad tribulandum,
uel compati nos feciſti deuocatis. *Et reuera ma-
gna* fuit afflictio in qua nos humiliaſti, *quia coo-
peruit nos umbra mortis*, id eſt, temporalis mors
nos multum oppreſſit, quæ quaſi umbra ſunt
futuræ & æternæ mortis. Vel umbra mortis,
id eſt,illi qui nos ſua potētia,uel ſuis diuitijs,uel
ſua mala conuerſatione obumbrant ad mortē.
Vel umbra mortis ſunt, quos premit ignoran-
tia ueritatis. Dico,non receſſit retro cor noſtrū,
nam ſi receſſiſſet,tu uindicares. Nam *ſi obliti ſu-
mus nomen dei noſtri*, ſcilicet non reddendo ei ius
ſuū in nobis,timendo eūm ut creatura creatorē
ſuum. *Et ſi expandimus manus noſtras ad deum alie
num*, id eſt,prætulimus creatori creaturam. *Non
ne deus requiret iſta?* ſcilicet ad uindicandum. re-

quiret utique. Nam *ipſe nouit abſcondita cordis.* Quaſi dicat: non ſolum exteriora, ſed & occulta conſilia cuiuſque, quo animo quidque faciat uel patiatur, ſcilicet ipſe nouit cur hæc omnia mala patiamur, *quia* o domine *propter te* ſcilicet promerendum, non propter terrena, *mortificamur* exterius *tota die*, id eſt, aſſidue. Nam *æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis*, id ē, ſtulti & ſeductibiles, ſicut oues ſpōte ad occiſionem euntes. uel facile ſeductibiles, quantum ad deuocatos. Aliter: Dico, non receſſit retro cor noſtrum, & hoc cum quadam fiducia. Nam ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum, & obliti ſumus nomen dei noſtri, eueniant nobis omnia mala. Diceret aliquis: Nonne deus iniuſtus eſt, cum permittit nos tanta pati? Non. Nam nonne requiret a malis hanc tribulationem? Reuera requiret, quia ipſe nouit abſcondita cordis, id eſt, non ſolum cor, ſed intentionem cordis quæ occulta eſt. ipſe nouit qua intentione hæc patimur. quoniam o domine propter te mortificamur. Et quia propter te mortificamur, o domine *exurge* his qui nos perſequuntur. illis enim dormis adhuc, qui te reſurrexiſſe non credunt, qui te mortuum tantum hominem attendunt. Ergo exurge etiam in notitiam gentium, ut ceſ
Ioh.10. ſet iam deuocatio, ceſſet tribulatio. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili. & illas oportet me adducere, ut fiat unum ouile & unus paſtor. *Quare obdormis domine?* Exciteris in cordibus eorum qui te mortuū confitentur, & reſurrexiſſe non credunt, ut tandem deſinentes nos perſequi, non uſque in finem extremæ mortis interant. *Quare faciem tuam auertis?* Quaſi dicat: oblitus noſtri uideris eſſe, dum qui timent eos qui occidunt corpus, deſunt nobis. *Obliuiſceris inopiæ noſtræ.* Copia noſtra eſt, multitudo credentium. inopia noſtra, eorum deuocatio & eorum ſubtractio, quorum ſalutem eſurimus. Quaſi dicat oblitus uideris inopiæ noſtræ, dum deuocari multis tribulationibus permittis tuos. & in hoc nos pauperari, illos uero ditari qui nos perſequuntur. Reuera inopes facti ſumus, *quoniā humiliata eſt in puluere anima noſtra*, id eſt, animales inter nos ſunt humiliati in conformatione illorum qui ſunt puluis, uel ita ſumus conculcati ſicut puluis. *Cōglutinatus ē in terra uenter noſter*, id eſt, infirmiores noſtri adhæſerunt terrenis. Ergo o *domine exurge*, ſcilicet *adiuua nos* in perficiendo uocationem gentium. *Et redime nos* ſcilicet tuos, qui deuocantur. *propter nomen tuum* ſcilicet glorificandum. Vel, quare faciem tuam auertis dum obliuiſceris inopię noſtræ *& tribulationis noſtræ?* id eſt, uideris præſentiam tuam ſubtrahere illis, & obliuiſci eos in quorum tribulatione nos tribulamur. Inopia ſunt illi qui nolunt ſpoliari, ſed ſuperueſtiri. abundantia autem ſunt, qui gaudent in tribulationibus. Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra. Ac ſi dicat: Vere faciem tuam auertis, quia anima noſtra, id eſt, illi qui deberent nos uiuificare, humiliati ſunt ab his qui puluis ſunt. Conglutinatus eſt in terra uenter noſter, id eſt, infirmi noſtri quaſi glutine cōiuncti ſunt terrenis.

¶ In finem pro his qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, canticum pro dilecto. XLIIII.

ERuctauit cor meum uerbum bonū, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. Specioſus forma præ filijs hominū, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere, procede & regna. Propter ueritatem & mā ſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Myrrha & gutta & caſia à ueſtimētis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Audi filia & uide, *&* inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabūt eum. Et filiæ Tyri in muneribus, uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus. Adducentur regi uirgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in tēplum regis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper oēm terram. Memor ero nominis tui domine, in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Pſalmus iſte cantatur de ſanctis nuptijs, de ſponſo uidelicet & ſponſa, de rege & plebe, de ſaluatore & ſaluandis. & proponitur filijs Core, agentibus ſcilicet pro his qui commutabuntur, id eſt, pro commutatis ad intellectum recipiendum, quæ ſunt etiam canticum pro dilecto.

Vel poteſt conſtrui præpoſterato ordine, ut di
camus: hæc uerba ſunt canticũ pro dilecto, uer
ba dico, propoſita filiis Core ad intellectum.
Hoc nomen Core cum auditur, non debemus
ad irriſionem accipere, ne in ſenſu puerili inue-
niamur comparabiles pueris illis, qui ſancto dei
Eliſeo prophetæ typum Chriſti gerenti, inſulta
4.Re.2. bãt, dicentes: Aſcende calue, aſcẽde calue. Quos
pueros ſtulte garrulos & in perniciem ſuam ma
ledicẽtes, beſtiæ exeũtes de ſylua, deuorauerũt.
Ab imitatiõe horum puerorum nos reuocat Apo
1.Cor.14. ſtolus, dicens: Nolite pueri effici ſenſibus, cum
tamen magiſter ipſius nos inuitet ad imitationẽ
pueri cum dixit: Niſi efficiamini ſicut paruulus
Mat. 18. iſte, non intrabitis in regnum cælorum. Conſide
ret igitur quiſque ad quid magiſter nos inuitet, &
quid nobis diſcipulus interdicat, ut quem dele-
ctat imitatio paruuli, non delectet ignorãtia, ſed
innocentia. Pueri autem illi qui ſancto dei cal-
uo inſultabant, præfigurabant illos, qui ex ni-
mium puerili ſenſu ſtabant ante lignum ſacrum
dominicæ crucis, dicentes: Si filius dei es, deſcen
Mat.27. de de cruce. qui a beſtijs ſunt deuorati, quoni-
am a diabolo interius ſunt mortificati. uel a be-
ſtijs deuorati ſunt, id eſt, a Tito & Veſpaſiano
afflicti & condemnati, q dicuntur beſtiæ egredi
entes de ſylua, id eſt, a gentibus miſſi, quæ gen-
tes ſyluis comparantur, quoniam nullam adhuc
receperũt culturam. Quod quadragintaduo ex
illis pueris fuerunt a beſtijs deuorati, præfigura-
bat quadragintaduos annos qui fuerunt a paſſi
one Chriſti uſque ad deſtructionẽ Ieruſalem. Pro
his qui commutabuntur. quæ ſit iſta commuta-
tio, omnis commutatus in ſe ipſo poteſt agno-
ſcere. conſideret q fuerit, qd mõ ſit. Conſideret
mundum prius idola adorãtem, modo uero de
um colentem. Hanc commutationem etiam pa
gani recognoſcunt, cum uiderint templa ſua de
ſerta, eccleſias dei refertas. Vel ad intellectum
ſunt hæc propoſita filijs Core, ut non ſint cæci,
1.Cor.2. ſicut illi de quibus eſt: Si enim cognouiſſent, nun
quam dominum gloriæ crucifixiſſent. Vel ad in
tellectum, ut intelligant ad quem pertineat hæc
commutatio, ad CHRISTVM uidelicet,
dilectum ſuper omnes dilectos. Canticum pro
dilecto. Solẽt ſcholaſtici componere carmẽ, can
tandum in nuptijs in laudes ſponſi & ſponſæ, qd
uocatur epithalamium. ad hanc ſimilitudinem
hic pſalmus eſt in laudes ſponſi Chriſti, & ſpon
ſæ eius eccleſiæ. Laudatur hic ille, de quo in Can
Can.1. ticis Canticorum dicitur: Oſculetur me oſculo
oris ſui. Gaudeat ergo ſpõſa eccleſia ſe amatam
a tanto ſponſo, quoniam dilexit eam fœdam, ut
faceret pulchram, quã ſanguine ſuo lauit, ut nõ
haberet maculam: in cruce extendit, ut non ha-
beret rugam. Quem ſpõſum dominus pater in
hoc pſalmo nobis commẽdat, ut maioris ſit au
toritatis. prius ſecundum ineffabilem generati-
onem illã, qua ipſe filius a patre genitus ẽ: poſt-
ea ueſtiẽs eum humanitate, & inducẽs eũ cũ ma
gna potentia, ut iungat ſibi ſponſam ſuam eccle
ſiã. deinde inducens ſpõſam decenter ornatam,
& dignam tanto ſponſo.

E*Ructauit cor meum uerbum bonum.* Ne puta-
remus dominum patrem indigere coniu-
gio in generatione filij ſui, oſtendit nobis ipſam
generationem non ab alio, ſed a ſe ipſo factam,
ſic dicens: Cor meum, id eſt, intima ſubſtantia
mea & ſecreta eſſentia mea. eructauit, id eſt, ge-
nuit. uerbum bonum, id eſt, filiũ mihi æqualem
& conſubſtantialem. De hoc uerbo dictum eſt:
In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Ioh.1.
deum, & deus erat uerbum. Vt autem per bo-
num, intelligamus uerbum æquale patri & con
ſubſtantiale, ipſum uerbum caro factum, nobis
inſinuat cum dicit: Quid me interrogas de bo-
no? Nemo bonus niſi ſolus deus. In hac reſponſi Mat 19.
one non diuiſit ſe a deo, ſed potius uniuit. tan- Mar.10.
quam ſi diceret, Cum tu dicis mihi, magiſter
bone, deum me eſſe confiteris: quia nemo bo-
nus niſi ſolus deus Qualiter dominus pater ge-
neraſſet uerbum ſuum ex corde ſuo, quandam
ſimilitudinem in nobiſipſis poſſumus compre
hendere, ſicut ab infimis ſumma poſſunt cõpre-
hendi, a creatura creator. Quiſque enim ſapiens ar
chitectus ædificaturus fabricam, ex corde ſuo
generat conſilium, in quo diſponit ipſam fabri-
cam qualiter ædificanda ſit. et iam placet ei fabri
ca, non in ſpecie ædificij, ſed in probatione conſi
lij. Facta autem iam fabrica, iã nõ ſibi ſoli placet,
ſed etiam uidentibus. & ſic laudatur conſilium,
in quo prius eam ſic diſpoſuit. quia non appare
ret talis in ſpecie ædificij, niſi præceſſiſſet in ap-
probatione conſilij. Qualiter autem per fabri-
cam ſubiectam oculis, intelligimus præceſſiſſe
conſilium ſapientis: ſic, ſi oculum mentis ad ſu-
periora uertamus, in nobiſipſis poſſumus intel
ligere, ſapientiã patris præceſſiſſe in diſpoſitione
noſtræ creationis. conſideremus noſipſos, cælũ
& terram, & omnes ornatus eorum, homines
uidelicet in terra, angelos, uirtutes, principat⁹ in
cælo: & intelligamus uerbum neceſſario, qa o-
mnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum ẽ
nihil. Quod ipſe pater hic teſtatur ſic. *Dico ego
opera mea eſſe regi,* id eſt, huic uerbo regi facto,
diſpono opera mea regenda, quia ei ſoli innote-
ſco mea ſecreta. ut ſit expoſitio ſuperioris, ſic:
Dico ego opera mea regi, id eſt, uerbum eructo, Ioh.1.
cum quo omnia opera mea diſpono. Ne uerbũ
iſtud tranſitorium intelligamus, ſupponitur: *lin
gua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Linguã
pro uerbo, calamum pro ſcripto, cauſam uide-
licet pro effectu poſuit. Tanquam ſi dicat, Ver-
bum meum non eſt trãſitorium, ſed eſt calamus
ſcribentis, id eſt, comparabile uerbo ſcripto &
permanenti. Scribæ dico, uelociter ſcribentis, id
eſt, ſine mora multa comprehendentis. Sunt ſcri
bæ quidam, qui uno puncto totam dictionẽ uel
orationem comprehendunt. cui uelocitati uer-
bum patris quodam modo comparatur, quia

nihil eſt uelocius quàm ſemel omnia dixiſſe. Vn
Iob.33. de illud, Semel locutus eſt deus. Nam nūquam
ſecundo loquitur. quia ſi perit primum, dicat ſe
cundum: & ſi non perit primum, nō proferat ſe
cundum. Iſtud dicere patris, nunquam habuit
principium, nunquam habuit finem: quia uer-
Sap.8. bum illud attingit a fine uſque ad finem forti-
ter, ſuauiter diſponens omnia. Dicit Auguſti-
nus in hoc loco: Vereor ne id quod dico, a tardi
oribus aliquando poſſit intelligi. dicam tamen.
ſequatur qui poteſt, ne non dictum non ſequa-
tur qui poteſt. *Specioſus forma præ filijs hominum.*
Quaſi dicat: Tu uerbum, tu rex ſpecioſus for-
ma, id eſt, in formoſa diuinitate præ filiis homi
num. Nota quia poſſet dicere, præ angelis. ſed
quia uerum hominem eum conſtituit, ideo præ
filiis hominum dixit. Specioſus dico, quia *diffu*
ſa eſt, id eſt, diffundetur *gratia in labijs tuis*, id eſt,
in præcordiis tuis, uel in præſentia tua. Vnde
Ioh.1. illud, Lex per Moyſen data ē, gratia & ueritas
per Ieſum Chriſtum facta eſt. Gratia domini eſt,
quia ipſe omnia gratis fecit, perditos quæſiuit, in
uentos in humero reportauit, præterita condo
nauit, futura promiſit. *Propterea benedixit te de-*
us in æternum, id ē, ut diffunderet gratia in labiis
tuis, benedixit te deus, id eſt, multiplicauit te de
us, id eſt, ego pater multiplicatione in æternum
tendente. Primum hominem benedixit, ſed nō
in æternū, quia in inobedientiā cecidit. uel iſtud
ſit effectus ad hoc quod dixit, Diffuſa eſt gratia
in labiis tuis. & qa diffundetur, benedixit te de-
us, id eſt, promiſſionibus tuis benedixit in æter
num, qa ſine fine pmanſuræ ſunt. Promiſſiones
autem ſerui, umbræ fuerunt & tranſitoriæ, car-
naliter intellectæ. *Accingere gladio tuo ſuper fe-*
mur tuum potentiſſime, id eſt, tu ſpecioſus forma,
ut debelles aerias poteſtates, accingere. i. accin-
ctus ſis gladio tuo, id eſt, diuino eloquio, quod
eſt gladius ſpiritus. & hoc ſuper femur tuum. i.
ſuper humanam naturam tuam potenter ſcili-
cet accingere gladio. hoc gladio ſeparauit dñs
filiū a patre, filiam a matre, nurū a ſocru ſua. Pa
Mat.12. ter iſte eſt diabolus, a quo ſeparatum eſt huma
num genus per prædicationem domini. Mater
eſt ſynagoga, a qua ſeparata eſt filia, id eſt, eccle
ſia ex iudæis congregata. Nurus eſt eccleſia ex
gentibus conſtituta, quæ erit aduerſus ſynago-
gam, quæ ſocrus eius ē, mater uidelicet Chriſti,
ex qua ſecundum carnem natus eſt. Nurus iſta
3.Re.3. ſignificabatur ab æthiopiſſa, quam duxit Salo
mon ſibi reginā. Et ſic duo aduerſus tres, pater
& mater aduerſus filium & filiā & nurum. Nā
ſocrus & mater, in ſynagoga intelliguntur. *Spe-*
cie tua & pulchritudine tua intende. i. tu accinctus
gladio, ſis intēſus in ſpecioſa pulchritudine tua
. i. in abundantia uirtutum poſitus, in qua miſer
Adā poſitus, remittebatur cū deberet intendi.
Et ſic intēſus in te ipſo, *proſpere procede* ad debel
landos inimicos. *& regna*. i. uince *propter uerita*
1.Theſ.2. *tem*, ſ. euangelii, quæ de te fiet. unde Apoſtolus:
Exhortatio noſtra non de errore, neq; in dolo,

neq; de immunditia. Et regna etiā propter *man*
ſuetudinē inter tormēta habitā, quia in paſſione
humilis & manſuetus apparebis. Et regna eti-
am propter *iuſtitiam* in parte exhibitam, & in
parte exhibendam. Exhibita eſt, ut illud: Qui Apo.22.
iuſtus eſt, iuſtificetur: & qui ſordidus eſt, ſor-
deſcat. Quod hic uidemus impletum. In fu-
turo autem exhibetur iuſtitia, quando incor-
ruptus iudex digna quæque ultimo iudicio re-
quiret uel propter iuſtitiam tuorū, ſ. abnegan-
tium ſecularia deſideria, & ſobrie & iuſte uiuen
tium, *& deducet te mirabiliter dextera tua*. i. po-
tentia tua undiq; ducet te in notitiam hominū.
& hoc mirabiliter, quia eris faciēs diuina, & pa-
tiens humana. Et qualiter hoc fiet? Quia *ſagittæ*
tuæ acutæ, id ē, uerba prædicatiōis tuæ ſunt acu-
ta. corda hominū uidelicet pungentia, & amo-
rem diuinum excitantia. Quibus ſagittis *populi*
percuſſi *ſub te cadent*, id eſt, ſe tibi humiliabunt
in corde inimicorum regis, id eſt, in hoc quod tibi
regi cor inimicū habuerūt, cadēt & reſurgēt ha
bētes cor amicū tibi. Hac ſagitta pcuſſus cecidit
Saulus, & ſurrexit Paulus: cecidit perſecutor, et Actu.9.
ſurrexit egregius prædicator. Et in taliter per-
cuſſis erit *ſedes tua deus*, id eſt, in illis ſedebis nō
trāſitorie, ſed *in ſeculum ſeculi*, id eſt, æternaliter.
& tu merito in illis regnabis, quia *uirga regni tui*
. i. regimen quo regis tibi ſubiectos, eſt *uirga* nō
diſtortionis, ſed *directionis*. Vnde alibi, Reges Pſal.2.
eos in uirga ferrea. cum regimen aliorum ſit fle
xibile & diſtortionis. Et uere uirga regni tui eſt
uirga directiōis, quia tu *dilexiſti iuſtitiam. &* hoc
inde apparet, quia *odiſti iniquitatem*. & *propter-*
ea, id eſt, ut diligeres iuſtitiam, *unxit te deus* om̄i-
um, *deus tuus*, id eſt, ego pater tuus, tibi in omni
bus conſentiens. Et qua unctione? *Oleo lætitiæ*, id
eſt, ſpirituali iucunditate, & hoc *præ conſortibus*
tuis, id eſt, præ omnibus illis, quorum cōſors es
in humana natura. Et quia dixit illum præ om̄i
bus unctum eſſe, oſtendit unctionem illorum
eſſe magnam, ut inde eius unctionem intelliga
mus admirabilem, cū præ illis unctus ſit. Qua-
ſi dicat: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ p̄
conſortibus tuis. quod magnum eſt, quia *myr*
rha & gutta & caſia, id eſt, omnia odoramenta
uirtutū ſpirabunt *à ueſtimentis tuis*, id eſt, ab apo
ſtolis tuis & apoſtolicis uiris. unde illud, Viuo Iſa.49.
ego dicit dñs, qa his oībus uelut ueſtimēto indu
eris. Veſtimēta dei, dicunt ſancti. qa ſicut hoīni
hil ē uicinius ueſtimēto, ſic deo nihil eſt uicinius
ſanctus. *A domibus eburneis*. Dom⁹ eburneæ ſunt
illi, quos ueſtimenta uocauimus. Nam in eis ha-
bitat etiam dominus. & dicuntur eburneæ do-
mus, propter caſtitatem & ſermonis nitorem.
Nam elephas, cuius oſſa ebur ſunt, caſtiſſimum
animal dicitur. *Ex quibus delectauerunt te filiæ re-*
gum, id eſt, ex odoramentis illis quæ ſpirabunt
a ueſtimentis tuis, delectabunt te filiæ regum,
id eſt, apoſtoli in fide generati, qui carnem do-
mant, ſpiritum roborant. & hoc *in honore tuo*.
quoniā licet ab eis in fide generantur, nō ab eo

rum nomine uocabũtur, ſed tuo. quia nulli uo-
cabuntur Petrini uel Paulini, ſed omnes Chriſti
ani. & ſic per ueſtimenta & per domos eburne-
as *aſtitit regina à dextris tuis*, id eſt, in propiciatio
ne tua. Nam quæ a ſiniſtris erunt, erunt concubi
næ ſignificatæ per octoginta cõcubinas Salomo
nis. Numerus autem concubinarum excellens
numerũ reginarum, ſignificabat quia multi ſunt
uocati, pauci uero electi. Regina autem ſtabit *in*
Mat. 20. *ueſtitu*, id eſt, in doctrina deaurata, id ē, bonis ſen
tentijs confirmata. *circundata uarietate*, ſub audis
linguarum, quoniam uarijs linguis eccleſia Chri
ſti adunata eſt. Vel in ueſtitu deaurata, id eſt, bo
nis moribus adornata, & circũdata uarietate ſci
licet uirtutum. Vel in ueſtitu deaurata, id eſt, in
membris ſolidis, non crepantibus in tribulatio
ne. *Audi filia & uide, & inclina aurem tuam.* Cõuer
tit ſe ad reginam. Quaſi dicat, Tu regina iam fa-
cta etiam filia, audi promiſſa, & intellige imple-
ta: & qualiter dico ut audias? Inclinando aurem
tuam, id eſt, humiliter audi regis tui mandata. *&*
obliuiſcere populum tuum. id eſt, carnalia conſtitu
ta, uel populum Babyloniæ, cui populo rex fu-
it diabolus. Obliuiſcere etiam *domum patris tui*
diaboli, id eſt, nullam habeas ſocietatem cũ im-
pijs. *&* debes obliuiſci populum & domum pa
tris tui, quia *cõcupiſcet rex decorem tuum*, id eſt, te
decoram fieri, qui te dilexit fœdã, ut faceret pul
chram. & ſit tibi magnum, quod rex te concupi
ſcet, *quoniam ipſe*, rex uidelicet, *eſt dominus deus tu*
us. Et te etiam obliuiſcente populum & domum
patris, *adorabunt eum. &* (pro etiã) *filiæ Tyri*, ſcili-
cet filiæ gentium. ut ſic per Tyrum quæ fuit ci-
uitas uicina Iudæis, terrã gentium intelligamus.
Quæ filiæ Tyri adorabunt eum *in muneribus*. id
Luce. 11. eſt, in largis eleemoſynis, per quas omnia mun
da fiunt eis. Has eleemoſynas quærere dominũ
in uoce pauperis, ipſemet notificat, dicens: Eſuri
Mat. 25. ui, & dediſtis mihi manducare. Vel ſecundum
interpretationem nominis, accipiamus gẽtes ite
rum. Nam Tyrus interpretatur anguſtia eorũ.
ubi proprie gentes intelliguntur, quæ nimiæ an
guſtiabantur de peccatis ſuis. *Vultum tuum*, id eſt,
eccleſiaſtica inſtituta tua, in quibus apparet uo-
luntas tua, *deprecabuntur diuites plebis*. Ad iſtos
diuites loquitur Paulus amicus ſponſi iſtius, di-
cens ſic ad Timotheum: Præcipe diuitibus hui- 1. Tim. 6.
us ſeculi, non ſuperbe ſapere, neque ſperare in
incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo, qui præſtat
nobis omnia abundanter ad fruendum. Sed di-
uites ſint in operibus bonis, facile tribuant, com
municent, theſaurizent ſibi fundamentum bo-
num, ut apprehendant uitam æternam. Et quo
niam ſolent munera eleemoſynarum aliquan-
do fieri ad fauorem hominum, ne hæc filia re-
gis in ſeipſa gloriaretur, & ab alijs laudem quæ
reret, ſubſequitur: *Omnis gloria eius filiæ regis*, id
eſt, eccleſiæ ſit *abintus*, id eſt, in conſcientia, quia
gloria noſtra debet eſſe teſtimonium conſcien-
tiæ bonæ & interrogarionis in deum. & hæc glo
ria ſit *in fimbrijs aureis*, id eſt, in fine bono, ut ſic in
fimbrijs finalitatem accipiamus, & in aureis bo
nitatem. Nam qui perſeuerauerit uſq; in finem,
hic ſaluus erit. *Circumamicta uarietatibus*, id eſt, Mat. 24.
uariis populis, uel uarietatibus uirtutum. Per
hanc etiam filiam conuerſam a gentibus, *addu-*
centur regi uirgines, id eſt, alia eccleſia, ut ſic acci-
piamus eccleſiam angelicã cæteraſq; quæ poſt
primitiuam eccleſiam conuerſæ ſunt. Quæ uir-
gines adducentur *poſt eam*. i. poſt primitiuam ec
cleſiam, ita ut *proximæ* ſint *eius*, id eſt, imitatri-
ces fidei eius. Et iſtæ tales *afferentur tibi*, id eſt, ad
honorem tuum. *Afferentur* dico, non in mœro-
re & triſtitia, ſed *in lætitia & exultatione*. Vnde
illud, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum Ro. 8.
in timore. *Adducentur* ipſæ uirgines *in templum*
regis, id eſt, ad hoc ut ipſæ ſint templum. Et ne
quis ideo putaret eccleſiam Chriſti non eſſe cre-
ſcendam, quia non ſuperſunt apoſtoli & primi
prædicatores, ſubſequitur: *Pro patribus tuis nati*
ſunt tibi filij. Quaſi dicat: Licet non ſuperſint pa-
tres tui, id eſt, a te conſtituti, tamen non decre-
ſcet eccleſia tua, quia nati ſunt tibi filij. quia pro
apoſtolis nati ſunt Gregorius, Auguſtinus & cæ
teri plures, quos *conſtitues principes ſuper omnem*
terram. & ſic per illos *memor ero nominis tui*, id
eſt, celebrare faciam nomen tuum *in omni genera*
tione & generationem. Et uere per illos hoc fi-
et, quia *propterea*, id eſt, quia ſufficiunt prædica
tores, *confitebuntur tibi populi*, id eſt, ſufficiẽt con
ſequaces. & hoc erit *in æternum*, quod eſt, *in ſecu*
lum ſeculi.

¶ In finem filijs Core pro arcanis Pſalmus Dauid. XLV.

DEus noſter refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt
nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferen-
tur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum, contur-
bati ſunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem
dei, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Deus in medio eius non
commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbatæ ſunt gentes, & inclina
ta ſunt regna: dedit uocem ſuã, mota eſt terra. Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor
noſter deus Iacob. Venite & uidete opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram,
auferens bella uſque ad finem terræ. Arcum conteret & confringet arma, & ſcuta com
buret igni. Vacate & uidete quoniam ego ſum deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor
in terra. Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob.

VOX eſt in hoc pſalmo filiorum Core, illorũ q̃ prędicãte Petro apoſtolo, ut legitur in actibus apoſtolorum, recognouerunt arcana domini. illa uidelicet, qualiter omnes ad quos uenit ſpiritusſanctus, omnibus linguis loquerentur. recognouerunt etiam quàm altus & excelſus apud deum factus eſſet ille, quem manibus ſuis crucifixerunt, ut ſpiritusancto idiotas impleret, & linguas infantiũ faceret diſertas. & compuncti corde, dixerũt: Quid faciemus uiri Actu. 2. fratres? Et Petrus ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Poſſumus & intelligere arcana illa, de q̃bus ait Apoſtolus: Nolo uos igno Ro. 11. rare fratres myſterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Vt autem hæc arcana intelligamus, exhortantur nos filij Core, qui hæc loquuntur, ſic dicentes:

DEus noſter refugium, id eſt, deus noſtræ naturæ aſſumptor, eſt nobis refugiũ *& uirtus*, id eſt, uirtuoſum refugium. *adiutor in tribulationibus*, id eſt, in cõſcientia mala, *quæ inuenerunt nos nimis*. In hac tribulatione ſolus eſt adiutor, q̃ ſolus peccata dimittit. Hæ tribulationes inueniunt nos, quando alijs prædicantibus peccata recognoſcimus. Inuenimus nos ipſi tribulationes, quando ſine admonitore peccata flemus. in utroque tamen adiutor noſter deus. *& propterea*, id eſt, quia eo adiuuante excluſus eſt tumultus conſcientiæ, *non timebimus dum turbabitur terra*, id eſt, gens iudicata in terrenitate perdurans. Et non timebimus dum *transferentur montes in cor maris*, id eſt, dum apoſtoli transferendi ſunt a iudæis in corda gẽtilium, qui mari comparantur, quoniam idololatriæ amaritudine tegebantur: ad quorum comparationem gens iudęorũ terra dicitur, quia amaritudine gentium tanquã mari circundabatur. his montibus, id eſt, apoſtolis dixit dominus in euangelio: Si habueritis fi Mat. 17. & 21. dem tanquã granum ſinapis, dicetis huic mõti: Tollere & mittere in mare, & fiet illud. De ſe ipſo dixit, huic monti: qui prædicantibus apoſtolis, miſſus eſt in mare. i. in notitiam gentium. *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum*. Ecce oſtẽdit q̃liter montes transferendi ſunt in cor maris. quia ſonabunt. i. uoces emittent ipſi montes. & conturbatæ ſunt aquæ eorũ. i. doctores gẽtium. & nõ ipſi doctores tantũ deſtruentur, ſed etiã *montes*. i. principes terreni cõturbabuntur *in fortitudine eius*, qui erit noſtrũ refugium. & hoc nõ mirum, quia *fluminis impetus lætificat ciuitatem dei*, id eſt, abundans gratia ſpũſſancti confortabit collectionem ſctõrum. *& ipſe altiſſimus ſanctificauit tabernaculum ſuum*. i. ſibi tabernaculantes. uel ſic, Et transferentur montes in cor maris, & tũc in ipſa tranſlatione. i. in ipſa prædicatione euangelij ſonabunt ipſæ gentes, & turbabuntur doctores eorum, dicẽtes: Quis eſt annunciator no Actu. 17. uorum dæmoniorũ? hoc dictum eſt apud athenienſes. Epheſi autem in theatro ſuo tãtum ſtrepitum fecerunt pro Diana ſua, ut clamarent q̃ſi Actu. 19. per duas horas: Magna Diana Epheſiorum. Et *conturbati ſunt* montes, id eſt, principes terreni, confiſi in fortitudine eius, ſ. maris. Sed quid fecit ciuitas dei? Fluminis impetus lætificauit eã, ſanctificauit tabernaculum ſuũ altiſſimus. Et quomodo ſanctificauit? Quia *deus eſt in medio*, id eſt, in firmitate cordis eius, & ideo licet ſæuiat mare, licet montes conturbentur, *nõ commouebitur* ciuitas ipſa a prædicatione euangelij. quia *deus adiuuabit eam mane*, id eſt, indilate. *diluculo*. i. in reſurrectione ſua in diluculo facta, uel diluculo. i. metu mortis conſumpto. & ſic *conturbatæ ſunt gentes & inclinata ſunt regna*. i. principes terreni. Et q̃ ordine iſtud fiet? Nam *dominus uirtutum*. i. uirtuoſe omnia faciẽs, *nobiſcum* ens. Quod alius Iſa. 7. ꝓpheta dicit, emmanuel. *ſuſceptor noſter*. i. noſtrę naturæ aſſumptor, *deus Iacob*. i. prioris populi. *dedit uocẽ ſuã*, & inde *mota eſt terra* ſ. gentiũ. Et quia dñs uiſitat uos o gentes, *uenite* ergo non paſſibus pedũ, ſed paſſibus fidei. *& uidete*. i. intelligite opera dñi, *quæ* ipſe dñs uirtutũ nobiſcũ ſuſceptor noſter deus Iacob, *poſuit prodigia*, id eſt, admirãda *ſuper terram*. i. infra terrenos. Et q̃ ſunt opera? *Auferẽs bella uſq; ad finẽ terræ*. quod alius ꝓpheta dicit, conuertẽt gladios ſuos in uomeres, & lãceas ſuas in falces. *Arcũ cõteret & cõfringet arma*. Ecce q̃liter bella auferet. Nã arcũ. i. occultã impugnationẽ, *& ſcuta*. i. ꝓtectionẽ ua Iſa. 2. næ pſumptiõis *cõburet igni*. De q̃ igne dictũ eſt: Luce. 12. Ignẽ ueni mittere in terrã. & q̃d uolo niſi ut ardeat? Hoc igne cõburet dñs ſcuta, dicẽs: *Vacate*. i. uacui eſtote unde pleni eſtis, implemini unde uacui eſtis. Q. d. Euacuate ſaccos ueſtros palea, & implete eos granis. *& ſic uidete quoniam ego deus* quem hominẽ uidetis, *exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.*

¶In finem pro filijs Core Pſalmus. XLVI.

OMnes gentes, plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis Quoniam dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnẽ terram. Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris. Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit. Aſcendit deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ. Pſallite deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite. Quoniam rex omnis terræ deus, pſallite ſapienter. Regnabit deus ſuper gentes, deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Principes populorum congregati ſunt cum deo Abraam, quoniam dij fortes terræ uehementer eleuati ſunt,

QVIA ad uos o *gentes* gratia dei peruenit, *omnes plaudite manibus*, id eſt, bene operamini. *iubilate deo in uoce exultationis*, id eſt, in uoce exultatiua. Nota quia utrinq;, & uoce & manibus, eſt plaudendum deo: quoniam ſi tantũ uoce quis plaudat, nõ bene, quia pigræ ſunt manus: ſi tantum manibus, nõ bene, quia muta eſt lingua. & ideo concordent manus & lingua: illa confiteatur, illæ operẽtur. Iubilate deo in uoce exultationis, *quoniam dominus excelſus*, q hic uidebatur infimus: *terribilis*, qui inter iudæos fuit deſpectibilis: *rex magnus*: q hic apparuit humilis & paruus: *ſuper omnem terram* gentium & iudæorum. *Subiecit populos nobis*. i. nobis p̃dicantibus ſubiugauit iudæos. *& gentes ſub pedibus noſtris*. Et elegit *nobis* cõformãdam *hæreditatem ſuam* hanc uidelicet, *ſpeciem Iacob* quam *dilexit*. i. illos qui Iacob imitati ſunt. Et pſallite, qa *deus aſcendit in iubilo*. i. in magno gaudio apoſtolorum. Nam magnũ gaudium erat eis, quãdo naturam ſuam intantum uidebant exaltari. *Dominus in uoce tubæ*. i. in angelica uoce aſcendit, cũ ipſi dixerunt: Viri galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Ac ſi dicant: Videte aſcẽdentem, credite in abſentem, ſperate uenientem. & per miſericordiam eius ſemper uobis ſenti e p̃ſentem. Et quia deus in tanto iubilo aſcendit, ergo *pſallite deo noſtro, pſallite*, patri uidelicet. *pſallite regi noſtro*, filio, *pſallite* ſpiritui ſancto. & merito, *quoniam rex omnis terræ deus eſt*, & inde *pſallite ſapienter*. i. in cordibus ueſtris. quia non ſapienter pſallit, qui uoce tantũ pſallit. pſallite, quia *deus regnabit ſuper gentes, deus ſedet ſuper ſedem ſanctã ſuam*, uel eccleſiã. Vt autẽ regnaret, *principes populorum cõgregati ſunt cum deo Abraam*. i. credentes adhæſerũt ſibi. Et hoc unde? *Quoniam dij fortes*, id eſt, apoſtoli conſtantes. *terræ*. i. de mundo electi, *uehemẽter eleuati*. i. ſignis glorificati *ſunt*, ut cõgregarentur principes cum deo. Vnde Apoſtolus: Euangelium noſtrũ nõ fuit ad uos in ſermone tantum, ſed in ſpiritu ſancto & in plenitudine multa. uel ſic Principes populorum. i. gentiũ congregati ſunt cum deo Abraam, facti filij Abraam nõ ſecũdum generationem, ſed ſecundum imitationem. Et quoniam illi electi ſunt, cum dominus non fuiſſet miſſus ad eos: dij fortes. i. iudæi qui multum præſumebant de terra ſua, id eſt, de ſeipſis, uehementer eleuati ſunt, ſuperbiendo contra dominum.

Act. 1. — 1. Theſ. 1.

¶ Pſalmus cantici filijs Core ſecunda ſabbati. XLVII.

MAgnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius. Fundatur exultatione uniuerſæ terræ mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in unum. Ipſi uidẽtes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehẽdit eos. Ibi dolores ut parturientis, in ſpiritu uehementi conteres naues Tharſis. Sicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei noſtri, deus fundauit eam in æternum. Suſcepimus deus miſericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Circundate Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda ueſtra in uirtute eius, & diſtribuite domus eius, ut enarretis in progenie altera. Quoniam hic eſt deus deus noſter in æternũ & in ſeculum ſeculi, ipſe reget nos in ſecula.

Audiuimus in ſuperioribus, q̃d cõgrue poſſet intelligi per primã ſabbati. audiamus & hic, quid conferat ſecũda ſabbati. Non latet plures in fide regeneratos, totam ſeptimanã apud Hebręos quondã ſabbatũ uocari. & primã feriã & ſecũdam feriã, primã ſabbati & ſecũdam ſabbati eſſe appellatas, & qa in prima feria cõditor humani generis lucem diuiſit a tenebris, eius reſurrectio per primã ſabbati congrue poteſt denotari: qa tunc reuera lux a tenebris eſt diuiſa, qñ immortalitas a mortalitate eſt diuiſa. Secunda autem ſabbati, qua dictum eſt, dñm feciſſe firmamẽtum, nõ incõgrue eccleſiã denotat, quia ipſa pro membris ſuis dignioribus, quæ huius mundi tentationibus nunquã cedunt, noĩe firmamenti digne notatur. unde Apoſtolus: Debemus nos firmi infirmitates infirmorũ ſuſtinere. Hanc eccleſiã uidens propheta ex omni gente conſtruendã, exhortatur poſteros ſuos, ne ſe ab ædificio huius eccleſiæ ſubtrahant, ſed ſtudeant ut ibi ſint gemmæ, lapides uiui, angulari lapidi, Chriſto uidelicet, coniuncti.

Ro. 15.

MAgnus dominus pater & *laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri*. i. in eccleſia p deũ uidelicet cõſtructa. laudabilis & *in monte ſancto eius*, .i. in Chriſto. & qa magni regis magnam decet eſſe *ciuitatem*, audi quanta ſit hæc ciuitas, q̃ *fundatur exultatione* uniuerſa in monte *Sion*. i. ab exultantibus totius Iudææ, q̃ per mõtem Sion intelligitur. *latera aquilonis ciuitas regis magni*. i. illi deſperatiſſimi, in q̃bus refrixit charitas. uel latera aquilonis. i. illi q adhærẽt dicenti, Ponã ſedẽ meã ad aquilonẽ, & ero ſimilis altiſſimo, ſunt ciuitas regis magni. Per aquilonẽ intelligimus frigus charitatis, qm̃ ex aqlone ſolet uenire maius frigus. uel legamus mõtes Sion, ſic: fundat exultatione uniuerſa terra. i. in omni terra cõſtruetur hæc ciuitas. Nam montes Sion, id eſt, iudæi

Iſa. 14.

cus populus,& latera aquilonis, id eſt, gentili-
tas, ſunt ciuitas regis magni. *Deus autem in do-
mibus eius*, ſcilicet ciuitatis *cognoſcetur, cum ſuſci-
piet eam*, ſcilicet ciuitatem tuendam. Et contra
quos? Ecce puta, *Quoniam ecce reges terræ con
gregati ſunt* in concilium, *conuenerunt in unum*.i.
ad unam uoluntatem, ut deſtruerent ipſam ec-
cleſiam. Sed tandem *ipſi* reges uolentes eam de
ſtruere, *admirati ſunt*, id eſt, admirabuntur *uiden
tes ſic*, id eſt, eccleſiam tot fundari miraculis, cō-
turbabuntur de peccatis ſuis, commouebuntur
ad pœnitētiam. *tremor* enim futuri iudicij *appre
hendit eos*. uel ſic. Deus in domibus eius cogno-
ſcetur, cū ſuſcipiet eam ſibi perſonaliter unien
dam. Et quibus ſignis cognoſcetur deus in do-
mibus? ecce, uide. Quoniam reges terræ con-
gregati ſunt, conuenerunt in unum, id eſt, in an-
gularē lapidem, Chriſtum uidelicet, ut ſibi per
fidem iungantur. Et quomodo hoc fiet? Quia
ipſi uidētes ſic fundari eccleſiam, admirati ſunt,
conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehen
dit eos. Hæc nō mutantur a ſuperiori ſententia.
ibi dolores ut parturientis, id eſt, in illa commoti
one & in illo tremore ſunt dolores nō infructu
oſi, ſed in lætitiam uertendi, quia ſunt dolores
pœnitentium, tandem ſalutem parientium. un-
de Iſaias: A timore tuo domine concepimus, &
parturiuimus ſpiritū ſalutis. Hic cōcepit uetus,
Iſa.26. & naſcit homo uetus. *in ſpiritu uehementi conte-
res naues Tharſis*, id eſt, ſuperbiam gentium, p̄ſu
mentē de proſperitate huius ſeculi, & in ea q̄ſi
uento deportatam ualido timore futuri tui iudi
cij. Quid p Tharſis intelligēdū ſit, diuerſi diuer
ſa dicunt. Nam quidā uolunt Tharſis intellige-
re Ciliciam, eo quod eius metropolis Tharſus,
dicitur, de qua fuit Paulus apoſtolus. & in hac
ciuitate negociationes nauium maxime exerce
bantur. Volunt etiam quidam intelligere Car-
thaginem, quoniam eius primordia floruerunt
nauigationibus. Nam quando Dido Carthagi-
nem condidit, naues quæ paratæ erant ad mer-
cationem in regiōe a qua diſceſſit, aſſumpſit ad
fugam, conſentientibus principibus illius regio
nis. quæ condita Carthagine, ad negociandum
non defecerūt. unde nimium ipſa ciuitas ſuper-
ba facta eſt. & ideo per naues Tharſis, ſuperbia
gentium non incongrue denotatur, p̄ſumens in
incertis diuitiarum, tanquam in flatibus uento
rum. uel ex interpretatione nominis poſſumus
habere eandem ſententiam. Tharſis enim inter
pretatur exploratio gaudij, ubi intelligūtur gen
tes, quæ gaudium ſuū in uelificationibus huius
ſeculi explorabant. Tremor apprehendit eos,
dicentes: *Sicut audiuimus* prophetatum, *ſic uide-
mus* completum *in ciuitate dei noſtri*, id eſt, in ec
cleſia. ut ſicut audiuimus in promiſſionibus, ſic
uidimus i exhibitiōibus in ciuitate dei noſtri. Et
q̄re uoco eā dei? Quia *deus fundauit eā in æternū*.
I.Cor.3. Fundamētum iſtius ciuitatis Chriſtus eſt, unde
illud, Fundamētum aliud nemo poteſt ponere

præter id quod poſitum eſt. *Suſcepimus deus miſe
ricordiam tuam in medio templi tui*, id eſt, in illis qui
in templo tuo medij ſunt, firmi, bene ſcilicet fun
dati, ne in fide titubent. Templum uocantur no
mine tenus omēs initiati ſacramēto fidei. in iſtis
medij dicuntur, qui nomen ſuum, hoc uidelicet
quod eſt templum, per bona opera poſſidēt. &
ne quis hos medios, quibus exhibita eſt miſeri
cordia domini, paucos putaret, ſubſequitur: *Se-
cundum nomen tuum deus, ſic et laus tua in fines ter
ræ*, id ē, laus tua diffundetur in omni terra, ſicut
diffuſum eſt nomen tuum. quia ſicut non eſt ter
ra in qua nō ſit exauditum nomē tuum, ſic nul
la erit in qua non laudaberis. Et ſic *iuſtitia plena
eſt dextera tua*.i. multi erunt iuſti, ſtātes in tua de Mat.20.
xtera, licet multi ſint uocati, pauci electi. Vel
ſic, ſuſcepimus deus miſericordiā tuā.i. miſeri-
cordem Chriſtū tuū. in medio templi tui.i. in iu
daico populo, qui dicitur templum tuum medi
um, a gentibus uidelicet undique circūſeptum.
ſed non tamen ibi tātum notus, quoniam ſecun
dum nomen tuum o deus, diffundetur laus tua
in fines terræ, uel ubiq;, uel in illos qui in finem
terrenitatis ſuæ diſpoſuerunt. & ſic erit dexte-
ra tua plena iuſtitia.i. filijs tuis. multos habebit
imitatores, unde *lætetur mons Sion*.i. Iudæa. *&
exultent filiæ Iudæ*, id eſt, gentes. Iuda dicitur con
feſſus. Secundum quam interpretationem con-
uenit gentibus, ut dicantur filiæ Iudæ, quæ ex-
ultent *propter iudicia tua domine*. quibus aliquan
do ſeparandi ſunt localiter ab his, a quibus ſepa
rati ſunt moraliter. Vel propter iudicia tua do
mine, quod ipſi per gratiam tuam de maſſa pdi
torum aſſumpti ſunt, uel quod ex delicto Iudæ
orum, ſalus gentibus peruenit. *Circundate Sion
& complectimini eam*. Admonet initiatos ſacra-
mēto fidei, quos ſuperius templum uocauit, ad
imitationem illorum quos ibi medios dixit,
Quaſi ſic dicat: Vos qui per ſacramentum fi-
dei templum eſtis, circundate Sion.i. firmos in
fide, & hoc non ad deſtructionem, ſed comple-
ctimini eā.i. imitamini. & quæ narratis, *narrate
in turribus eius*, in fide apoſtolorum, qui turres
dicuntur pro eminētia uirtutū, id eſt, quia ſunt
inexpugnabiles & defenſio minus perfectorū,
ſunt & in porta, per q̄s quiſq; ingredi pōt ad ui
tam. Ex his tribus fuit Paulus, commendans ſic
p̄dicatiōem ſuā: Licet angelus de cælo aliud eu Gal.1.
angelizet uobis quàm nos euāgelizauimus, ana
thema ſit. Si ſuperius legimus, Suſcepimus de-
us miſericordiā tuā, de Chriſto, erit hic admoni
tio ad eccleſiam gentiū, ut circundent Sion, id
eſt, cōuerſos ex iudæis, dictos Sion, p̄ſentia cō-
temnentes, futura expectantes. Et ſic dicit, cir-
cundate Sion & cōplectimini eā, narrate in tur
ribus eius. *Ponite corda ueſtra in uirtute eius* Sion,
id ē, nō ore tm̄ narretis, ſed in uirtute.i. in chari
tate, q̄ facit omēs uirtuoſos. *& diſtribuite domos
eius*, id eſt, diſcernite quæ domus ſit munda, &
quæ non. uel diſtribuite domus eius, cōſideran

tes cui data ſint genera linguarum,cui interpre tatio ſermonum,& cætera, ut ex unoquoq; q̃d nobis utile eſt,quæratis ad imitandum & ſciendum. Et quare dico ut diſtribuatis? *ut enarretis*, id eſt,notum faciatis per bona opera ueſtra nõ tantum conuictoribus ueſtris,ſed *in progenie altera*,id eſt,per cognationes ueſtras. Et quid narretis? *Quoniã hic ſuſceptus* in medio templi,uel hic conſtructor ciuitatis *eſt deus deus noſter*, quẽ hominem uidemus. deus dico *in æternum*. quod eſt,*in ſeculum ſeculi: & ipſe*,non alius angelus uidelicet uel archangelus,*reget nos in ſecula*.

¶In finem pro filijs Core Pſalmus Dauid. XLVIII.

AVdite hæc omnes gentes,auribus percipite om̃es qui habitatis orbem. Quiq; terrigenæ & filij hominum, ſimul in unum diues & pauper. Os meum loquetur ſapientiam,& meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam? Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui cõfidũt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Frater nõ redimit,redimet homo? non dabit deo placationẽ ſuã. Et preciũ redẽptionis animæ ſuæ, & laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem. Non uidebit interitum, cum uiderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens & ſtultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias ſuas,& ſepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie,uocauerũt nomina ſua in terris ſuis. Et homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc uia illorum,ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo complacebũt. Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos. Et dominabuntur eorum iuſti in matutino,& auxilium eorum ueteraſcet in inferno à gloria eorum. Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi,cum acceperit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo,& cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, non ſumet omnia,neque deſcendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in uita ipſius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit uſque in progenies patrum ſuorum,uſq; in æternum non uidebit lumen. Homo cum in honore eſſet,non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.

Magna & inuſitata nequitia ẽ in hominibus: quia cum ipſi debeant uiuere ſecundum uoluntatem dei,uolunt deum uiuere ſecũdum uoluntatem ſuam: & cum ipſi nolunt corrigi, uolunt deum deprauari,non arbitrantes iuſtum eſſe quod deus uult,ſed quod ipſi uolũt. Quod faciunt illi, quibus graue eſt hoc quod uident malos florere, bonos laborare: qui tales nolentes deo ſeruire pro futuris, ſed tãtum ad hoc,ut bene ſit eis in præſenti, murmurant contra dominum. Dicit autem ſic:

A*Vdite hæc omnes gentes*,id eſt, tam gentiles quàm iudæi. *auribus percipite omnes qui habitatis orbem*, id eſt, per quos ipſos orbiculatos uirtute feciſtis. Nota,quod dixit,auribus percipite,omnibus dixit,audite. ſed qm̃ ꝓuidit quoſdam ſic audituros,ut etiam operentur,quoſdã non,prædixit quod futurum præuidit. Auribus enim audiunt, q id q̃d audiũt,in exhibitiõe operis oſtendunt. *Quiq; terrigenæ*,id eſt,qui hæreditates terrenas requiritis. *& filij hominum*, id eſt,imitatores prophetarum. *diues & pauper in unum*,id eſt,in eandem fidẽ uenientes,audite. Nã *os meum loquetur ſapientiam*. Et quia multi unum habent in ore,& aliud in corde,ut attentius eos reddat ad audiendum,dicit: *Et meditatio cordis mei prudentiam* loquetur. Quaſi dicat: Non doloſe uobis prædico. quia quod in ore ſonat, ex corde proceſſit. *Inclinabo in parabolã aurem meã*, id eſt,ut cor meum ſapiẽtiam meditetur,aurem meam interiorem humiliabo illi, qui interius tãdem uidet & inſtruit,& tamen in parabolã,q͂a quantumcũque hic quis humiliatur ad audiendũ,& quãtũcunque perfecte intelligat per parabolam,idem quaſi per ænigma intelligit: quia quandiu in hoc tabernaculo ingemiſcimus, q̃ſi in imperfectione ſuſpiramus. *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam*, id eſt,in opere meo prius oſtendam quod prædico. Nam qui recto ordini prædicationis uult inſiſtere,conueniens eſt ut quod alijs prædicat,in ſeipſo per bona opera recognoſcat. unde illud, *Quæ cœpit Ieſus facere* & docere. & hoc eſt quod dicit,id ẽ, iſte hic notat,cum dicit ſe inclinare aurem in parabolam, & aperire in pſalterio propoſitionem ſuam, ut alijs poſſit prædicare. & ecce propoſitũ, quod uult aperire in pſalterio. *Cur timebo in die mala?* Hic in ſe transfert perſonam in Chriſto pie uiuere uolentium. Quaſi dicat: Cur ego & alij timebimus in die iudicij, cum in libro noſtro habeamus illud,per quod uitare timorem poſſumus? Nam ubi homo non offenditur niſi uoluerit,cur ibi timebit? *Iniquitas clacanei mei circundabit me*. Ac ſi dicat: Eſt neceſſarium

Act.1.

ut ego & alij carnali iniquitate circundemur.
Calcaneus dicitur pars illa corporis, quæ terræ
ſemper adhæret, ubi merito ambitio & cæteræ
carnales iniquitates intelliguntur, quia ſemper
circa terrena uerſant. uel iniquitas calcanei mei
circundabit me, id eſt, finalis iniquitas, quæ in
benefactis cauenda eſt, circundabit me ex ne-
ceſſitate. Hæc iniquitas poteſt intelligi ſuper-
bia, ſine qua pauci reperiuntur. Nam non
ſunt plures qui in benefactis ſuis in ſe non glori
antur. quia hæc eſt iniquitas quæ ſe primũ in-
geſſit recedentibus. De hac iniquitate dictũ eſt,
Ge. 3. Mulier cõteret caput tuũ, & tu inſidiaberis cal
caneo ſuo. Calcaneo inſidiatur ſerpens, quia fi
ni boni operis ſuperbiam admiſcere ſtudet. uel
poteſt eſſe reſponſio ſuperioris, ſic: Cur timebo
in die mala? Quia iniquitas calcanei mei circun
dabit me, ſi timuero. *Qui confidunt in uirtute ſua.*
&c. Ac ſi dicat: Illis eſt timendũ in die mala, qui
confidunt in uirtute ſua, id eſt, qui de merito ſibi
præſumunt. *Et in multitudine diuitiarum ſuarum
gloriantur*, & in nobilitate amicorum ſuorũ ſpe
rant. Iſtud tertium non ponitur, ſed intelligitur
per probationem ſubſequẽtem: *Frater non redi
mit, redimet homo?* Quaſi dicat: Non eſt cõfiden
dum in uirtute & in multitudine, quia non redi
met. Et quod non redimet, probatur a maiori,
quia non redimet amicus: & quod amicus non
redimet, ſic oſtenditur. Frater, id eſt, Chriſtus,
cuius fratres ſumus, quia eius cohæredes, nõ re-
demit, & quia ipſe non redemit, redimet autem
homo? non. & quia Chriſtus non redemit, ſub-
iungitur: *non dabit plarationem ſuam*, id eſt, non ſa
tis fecit deo pro ſuis peccatis, ut dignus eſſet re-
dimi a fratre Nam non eſt diſpoſitum a deo, ut
alijs proſit illa redemptio, niſi illis qui ſtudent
Chriſtum imitari. quod non faciunt illi, qui deo
non dant placationem ſuã pro peccatis ſuis. Pla
cationem dare deo pro peccatis, eſt lachrymas
effundere, eleemoſynas dare, & cæte. Et hac de
cauſa etiã non redemit frater eũ, quia non dedit
precium redemptionis animæ ſuæ, id eſt, non confeſ
ſus eſt ad ſalutem animæ ſuæ. & ideo *laborabit in
æternum*, id eſt, duplici contritione cõteretur. &
tñ *uiuet*, id eſt, floret, *ad huc*, id eſt, ex tẽpore, *in fi
nem* tamen. Nam qui in hac uita florent, eorum
labor erit in æternum. Qui autem laborant, eo-
rum uita erit in æternũ. Nõ *uidebit interitum, cum
uiderit ſapientes morientes, ſimul inſipiens & ſtultus
peribũt*. Ecce quare in finem uiuet, qm̃ nõ atten-
dit interitum ſuum .i. mortem interiorem ſuã,
cum uiderit ſapientes mori exterius. putat eñ
non nocere ſibi hoc quod male uiuit, cum com-
mune ſit ei cum bonis mori exterius, & ideo ſi-
mul ad æternum interitum inſipiens qui neſcit
ſibi cauere in poſterum, & ſtultus qui nõ atten
dit, nihil eſſe in hac uita præter miſeriã, peribũt.
& relinquent alienis diuitias ſuas. quia licet filijs
relinquant, tamen alienis, cum ad ſalutem eorũ
eas non diſpendunt. Sed licet quaſi alieni ſint,

quia de ſalute patrum non ſolicitĩ ſunt: ta-
men in hoc ſe filios uolunt oſtendere, quia *ſepul
chra eorum* putãt eſſe domos *illorum in æternum*.
quod tamen non eſt, quia ſi in ſepulchris homo
ſemper maneret, anima in inferno cruciatũ non
ſentiret. Hæc talia ſepulchra *uocauerunt nomina
ſua*, id eſt, uocare faciunt *in terris ſuis*, id eſt, in p̃-
dijs ſuis. Inuocatio nominis ſolebat fieri in ſepul
chro qa ſolebãt amici mortuorum accipere pa
nem & uinum. & ſedentes in ſepulchro, inuoca
re nomina mortuorum, ſuo uentri ſeruiẽtes, nõ
ſpiritib⁹ mortuorũ. quia ſi prodeſſet inebriatio
hominum in ſepulchris facta, non ſic arſiſſet lin
gua diuitis in inferno. quia ex uino in ſuo ſepul Luc. 16.
chro conſumpto, nec in una gutta ſuper ipſius
ardentem linguam deſcendebat. Hæc inuoca-
tio non tantum fit in ſepulchris, ſed in *tabernacu
la*, id eſt, domus in quibus temporaliter fuerunt
in progenie hac præſenti, & progeniem futurã.
uocauerunt, id eſt, uocare faciunt *nomina ſua*. quia
in anniuerſarijs ſolebant cõuenire ad domos, ut
ibi inebriati, nomina mortuorum inuocarent.
Homo cum in honore eſſet, non intellexit. Ecce cau-
ſa quare ſtultus & inſipiens peribit, quia cum
eſſent in honore, id eſt, ad imaginem dei creati,
non intellectualiter ſe habuerunt. & ideo *com-
paratus eſt iumentis inſipientibus. &* hoc nõ in ma
ioritate aliqua, ſed *ſimilis factus eſt illis*, de uentre
tantum ſolicitus. Et quid de eis? *Hæc uia illorum
ſcandalum ipſis*, id eſt, tantum deum honorant,
ut ſint de illis, quibus dicitur: Populus hic la-
bijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a Mat. 15.
me. & ſic eius poſteriora peiora ſunt prioribus. Iſa. 29.
quia cũ prius erat apertus paganus, modo ſub
nomine religionis occultus eſt & deterior. *Et
poſtea in ore ſuo complacebunt*. qa ſi aliquis repre
henderit uitam eorũ, & dixerit hæc terrena nõ
eſſe attendenda, ipſi in ore ſuo confitentur uerũ
eſſe, corde tamen non imitãtur. Vſque huc de-
ſcripſit ſpiritusſanctus illos, qui arbitrantur nõ
eſſe felicitatem præter honorem ſeculi. & poſt
obitum non attendentes, niſi quemadmodum
illis procurent funera põpoſa, & ibi eorũ noĩa
inuocentur. Nunc autem quid de eis euenturũ
ſit, prædicit ſic. Hæc uia illorum ſcandalũ ipſis,
& poſtea in ore ſuo complacebunt. & ideo *ſic-
ut oues* deuorati, & nulli tribulationi reſiſtẽtes,
poſiti ſunt in inferno, id eſt, in excæcatiõe mentis,
& *mors depaſcet eos*, id eſt, diabolus qui miniſter
mortis eſt, erit paſtor eorum. *& tandem domina
buntur eorum iuſti in matutino* .i. in illo uero ma-
ne, quod non habebit ſuccedẽtem noctem. Nã
tunc iudicabunt ſancti nationes, & dominabun Sap. 3.
tur populis. uel ſic, Mors depaſcet eos, id eſt, di
abolo erunt refectio, qui in deuoratiõe eorum
quaſi in cibo delectatur. Vnde dictũ eſt ſerpen
ti: Super pectus tuum gradieris, & terrã come- Ge. 3.
des. & ſic iuſti qui deſpectui hic habebantur ab
eis, dominabuntur eorum in matutino. *& au-
xilium eorum* quorũ mors eſt paſtor, *ueteraſcet*,

id eſt, interiſſe patebit. auxilium dico, præſumptum à *gloria eorum*, id eſt, a flore quem habuerunt in hac uita. uel auxilium eorum ueteraſcet a gloria eorum remotorum, uel propter gloriā quam hic habuerunt. quia eatenus erunt inglorii, quatenus hic fuerunt glorioſi. *ueruntamen deus redimet animam meam.* Quaſi dicat: Iuſti in futuro dominabuntur, & interim quid? Tribulatio & omnis miſeria erit ſanctis. Sed q̃ cura? Quia licet tribulentur hic, tamē redimet eos de *manu inferi*, id eſt, de poteſtate tenebrarum, *cum acceperit me*, ſibi conformem fecerit. Vel dominabuntur iuſti in matutino, & tamē nō erit in medio, nō in umbra uidelicet & legalib⁹ cōſtitutis. ſed tamen redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me, id eſt, cum uerbum meam naturam ſibi inuiſendam aſſumpſerit. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.* Quaſi dicat: Quia florentes in hoc mundo, in inferno ad ultimum ponētur, & tu dominaberis, q hic deſpectus uideris. Ne timueris ergo ſperare futura & poſtponere præſentia, cū diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, id eſt, noli æmulari in eo qui proſperatur in uia ſua, *quoniam cum interierit, non ſumet omnia*, quia nihil ſecū portabit præter peccata. *neque deſcendet cum eo gloria eius*, quæ facta ē ſibi pomposo funere. Et quare non deſcendet? *Quia anima eius in uita ipſius*, id eſt, in hac præſenti, quam ipſe tantum credit uitam. *benedicetur* ab adulatoribus, quia ad cumulum miſeriæ ſuæ, non deſunt ſibi adulatores. & ipſe *confitebitur tibi cum benefeceris ei*, id eſt, cum in proſperitate eſt, tunc tantum laudabit te. Et ſibi quid inde? *introibit uſq; in progenies patrum ſuorum*, id eſt ad illam miſeriā perueniet, ad quam peruenit progenies patrum ſuorū, Cain uidelicet & cæteri. & ibi *non uidebit lumē uſque in æternum*, id eſt, quàm diu durabit æternitas. Et hoc quare? Quia *cum ipſe eſſet homo in honore poſitus, non intellexit: cōparatus eſt iumētis inſipiētibus, et ſimilis factus ē illis.* ut ſupius.

¶ Pſalmus Aſaph. XLIX.

DEus deorum dominus locutus eſt, & uocauit terram. A ſolis ortu uſque ad occaſum, ex Sion ſpecies decoris eius. Deus manifeſte ueniet, deus noſter & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, *&* in circuitu eius tēpeſtas ualida. Aduocauit cælum deſurſum, & terram diſcernere populū ſuum. Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Et annunciabunt cæli iuſtitiam eius, quoniam deus iudex eſt. Audi populus meus, & loquar: Iſrael, & teſtificabor tibi, deus deus tuus ego ſum. Non in ſacrificijs tuis arguam te, holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarū, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cæli, *&* pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu uero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalū: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiſcimini deum, nequando rapiat, & non ſit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

Quoniam non defuerant in priori populo, qui intelligerent ſacrificium cōſtitutum ſecundum ordinem Aaron, eſſe immutandū in ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedec conſtitutum: placuit ſpiritui ſancto, in perſona illorum per prophetam hunc prænotari pſalmum, ut in hoc pſalmo colligerent ſecum ſuos contemporaneos & poſteros, ad intelligēdum quod carnalis obſeruantia in ſpiritualem intellectum eſſet immutanda, & q̄ hæc mutatio eſſet futura per ipſum dominum noſtrum. Hoc etiam hic notatur, ne iudæis mira uideatur legis ſuæ deſtructio: quia ipſe dominus uenit, & nouam attulit. Dicit autem ſic Aſaph:

D*Eus deorū dominus locutus eſt*. i. deus a quo omnes q dij ſunt, deificati ſunt, nō ex ſuperbia geniti, ſed per gratiam eius iuſtificati. & & ſic dij facti. ipſe dico, qui nobis per Moyſen legem dedit, qui in prioribus temporibus per ſeruos locutus eſt, ipſe nūc locutus ē nobis nō p angelum uel per prophetā, ſed per ſeipſum. Heb. 1. unde illud, Ecce ego qui loquebar, ipſe aſſum. Et loquendo quid elegit? *uocauit terram à ſolis or*

tu uſque ad occaſum.nō ſolum Aphricam,ut qui-
dam dicunt,uocauit.ſed tantam uocauit, quan
tam fabricauit.In hac tamen uocatione non ſe-
parauit Aphricam . Gaudeat ergo Aphrica de
unitate,non ſuperbiat de diuiſione.*Ex Sion ſpe-
cies decoris eius*. Quaſi dicat: licet terra ab ortu
ſolis uſque ad occaſum uocata ſit,tamen ſpeci-
es decoris eius,id eſt,qui euangelii eius pulchri-
tudo dicuntur,ueniēt ex Sion, id eſt,ex iudæis.
quia apoſtoli,qui ſpecies dicūtur euangelii,red
dentes ipſum euangelium aliis ſpecioſum,ex iu
dæis nati ſunt.uel ſic : A ſolis ortu,id eſt,ab illis
in quibus aliquo modo per recognitionem le-
gis ſol uerus reſplenduit , uſque ad illos in qui-
bus penitus cecidit ſol. Vocauit terram.ſed ta-
men ex Sion ꝓceſſit prius ſpecies decoris eius .
unde illud, Confirma hoc deus quod operatus
Pſal.67. es in nobis , a templo ſancto tuo quod eſt in Ie-
ruſalem.Deus deorum dominus locutus,uoca
uit terrā,dicens: *Audi populus meus,& loquar Iſra
el*.q.d.ſi nō audis,etſi loquar, tibi nō loquar.*& te
ſtificabor tibi*,qd' *ego deus* Abraā & Iſaac,*deus tu
us ſum*,ſi audis. & ſi nō audis,ego bono meo de
us ſum, malo autem tuo deus tuus nō ſum.*Non
in ſacrificijs tuis arguam te*. Ecce quod teſtificatur
ſe non amplius requirere ſacrificium ſecundum
legalia inſtituta factum.quod dicit, Non arguā
te in ſacrificiis tuis,id eſt, non requiram à te,etſi
pingues tauros & cætera animalia mihi macta-
ueris.quid autem tunc?*Holocauſta autē tua in con
ſpectu meo ſunt ſemper*,id eſt, flagrantia charitatis
incendens te totum,eſt mihi placabilis. Incendi
tur homo totus,quando interior homo flagran
tia charitatis incenſus , membra corporis ad
uſum ſuum ſic rapit, ut ad illicita nunquam re-
ſurgant. *Non accipiam de domo tua uitulos* . Quaſi
Ecce ſacrificia de quibus non arguam te.nā ui-
tulos de domo tua,*& hircos de gregibus* non re-
quiram à te. Quoniam ſi uellem talia ,à te non
requirerem , cū *meæ* ſint *omnes feræ ſyluarum* , &
iumenta in montibus & boues . Et ne iſtis remotis,
aliquis uellet ſibi offerre uolatilia & fructus a-
gri,remouet & iſta, ſic: *Cognoui omnia uolatilia
cæli,& pulchritudo agri mecum eſt*. & ideo *ſi eſu-
riero, non dicam tibi* , quia *meus eſt orbis terræ &
plenitudo eius*. Sed *nunquid manducabo carnes tau
rorum,aut ſanguinem hircorum potabo*? Non.*immo
la deo ſacrificium laudis*. Ne ipſi quibus contradi-
Exo.23. xit, deinceps uellent uacui apparere in conſpe-
ctu ſuo, oſtēdet eis ſacrificiū quo ipſe placatur,
ſic:Immola deo, a quo habes quicquid boni ha
bes, ſacrificium laudis, bona opera tua, uide-
Matt. 5. licet ut hoc uidentes alij , glorificent patrem ue
ſtrum qui in cælis eſt. *& redde altißimo uota tua*,
te ipſum uidelicet . Nam quiſquis bene cogi-
tat quid uouendum ſit deo, nihil deo acceptabi-
lius pōt inuenire , quàm ut ſe ipſum uoueat &
reddat. *Et inuoca me in die tribulationis*. Quaſi di-
cat : Hoc fructu dico ut mihi immoles ſacrificiū
laudis,quia ſi immolaueris, & poſtea inuocaue

ris me in die tribulationis , ego *eruam te* ab ipſa
tribulatiōe, *& honorificabis me*, nihil præſumen
do de te. *Peccatori autem dixit deus ,quare tu enar
ras iuſtitias meas*? Quaſi dicat: Sic locutus eſt do
minus populo ſuo.nō ſuo autem , uidelicet pec
catori,dixit deus: quare tu enarras iuſtitias me
as,*& aſſumis teſtamentum meum per os tuum*? Cum Eccl.15.
nō ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris,qui hic au-
dit deum contradicentem peccatori ne prædi-
cet,intelligat eum alibi dicentem: Quæ dicunt, Mat. 23.
facite. quæ faciūt,nolite facere. Intelligat & Pau
lum,dicētem: Siue ueritate, ſiue occaſione Chri Phil.1.
ſtus annuncietur, & cætera. Sed hæc dicta ſunt,
ne timeant qui audiunt,ne uile ſit uerbum dei à
quocunque audiunt. Peccatori autem interdi-
citur ne prædicet,ut ſic non ſint ſecuri qui bona
dicunt & mala faciūt Nam ſunt qui dicunt, nō
perdet nos deus, per quorum os tanta bona uo
luit dici populo ſuo . q̃s tales arguit dominus,
ſic: Quare enarras iuſtitias meas,& aſſumis te-
ſtamentum meum per os tuum ? *Tu uero odiſti
diſciplinam*. Quaſi dicat : Non debes aſſumere te
ſtamētum meum per os tuum, quia tu odiſti di
ſciplinā,id eſt, eruditionem paternā.quia quan
do parco,cantas & laudas·quādo caſtigo,mur
muras . quaſi tunc tātum eſſem deus cum par-
co , & non deus tuus cum caſtigo , cum tamen
omnes quos amo,& caſtigo & arguo. *Et proie-* Pro.3.
ciſti ſermones meos retrorſum , ubi non uideantur Apo.3.
a te, ſed honorent te. Et hoc quomodo? Quia *ſi
uidebas furem, currebas cum eo*,ſibi cōſentiendo,
licet corporaliter talis non eſſes , *& cum adulte-
ris portionem tuam ponebas*,conſentiendo iterum
eis. & præter iſta peccata,*os tuum abundauit mali
tia*,id eſt,detractione proximi,*& lingua tua* con
cinnauit dolum , id eſt , ornatis uerbis protu-
lit dolum erga proximum . Et quomodo?
Quia *ſedens*,id ē , immoratus es in deliberatiōe
illa,quod notatur per ſedēs . Nam qui ſtans uel
tranſiens facit aliquid, non uidetur adhibere uo
luntatem facto. qui autem ſedet , ocium quærit
ut faciat. Quod hic dicit, Sedēs *aduerſus fratrem
tuum loquebaris* detrahendo ſibi , *& ſic aduerſus
filium matris tuæ ponebas ſcandalū* . Fratres dicun
tur perfectiores in fide,qui ſunt filii patrum, ha
biles ſolido cibo refici. quibus cum detrahitur,
ſcandalizātur filii matris, qui adhuc quaſi lacte
& non ſolido cibo nutriuntur. Nam cum a qui 2.Cor.10.
buſdam Paulus detrahebatur, dicentibus: Epi-
ſtolæ quidem graues ſunt & fortes , præſentia
autem corporis infirma, & ſermo contemptibi
lis:illi qui minus perfecti erant in fide , ſcandali-
zabantur. *Hæc feciſti*, uidelicet cucurriſti cum fu
re, portionem ponebas cum adultero. *& tacui*
a ueritate mea, differendo uindictam ut face-
res pœnitentiam , & ideo *exiſtimaſti inique quod
ero tibi ſimilis* , dimittendo uidelicet peccatum
tuum impunitum. & ideo *arguam te* de pecca-
to tuo, *& ſtatuam contra faciem tuam*, ut tandem
ſic cognoſcas multum eſſe peccatum tuum. q.d.

nonfacerem, ſi tibi multum prius eſſet. Nam cui
multum eſt peccatum, ei ignoſcit deus. Vnde il-
1. Cor. 11. lud, Si noſmetipſos dijudicarem⁹, nō utiq; a deo
dijudicaremur. Hucuſq; præpoſterato ordine in
troduxit Aſaph Chriſtum, loquentem nō mani
feſte, ſed occulte: quia ipſe cum in ſe eſſet fortis,
infirmus in carne apparuit. Nā oportebat eum
uideri, ut non intelligeretur; contemni, ut occi-
deretur. & ſic occultus inter Iudæos ambula-
uit, mira faciens, mala patiēs, donec in ligno ſuſ
penderetur. Et *deus noſter* qui in primo aduentu
ſic occultus uenit, *ueniet manifeſte & non ſilebit* iu
dicando, qui tunc non ſiluit monendo: & non ſi
lebit in iudicio, qui tunc non ſiluit in præcepto.
Ignis in conſpectu eius ardebit. Ignis iſte paleam in
cinerat, aurum purgat. ſed mutemus uitā, ut nō
timeamus pœnam. & in hoc quiſq; ſtudeat, quia
& ſi fieri poſſet ut dies iudicij non fieret, tamē nō
eſſet male uiuendum: quia ſi nulla alia pœna im
mineret peccatoribus niſi ſeparatio a facie dei,
tamen in quantalibet eſſent affluentia diuitiarū,
non uidentes a quo creati ſunt, & ſeparati ab il
la dulcedine ueritatis eius, ſe plangere deberent:
quod nouerūt illi, qui utcunq; ueritatis illius dul
cedinem ſentire cœperunt. Qui autem non deſi
derat faciem, timeat uel ignem. & quem non in
uitant præmia, terreant ſupplicia. Vile eſt tibi
quod pollicetur? contremiſce ſaltem quod mi-
natur. *Et in circuitu eius tempeſtas ualida.* quæ ſe-
parabit agnos ab hœdis, quæ uentilabit omne Mat. 25.
granum a paleis ſeparando. Et qualiter hoc fiet? Mat. 3.
Aduocauit cælum deſurſum, id ē, iudicatores ſuos:
& terram, id ē, ipſos iudicādos. *diſcernere* in ipſis
populum ſuum a populo non ſuo. Et quia uos cæ
li uocandi eſtis ad hoc ut iudicetis. & nūc *congre
gate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius
ſuper ſacrificia*, id eſt, qui promiſſiones eius digni
ores faciunt ſacrificiis ſuis, exiſtimantes nō eſſe
cōdignas paſſiones huius temporis ad futuram Ro. 8.
gloriam. uel qui ordinant teſtamentum eius ſu-
per ſacrificia, id eſt, qui ponunt eius promiſſio-
nes ſup bona opera ſua, de uirtute in uirtutem Pſal. 83.
euntes. & uobis congregantibus *annunciabūt cæ
li iuſtitiam eius.* hanc uidelicet, *quoniam deus iudex
eſt*, & reddens unicuiq; ſecundū opa ſua. Vel ſic,
aduocauit terrā diſcernere populū ſuū, & bene
poteſt, qm̄ deus iudex eſt, oīa in ueritate diſcer
nens. Et quandoquidem deus occultus in pri-
mo aduentu uenit, manifeſtus in ſecundo, *intel
ligite hæc* uerba domini *qui obliuiſcimini deum*, di
centē: *Sacrificiū laudis*. i. opa bona nō pſumptuo
ſe, ſed in laude dei facta, *honorificabit me. & illic*,
id ē, in ſacrificio laudis. eſt iter *quo oſtēdā illi ſalu
tare dei.* i. Ieſum Chriſtū. Vel oſtendā illi ſaluta-
re dei, quia diligā eum, & manifeſtabo meipſum Ioh. 14.
ei. & ideo hæc intelligite, *nequando rapiat* uos,
mittēdo in tenebras exteriores, *& non ſit qui eri
piat.* quia non eſt iudicium contra dominum. Pro. 21.

¶In finem Pſalmus Dauid, quando uenit ad eum Nathan pro
pheta, quando intrauit ad Bethſabee. L.

MIſerere mei deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim ueritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me *domine* hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium, dediſſem: utique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non deſpicies. Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum uitulos.

Proponitur omnibus fidelibus in hoc Pſal-
mo peccatum Dauid, non in patrocinium pec
candi, ſed in exemplum reſurgendi: ut qui pec
cauerunt cum Dauid, diſcant reſurgere cum Da
uid. Quod ſit illud peccatum, titulus pſalmi ape
rit: Pſalmus Dauid, cum ueniſſet ad eum Na-
than propheta, quia intrauit ad Berſabee. Hic
titulus ſumptus eſt de hiſtoria. Berſabee uxor
erat aliena, ſcilicet Vriæ Ethæi. Hanc cum ui- 2. Reg. 11.
diſſet Dauid, deambulans in ſolario poſt meri-

diem, euntem lauatũ, eius pulchritudine captus
eſt. cum eſſet rex & propheta, longe erat muli-
er. ſed prope erat hoſtis qui eum inuaſit, ſcilicet
libido. Et in hoc monemur ocium fugere. Quã
diu enim Dauid paſſus eſt perſecutionem Saul,
nihil tale commiſit. Cognita quæ eſſet, & uoca-
ta ad ſe, cognouit eam. quæ concepit ex eo. Vo-
lens itaque Dauid crimen celare, miſit ad Ioab
principem militiæ ſuæ, ut remitteret ei Vriam.
Quem de prælio redeuntem rex benigne ſuſce-
pit, & tandem in domum ſuam deſcendere iuſ-
ſit, ſequente eum regio cibo. Qui non intrauit
ad uxorem ſuam, ſed manſit nocte illa in domo
Dauid cum ſeruis illius. quo cognito, poſtquam
ab eo quæſiuit cur in domum ad uxorem ſuam
nõ introiſſet, & ille dixiſſet indignum fore ut do
minus ſuus Ioab in periculo eſſet cum toto exer
citu, & ipſe uoluptati operam daret: miſit per eũ
rex literas ad Ioab, ut educeret exercitum con-
tra hoſtes. & ubi pugna uehementior eſſet, ibi
poneret Vriam, ut ab hoſtibus interficeretur.
& ſic auctum eſt adulterium homicidio. deinde
duxit Berſabee uxorem. Poſt hoc factum miſ-
2.Re.12. ſus eſt ad eum Nathan propheta a domino, qui
eum argueret de tanto commiſſo, qui per ſimili
dinem ad rem accedens, dixit regi duos fuiſſe,
unum qui haberet centum oues: alterum, uici-
num eius, qui non haberet niſi unam, quam in ſi
nu ſuo foueret, quæ de calice eius biberet, & de
pane ſuo ederet. Veniente autem hoſpite, illum
alterum dimiſiſſe omnes oues ſuaſ, & abſtuliſſe
uicino ſuo illam unicã, & dediſſe hoſpiti ad epu
landum. quid inde iudicaret. Qui non intelli-
gens parabolam, ſeueram ſententiam dedit, q̃d
mori deberet, & in quadruplum reddere ouem.
Cui propheta: Tu es ille. Qui noluit defende-
re peccatum ſuum, ſed humiliauit ſe ad pœni-
tentiam quo uſque audiuit, Noli timere, quia
tranſtulit dominus a te peccatum tuum. Atten-
denda hæc infirmitas carnis, recordanda uerba
Ro.6. Apoſtoli: Non ergo regnet peccatum in ueſtro
mortali corpore. non dixit, non ſit: ſed, non re-
gnet. Ineſt peccatum, cum delectaris: regnat, ſi
conſenſeris. Admonemur exemplo, Dauid non
relaxare carnalem cupiditatem: admonemur eti
ãm, non extolli in proſperis. Nam periculoſior
eſt res proſpera animo, quàm aduerſa corpori.
amouet etiam deſperationem, cum Dauid tan-
ti criminis reus, non deſperauit. Iſte pſalmus ſic-
ut cautos facit qui non ceciderunt, ita deſpera-
tos non uult.

Miſerere mei deus ſecundum magnam miſeri-
cordiam tuam. Cuius magna eſt miſeria,
magna erit miſericordia. Illi paruam rogent mi-
ſericordiam, qui parum, id eſt, ignoranter pec-
cauerũt. Graue eſt quod habeo. ſed ad te omni-
potentem confugio. De letali uulnere deſpera
rem, ſi te talem medicum non cognoſcerem. *Et
ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele
iniquitatem meam.* Miſeratio eſt exhibitio miſeri-
cordiæ, id eſt, ſecundum multiplicem miſericor
diæ exhibitionem quam præbuiſti humano ge-
neri ab initio mundo. Attendis enim contempto
res, ut corrigas: neſcientes, ut doceas: confitẽtes,
ut ignoſcas. dele iniquitatem meam, quæ fuit q̃a
feci alijs, q̃d mihi fieri nolui. ideo hic dele per mi-
ſericordiam, ne in futurũ reſerues ad pœnam.
Amplius laua me ab iniquitate mea. Neceſſe habent
lauare, qui minus peccauerunt. me autem ampli
us, id eſt, multo plus quàm ego petere ſciã. Vel
qui peccata lauas ignorantis, amplius laua pec-
cata ſcientis. ab iniquitate mea *& à peccato meo
munda me.* Iniquitas fuit in illum, cuius uxorem
abſtulit. peccatum in ſe, quia in hoc tranſgreſſor
legis factus ẽ. Scio enim quoniam magnum pec
catum eſt contrectare alienam uxorem, uirum
eius neſcientem, & ideo nec contradicentem, in
terficere. ideo miſerere, dele, laua: *quoniam iniqui-
tatem meam ego cognoſco,* id eſt, quia ego punio, tu
noli punire. Quaſi aliquis dicat: neſcis quid pe-
tas, neſcis quem inuoces. Iuſtus eſt, iuſtitiam ab
eo auferre non potes. & quia iuſtus eſt, odit pec
catum tuum. & ſi odit, non dimittet impunitum.
Quid ergo? Rogas miſericordiam ut auferas iu
dicium? Nolo, ſcio quod iuſtus eſt, & ab eo ne-
queo iuſtitiam auferre. Imploro quidem miſeri
cordiam, ſed attendo iuſtitiam. ſed ideo nolo ut
me punias, quia ego peccatum meũ punio. ma-
gna mihi miſericordia uidetur, ſi me peccatum
meum punire permittas, ut tibi non reſeruetur.
Cognoſco *peccatum meum.* Nam coram *me eſt
ſemper.* non habeo poſt me ut nõ uideam, quem
admodum tunc habui, quãdo tam ſeueram ſen 2.Re.12.
tentiam in alios dedi. Quia enim ſuum pecca-
tum non cognoſcebat, ideo alieno non ignoſce-
bat, ideo tam ſeuere iudicabat. ſed uſus eſt deus
lingua illius quaſi ferramento ad reſecanda uul-
nera cordis eius. Tu miſerere, tu munda. quia *ti-
bi ſoli peccaui.* Tu ſolus mederis, ſolus peccata di
mittis. Ille ſolus eſt iuſtus punitor, qui in ſe non
habet quod puniatur. *& ideo tibi ſoli, quia ma-
lum coram te feci.* alios latere potuit peccatum me
um. te autem celare non potui, quia omnia ſunt
nuda & aperta oculis tuis. Intãtum tibi ſoli pec Heb.4.
caui, intantum tu es iuſtus, *ut iuſtificeris in ſermoni
bus tuis,* id eſt, ut etiam in ſermonibus tuis iuſtus
ſis, cum omnis homo præter te ſit mendax. *Et
uincas* ſcilicet omnes iudicatos. omnes enim iu-
ſte iudicari poſſunt, quanquã multum iuſti, mul
tum prouecti. tu ſolus iniuſte, quia ſolus a pecca
to immunis. *Cum iudicaris* o pater in filio, uerbũ
in aſſumpta humanitate hoc futurum præuidit,
ut filius dei ueniret iudicandus. *Ecce enim in iniqui
tatibus conceptus ſum.* Quaſi dicat: Et nõ ſolum iu
dicatus uincis omnes iudicatos in tali ſcelere qua
le meum eſt, in hoc quod illi iuſte, tu iniuſte: ſed
etiam omnes homines, quia omnes ſunt pecca-
tores. tu autem ſolus ſine peccato. Et transfert in
ſe omne humanũ genus. Ecce enim in iniquitati
bus conceptus ſum. In quibus, ſubiungit: *Et in*

peccatis cōcepit me mater mea.i.in cōcupiſcētia car
nali concepit. Quæ carnalis delectatio ex pec-
cato primi parentis in carne noſtra uiget. Non
ideo in peccatis cōcipiuntur homines, quia pec
catum eſt, miſceri cōiugibus. opus hoc caſtum
in cōiuge non habet culpam. ſed origo peccati
ſecum trahit quaſi ex radice debitā pœnā. Nō
enim maritus, quia maritus eſt, mortalis eſt.
erat enim & dn̄s mortalis. ſed nō de pctō ſuſce
1.Cor.15. pit pœnā noſtrā, ſed non culpā noſtrā. Merito
ergo in Adā omnes moriuntur, in Chriſto au-
tem omnes uiuificabūtur. Ergo miſerere, dele,
munda. & opus eſt. *Ecce ueritatē dilexiſti*.i. iu-
ſtum iudicium, mem̄ ut nec illis parcas quibus
ignoſcis. aut enim illi punient, aut tu. & ideo p̄-
rogas miſericordiā, ut ſerues iudicium. ignoſcis
cōfitenti, ut tu nō punias, ſed ſe ipſum punienti.
Et quia ueritatem dilexiſti; quia nullum pctm̄
impunitum dimittis, prærogaſti miſericordiā,
ut ſeruares iudicium. Nam miſſo propheta tuo
q me corripuit, qui pctm̄ meum me cognoſcere
fecit ut punirem, *manifeſtaſti mihi incerta & oc-
culta ſapiētiæ tuæ*, ut etiā tā grauiter lapſis ueniā
nō negares, quod diſpoſuiſti per ſapientiā tuam
qua hominem creaſti, & creaturā tuā in eis per
ditā roboraſti, quæ uſq; adhuc aliis incerta fue-
runt. In qua incertitudine Niniuitæ pœnitentiā
Ioel.2. egerunt. Dixerunt, Quis ſcit ſi conuertatur &
Ion.3. ignoſcat deus? Hæc ſunt illa incerta: *Aſperges
me domine hyſſopo, & mūdabor*.i. dabis mihi humi
litatem. Hyſſopus herba eſt q̄ pulmonem pur
gat. & eſt humilis. In pulmōe q inflatur, tumor
ſuperbiæ accipitur. cōtra quem morbum humi
litas medicinā præbet.i. humilitate & charitate
te amplectar, ut illa herba adhæret ſaxo. cōfite-
bor tibi pctm̄ meum, nō defendam. diſplicebo
mihi, ut tibi placeā. *lauabis me* taliter aſpergen-
do a peccatis meis. *Et ſuper niuē dealbabor*, quia
intus in anima: cuius maior eſt lauatio q̄ corpo
ris, ſicut maius eſt anima q̄ corpus. Aliter: Tibi
ſoli peccaui, & malum coram te feci. Alii ſi pec-
cant, regi qui iudex poſitus eſt, peccant & deo.
rex ſi peccat, ſoli deo peccat, qa ſolus deus pu-
nit eū. Ergo miſerere, d.m. ut iuſtificeris in ſer-
mōibus tuis.i. ut uerax inueniaris in pmiſſis tu
is, q mihi p ſpm̄ ſctm̄ promiſiſti: de fructu uētris
Pſal.131. tui ponā ſup ſedem tuā, uideor enim indignus
de cuius pgenie filius dei carnē aſſumat, ſi a tan
to ſcelere nō emundes. & uincas ſ. illos, qui ne-
gāt te mihi pmiſſa ſoluere debere, cū iudicaris
ab illis indignus qui ſoluas, cum ſim tāti crimi-
nis reus. Et ideo miſerere, dele, laua. & opus eſt,
quia ſi nō eſſet hæc noua iniquitas, tn̄ haberes
ex ueteri multum q̄d in me punires. Ecce enim
in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis
cōcepit me mater mea, ut ſupra. Et hoc dicens,
quod in iniquitatibus cōceptus ſum, non reſun
do culpā in autorem, ſed uerā tibi facio confeſſi
onem, quā tu diligis. Ecce enim ueritatem dile-
xiſti.i. uerā cōfeſſionem. & ideo quia tāta eſt ini
quitas mea, miſerere. Et ſcio qa miſereberis, qā
incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mi
hi. cognoui enim per ſpm̄ cōſilium diſpoſitiōis
antiquæ, reparatiōis nouæ, felicitatis æternę, q̄d
aliis incertum eſt. Mittes filium tuū, in quo no-
bis erit occulte uera remiſſio. Et illo hyſſopo o
dn̄e aſperge me.i. cōformatiōe illius qui ſignifi-
catur per hyſſopū. Nā quemadmodum hyſſo
pus ualet ad reprimendā inflationem pulmōis,
ſic cōformatio Chriſti.i. humilitas ualet ad no-
ſtrā ſuperbiā deprimēdā. uel quemadmodum
hyſſopi faſciculus intinctus ſanguine uitulæ, ua
let ad exteriorem mundationem leproſoꝝ: ita Leuit.14
effuſio ſanguinis Chriſti, ualet ad noſtrā exteri
orem mundationem. lauabis me ſ. exterius, &
ſuper niuem dealbabor ſ. interius. Aliť: Ideo mi
ſerere, quia pmiſiſti regnum iuſtis. ergo niſi me
& alios iuſtifices, nullum inuenies cui des. ſed
miſerere, iuſtifica. & hoc modo uincas illos, qui
negāt fieri reparationem poſt lapſum, uel qui
dicunt p uno pctōre te auferre regnū iuſtis. hec
eſt illa hyſſopus, illa humilitas. *Auditui meo dabis
gaudiū*. gaudebo audire reprehenſionem tuā, &
nō loqui cōtra te, nō defendere pctm̄. Vnde Io
hānes, Amicus autem ſpōſi ſtat & audit, & gau Ioh.3.
dio gaudet. Hæc eſt uera humilitas, ſibi diſplice
re ut placeat deo. quicquid peccati eſt, ſibi im-
putare: qcquid iuſtitiæ, deo. *Et exultabūt oſſa hu
miliata*.i. anima mea humiliata gaudebit, q̄ per
ſuperbiā in mœrorem uenit. Aliť: Et tādem poſt
illā mundationem & lauationem, auditui meo
dabis gaudium, ut audiā: Venite bn̄dicti patris Mat.25
mei, percipite regnum. Et tunc exultabunt oſſa
humiliata.i. uirtutes nunc humiliatæ & facile re
uincibiles, *ibi* erunt fortes & inuincibiles. Et ut
oſſa exultent, *auerte faciē tuam à pctīs meis*.i. dele
pctā mea, ut ea nō tādem punias. Merito rogat
deum auertere faciem a peccatis ſuis, qui inde
nō auertit faciem ſuā. a peccatis autem faciem,
nō a me. *Et nō ſolum ab his peccatis q̄ mō feci,
ſed oēs iniquitates meas dele*, originales & actua-
les. Hoc mō dele: *Cor mundū crea in me deus*, quia
meum cor ego pollui de opere iniquitatis. *Et ſpi
ritū rectū* quem ego diſtorſi, *innoua in uiſceribus
meis*.i. in interiori meo, qui inueterauit & defe-
cit in me. *Et me innouatū ne proiicias à facie tua*,
id ē, ne permittas cadere in peccatum ulterius.
Et deinceps *ſpiritūſanctū tuū*, id eſt, a te datum,
ſcilicet ſpiritum cōpunctionis & pœnitentiæ, *ne
auferas à me. Redde mihi lętitiam ſalutaris tui*. So-
lebam mihi applaudere de cognitione aduen-
tus filij tui. ſed nunc non eſt gaudendum, cum
ſim iniuſtus. ideo iuſtifica, ut de illo aduentu ua-
leā lætari. ipſe enim ab inferis eſt educturus ſu
os quos ibi inueniet. *Et in hac lætitia cōfirma me
ſpiritu principali*, id eſt, ſpiritu ſancto, qui ſpiritus
eſt omnium bonorum ſpirituum, *confirma me*.
Nullus ſaluari poteſt ſine illo ſalutari. ita enim
à ſanctis patribus diſpēſatio ſuſceptæ carnis cre
debatur, ut a nobis facta creditur. Quaſi dicat:

Et quo fructu hoc petis? Magno. *Docebo iniquos*
uias tuas. iniuſti meo exemplo non deſperabũt,
ſed per me agnoſcent uias tuas, id eſt, miſericor
diam & iudicium. Et meo exemplo *impij ad te*
conuertentur. Et ut meo exemplo impij ad te cõ
uertantur, *libera me de ſanguinibus*, id eſt, carnali-
bus cõcupiſcentijs, ne occidar amplius intus. *de*
us deus ſalutis meæ, ſubaudis autor. *Et exaltabit lin*
gua mea iuſtitiam tuam, non meam, ſcilicet fidem
Ieze.18. iuſtificãtem, uel quod tu nõ uis mortẽ peccato-
ris. Reuera liberabis Nã o *domine labia mea ape-*
ries. labia cordis clauſa ex peccato, aperies ad
laudem tuam, per gratiam iuſtificando. *Et os me*
um ſcilicet exterius *annunciabit laudem tuam*, quæ
multiplex eſt. Hominem enim ut ſit, creas. pec-
cantem non deſeris. confitenti ignoſcis. & ut ſit
ſecurus, mundas. Sacrificium laudis tibi offe-
ram, quia aliud ſacrificium non uis. *quoniam ſi uo*
luiſſes ſacrificium ſcilicet exterius, *dediſſem* oues
& boues & uictimas multas. Illo tempore erat
Dauid, quo uictimæ animalium offerebantur
deo, & uidebat hæc futura tempora. Nos ergo
in his uocibus ſumus. Nihil ergo offeremus? im
mo habes quod offeras. *Vtiq; holocauſtis* ſcilicet
uictimarum *non delectaberis.* Nam *ſacrificium* ſci
licet deo placens, *ſpiritus contribulatus* repugnan
do carni. *cor contritum* pœnitentia, *& humiliatum*
a ſuperbia. uel ad hoc humiliatum, ut ſemper ſi
bi in futurũm caueat. Hieronymus: Multi ha-
bent cor contritum, & non humiliatum: quia
plangunt quod fecerunt, & poſtea in idipſum
redeunt. Et ut ſacrificium laudis tibi non ſolum
a me, ſed a multis fiat: *benigne fac domine Sion*, id
eſt, mitte quem miſſurus es. Sion, id eſt, eccleſiæ Exo.4.
tuæ, quæ obliuiſcens quæ retro ſunt, in anterio Phil.3.
ra ſe extendit. *In bona uoluntate tua*, id ẽ, in Chri
ſto tuo. uel non in merito ſuo, ſed in miſericor-
dia tua. *ut ædificentur muri Ieruſalem*, id eſt, ut per
ficiantur fideles, quorum perfectione conſtru-
cta erit Ieruſalem, id eſt, ciuitas pacis, ciuitas illa
quã nullus hoſtis intrabit, a qua nullus ciuis ex-
cludetur. Vel ędificentur muri Ieruſalem, id eſt,
immortalitas & impaſſibilitas. Qui muri de-
ſtructi ſunt in primo parente. *Tunc*, id eſt, ædifi-
cata Ieruſalem, *acceptabis ſacrificium iuſtitiæ*, id
eſt, iuſtum ſacrificium, ſcilicet ipſos iuſtos. nunc
acceptas ſacrificium pro peccato ſpiritum con
tribulatum, tunc laudis ſolius acceptabis, id eſt,
frequenter & ſine intermiſſione accipies. Beati Pſal.83.
qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſecu
lorum laudabunt te. *Oblationes* ſcilicet ueras *&*
holocauſta uera, cum totum abſumet flamma
ignis diuini, ſcilicet hæc holocauſta. *Tunc impo-*
nent ſeipſos *uitulos*, id eſt, puros & innouatos. *ſu*
per altare tuum, id eſt, ſuper intimam mentis de-
uotionem.

In finem intellectus Dauid, cum uenit ad eum Doeg Idu maeus, & nunciauit Sauli, uenit Dauid in domum Abimelech. LI.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia uerba præcipitationis lingua doloſa. Propterea deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt & dicent: ecce homo qui nõ poſuit deum adiutorem ſuum. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in uanitate tua. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei, ſperaui in miſericordia dei in æternum & in ſeculum ſeculi. Confitebor tibi in ſeculum quia feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

Nota hiſtoria. Dauid fugiens a facie Saul, ue
1.Re.22. nit ad Abimelech ſacerdotem. & accepit gladi
um in templo reconditum, quo Goliath fuerat
occiſus. & accepit ab eo panes propoſitionis. ſi
mulato negocio, receſſit feſtinanter ab eo. Erat
autem tunc ibi Doeg Idumæus, princeps pa-
ſtorum Saul, quando Dauid uenit ad Abime-
lech. Iratus autem Saul, quæſiuit qd cauſæ eſſet
quod nullus ei proderet Dauid. uenit Doeg,
& dixit: Vidi Dauid in domo Abimelech. ira
commotus Saul præcepit ſeruis ſuis, ut interfi-
cerent Abimelech & totum ſacerdotale genus
illius ciuitatis. Doeg uero adhuc in nequitia
ſua æſtuãs, irruit in eũ, & interfecit Abimelech
& omnes ſacerdotes illos, cum nullus aliorũ au
deret manum extendere in ſanctos domini. Hi-
ſtorialiter nihil tale agitur in hoc Pſalmo, unde
ad myſterium trahimur. In Dauid, Chriſtum
accipimus his de cauſis, quibus ſæpe eſt dictum.
in Saul, regnum terrenum. Saul interpretatur
appetitus. & Iudæi contra uoluntatem dei ap-
petierunt ſibi Saul in regem, & dominus eum
elegit non permanſurum, ſed ad populum il-
lum corrigendum. Per appetitum accipimus
mortem, de qua dictum eſt: Deus nõ fecit mor Sep.1.
tem, nec lætatur in perditione hominum. impii
aũt accerſierunt ſibi eã manibus & pedibus, &
amplectẽtes defluxerũt per eam. Saul perſeque

batur Dauid. & regnum terrenum perſequitur filios regni cæleſtis,uel mors. Ex eo enim om̃is perſecutio,quod mortales ſumus. niſi mortales eſſemus,nõ eſſet qᵈ nobis faceret inimicus. Abimelech interpretatur patris mei regnum. Doeg, motus. Idumæus,terrenus. Venit Dauid in domum Abimelech, & Chriſtus in terram iudæorum,q̃ regnum Dauid patris ſui fuit ſecundum carnem. uenit per incarnationem,quem uidens motus terrenus .i. illi qui mouebantur propter terrena,quæ Chriſtus cõtemnenda dicebat,accuſauerunt eum apud terrenos principes. Miſit Saul qui perſequerentur Dauid. ſed Dauid euaſit eorum manus, non tamen ſine ſanguine. quia interfecti ſunt ſacerdotes. Ita & in perſecutione Chriſti euaſit uerbũ,ſed caro eius occiſa eſt. Poteſt hæc pſecutio generaliter referri ad corpus Chriſti.i. ad omnes illos qui in Dauid uolunt eſſe Dauid.i.in Chriſto Chriſtiani. q̃s terrena amãtes,apud huius ſeculi principes accuſare non ceſſant. Vel ad pſecutionem antichriſti, quæ maxima erit. Vnde dictum eſt, Veniet tempus quale nõ fuit ex eo quo gẽtes eſſe cœperunt. quo tempore omnes ſacerdotes interficientur.i. omnes Chriſtiani, in quorum domo .i. in quorum pectore Dauid.i. Chriſtus erit ,quem Antichriſtus perſequetur , ſed occidere non poterit. non enim poterit Chriſtianis Chriſtũ auferre. Conſtructio tituli. Hæc uerba huius pſalmi referuntur in finem tempor̃ .i. plenitudinem,ut intelligas hæc facta hiſtorialiter. & ſunt intellectus, quia intelligimus in his prius tribulãdũ, poſtea gaudendum. attribuendus Dauid prophetæ .i. dignioribus membris,uel propoſitus ab ipſo capite alijs,ut intelligant quod omnibus impijs propoſitum eſt deuorare pios. Intellectus dico, ſignificatus in illo hiſtoriali negocio,cum Doeg Idumæus.i.cum Iudas & iudæi moti pro terrenis .i. loco & gente , uenerunt ad Saulem .i. ad principes,ad Pilatum & alios,dicentes : Venit Dauid in domum Abimelech. Ecce cõuerſatur (Iob.11.) inter nos. ſi dimittimus eum ſic,uenient romani & tollent noſtrum locum & gentem. Vel cum uenit Doeg Idumæus .i. quique perſecutores moti pro terrenis,uenerunt ad Saulem.i.ad ſeculares poteſtates,accuſare illos in quorum corda uenit Chriſtus per cõformationem. Et eſt intentio prophetæ in hoc pſalmo , oſtendere prius oportere tribulari, poſtea clarificari: prius ſedendum,poſtea ſurgendum. quemadmodũ Dauid poſt multas perſecutiões ad regnum peruenit, & Chriſtus martyrum caput,prius paſſus, poſtea clarificatus eſt.

TV *qui es potens in iniquitate* .i. cui deus pmiſit poſſe exercere crudelitatem & odium in ſanctos ſuos,quod iniquum eſt,uel in diuitijs & potentia ſeculari: quia omnis diues aut eſt iniquus,aut hæres iniqui. quæ potentia non eſt potentia,ſed impotentia : non eſt gloria,ſed ignominia. *Quid gloriaris in malitia?* Quãdoquidem malitia eſt quam exerces , quid gloriaris in ea? Sic gloriaris, tanquã ſi inſano permitteretur poteſtas ſe perimendi . occidis ſanctorum corpus. hoc & ſcorpius,hoc & una febris,hoc & uermiculus ualet. ſed occidis animam tuam , illorum animã cõſeruas. Quid ergo i his gloriaris? Qui (Iere.9.) gloriatur,potius in dño glorietur. Oſtendit illã (1.Cor.1.) malitiam. *Tota die*,id eſt,aſſidue,ſine laſſitudine, ſine interuallo. quando enim non facis,cogitas. *iniuſtitiam cogitauit lingua tua* . Non eſt officium linguæ cogitare,ſed loqui. ſed peruerſus peruertit (Eccl.21.), quia in ore ſtultorum cor eorum,ſ. qui non ante cogitant quàm loquãtur. *Sicut nouacula acuta feciſti dolum*,id eſt,fraudulentam perſecutionem tuam ſic feciſti expeditam ad nocendũ, ut eſt nouacula acuta ad incidendum. Vel ſicut nouacula , etſi multum ſit acuta , tamen non ualet ſecare niſi infirma,ita & dolus tuus in corpus ualet,& non in animam. Vel ut dicatur de Iudæis, Nouacula ad hoc acuitur,ut præparet nitorem uultus. eodẽ modo deus præparauerat iudæos per legem,ut nitorem uultus ſui per eam in alijs pararent. Sed ſicut nouacula acuta quæ nitorẽ debet facere,facit dolum, uertendo ſe ad incidẽdã carnem: ita & iudæi uerterunt ſe ad occidendum,non ſolum ſeruos,ſed etiam filium. Et hoc iniquitas. *Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem.* q̃d naturaliter ſupius eſt,habuiſti inferius:& quod naturaliter inferius,habuiſti dignius. Nullus liquor magis petit ſuperiora quàm oleum , cui aſſimilantur opera miſericordiæ,quæ ſicut deſuper ſunt , ita & ſemper deſuper haberi deberent. ſed tu cum utrunque eſſet ante oculos tuos , magis dilexiſti malitiam quæ poſtponenda foret,quàm benignitatem quæ foret præponenda. Et non ſolum in corde hanc peruerſionem feciſti, ſed etiam dilexiſti *loqui iniquitatem magis quàm æquitatem* ad proximum . Nihil iniquius quàm contraire deo ſuo, quã denegare deo ius ſuum in ſe & in aliis. *Dilexiſti omnia uerba præcipitationis*, ſuſurrationes, detractiões, rixas, adulationes . Hæc omnia ab alijs libenter audiſti, cibos amaritudinis non das uentri , & cibos iniquitatis das animæ? Miſer, naufragium fugis, & plumbum amplecteris? uerba dico, entia in *lingua doloſa*,in lingua fraudulenta. Quid gloriaris in talibus? Non eſt in his gloriandum. ſi uis conſiderare non priora tuæ nequitiæ , ſed poſteriora , ſcilicet ad quàm malum finem te deducet . quia *deus propterea deſtruet te* multimoda deſtructione eunte in finem , ſcilicet ſemper quærente finem ,& nunquã inueniente . Et hic *euellet te* ut infructuoſam arborem *de tabernaculo tuo*, id eſt, de eccleſia . non hic militabis , non hic hoſtem cauebis in tabernaculo , ut tandem gaudeas in palatio? In tabernaculo dei eſt quiſque, quantum ad naturalem intentionem: quia

naturalis intentio ad bonum nos oẽs ducit, ſed
deuius error abducit quoſdam. *Et emigrabit te,*
id eſt, emigrare te faciet *de tabernaculo tuo*, id eſt,
non eris hic in tabernaculo, non habebis partẽ
in reſurrectione prima. Si ad Iudæos, de legali
bus inſtitutis. *Et euellet radicem tuam de terra ui-
uentium.* Radix noſtra eſt charitas. fructus, bona
opera. opus eſt ut opera tua de charitate proce
dant. & tunc eſt radix tua, & ideo nec uirdita-
tem habent, quia non manent in radice charita
os. *Videbunt iuſti.* Hic eſt intellectus, de quo titu
lus. Quaſi dicat: Et hæc eorum perditio nõ erit
ſine magno fructu bonorum. Nam uidebũt iu-
ſti. i. attendent non tantum priora eorum, quæ
modo florẽt, ſed poſteriora impiorum, quæ ari
da erunt. *Et timebunt*, ne talia poſteriora incur-
rant. cauebunt ſibi hic a gloriatione impiorum.
Vnde alibi, Manus ſuas lauabit in ſanguine pec
Pſal 57. catoris. Intelligent hanc eorũ gloriationem eſſe
eorũ deſtructionem. quia inimici domini mox
ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes
Pſal. 36. quemadmodum fumus deficient. *Et ſuper eum
ridebunt.* Quaſi dicat: Et hoc intelligendo facti
ſuper eum, in eo quod non ponent ſpem in cadu
cis, ſed erigunt ad ſuperna, corpore quidem in
fra eum, ſed mente ſuper eum ridebunt. i. gaude
bunt. *&* ridendo *dicent: Ecce homo qui non poſuit
deum adiutorem ſuum.* hic eſt qui maluit confor-
mari Adæ quàm Chriſto. ideo deus deſtruet eũ.
Vel tandem in nouiſſimis gaudebunt, facti ſupe
riores iſtis, iudicando illos a quibus hic iudica-
ti fuerunt. & tunc irridendo eos, dicent: Ecce ho
mo qui non poſuit deum adiutorem ſuum. de
Ge. 3. ſpectiue dictũ, ut illud: Ecce Adam quaſi unus
ex nobis factus eſt. Ecce apparet quod homo ẽ,
quod fragilis, qui maluit ſibi deus eſſe, ut miſer
Adam, quàm ponere deum adiutorem ſuum.
ſarcaſmos figura, id eſt, hoſtilis irriſio. *Sed poti-
us ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.* Nota,
Non dicit, habuit diuitias: ſed, ſperauit in eis.
Ioſeph habuit diuitias, ſed nõ ſperauit in eis. ad
utilitatem aliorum habuit. Nõ ſibi hic applau
dat pauper pannoſus qui non habet diuitias.
Multi enim pauperes ſunt in arca corporis, qui
diuites ſunt in arca cordis, & econuerſo. unde Mat. 5.
dicitur in euangelio, Beati pauperes ſpiritu. *Et
præualuit* ſcilicet nobis, maiorem ſe nobis fecit,
in uanitate ſua. Nihil uanius quàm pluris facere
nummum quàm deum. Ille quia in multitudine
diuitiarum (Diuitias hic uocat, opes, potentias,
honores, uoluptates, & cætera talium) ſperauit,
ideo tãdem deſtruetur. *Ego autem ſicut oliua fru
ctifera.* Quaſi dicat: Ille in multitudine diuiti-
arum ſuarum, ideo radix eius euelletur: ego au
tem ſicut oliua cuius radix nutritur, non eradi-
catur, tandem fructifera *in domo dei*, plena fru-
ctus, plena omni iucunditate, cum deus erit o-
mnia in omnibus, & ſi modo arida. Ego inquam 1. Cor. 15.
ut oliua, *Confitebor tibi in ſeculum* in domo dei,
conſtitutus in palatio, qui hic militaui in taber
naculo. ueram confeſſionem faciam, tunc uere
te laudabo, cum nihil erit in me quod tibi diſpli
ceat. Et merito, *quia tu feciſti* illam confeſſio-
nem, uel me oliuam fructiferam. Et ideo tan-
dem confitebor, quia hic *ſperaui in miſericordia
dei* perducẽte *in æternum & in ſeculum ſeculi*, non
in diuitijs. *Et expectabo nomen tuum.* Interim dum
in tabernaculo ſum, cum patientia ſuſtinebo, nõ
properanter agã, ſicut Adam uolens ante tem
pus fieri deus. omnes quidẽ ſancti, dij erunt. ſed
hoc nomen nõ prius uere accipient, quàm cum
deus erit omnia in omnibus. Prius ſatagendum
fuerat circa obedientiam ſicut creaturæ, ut tan-
dem fieret deus promotus in angelicam clarita
tem. Adam, quia præparauit ſe ſibi deum face-
re, morte mulctatus eſt. Nõ propter aliud expe
ctãdo, niſi *quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorũ
tuorum*, & ſi non in conſpectu malorum. uel expe-
ctabo nomen tuum in conſpectu ſanctorum tuo-
rũ, uel in cõmuni reſurrectione. & ideo, quoniã
bonum eſt expectare, uel illud nomen. Aliter:
illis damnatis, ego aũt hic in domo dei, id eſt, in
eccleſia præſenti ſicut oliua fructifera tarde flo
rens, quia bonorum eſt arere in hoc ſeculo. &
hoc ideo, quia ſperaui in miſericordia dei, nõ in
diuitiis. in miſericordia dico, perducente in æter
nitatẽ. i. in ſeculũ ſeculi. tandem cõfitebor, cum
deus erit omnia in oĩbus. Cætera non mutantur.

¶ In finem pro Mahaleth intellectus Dauid. LII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Corrupti ſunt & abominabiles fa
cti ſunt in iniquitatibus, non eſt qui faciat bonum. Deus de cælo proſpexit
ſuper filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens deũ. Oẽs
declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt
uſque ad unum. Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem, qui de-
uorant plebem meam ut cibum panis? Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt ti-
more, ubi non fuit timor. Quoniam deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placẽt:
confuſi ſunt, quoniam deus ſpreuit eos. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum conuerte
rit deus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael.

Nota eſt hiſtoria. Dauid fugiens Saulem,
uenit ad Achis regem Geth. & ſub eo milita-
uit, accepta ab eo Sicelech parua ciuitate. & 1. Re. 26.
ibi locata uxore & filiis & tota ſubſtantia ſua,

1.Re.30. Dauid miſſo ad prælium, uenerunt Amalechi-
tæ latrunculi, & rapuerunt uxorem Dauid &
filios, & ciuitatem combuſſerunt. Rediens au-
tem Dauid, inſecutus eſt eos. & comprehendit,
& occidit, & ſpolia reduxit. Amalech interpre
tatur lingens terrā, Sicelech conuerſio. Per uxo
rem Dauid, accipimus ſanctas animas. p filios,
bona opera. per Dauid, Chriſtū. In Sicelech lo
cauit Dauid uxorem & filios. & Chriſtus ſctās
animas & bona opera in conuerſis locat, id eſt,
fidelibus, quas ſanctas animas ſimul cum bonis
operibus Amalechitæ, id eſt, terrā lingentes, ſe-
culi terrena amantes, per multas tribulationes
ſæpe captiuas ducunt, cum deuocant & confor
mant. ſed Chriſtus liberat eccleſiam ſuam ab
Amalechitis, perſequens eos cum exercitu ſuo,
id eſt, cū prædicatoribus ſuis. & occidens illos,
alios in bonum, alios in malum. Titulus ita con
ſtruitur: Verba huius pſalmi referuntur in finē,
id eſt, finalem Dauid, qui pſalmus ē intellectus
Dauid prophetæ. uel cuiuſque perfecti fidelis.
intellectus dico, ſignificatus uel habitus, p Ama
lech, id eſt, in ea hiſtoria quæ habet quomodo
Dauid perſecutus eſt Amalech. uel ſecundū he
braicam ueritatem, pro maeleth, id eſt, pro par
turiente uel gemente, ſcilicet pro oppreſſione
eccleſiæ quæ eſt comparabilis parturienti. Nā
ſicut mulier parturiens eſt in dolore, ita & eccle
ſia in hoc ſeculo. Et in hunc modum legitur tan
tum in perſona eccleſiæ, ſecundum alium pōt
& in uoce capitis legi. Hic pſalmus & ſi in uer-
bis cū ſuperiori, dixit inſipiens, idem uideatur:
differt tamen in hoc, quia ille Chriſto, hic omni
bus fidelibus attribuitur: ille in primo aduentu,
hic accipitur in ſecundo. Et eſt intentio prophe
tæ oſtendere prius preſſuram eccleſiæ, deinde
conſolationem. ut illud, cum conuerterit deus
captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & læta
bitur Iſrael. Poteſt & ſic dici, quod prior pſal-
mus factus ſit ante iſtud geſtum negociū. & quia
propheta intellexit per hoc quod hiſtorialiter
ibi egit, ſignificari ereptionem eccleſiæ de manu
Amalechitarum, ideo hanc prius repetitionem
fecit. Introducit propheta Chriſtum loquentem
de perſecutoribus fidelium, tam gentibus quàm
iudæis, & oſtendentem qui ſit finis perſecuto-
rum & eorum qui tribulantur.

D*ixit inſipiens in corde ſuo, nō eſt deus.* Inſipiēs
populus, qui filium & ſapientiā dei recipe
re noluit, dixit in corde ſuo, id eſt, per ſe adinue
1.Cor.1. nit, nō ex autoritate librorum. dominus nō eſt
deus, quia iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitia
uidebatur, illum credere deum, qui ſic ignomi-
nioſe tractabatur. uel qui putat deo placere fa-
cta mala, non eſſe putat deum. Si enim deus
eſt, iuſtus eſt: ſi iuſtus eſt, diſplicet ei iniuſti-
tia. Qui autem putat ei placere iniquitatem, ne
gat deum eſſe iudicem in rebus. Caſſiodorus:
Vox capitis pro reparatione eorum de quibus
Apoſtolus, Scimus quod omnis creatura inge
miſcit & parturit uſque adhuc. & confuſionem Ro.8.
eorū q eos tribulāt, ita ut ipſi inexcuſabiles ſint,
& autor inexcuſabilis. Verbū dicere, proprie
eſt linguæ, nō cordis. ſed quia cogitationes no-
ſtras potētia diuinitatis intelligit, recte dictum
eſt inſipientis cor dicere, quod ad aures domi-
ni poteſt peruenire, non ad ignoſcendum, ſed
ad iudicandum. Quaſi dicat: & unde illis tanta
inſipientia? *Corrupti ſunt* a bona natura in pri-
mo parente, *&* intantum, quod *abominabiles*. i.
exhæredati *facti ſunt in iniquitatibus* ſuis, a ſe in-
uentis. & intantum corrupti, quod *non eſt qui
faciat bonum. Dominus de cælo proſpexit ſuper fili-
os hominum*. Hic oritur una quæſtio. Si reſpicit
deus de cælo ut uideat ſi eſt intelligens, non o-
mnia nouit deus. Altera. Si nō eſt qui faciat bo-
num, quis eſt maeleth, id eſt, qui hic parturit in-
ter malos? Prior ſic ſoluitur. Plerunque ita lo-
quitur diuina ſcriptura, ut quod dono dei crea- Deu.13.
tura facit, deus facere dicatur. Inde eſt, tētat uos
dominus deus ueſter, ut ſciat ſi diligitis eum, id
eſt, ut ſcire uos faciat. Iterum, quare de cælo, ſi
hoc homines faciunt? Audi Apoſtolum: Noſtra Phil.3.
conuerſatio in cælis eſt. corde uides, ſed non ui-
des niſi ſurſum habeas. Aliter, ſic: fecit de⁹ filios
hominum filios dei, quia ex filio dei fecit filium
hominis. Donauit deus hominibus benefacere
ex ſe, non ex illis. Filij hominum ſunt, quando
male faciunt. filij dei, quando bene. Ergo tolle
quod homines filij dei ſunt, remanet quod filij
hominum ſunt. & ſic non eſt qui faciat bonum.
quaſi dicat: quod illi tales ſint, plane aduertant
qui filij dei ſunt. uel inſipiens dixit, nō eſt deus,
ſed falſo. Nam reuera eſt, quia dominus de cæ-
lo proſpexit ſuper filios hominum. i. per huma
nitatem uerbi miſericordiam ſuam diſpoſuit ſu
per filios hominum, tam iudæos quàm gētiles.
uel de cælo, id eſt, de prædicatoribus ſuis, quorū
cōuerſatio in cælis eſt. per illos enim miſericor
diam ſuam omnibus notificauit, tam iudæis q̄
gentibus. unde ipſi inexcuſabiles. Ad hoc de
cælo proſpexit, *ut uideat*, id eſt, uidere faciat, *ſi
eſt intelligens* ſ. deum per fidem, *aut requirens* per
operationem. Cum enim hūana infirmitas deū
capere nō ualeret, in forma humana filium ſuū
miſit, qui uerbo & opere ad cultū dei homines
reuocare inſtituit, qui apud mortales fecit diui-
na, patiens humana. miſit etiā p̄dicatores ſuos,
qui hominibus hoc notificarent. ſed nullū inue-
nit intelligentem deum in eo qđ erāt filij homi-
num. aut deum requirētem: quia *omnes declina-
uerunt* a uia ueritatis. *ſimul inutiles* ſ. deo. inuti-
les *facti ſunt* tam iudæi q̄ gentes, intantum quod
non eſt qui faciat bonū per ſe, *non eſt uſque ad unū*.
uel nullus. uel adeo non attendunt deum eſſe
iudicē in rebus qui deum intelligere noluerunt
de cælo ſuper ſe miſericorditer proſpicientem.
Nonne cognoſcent tandē per ſupplicia hunc eſſe
deum, quem tātum eſſe hominem putauerunt,

uel iudicem eſſe in rebus, *omnes illi qui operantur*
iniquitatem in me, & *qui deuorant* ſcilicet deuorã
do *plebem meam*, uel bona eorum ſubtrahendo,
cuius caput ego ſum, *ut cibũ panis*, id eſt, aſſidue?
Cognoſcent utique *quoniam deus ſpreuit*.i.excæ-
cauit eos. ideo, quia *deum non inuocauerunt*.i.in ſe
non inuocauerũt. Ille deum inuocat in ſe, qui ſe
facit poſſeſſionem deo. *illic trepidauerunt timore*,
ubi nõ erat timor, ſicut iudæi qui timuerũt perde
re locum & gentem, uel gentes quæ timebant
idola quæ ipſæ ſibi fabricauerant. Quaſi dicat:
unde illis tanta excæcatio, ut ibi timerent ubi
non erat timor? *Quoniam deus diſſipauit oſſa eorũ*
qui hominibus placent, id eſt, ſtudent placere ho-
minibus potius q̃ deo. & quia ad humanum fa
uorem effuſi ſunt, *confuſi ſunt* & interius, quoniã
deus ſpreuit, id eſt, excæcauit eos. Quaſi dicat: il
li dicunt, non eſt deus. *Quis ergo alius dabit ſalu*
tare iſrael, id eſt, quis ueniens *ex Sion* dabit illis
quos faciet iſrael, id eſt, deum uidentes & cogno
ſcẽtes, ſalutare, id eſt, ſaluationem æternam, niſi
ipſe? Quis ſeparabit grana a paleis? Reuera do-
minus. *cum conuerterit*.i. ſimul uerterit interius
& exterius *captiuitatẽ plebis ſuæ*. Hic notatur ſe
cũdus aduentus. Tũc *exultabit Iacob*, q hic fuit
ꝓficiſcens. *& lætabitur Iſrael*, factus perueniens.

¶ In finem in carminibus, intellectus Dauid, cum ueniſſent Ziphei, & nunciaſſent Sauli, nonne Dauid abſconditus eſt apud nos? LIII.

DEus, in nomine tuo ſaluum me fac, *&* in uirtute tua iudica me. Deus, exau-di orationem meam, auribus percipe uerba oris mei. Quoniam alieni inſurrexeruut aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & nõ propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum. Ecce enim deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Auerte mala inimicis meis, in ueritate tua diſperde illos. Voluntarie ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine, quoniã bonũ eſt. Qm̃ ex oĩni tribulatiõe eripuiſti me, *&* ſup inimicos meos deſpexit oculus meus.

1.Re.26. Hic titulus ex hiſtoria eſt ſumptus. Dauid fu
giens Saulem, latuit in Hebron. Quam rem ſci-
entes Ziphei dicti a uico Ziph, accuſauerũt eũ
apud Saulem, dicẽtes: Ecce Dauid abſconditus
eſt apud nos. Saul perſequebatur Dauid, & re-
gnũ terrenũ perſequitur filios regni cæleſtis.
Ziph uicus ẽ, & interpretatur flos. inde Ziphei,
florentes. quod in iſto mũdo pctõribus datum
Col.3 eſt. uita noſtra, inquit Apoſtolus, abſcondita eſt
cum Chriſto in deo. latet Chriſtus hic, quãtum
ad maieſtatem, in q̃ iudicaturus eſt: latet quãtũ
ad laborem pioꝝ & florẽ impioꝝ, quia mal ſũt
ſancti in hoc mundo areſcere & pauperes eſſe &
obſcuri, quãtum ad gloriã temporalẽ, q̃ hic flo-
rere. Nõ autem latet Chriſtus quãtum ad nomẽ
ſuum, qꝛ etiã illi ꝑdicãt, qui eum factis negant.
Ziphei.i. amãtes florem huius uitæ, accuſant Da
uid latentẽ, ſ. Chriſtianos uolentes in hac uita la
tere, cõtemnentes huius mundi uanã gloriã. &
hoc faciunt maxime apud ſeculares ptãtes, qua
rum potẽtias & honores iſti cõtemnũt. Hæc re-
ferũtur in finẽ.i. in cõſummationem tẽporum,
ubi in ſpiritu deo ſeruitur. & ſunt intellectus Da
uid.i. fidelis aĩæ, cupientis in Dauid eſſe Dauid
uel Chriſti, & ab eo ꝓpoſitus aliis. intellectus di-
co, habẽdus in carminibus.i. exultatiõe. Hoc eñ
habẽt ſancti intelligere, hic eſſe gaudendũ in tri
Iob.16. bulatiõe, quia tandẽ hæc triſtitia uertetur in gau
dium. intellectus dico ſignificatus tunc cum ue-
nerunt Ziphei & dixerũt ad Saul. Iudæi de Chri
ſto ad ſuos principes, & alii infideles de corpo-
re Chriſti ad terrenos principes. & eſt uox eccle
Iſa.40. ſiæ intelligentis florem huius uitæ caducum &
cito trãſeuntem. quia omnis caro fœnum, & o-
mnis gloria eius quaſi flos agri. atq; ideo in hac
uita florere cõtemnit. ſed elegit potius hic arere
dum hyems eſt, & florem ſuum in radice occul
tare, ut tãdem ſuo tẽpore floreat. Et propterea
ab amatoribus mundi multas ꝑſſuras patitur,
in quibus preſſuris quid agendum ſit oſtendit,
ſcilicet orandum & in bono propoſito perſeue-
randum.

D*Eus, in noĩe tuo ſaluũ me fac*. uel me miſſum
in noĩe tuo, glorificando, ſi ad caput: uel
me gloriãtẽ in noĩe tuo, ſi ad mẽbra. Alii q̃runt
ſalutẽ in ſuo nomine, in diuitiis, in honoribus, in
potentiis. ſed tu ſaluũ me fac, me dico, intelligen
tem alibi nõ eſſe ſalutẽ niſi in noĩe tuo, illo ſ. q̃d
apud ſeculi florentes probroſum & ignominio
ſum ducitur.i. crucifixum. Mihi autẽ abſit glo- Gala.6.
riari. niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Illo no
mine ſaluantur, qui Chriſti crucem nõ erube-
ſcunt, quibus mũdus crucifixus eſt, & ipſi mun
do. Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuã crucifixe Gala.5.
runt cum uitiis & concupiſcentiis. unde Apoſto
lus ad Timotheum: Noli erubeſcere Chriſtum 2.Tim.1.
crucifixum, & me uinctum eius. Malo ſuo glo
riatus eſt Adã in ſuo nomine, qui ſibi uoluit fie
ri deus. *Et in uirtute tua* libera me. Ipſi uolũt me
in infirmitate perdere, qui in ſuo nomine glori-
antur, ſed tu libera me in uirtute.i. in diuinitate
mihi unita, ſi ad caput. Si ad membra, *iudica me*
cum ueneris in uirtute, qui modo apparuiſti de
ſpectus. Modo concreti ſunt Ziphei ad Dauid
.i. amatores huius ſeculi & amatores dei. ſed tu
deus iudica.i. diſcerne grana a paleis, florem illo
rũ a noſtro. Præſumptuoſa nimis foret hæc peti
tio a tanto iudice petere iudicium, in cuius con
ſpectu nec cæli mundi ſunt, ſi non præcederet Iob.15.
miſericordia. Quaſi dicat: Poſtea non timebo
iudicium tuum, ſi me in nomine tuo ſaluũ fece-
ris. qꝛ iudiciũ mihi erit nõ ad pœnã, ſed ad diſ-

creationem. *Deus exaudi orationem meam* factam pro perſeuerantia meorum, ſi caput. Si mẽbra, exaudi orationem cordis. *auribus percipe uerba oris mei*, quæ in ore profero, id eſt, in euidentia rei oſtende te percepiſſe. Si caput, uerba facta pro meis. Et opus eſt ut ſaluum facias, *quoniam alieni* non cognatione, ſed flore. & ſi illis ſonet oratio mea, non audiunt, quia non intelligunt. temporalibus enim gaudentes, non nouerunt æterna. Si caput, alieni facti, qui filij eſſe debuerunt. *Inſurrexerunt* non ad me defendẽdum, ſed aduerſum me. *& fortes*, quãtum ad ſuam reputationem, uel de ſe præſumentes, *quæſierunt animam meam*, id eſt, uitam ut perderent, ſi caput. ſi membra, animam meam ad ſubuertendum. Et hoc ideo, quia non *propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum*, non intellexerunt ſuper egenum & pauperem, ſi caput. ſi membra, non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum, quia ſeculum illud habuerunt ante conſpectum cordis,
Ioh.3. magis dilexerunt tenebras quàm lucem. Ipſi inſurrexerunt, ſed quæ cura? *Ecce enim deus adiuuat me.* Hoc modo: uel & ſi non apparet foris, tamen intus adiuuat. *& dominus ſuſceptor eſt animæ meæ* reſuſcitando, ſi caput. ſi membra, Suſcepit animam meam ut non deuocaretur, uel ſuſcepit CHRISTVS cauſam meam agendam. Auerte mala inimicis meis. *Auerte* a me, & conuerte in illos. quia timebant interfici a Romanis, & amittere locum & gentem propter me, cogitauerunt me interficere. ſed interficiantur a Romanis, & amittant locum & gentem. non optatio, ſed prophetatio. *In ueritate tua*, id eſt, in uero iudicio *diſperde illos*, id eſt, diſſipa & diuide per totum mundum, qui in falſitate ſua me perdere uoluerunt. Si membra, ipſi mihi mortem parauerunt temporalem, incurrãt æternam. & hoc non ex crudelitate, ſed ex uero iudicio. uel in bonum, compatiendo dictum. O deus, *mala* quæ ipſi putant eſſe bona, ſcilicet florem præſentis uitæ, auerte a corde eorum. & in uirtute tua, id eſt, in ueritate præceptorum tuorum diſperge illos. Verte impios, & non erunt. quanquam non meruerint, tu tamen ex bonitate tua hoc Pro.11.
fac. uel auerte mala *inimicis meis*. Modo florent, ſed igni ſeruantur. Et in ueritate tua diſperde illos, quos in infirmitate tua tolerasti. *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Si caput, ipſi quæſierunt animam meam quaſi nolentem, ſed ego ſponte obtuli tibi illud ſacrificium. Si membra, merito dominus ſuſceptor eſt animæ meæ: quia o domine, uoluntarie, id eſt, gratis ſine præmio temporali, ſacrificabo tibi, crucifigendo carnem cum uitijs & concupiſcentijs. Et hoc non mihi attribuam, ſed *confitebor nomini tuo*, totum tibi attribuam quod boni agam. ideo nomini tuo, & non alij, *quoniã bonum eſt*, quia nihil inuenio bonum per ſe. Et uere præter illud tibi tandem poſt ſacrificium laudabo te, cum eris omnia in omnibus. Et hoc quod bonum ſit, mihi experto credendum eſt: *quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me*, me caput reſuſcitando exterius, membra interius in re, exterius in ſpe. *Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus* tandem in iudicio, cum iudex poſitus ero ſuper eos. Ideo deſpexit, quia certum eſt quaſi iam factum tibi. Hic altitudine cordis ad te perueniens, inde ſuper illos deſpexi, & uidi quod omnis caro fœnum. Vnde alibi:
Tranſiui, & ecce non erat. Pſal.36.

¶In finem in carminibus intellectus Dauid. LIIII.

EXaudi deus orationem meã, & ne deſpexeris deprecationem meã: intende mihi, *&* exaudi me. Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira moleſti erant mihi. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me. Timor & tremor uenerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & uolabo & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, *&* manſi in ſolitudine. Expectabam eum qui ſaluum me fecit, à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Præcipita domine, diuide linguas eorum, quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia. Et non defecit de plateis eius uſura & dolus. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique. Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu uero homo unanimis, dux meus & notus meus, Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum conſenſu. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum uiuentes. Quoniam nequitiæ in habitaculis eorũ, in medio eorum. Ego autem ad deum clamaui, & dominus ſaluabit me. Veſpere & mane & meridie narrabo & annunciabo, *&* exaudiet uocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet deus & humiliabit illos, qui eſt ante ſecula. Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt deum: extendit manum ſuam in retribuendo. Contaminauerunt teſta-

mentum eius, diuiſi ſunt ab ira uultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Tu uero deus deduces eos in puteum interitus. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, ego autem ſperabo in te domine.

In finem, id eſt, in Chriſtum. Finis legis, Chriſtus. In hymnis, id eſt, in laudibus. Siue enim tribulemur, ſiue lætemur, ille laudādus ē, qui in tribulationibus erudit, & in lætitia conſolatur. Nos cum Chriſto in cælo pee ſpem, ipſe nobiſcum in terra per charitatem. Ergo cū audimus, intellectus ipſi Dauid, admoneamur & intelligat eccleſia, in quo malo nunc ſumus, & de quo ut liberemur, optamus. Intelligere debemus, ad imaginem dei nos eſſe factos, intelligere debemus honorem noſtrum. Si hoc intelligimus, uidemus iſtam regionem non eſſe gaudij, ſed mœroris. Dominus noſter Ieſus Chriſtus caput noſtrum, qui non eſt dedignatus formam noſtram, id eſt, formam ſerui ſuſcipere, dignatur nobis ſeruis ſuis & formam orandi, & exemplum uiuendi dare, ut nobis iſte Pſalmus declarat.

E*Xaudi deus orationem meā* factā pro perſeuerantia meorum, qui iam initiati ſunt ſacramētis fidei. *Et ne deſpexeris deprecationem meam.* Poteſt enim fieri ut exaudiatur quis, & poſtmodum deſpiciatur. quod euenit eis, qui mundi iſtius bona deſiderantes accipiunt, & poſt deſpiciuntur: quia nequaquam æterna appetierunt. Exaudi deprecationem factam pro his, qui prædeſtinati ad fidem, nondum uenerunt, ut conuertātur ab errore ſuo. uel pro ijſdem fidelibus orationem, ut perſeuerent in bono propoſito. deprecationem, ut auferatur ſeculi amor. hoc modo exaudi. *Intende mihi & exaudi me.* ad ſimilitudinem. Cum enim tranquillum quis accommodat uultum, benignum præbet auditum. Quia me irremiſſum facio in oratione, & tu irremiſſum fac in auditione. Et opus eſt exauditione, quia *contriſtatus ſum in exercitatione mea.* Exercitatio eſt honeſti laboris continuatio. Hic dominici hominis uitæ curſus breuiter deſcribit. Exercitatio enim eius fuit in ſignis, in miraculis, in doctrina. Quam exercitationem quia uidit non proficere, contriſtatus eſt non pro ſe, ſed pro ſalute illorum quos perire uidebat, ad ſimilitudinem boni medici, qui in his quos curare uult, uidet artem ſuam parum proficere. Et ne hæc triſtitia intelligatur manens, ſubiungit: *Conturbatus ſum à uoce inimici:* Qui amicus debuit eſſe, factus eſt inimicus, cuius uox in omnibus mihi cō-
Iohā.8. tradicit. Dæmonium habes. Hic homo non eſt
Ioh.9. a deo. Nolumus hunc regnare ſuper nos.
Luce.19. *Et à tribulatione peccatoris.* Cum peccator ſit, & indigeat mea ſalute, tribulant me, uerberando, colaphizādo. peccatoris, id eſt, tranſgreſſoris. Quæ tribulatio potius dicenda eſt peccatoris, quàm mea: quia cum me paras tribulare exterius, tribulatur interius. Quare uoco ſuam? *Quoniam declinauerunt in me iniquitates.* quia declinare uoluerūt mortem & amiſſionem loci & gentis per meam mortem, quam potius per mortem meam incurrerunt. uel ſuas iniquitates impoſuerunt mihi, facientes me hoſtiam pro peccatis ſuis, ut Numantini, qui captiuū prius bene tractabant, & poſtea extra ciuitatem ducentes, & imponentes ipſi omnia peccata ſua, lapidabant, putantes per hoc purgari. Putauerunt enim Iudæi, quod in morte Chriſti purgaretur locus & gēs. *Et in ira* quam habuerunt pro amiſſione loci & gentis, *moleſti erant mihi.* Irati mihi, unde ſibi iraſci debuerunt, ſuo enim peccato, non meo captiuati ſunt, putauerunt enim quia regem ſe nominauit, iram Romanorum principum incurrere, cum Iudæus eſſet, & ideo illi irati erant. Vnde, quia moleſti erant, quia declinauerunt in me iniquitates, *Cor meum conturbatum eſt in me.* Conturbatum eſt ad horam, ſed in me, nō extra me. Hoc uoluntate mea, quia uoluntarie, non coactus, tranſtuli in me conturbationem meorum. *Et* quia uoluntate ueni ad paſſionem, non neceſſitate, *formido mortis*, id eſt, mors alijs formidabilis. *cecidit*, id eſt, mortua eſt, *ſuper me* ſcilicet etiam ueniens. Id enim iuris quod in alijs habebat, perdidit, ueniens ad illum, in quem nihil iuris habuit. O mors, ero mors tua, morſus tuus ero in-
ferne. Oſtēſio quomodo ſuper eum uenit mors. Oſe.13.
Timor ſcilicet animi, *& tremor* corporis, *uenerunt ſuper me.* Vera mortis deſcriptio. *Et poſt mortem* & tremorem *contexerunt me tenebræ*, qa mortuus nihil lucis habet. uel tenebræ, id eſt, tenebroſi, cæci & ignorantes quid facerent, contexerunt me undique. me lumē mundi tegere putauerunt, ponentes in crucem, de cruce in ſepul-
chro, claudentes etiam ſepulchrum. Erat lux ue- Ioh.1.
ra, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. & mundus eum non cognouit. In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Auguſtinus: Eſt autem quædam ciuitas omnibus confuſa gentibus, nihil habens non dignum confuſione. Ciuitas autem, quia qui in ea ſunt, hoc quo confundi debuerant, munimentum ſibi ducunt, contradicentes Chriſto, tam non credendo, quàm male uiuendo. muri cōfuſionis humanæ, ſublimiores faſtu impietatis, de qbus ſæpe dicitur: Si hic fieret Chriſtianus, quid rema-
neret paganus? Caſuri ſunt hi muri ſeptimo ar- Ioſ.6.
cæ circuitu, id eſt, opere ſeptiformis ſpiritus. platex, impij: in quibus compita omnium concupiſcentiarum, & ſorum tumultuū omnium rerum. & quaſi occurreret, Si ita ē in ciuitate quæ eſt extra Chriſtum, requieſce tu intus in his qui

in Chriſto. ne quære ſolitudinẽ. Quod queror,
inquit, attingit ſcilicet falſos fratres, in q̃bus in-
tus laboro, quoniam exteriores tolerarem.
Poſſunt & ad mẽbra Chriſti hęc referri, ut Chri
ſtus pro mẽbris ſuis ſic dicat: Contriſtatus ſum
in exercitatione mea, id eſt, contriſtantur mei,
multum laborantes in doctrina me imitando,
& nihil proficientes uel parum. uel in exercita-
tione mea, quia mali eum mali ſint, exercent bo
nos. ſi bonus es, non habes inimicum niſi ma-
lum. Porro tibi ea bonitatis regula præfixa
eſt, ut imiteris bonitatem patris tui, qui ſolem
ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Sed ta
lis cum extendit dilectionem, ut etiam diligat
inimicos, multorum rabie circumuallatus, qua-
dam humana infirmitate ſuccubuit. uidit ſe pe-
netrari mala perſuaſione diabolica, ut odium in
duat aduerſum inimicos: reluctans odio, ut per
ficeret dilectionem, in ipſa lucta turbatus ẽ, hoc
modo contriſtatus. Conturbatus ſum interius,
dum hac pugnat charitas, hac odium. A uoce,
id eſt, a contradictione. & non ſolum a contra-
dictione, ſed etiã a tribulatiõe pctõris. Duo ſunt
genera inimicorũ. unus occultus, & alter aper-
tus. unus interior, alter exterior. uterq; auferre
conatur a nobis id, unde ſuperari poteſt. Exteri
or nititur auferre facultatem, interior uero cha
ritatem. Cũ enim ille interior hoſtis aduerſum
nos excitat exteriorem, non tam facit ut aufe-
rat facultatem, quàm ut interius in nobis feriat
charitatem. Amandus eſt ergo hoſtis exterior,
ut ſic uincał interior. Ideo turbatus ſum, timens
a mittere charitatem & uerti in odium. Quoniã
declinauerunt in me iniquitates, id eſt, proprias
iniquitates mihi impoſuerunt, cum ipſi eſſent im
pii & blaſphemi, dixerũt me impiũ & blaſphe
mum. Et in ira, id ẽ, in iniuſto furore, nõ in iuſta
cauſa moleſti erant mihi. & ideo cor meum con
turbatum eſt in me, id eſt, intus æſtuaui. Qua de
cauſa, ſubiungit: Et formido mortis cecidit ſu-
per me, id eſt, timui ne ex eorum nimia peruerſi
one a charitate uerterer in odium. Quod odiũ
eſt mors animæ, ſicut econtrario dilectio uita.
Exponit quomodo formido mortis uenit ſup
eum. Timor & tremor uenerunt ſuper me, ut
ſupra. Et non mirum, quia contexerunt me te-
nebræ. i. timuit ut tenebræ undiq; me inuolue
1. Ioh. 2. rent. Qui enim odit fratrem ſuum, in tenebris
eſt. *Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?*
Quaſi dicat: contriſtatus & cõturbatus arguen
do illum populum, obſecrando, increpando, et
parum ꝓficiendo, dixi: quis dabit mihi pennas,
ſcilicet reſurrectionem & impaſſibilitatem. mi-
hi dico, ſicut colũbæ, in ſimplicitate & innocen
tia. uel in hoc ſimili, q̃a ſicut illa turbata aliqua
moleſtia auolat a nido, non tamen lõge recedẽs,
ſed circumuolans: ita ego etſi corpus eis ſubtra-
ham, non tamen affectionẽ. uel ſicut colũmbæ,
ut ſim ſimilis illi colũbæ, quæ emiſſa de arca, no
Ge. 8. luit morari in lutoſis locis, ſed rediit ad arcam,
ubi quietẽ inuenit. ita ego nolens manere in lu-
toſis cordibus iudæorũ, trãſibo ad gẽtes in qui
bus requieſcã, quia ibi inueniã humilitatem &
mãſuetudinem. Super quem requieſcã, niſi ſup Iſa. 66.
humilem & manſuetũ & trementẽ uerba mea?
Pennæ dicuntur a pendẽdo. columba, quaſi cel
læ alumna. i. domeſtica, ſecundum Iſidorum. Et
aſſumptis pẽnis, *uolabo & requieſcã.* Vel in cælũ
aſcendã, & ibi ſedebo ad dexterã patris. uel re-
cedam a iudæis per ꝑdicatores meos, & requie
ſcam in gentibus. quia immortalis & impaſſibi
lis factus, melius potuit uenire in notitiam gen-
tium quàm mortalis. Quis mihi hoc dabit, ſcili
cet præter me? Nullus. Et quia infirmus ſum ex
hũanitate, ſed ſum potens ex diuinitate, *Ecce.* q̃ſi
d. in hoc apparet, q̃a ex mea uirtute pẽnas ſum
pſi, non aliena: quia *elongaui,* longe receſſi, *fugiẽs*
lutulenta corda iudæorum. *& manſi in ſolitudine*
.i. in cordibus gentilium, qui infructuoſi erant
& inculti lege & prophetarum ſcriptis, & patri
archarum exemplis. uel ecce feci quod uolebã.
Et merito hoc potui facere, quia *expectabam eum*
qui ſaluũ me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempe
ſtate. quia cum patientia obedientiam implens
ego dominicus homo, non properãter egi, ſed
expectabam eum, ſ. uerbum mihi perſonaliter
unitum, qui tandem ſaluum me fecit ideo, quia
eũ expectaui, a puſillanimitate ſpiritus. i. imbe
cillitate, ut in Petro & in aliis diſcipulis, qui pri
us puſilli animi fuerunt, poſt Chriſti auolationẽ
firmati. Ea tempeſtate mea. i. a ſæuiſſima perſe-
cutione. Et in hoc exemplum uitæ ꝓbet Chri-
ſtus caput membris ſuis, quod illis ſit agendũ,
cum multum laborẽt in ſubditis, & parum ꝓfi
ciant, ſ. confugiendum uel corpore in aliquem
ſecretum locum, uel intus ad tranquillã mentis
ſedem. ut quia laborando & prædicando profi
cere non poſſunt, proſint eis uel orando, ne cũ
talibus uerſando odium incidant, quod illis eſt
prohibitũ, quia dictũ eſt: Diligite inimicos ue- Mat. 5.
ſtros. Et tu *domine* qui ſaluum me feciſti a tempe
ſtate iudæorum, quia iniquitates ſuas in me de-
clinauerunt, *Præcipita eos & diuide linguas eorũ.*
Tres hiſtorias hic tangit. Submerſionem factã
ſub Noe, diuiſionem linguarum factam in ædi Ge. 7.
ficatione turris, abſorbitionẽ Dathan & Abi- & 11.
ron, qui duo ſpreuerunt Aaron conſtitutum a Nu. 16.
domino ſacerdotem per manum Moyſi fratris
ſui. & accepto thuribulo cœperunt ſacrificare
in tabernaculo. ſed apta eſt terra, & deglutiuit
Dathan & Abiron duces impietatis illius. Cæ
teram multitudinem conſentientem iſtis, con-
ſumpſit ignis de cælo ueniens. Non hoc dicit o-
ptando, ſed prophetando & aggratulando di-
uinæ ſentẽtiæ. O domine, quia ſe erexerunt con
tra te, præcipita eos de dignitate & altitudine
regni & ſacerdotii, dimergantur in profundũ
miſeriæ. ducantur in captiuitatem & in ſeruitu
tem gentium. Et diuide linguas eorum, id eſt, in
uarias linguas gentium diſſipentur, ut cum mo

do ſint unius linguæ, fiant multarum. uel diui-
de linguas eorum, excæcati ſint intus & diuiſi.
Iohā. 7. Dicant alii, quia bonus eſt. alii, non, ſed ſeducit
turbas. Hoc modo diuide, ut in pmiſſis ſaluari
credentes, id eſt, in carnalibus obſeruatiōibus,
non teneant complentia: credentes ſolum ſacer
dotium ſecundum ordinem Aaron, non reci-
piant ſacerdotium permanens ſecundum ordi-
nem Melchiſedec, & ſic tandem neutrum ha-
beant. Nihil enim de his modo ſecundum legē
agunt. & non mirum, quia nō poteſt uetus abſ-
que nouo impleri: quia in illo ſunt promittētia,
in iſto complentia. & in hoc non eſt refundenda
culpa in autorē. *Quoniam uidi iniquitatem & con
tradictionē in ciuitate.* Digni ſunt hac pœna, quo-
niam ciues ſunt, & non ciuiliter uiuunt. & ideo
grauius debent perire. Ciuitas enim eſt congre-
gatio hominum ad iure uiuendum. Et iudæi ad
comparationem gentium, ciues erant: quia le-
gem acceperant, quæ eos congregare debuit ad
iure uiuēdū. In hac ciuitate iniquitas erat in ope
re, ad hoc quod dixit, præcipita. omnia eorum
opera erant contra dominū. cōtradictio in uer
bis, ad hoc quod dixit, diuide. Et nō ſolum hæc
ſunt in illa ciuitate, ſed in omnibus maioribus
& minoribus: & non ad tempus, ſed *die ac nocte*,
id eſt, aſſidue *circundabit* eam ciuitatem *iniqui-
tas* omnis *ſuper muros eius*. circundabit, id eſt,
amplectetur multitudinem populi illius, quæ
eſt ſibi munimēto quaſi murus, in tantum ut ini
quitas ſit ſuper illos muros, ut ſuperet caput. i.
mentem eorum. Sic cæci ſunt, ut nihil agant ra
tione uel lege. Quod alibi, Et in uerticem ipſius
Pſal. 7. iniquitas eius deſcendet. *Et in medio eius*, id eſt, in
maioribus qui ſunt quaſi oſſa in medio poſita. *la
bor*, id eſt, oppreſſio ſubditorum. *& iniuſtitia*, id
eſt, iniuſta iudicia. De quibus dicitur: Væ uobis
Iſa. 5. qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſti
am iuſti aufertis ab eo. uel ſuper muros eius ini-
quitas, id eſt, ſuper prælatos qui eam muniunt,
labor, id eſt, bellum, ſeditio. & hoc ideo, quia ibi
iniuſtitia. uel ſuper muros eius iniquitas, id eſt,
ſuper cuſtodiā angelorum, ut maior ſit iniquitas,
quàm angelorū cuſtodia. O, boni habent ange
los cuſtodes, ſed mali qñq; cuſtodiam a ſe repel
lūt. & in medio eius. i. in communi tam apud
principes, quàm apud plebem, labor & iniuſti
tia, id ē, laborioſa iniuſtitia. Vel ipſi modum in
ædificandis muris excedunt, & ipſos muros ſtu
dio prauitatis ſuperant. Oſtendit ex parte quæ
iniuſtitia. *Et non defecit de plateis eius uſura*, id eſt,
in manifeſto habent uſuram, quod perditiſſimū
eſt. Omne enim malum execrabilius redditur,
cum publica præſumptione tractatur. *Et dolus*,
id eſt, circumuentio & fraus. uel de plateis eius,
id eſt, prælatis, ad ſimilitudinem, quia ſicut per
plateas incedimus, ſic prælatorū uita moribus
ad imitandum eſt exemplar. De illis plateis nō
defecit uſura illa peſſima, quā qui exercet, fru-
ſtra dominicam orationem cātat, cū grauius ſu

mitur uindicta q̄ ſit offenſa, ut pro colapho ho
micidium. Etſi publice id non audent, doloſe fa
ciunt. & ideo domine præcipita, diuide linguas
eorum, quia iniuſte uiuūt, a quibus maxime ca
uendum. Nulla enim peſtis efficacior ad nocen
dū, q̄ familiaris inimicus. *Quoniā ſi inimicus* ſ. ap
tus *maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique.* Tolerabi-
lius enim uidetur, quod probatur ſuſcipi nō in-
opinatum. ſi inimicus ille qui ciuis non eſt, qui
idola colit, maledixiſſet mihi, denegādo in ſe ius
ſuum creatori ſuo, ſuſtinuiſſem utique, id eſt, ab
hac præſenti pœna parcerem ei, eo quod nō fui
prænunciatus illi populo, ferendum uideretur.
Et ſi is qui oderat me ſcilicet aperte, qui ſe ciuem
nō ſimulabat, *ſuper me magna locutus fuiſſet*, mihi
contradicendo, *abſcondiſſem me forſitan ab eo.* for
ſitan, id ē, uere ſubtraherem me ei, ut ſic eū pla
carem. uel abſcōdiſſem me a pœna, diſſimulan
do eius peccatum. *Tu uero iudæe homo*, id eſt, ra
tionalis, quantum ad gentiles, qui ſe dehomina-
uerunt: *unanimis* ſecundū ſimilitudinem, uel qui
eſſe debuiſti unanimis. *Dux meus*, quem ego
ad hoc inſtitui, ut eſſes dux & magiſter aliorū,
inſtructus per legem. *Et notus meus* ſecundū con
ſanguinitatem. *qui mecum capiebas dulces cibos*, id
eſt, qui præcepta dei dulcia mecum capiebas in
ſynagoga: q̄a & ipſe Chriſtus legit in ſynagoga
librum accepiſſe & in eo legiſſe. *ſimul*, id eſt, eodē Luce. 4.
tēpore. *Et in domo dei ambulauimus cum conſenſu*,
id eſt, in domo dei concordes ſacrificijs interfui
mus. Quo me perducis tuo ſcelere? Vtiq; ut hoc
dicam, *Veniat mors ſuper illos.* Hic tangit illā ter-
tiam hiſtoriā. Sicut incendium mortificauit con
ſentientes maioribus Dathan & Abiron, ſic in- Nu. 16.
centiua uitiorum deuaſtēt iſtorum minores. *Et
deſcendant* eorum prælati *in infernum uiuentes.* i.
ſcientes deſcendāt in profunditatem uitiorum.
De quibus dictum eſt, Væ uobis qui habetis cla Luce. 11.
ues ſapientiæ, neque ipſi intratis, nec alios intra-
re permittitis. Sicut Dathan & Abiron, quos ui
uos deglutiuit terra. & merito, *quoniam nequitiæ
in habitaculis eorum*, id eſt, in corpore quod con-
taminauerunt de opere iniquitatis. *Et in medio
eorum.* i. in corde. Aliter in bonum. O domine,
quia ciues ſunt, quia populus ille eſt dux meus
& notus meus, ueniat mors ſuper illos. uere im Pro. 12.
pios, & non erūt. Et deſcendant in infernum ui-
uentes, id eſt, recognoſcāt peccata ſua, & reſcul
pant ea ut ſint uiuentes. Et opus eſt, quoniam ne
quitiæ in habitaculis eorum & in medio eorum
. i. quoniam de opere iniquitatis contaminaue-
runt carnem & cor ſuum. Vbique hic commen
datur nobis exemplū uiuendi in capite noſtro,
& oñdit quid prælati debeant agere ſuper ſub-
ditorum incorrectiōe. Illi qui taliter uiuunt, tri-
plici damnatione peribunt. uel, illi mihi contra-
dicunt, illi gratis me odio habent. *ego autem illis*
non reſtiti, illos non maledixi, ſed *ad deum clama
ui.* i. totam intentionem ad deum direxi pro p-
ſeuerantia. Quaſi dicat: ita & uos facite in hu9

modi negocio. Et me clamantem *ſaluauit ueſpe-*
re, mane & meridie, id ē, in paſſione quæ uei peri
incepit, ſaluauit dando patientiam, mane ſalua-
uit dādo reſurrectionem, quæ mane facta eſt, cū
adhuc tenebræ eſſent: & meridie ſaluauit per
aſcēſionem, quæ eo tempore facta eſt. Et ego in
membris meis *narrabo* ueſpere patiētiam meā,
& annūciabo mane uitā reſurrectionis. *Et meri-*
die exaudiet uocē meā. Sicut meridie me clarifica
uit, ita & meos meridie.i. in cōmuni reſurrecti-
one, cum maxima claritudo ueri ſolis erit, ex-
audiet me, clarificando illos. uel ueſpere & ma-
ne, id eſt, in proſperitate, quia tūc eſt aer tempe-
ratus. narrabo & annunciabo, ſ. clamandū ad
dominum, & meridie, id eſt, in aduerſitate, quia
tunc ē aer feruentiſſimus. hoc modo exaudiet.
Auguſtinus: Et tu annuncia ueſpere patientiā
morientis, mane gloriam reſurgentis, meridie
æternitatem cum patre reſidentis. ubi interpel-
lans pro ſuis, exaudiet uocem meam hanc. *Redi*
met in pace animā meā, in pace, ut det mihi dilecti
onē & in eos qui intus, & in eos qui foris. Redi
met in pace animā meam, uitam meā redimet
a mortalitate & paſſibilitate. in pace nunquam
ualente oppoſitum. meam in re nunc, meorum
in ſpe. uel in tanta pace, ut etiam diligam inimi
cos. *Ab his qui appropinquāt mihi*. Et quia appro-
pinquare & in bonū poteſt accipi, determinat
quomodo appropinquabūt. uel ideo ſeparabit
me ab illis, *quoniā inter multos erant mecū*, id eſt,
quoniam hic, cum meis fuerunt concreti, ut pa-
lea cum grano, quæ multa eſt ad comparationē
grani. uel ſecundum aliam trāſlationem. In mul
tis erant mecum. Et hoc modo propinquāt. Nā
mecum erant in baptiſmo, in euangelio, in ſolen
nitatibus. in paucis non mecum, ſed in his pau-
cis in quibus non mecum, non eis proſunt mul-
ta in quibus mecum. Hoc dicit ne aliquis deſpe
ret. Si enim commutari.i. conuerti uellent, utiq;
1.Cor.13. ſaluarentur. Multa hæc ſunt apoſtoli: Si linguis
hominum loquar & angelorum & cætera, uſq;,
charitatem autem non habeam, nihil ſum. Illa
numero plura, hæc pōdere maiora. Ergo in his
omnibus ſacramentis mecum, in charitate non
mecum. Reuera redimet animam meā ab illis,
quia me exaltabit, illos deijciet. *Exaudiet deus*, ſ.
me humiliatum exaltando. *& humiliabit* tādem
illos hic elatos. & poterit, quia *eſt ante ſecula*, uer
bum ſcilicet mihi unitum, quem illi mortalem
putauerunt. Ideo tandem humiliabuntur, quia
non eſt illis hic commutatio. Nolūt commutari de
morte ad uitam, quia conculcant ſanguinem iu
ſti, in quo facta eſt illa mutatio. Vel ideo humili
abuntur, quia non erit illis tunc commutatio.
1.Cor.15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes im
mutabimur: qs impij immortales quidem erūt,
ſed paſſibiles. Et merito hoc illis eueniet, quia *nō*
timuerunt deum, quem quaſi hominem damna-
uerunt, id eſt, me. Et ideo *extendit manum ſuam*
in retribuendo, id eſt, multum illis retribuet, quia

& hic & in futuro, & hoc oſtendit, *Contamina-*
uerūt teſtamentum eius, id eſt, permiſit illos con-
taminare legem, attendentes tantum promiſſa,
& non attendentes complentia: accipientes ue-
tus, non recipientes nouum, id eſt, recipientes ſa
crificiū Aaron, & Melchiſedec reſpuentes. hoc
de iudæis. Si autem de hæreticis, contaminaue-
runt teſtamentū dei, id eſt, ſacras ſcripturas pra
uo intellectu, uel hoc modo, Abrahæ dictæ ſunt Gal.3.
promiſſiones & ſemini eius. Non dicit, & ſemi
nibus, quaſi in multis: ſed quaſi in uno, & ſemi-
ni tuo, qui eſt CHRISTVS. In hoc ergo Chri
ſto promiſſum eſt teſtamentum. In ſemine tuo
benedicentur omnes gētes. Tu qui dimiſiſti uni-
tatem omnium gentium o hæretice, & in parte
remanſiſti, contaminaſti teſtamentū eius. Et hoc
modo contaminauerunt iudæi legem dei, quia
diuiſi ſunt in illo teſtamento, ſeparantes uetus a
nouo: illud recipientes, iſtud reſpuentes: ſacrifi
cium ſecundum ordinem Aaron recipientes, &
ſacrificiū ſecundū ordinē Melchiſedec reſpuen
tes. Vel hæretici diuiſi ſunt ab unitate eccleſiæ,
in qua una fides, unum baptiſma. uel diuiſi ſunt
.i. diuidentur a non contaminantibus teſtamen
tum, ut palea a grano, ſiue iudæi, ſiue falſi Chri-
ſtiani. *ab ira uultus eius*.i. ab ira iuſti iudicij eius,
quæ in uultu, id ē, præſentia dei manifeſtabitur.
Vel diuidentur, id eſt, ſeparabuntur ab ira uul Iſa.26.
tus eius, id ē, ab irato uultu. Tollatur impius ne
uideat gloriā dei. uel diuiſi ſunt, ut dictum eſt, iu
dæi in teſtamento, uel hæretici in ſacra ſcriptu-
ra. Ab ira uultus eius, id ē, excæcati ſunt interius
ab occulta ira dei, quæ eſt in illius uultu, etſi nō
ſit in uultu hominum. *Et appropinquauit cor illi-*
us. Cæcitas facta in Iſrael, appropinquauit cor
illius, id eſt, uoluntas dei, ut plenitudo gentium
intraret. uel hæreticis diuiſis a ſano intellectu,
uel iudæis non recipientibus nouum teſtamen-
tum, & dicentibus, Durus eſt hic ſermo. & quis Iob.6.
poterit ſeruare? Putantibus carnem Chriſti fru
ſtratim debere incidi, & ſacrilego more come-
di, cū Chriſtus diceret: Niſi manducaueritis car
nem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem.
Illis retrorſum abeūtibus, appropinquauit cor
illius, id eſt, uoluntas illius, quæ erat ſpiritualiter
intelligenda in illis ſacris uerbis, appropinqua-
uit ſcilicet non contaminantibus teſtamentum
eius. Et hoc modo appropinquauit. *Molliti*
ſunt ſermones eius ſuper oleum, id eſt, penetrabiles
facti & molles a duritia illa, quam ipſi intellexe
runt qui dixerūt, Durus eſt hic ſermo: quemad
modum Petro, qui pro alijs diſcipulis dixit: Do
mine, ad quem ibimus? Verba uitę habes. Spiri Iob.6.
tus ē qui uiuificat, caro autem infirma eſt, id eſt, Mat.29.
uerba tua ſpiritualiter intellecta, uiuificant: car-
naliter uero intellecta, mortificāt. Super oleum
id eſt, magis quàm oleum penetrat uſque ad
oſſa, ſermones autem dei uſque ad medullas
cordium. uel hæreticis contaminantibus teſta-
mentum dei, & diuidentibus ſe ab unitate ca-

tholicę ſidei, appropinquauit cor illius. quia uo
luntates diuinæ quæ latebant in ſcripturis indiſ
cuſſæ, apparuerunt: quia excitati ſunt multi ad
inueſtigandas ſacras ſcripturas, iuxta Apoſto-
I.Cor. II. lum: Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt in
ter uos, manifeſti fiant. Molliti ſunt ſermones
eius.i. intellecti. *Et ipſi ſunt iacula.* Quaſi dicat: Et
ſi ſint molles, tñ ſunt iacula ad cõuincendos fal-
ſos fratres cõtra hæreticam prauitatem, corda
inimicorum transfigentia, ignẽ diuini amoris in
eis excitantia, interficientia pſecutorem, & exci
tãtia diſcipulũ. Ergo qa dñs me exaudiuit, meo
exemplo *iacta ſuper dominũ cogitatũ tuũ*, oẽm ſo
licitudinem tuã in eũ ꝓijce, noli cõtaminare te-
ſtamentũ eius. *& ipſe te enutriet* in ſermõibus ſu
is, ut ꝓficias de uirtute in uirtutẽ. *& tibi iuſto non
dabit fluctuationem in æternũ.* & ſi ad tempus det ti
bi commotionẽ mentis, non dabit ut maneat in
æternũ, ut in Petro nõ mãſit. Aliter: Iacta ſup do
minum *curã tuã.* Quaſi d. molliti ſunt ſermões
eius. Et o Chriſtiane, ſi adhuc duri ſunt tibi, noli
deſpicere, noli ad infidelitatem diuertere. Ideo
tibi durus eſt, quia adhuc lacte es nutriendus.
Iacta ſuper dñm curã tuã, & non dabit in æter-
nũ fluctuationem iuſto: qa erit tibi portus ſalu-
tis. *Tu uero deus deduces eos in puteũ interitus.* Q. d.
illos aũt q nolunt iactare curã in te. Tu. Quaſi d.
quem neceſſe eſt eſſe iudicem, qa deus. de tene-
bris ſomniorũ duces in tenebras tormentorũ.
Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabũt dies ſuos.
Si hoc ad Iudæos refertur, ſic iungitur cum ſu-
periori. Diceret aliqs: Nõne proderunt eis lega
lia inſtituta? nõ, qa illi uiri ſanguinũ.i. interfecto
res Chriſti, nõ ſolũ facientes, ſed cõſentiẽtes, pra
uo intellectu legis dei ſe & alios perdentes, non
dimidiabunt dies ſuos.i. nõ ſeparabunt tempo
ra ſua.i. uetus teſtamentum a nouo. Sicut cre-
dunt illud eſſe ſeruãdum, iſtud nõ. quia iuncta
ſunt, illa ſunt ꝓmittentia, iſta complentia. & qui
unum ſine altero uult ſeq, neutrum habet. uel de
omnibus tã Iudæis q̃ gentibus. Quaſi d. reuera
deduces eos in puteũ interitus, qa uiri ſanguinũ,
fundentes ſanguinem animarũ & corporũ. & do
loſi.i. circumuenientes fratres in negocio. Nõ di-
midiabunt dies ſuos.i. nõ ſeparabunt dies iſtos
a diebus æternis, putãtes nullã eſſe uitã niſi iſtã.
Vel hoc mõ nõ dimidiabunt, ut ſimul ſeruiant
nunc deo, nunc mãmonæ uiciſſim. Quia nõ po Mat. 6.
teſtis duobus dominis ſeruire, dicit ſermo diui-
nus, non poteſt hoc ſimul eſſe. Gregorius: Dies
ſuos neq̃q̃ dimidiabunt, qa peruerſam mentem
ſuam nec in extremis mutabunt. Caſſiodorus:
Hos tales dicit non implere dies ſuos, quando
cum ſibi longam uitam promittunt, repentinus
eis ſuperueniet interitus. Nam omnium dies in
prædeſtinatione noſcuntur eſſe definiti. *Ego au-
tem* caput & membra, ſcilicet dimidiabo. Et cau
ſa. Quare? Nam *ſperabo in te domine*, ſuper te ia-
ctabo curam meam. & ideo illi deducentur in
puteum interitus.

In finem pro populo, qui à ſanctis longe factus eſt, in tituli inſcriptione ipſi Dauid, cũ tenerẽt eũ allophyli in Geth. LV.

MIſerere mei deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduerſum me. Ab altitudine diei timebo, ego uero in te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos, in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro. Tota die uerba mea execrabãtur, aduerſum me oĩes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſeruabunt. Sicut ſuſtinuerunt animam meam, pro nihilo ſaluos facies illos, In ira populos confringes. Deus, uitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Sicut & in promiſſione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorſum. In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo uerbum, in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo. In me ſunt deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quoniam eripuiſti animã meã de morte, & pedes meos de lapſu, ut placeã corã deo in lumine uiuentium.

Cõſtructio tituli. Hæc q̃ aguntur in hoc Pſal
mo, referũtur in finem temporũ, ut nõ ad hiſto-
riã accipiãtur.i. in plenitudinem temporũ attri-
buenda Dauid, capiti & corpori.i. Chriſto ue-
ro Dauid. Tũc cum allophyli.i. alienigenæ uel
potiõe cadentes Iudæi & eorũ ſimiles, ſ. incredu
li, inebriati dulci fortuna huiꝰ uitæ, tenuerunt
eum in Geth.i. in torculari ſ. in ꝑſſura, ne mun-
dus abiret poſt eum, facta tunc ꝓ populo.i. pro
eruditiõe populi, ut deus eruat eum ab illo po-
pulo, qui a ſanctis longe factus eſt inſcriptione
tituli.i. remotus ab his qui inſcriptionem tituli
receperunt, qui ſcriptus ẽ à Pilato ſuper caput
Ieſu, tribus linguis ſcriptus, quaſi tribus teſtibus
cõfirmatus: Ieſus nazarenus rex Iudæorũ. Oẽs
q Ieſum regẽ humiliter recipiũt, & ſub illo rege
uiuunt, hunc titulũ recipiunt. q aũt Chriſtũ regẽ
habere noluũt inſcriptione huius tituli longe fi- Iob. 19.
unt a ſanctis. qui dixerunt Pilato: Noli dicere
rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit regem ſe
Iudæorum. Quibus ille ignoranter præbuit
teſtimonium ueritatis, dicens: Quod ſcripſi,
ſcripſi. Quaſi dicat: Quid mihi ſuggeritis falſi-
tatem? Non commuto ueritatem. populus lon

ge factus a ſanctis, Iudaicus principaliter, qui ſe dicit regem non habere niſi Cæſarem: ſecundo, omnis populus qui pro regno terreno deum in ſe regnare non permittit. Eſt autem rex ad terrena terrenus, ad cæleſtia cæleſtis. nec in hoc peccauerunt, quod regem appellauerunt Cæſarem, ſed in eo quod reſpuerunt Chriſtũ regem, quem habere regem nolunt, corpus eius, id eſt, eccleſiã perſequũtur. Nos cũ Chriſto in cælo per ſpem, ipſe nobiſcum in terra per charitatẽ, qui in mẽbris ſuis quotidie patitur uſq; ad conſummationem ſeculi. In cælo iam ſedebat, cum in terra diceret: Saule Saule, quid me perſequeris? Quos perſecutores in hoc pſalmo tolerare iubemur, & ad orationem confugere. proprie autem longe ſiunt a ſanctis, qui corde, non corpore. Legitur autem Dauid, cum fugeret Saul, apud allophylos peregrinatus, non tentus: nec legitur de inſcriptione aliqua tituli illius Dauid, quod nos ad myſterium ab hiſtoria reuocat, ut in Dauid Chriſtum intelligamus. quem non ſolum tenuerunt, ſed adhuc tenent allophyli in Geth. Corpus enim Chriſti quandiu eſt in hac uita, ab his qui longe ſunt a Chriſto, tenetur in Geth, id eſt, in torculari, ſcilicet in preſſuris. In torculari autem utilis fit preſſura. quicquid preſſurarum patiũtur ſancti a diuerſis, utile eſt. operatur enim ꝓbationem. Attendant ergo hunc pſalmum qui in preſſuris ſunt. non tamen aſtringitur uox illis qui extra paſſionem. Eſt autem uox Chriſti, maxime in perſona membrorum. Attende o Chriſtiane pſalmum, qui cum premeris, noli recuſare preſſurã. ſed ut tibi utilis fiat, cõfuge ad orationem. uua ſis, & manabis uinum dignum poculo regis.

Actu 9.

Miſerere mei deus, oppreſſi in Geth, capitis & membrorum, ut hæc preſſura ad probationem fiat, non ad perditionem. Et opus eſt, *quoniam conculcauit me homo*, omnis longe factus a ſanctis. Quàm grauiſſima & ignominioſa preſſura me premit, quia etiam ſub pedibus calcat. Alludit ad titulum, ubi dictum eſt, in torculari. Mei, membra mea. & hoc non ad tempus, ſed *tota die*, id eſt, tota hac uita *impugnans* male uiuendo, doctrinã reſpuẽdo, *tribulauit me*. Sed o Chriſtiane, ne defice in conculcatione, attende quem inuoces. Quaſi enim primus in torculari botrus fuit in tribulatione Chriſtus, a quo botro calix ille inebriãs profluxit. Tota die, id eſt, toto tempore. Nemo ergo dicat, fuit prius tribulatio, nũc non eſt. Si non tribularis, non es Chriſtianus. *Cõculcauerunt me inimici mei tota die*, quia dixit, homo, ne quis de uno accipiat tantum, determinat quid per hominem uelit accipi, ſcilicet omnes illos qui ſunt membra hominis, id eſt, diaboli, de quo dictum eſt: Inimicus homo hoc fecit. Quæ mẽbra diaboli, ſemper nituntur conculcare mẽbra Chriſti. Tota die, id eſt, tota hac præſenti uita. Et poſſunt conculcare, *quoniam multi bellantes aduerſum me*. Ideo bellãtes, quia *ab altitudine diei*,

Mat. 13.

ſubaudis deficiunt, id eſt, a cognitione maieſtatis illius diei, cuius duodecim horæ ſunt duodecim apoſtoli. Qui dies in alto latens, non eſt cognitus a populo, q a ſanctis longe factus eſt. Sed nunquid ab hac altitudine *timebo*, ut ab ea iudicer? Non, potius illi timebunt, ſecundũ quandã translationem, & non ego: quia *in te ſperabo*, ſcilicet in altitudine illius diei, uel ab altitudine diei tuæ? Quaſi dicat: inimici mei & multi ſunt & alti, id eſt, potentes. ſed nunquid eos timebo propter multitudinem uel propter altitudinem, cũ illa potentia ſit diei, Id eſt, temporalis & cito trãſitoria, quaſi unius diei? Subauditur, non. Et ſupponit cauſam. *Ego uero* quaſi iuſtus, manſuetus & pius, ſpero in te iuſto, manſueto & pio. Vel timebo ego ab altitudine, diei, ut deficiã ſub onere in meridie. ſicut illi qui mane portant, & poſtea deficiunt. Ego non, ſed potius illi timebunt ab altitudine diei, id eſt, a uero ſole ueniente ad iudicium. Et ut ego poſſim ſperare, *in deo laudabo* uerbum, id eſt, filium patri coæternum. Laudabo, non ero illis ſimilis, qui eum regem habere nolunt, ſed quaſi hominem contemnunt. In domino laudabo *ſermones*, id eſt, prædicationem de eo factam, uel omnes ſermões. Sermones enim tuos, aut mendaces habebis, & ideo tuos: aut ſi ueraces erunt, & ſi eos a deo, non a te putabis habere, ueraces erunt, ſed tu mẽdax. Aliter: Timebunt autem quandoque qui modo ſuperbiunt, qui modo alti ſunt. Ego uero interim timere præeligo, ut non deſperare tibi cogar. Et in illa ſpe non ero ocioſus, ſed faciam officiũ ſperantis: quia in deo ſcilicet exiſtens, laudabo ſermones *meos*, id eſt, laudabiles faciam, tum dignitate bonæ uitæ, tum ueritate. Ille laudabiles facit ſermones, qui prius bene operatur, deinde ꝑdicat, iuxta illud: Quæ cœpit Ieſus facere & docere. Et ideo non dico tantum, ſperabo: ſed *ſperaui* ſemper *in deo*. & ideo *non timebo quid faciat mihi caro*, id eſt, carnalis, cito tranſiens, cito interiturus. Qui antea dixerat, Miſerere mei deus quoniam conculcauit me homo, quomodo nunc dicit, nõ timebo quid faciat mihi caro? Ibi reſpexit ad culturam, hic autem proſpicit ad uinum quod inde manat. Et ideo non timebo quid faciat mihi caro, quia caro nihil poteſt niſi in carnem. Et quid facit caro? *Tota die*, id eſt, aſſidue *uerba mea execrabantur*. Hic apparet quod unus loquitur. Verba mea in te laudabilia, blaſphemant. quæ dico mea, ita tamẽ, ut a te data. Auguſtinus: Roga, & non eris uacuus. confitere tuum, & non eris ingratus. *Aduerſum me omnes cogitationes eorum*. Quaſi dicat: non ſolum uoces ſunt aduerſum me, ſed etiã omnes cogitationes. Sed q̃a aduerſum eũ poſſent eſſe, & tamẽ in bonum, ideo dicit, *in malum*. Oſtendit quõ oẽs eorꝫ cogitationes in malũ, q̃m *inhabitabunt*. Aliq illorꝫ inhabitare ſe mecũ ſimulabunt, in eccleſia ſuſcipiendo baptiſma, ſuſcipiendo nomen Chriſtianũ, uelut Iudas q falſus frater erat, q in nume

Iob. 11.

Actu. 1.

ro diſcipulorũ erat. *& abſcondent*.i. in corde do-
los tegent, inſidias parabunt tanquam falſi fra-
tres, qui introierunt explorare libertatem no-
ſtrã. oſtendit quõ abſcondent. *ipſi calcaneũ meũ*
obſeruabũt i. lapſum in lingua uel opere, ut habe
ant quod accuſent. ita obſeruabũt, *Sicut ſuſtinue-*
rũt animã meã. i. quemadmodum illi quibus ani-
ma. i. uita mea grauis fuit & moleſta ad uiden-
Ioh.3. dum. Qui enim amat tenebras, odit lucem. Caſ-
ſiodorus: Reuera in malum, quia malum inteſti
num, uulnus inſanabile. quia quãto plus tegitur,
tanto amplius incurabili putredine ſauciatur.
Vel ſecundum aliã tranſlationem, Suſtinuit ani
ma mea. Et eſt ſenſus: Suſtinuit illos anima mea
etiã falſos fratres, ita mihi dicens: Suffer illos,
ora pro illis. *Pro nihilo ſaluos facies illos*. i. ſine la
bore uel gratis. & in hoc docet tales eſſe toleran
dos. undecim enĩ diſcipulos elegit deus ad pro
bationẽ, ut illos imitando, ad perfectionem du
camur: undecim, ad tẽtationem quæ fidelibus
utilis eſt. pro nihilo. i. ſine p̃cedentibus meritis
ſuis ſaluos faciet, ut latronẽ, q de latrocinio ad
iudicium, de iudicio ad crucem, de cruce in pa-
radiſum iuit. Aliter: Sicut ſuſtinuerunt animam
meã. Sed & ego orabã pro illis, hoc ſciens, quia
pro nihilo. i. facile ſaluos facies illos. uel illis gra
uis erat uita mea, & hoc ſine eorum dãno. quia
o deus tu ſaluos facies illos. i. reſuſcitabis a mor
te, ſed pro nihilo. i. pro nulla eorum utilitate.
1.Cor.15. Oĩes quidẽ reſurgemus, ſed nõ oẽs immutabi
mur. Et reuera pro nulla eorũ utilitate, quia in
ira quã meruerunt, cõfringes eos duplici contri
tione. Vel in bonum. Hoc modo ſaluos facies.
In ira populos cõfringes, euacuando nequitiã, do
nãdo gratiã. qa erũt in ira territi, tribulatiõibus
uexati, fide firmati, grã ſaluati. Hoc mõ cõfrin-
ges, hoc mõ ſaluabis: qa ego nũciaui illis uitam
meã, q̃ fœda, q̃; praua olim fuit: nũc uero q̃ pul
chra, quàm ſancta per gratiã tuam. & hoc tibi
attribuens, non mihi, ut ſim illis in exemplũ reſi
piſcendi. iuxta Apoſtolum, qui prius fui perſe-
1.Ti.1. cutor blaſphemus. nũc autem miſericordiã cõ-
ſecutus ſum, ut in me oſtenderet diuitias miſeri
cordiæ ſuæ. Nõ ideo annunciamus uitã noſtrã
deo, ut ipſe cognoſcat, ſed humilitatem noſtram
attendens ignoſcat. Ego nunciaui illis uitã meã,
quã uitam prius *tibi* nunciaui. Et tu *poſuiſti la-*
chrymas meas. i. lachrymoſas p̃ces *in cõſpectu tuo*
.i. exaudiſti eas. Sicut & in ꝓmiſſiõe tua. tu enĩ
Ieze.18. promiſiſti, In quacunq; die pctõr conuerſus in-
gemuerit, ſaluus erit. Si autem illud in malũ ac-
cipitur, In ira populos confringes, tũc, *deus uitã*
meã, ſic ad ſuperiora iungitur: Ipſi inhabitabunt
& abſcondent. Ego tamen *annunciaui* uitã me-
am .i. propoſui me illis exemplum bonæ uitæ.
Si autem in perſona capitis legimus dictum, de
us uitam meã, ſicut & cætera huc uſq;, etſi quæ
dã pro membris, eodem mõ dicemus: Illi inha-
bitabũt & abſcõdent. Ego aũt o deus uitã meã
illis nũciaui. i. propoſui illis ad imitãdum *tibi*. i.
ad honorẽ tuũ. Et tu poſuiſti lachrymas meas. i.
lachrymoſas p̃ces factas pro meis, in cõſpectu
tuo, *ſicut & in promiſſiõe tua*. Tu enim dixiſti, in Ge.22.
ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Tũc. i.
narrata illis uita mea, *cõuertentur inimici mei re-*
trorſum, ut imitẽtur qui prius ꝓcedere uolebãt.
Et *ecce* in illa cõuerſiõe *cognoui quoniã deus meus*
es tu, oĩm deus per naturã, meus ꝑ gratiã. feciſti
te poſſeſſorem meũ, feciſti me poſſeſſiõem tuã.
& non ſolum nunc, ſed *in quacũq; die inuocauero*
te. Et quia feciſti me poſſeſſionem tuã, *in deo lau-*
dabo uerbũ. nõ ero illis ſimilis, qui filium dei regẽ
habere nolunt. laudabo. i. fide & opere oñdam
laudabilem filium, in deo. i. in maieſtate dei pa-
tris. *In domino laudabo ſermonẽ* meũ. qui ſi eſt ue-
rax, ex illo eſt. *in deo ſperaui*. & ideo *nõ timebo qđ*
faciat mihi hõ. Nihil enim põt hõ, niſi quod hõ in
corpus põt, in animã uero nihil ille qui tm̃ eſt
hõ. potius illum timebo, qui põt & animã et cor Mat.10.
pus mittere in gehennã. Et in his omnibus per-
ſoluã uota, nõ ero ingratus. Sed illa uota tua
ſunt. quia omne datũ optimũ, & omne donũ ꝑ- Iac.1.
fectum, deſurſum eſt. Et illa uota, illa ſacrificia
nõ extra me accipiã, ſed ubi nullus hoſtis aufer-
re poteſt. *in me ſunt deus uota tua, quæ tibi reddã ſ.*
laudatiões. Si uolumus deo ſacrificare, nõ extra
petamus quod offerre uolumus. In nobis ẽ lau
dis incenſum, fidei ſacrificium. quicquid offeri-
mus, accendatur charitate. *Quoniam eripuiſti ani*
mã meã de morte. Hæc eſt illa uita quã annuncia-
uit illi. Mortuus erã, per te uiuo. In me ſunt uo-
ta laudis quæ tibi reddã. Amo deum meum. ne
mo mihi illum aufert. Animã meã *eripuiſti* de
morte infidelitatis, uel de morte uitiorũ. *Et pe-*
des meos. i. omnes affectiões meas *de lapſu* uel pe
des. i. opa. *Vt placeã corã* dño in lumine uiuẽtiũ,
ut ambulãs coram deo, placeã ei in lumine. i. in Ioh.1.
Chriſto, q eſt lumẽ qđ illuminat oẽm hoiem ue
nientem in hunc mundum. uel in lumine uiuen
tium. lumen uiuentiũ fideliũ, eſt ut gratis deum
colãt. uel lumen uiuentiũ prudentia, ſicut tene-
bræ inſipientium ſtultitia. Si quis in uoce capitis
uult totum pſalmũ legere, ita dicet: Ita execra-
bunt uerba mea & calcaneũ meum oẽs, utpote
q ſuſtinentes erãt animã meã. i. quibus uita mea
grauis erat ad uidendũ. Et qm̃ uita mea fuit illis
oneri, & ꝓpterea mala ſupradicta mihi intule-
runt, ꝓ nihilo ſaluos facies illos. i. nullo merito
illorũ p̃cedente. Sola miſericordia ſaluabit eos,
remittendo pctã. uel quemadmodũ ꝓ nihilo. i.
immerito grauedini uitã meã habuerunt, ita ꝓ
nihilo. i. ſine merito ſaluos facies illos, in q̃ ma-
xima dei percipiť mĩa. & ita ad hoc ꝑueniens,
ut ſaluos facias, confringes populos. i. uitia po-
pulorũ in ira tua. i. in cõſideratiõe iræ tuæ futu-
ræ, hoc ſ. ordine: Deus uitã meã annũciaui tibi.
poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. i. illi
qui mei futuri ſunt, annunciabunt tibi uitã ſuã
actã. & tu poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu
tuo. i. illos pro quibus fudi lachrymas, quem-
admodũ ad monumentũ Lazari lachrymatus Ioh.11.
eſt, nõ ꝓ Lazaro, ſed ꝓ ſignificatis morte Laza

ri. In cõſpectu tuo.i. in beneplacito præſentiæ tuæ. Sicut & in promiſſione tua, id eſt, ſicut tu promiſiſti & ego ꝑmiſi, quod notatur & per, et. Tunc, id eſt, in illa annunciatione uitæ ſuæ. Qui erant inimici conuertentur retrorſum, ut fiant ſequaces. In quacunque die inuocauero te. Ne dicat aliquis conuerſiõem iſtam tantum ad eos pertinere, qui in primitiua eccleſia ſtatim poſt reſurrectionem ſunt cõuerſi. In quacunque die, ſiue in primitiua, ſiue in ſubſecutiua eccleſia, inuocabunt te mei. Ecce cuncti ſtatim in experientia percipient, quia deus illorum es, id eſt, miſericorditer agẽs cum eis. In deo laudabo uerbum, in domino laudabo ſermonem. Poſtquam cognouerint te propicium ſibi deum, laudabilia facient ſcripta ſua quæ mittent eccleſijs, uel prædicationem in conuentu fidelium. Et ſermonem ſuum, quem ad aliquem dirigent. uel uerbum, id eſt, filium tuum, ut ſupra. Poteſt hic trinitas notari, in deo, in domino, in deo. cætera ut ſupra.

¶ In finem ne diſperdas Dauid, in tituli inſcriptione, cum fugeret à facie Saul in ſpeluncam. LVI.

MIſerere mei deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad deum altiſſimum, deum qui benefecit mihi. Miſit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Miſit deus miſericordiam ſuam & ueritatem ſuam, & eripuit animam meá de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Exaltare ſuper cælos deus, & in omni terra gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo, & pſalmum dicam domino. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, et pſalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata eſt uſque ad cælos miſericordia tua, & uſque ad nubes ueritas tua. Exultare ſuper cælos deus, & ſuper omnem terram gloria tua.

Caput noſtrum Chriſtus ſicut paſſus eſt ut ſuos doceret in hac uita pati, & reſurrexit ut ſpem reſurgendi daret: ita & orauit ut eos orare doceret, quemadmodum in hoc pſalmo, in quo menſuram charitatis inſinuat. Concordat enim uer-
Ioh.15. bis euangelij, quibus dicitur: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. quoniam ſi deficis ſub præcepto, confirmat te ſuo exemplo. Si autem exemplum tibi difficile uidetur, incipe: & iuuabit te, qui dedit & auxiliũ. Titulus hic eſt. Hæc uerba referuntur in finem, id eſt, in illum ad quem omnes iuſti tendunt. quo adepto, nihil ultra deſideratur, id eſt, in Chriſtum. inſtituta ad hoc, ut quiſq; fidelis ne corrumpas inſcriptionem tituli Dauid, ſubtrahendo te dominio illius, & denegando illi regnum in te, quod tamen habet uelis nolis, quemadmodum Iudæi qui dixerunt:
Luce.19. Nolumus hunc regnare ſuper nos. &, Regem
Ioh.19. non habemus niſi Cæſarem. cum ſcriptus eſſet ille titulus tribus linguis quaſi tribus teſtibus confirmatus, dixerũt ad Pilatum: Noli ſcribere rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum. quibus ille reſpondit: Quod ſcripſi, ſcripſi. Quaſi diceret: Vt quid mihi ſuggeritis falſitatẽ? non corrũpo ueritatem. quia a ſeculis ſic eſt diſpoſitum, non poteſt mutari. Reuera rex eſt. ſi homines eum nolunt regem, angeli tamen habent. Inſcriptionem dico, factam tũc cum fugeret Da-
1.Reg.24 uid ſpiritualiter in ſpeluncã. Dauid fugiens Saul, latuit in ſpelũca humilis, mãſuetus & pius, fugiens ſuperbũ, immanſuetũ & impiũ, in q̃ etiã ſpelũca partẽ chlamydis eius abſcidit, in teſtimonium q̃d eũ occidere potuiſſet. Ita & Chriſt⁹, quẽ ſuperbia Iudæorũ perſeq̃batur & impietas iuſtũ, humilẽ & piũ, latuit a cognitiõe Iudæorũ in humana natura q̃ſi in ſpelũca. Voluit uideri, ut nõ cognoſceretur: nõ cognoſci, ut cõtemneretur. occulte inter hoies ambulauit, faciẽs diuina, patiẽs humana, donec in ligno ſuſpenderetur. uel cũ latuit in ſepulchro. Ibi enim q eũ perſecutus. quia nulla hiſtoria legitur, de titulo Dauid qui hic eſt appoſitus, hoc trahit nos ad myſterium.

MIſerere mei *deus*, *miſerere mei*. Auguſtinus: Qui cũ patre miſeretur tui, in te clamat, miſerere mei. Vox Chriſti capitis. Miſerere mei Chriſti, latentis in ſpelũca, reſuſcitãdo & educẽdo in notitiã gentiũ. miſerere meorũ in me deus, ſ. q potes. Et debes, *quoniã in te confidit aĩa mea* & meorũ, q̃d per con, notatur. Cõfidit, dico. Et ſemper confidã. *Et in umbra alarũ tuarũ ſperabo*.i. ſub ꝓtectiõe duorũ teſtamentorũ uel in gemina charitate. uel ſub ꝓtectiõe miſericordiarũ tuarũ ꝓtege me a frigore abundãtis iniquitatis. & ẽ metaphora ab auibus. *Donec trãſeat iniqtas*.i. tota hæc p̃ſenti uita. q̃a ſicut decedẽtibus iuſtis ſemꝑ ſuccedũt alij, ita in hac uita decedẽtibus iniquis ſuccedũt alij. Et merito ſperabo, q̃a *clamabo* in me & in meis ut clamãdũ ẽ. q̃a feruor charitatis, clamor ẽ cordis. hac ſemꝑ æſtuabit cor meũ. *Ad deũ altiſſimũ*, q nõ exaudit niſi clamantẽ. Quia altiſſimus eſt, non diſſolutis manibus, non genibus debilibus intendẽdum eſt mecum. Altiſſimus eſt, & ꝓximus. deus de lõge, deus de prope. Exhibitio p̃

Pſal.118. teritorum,ſpem præbet futurorum. longe a pec
catoribus ſalus. Iuxta eſt dominus his qui tri-
bulato ſunt corde. Et hoc magna ſpe, quia cla-
Ro.5. mabo ad *deū qui iā bene fecit mihi*. Si e mcū inimi
ci eēmus, bñ fecit, multo magis nūc. *Miſit de cælo
& liberauit me*. Hic Chriſtus loquit in hūana na-
tura. Deus pater miſit de cælo. i. de ſede maieſta
tis ſuæ, non angelum, non archangelum, nō quā
libet ſubiectam creaturam, quaſi miſericordem
indigenti, ſed filiū miſit, miſit ſeruientem omni
Iohā.1. petenti. Miſit itaque uerbum ſuum, de quo di-
ctum eſt: In principio erat uerbū, & uerbū erat
apud deū. Et liberauit me de mortalitate & paſ
ſibilitate, de conculcatiōe iudæorum. & in mea
liberatione liberauit & meos in ſpe. *Dedit* au-
tem *in opprobrium conculcantes me*, iudæos ſ. con
culcantes ſanguinem iuſti & contemptui haben
tes. magnum opprobrium, quia regnum & ſa-
cerdotium in quo maxime gloriabantur, ami
ſerunt. de ciuitate illa maxima in qua dominū
occiderunt, eiecti ſunt. & in eadem paſchali ſo-
lennitate captiuati, diuerſi per mūdum capſarij
Chriſtianorꝫ facti ſunt. quia ſeruant libros legis
& prophetarum, quibus gentiles conuincātur,
& fideles ædificentur. ſimiles facti ſunt cæco ha-
benti ſpeculum, & ſe ipſum in eo nō uidēti, ſed
præbenti alijs ad uidendum. & tādem dabit in
æternum opprobrium ſimiles cum illis, qui con
culcant Chriſtum in membris ſuis. Quod autē
miſit, ſubiungit: *Miſit deus miſericordiam ſuam*. i.
uerbum ſuum, infirmitati humanæ compatien
tem. *Et ueritatem ſuam*. & p illū miſit uerā cogni
tionem ſui q̄ in cæleſtibus, ut & hoies eū agno
ſcerent. *Et eripuit animā meā*. i. uitā meā & meo
rum in me. *de medio catulorum leonū*. i. de cōmu-
ni ſententia. leonum. i. principum iudæorum et
catulorum leonum. i. iudaicæ plebis, quæ con
ſentiendo crudelitati principum, facta eſt quaſi
catulus leonū. Eo opus fuit ut eriperet, quia *dor
miui*. i. animā poſui. Sed quia dormire ambigu
um eſt, qd' de dormitiōe mortis hoc uelit intel
ligi, hoc modo determinat, *conturbatus*. Deſcri-
ptio mortis: Dormiui conturbatus. Qui ie con
turbauerūt? *filij hoīm*. i. filij patriarcharꝫ & pro
phetarum ſecundū carnē, non ſecundū imitati
onem. Quibus armis? Noli attendere ceſſantes
Mat. 26. manus, ſed attēde armatum os. quia *dentes eorū
arma*. Reus eſt mortis. Dentes. i. mordacia uer-
Ioh.11. ba. *Et ſagittæ*. i. occulta conſilia. Occidamus eū,
Ioh.19. ne forte mundus poſt eum abeat. *Et lingua eorū*
. i. mortis ſententia, *gladius acutus*. Crucifige cru
cifige. Sed quæ cura quid illi in me machinētur?
Exaltare ſuper cælos deus. Exalta me hominem
ſuper angelos & archangelos, uel ſuper patriar-
chas & prophetas, ut per me filium tuum exal-
tatū, exalteris tu deus altus & glorioſus. *Et glo
ria tua*, gloria reſurrectionis, unde tu eris glorio
ſus, exaltetur *ſuper omnem terram*. Iudęi noluerūt
tibi gloriam dare in iudæa. ſed tu gloriā tuā ma
nifeſta per totum mūdum, etſi nō ſuper paleas,

tamen ſuper grana. Iſtud fuit exultanter inter-
poſitum, nunc redit ad illud. Filij hoīm, dentes
eorꝫ arma & ſagittæ. *laqueū parauerunt pedibus
meis*. i. impedimenta affectioni & intentiōi meæ
parauerunt, quæ fuit ut reſurgerem, & mundus
poſt me abiret. illi autē occiderūt, in ſepulchro
poſuerunt, munierunt ſepulchrum cum cuſto-
dibus. uel ſecūdum Caſſiodorꝫ, pedibus meis. i.
crepationi & promiſſioni meæ, quia per hos pe
des per mundum gradior in notitiā hoīm. In-
crepatio de p̄teritis uel præſentibus, promiſſio
de futuris. Vel pedibus meis. i. apoſtolis. *Et in-
curuauerūt animā meam*. i. humiliauerunt quantū
ad illorum opinionem, uel morte preſſerunt, &
de cælo deponere uoluerunt. *Foderūt ante faciē
meā foueam*, ne ego pficerem. mortem mihi oc-
culte & quaſi ignoranti parauerunt. Sed ante
faciem meā. i. me ſciente, me nō ignorante eorꝫ
conſilia. *Et ipſi inciderunt in eam*, non ego. quia
mors mea fuit eorum excæcatio. uel inciderūt
in mortem æternā. Confirmat nos his uerbis,
quaſi dicens: Quid mihi facere potuerunt qui
me perſecuti ſunt? Se ipſos potius dānauerunt.
ita & uobis nihil poſſunt facere. Q. d. ipſi mihi
parant foueā, quaſi ignorāti & quaſi inuito: ſed
paratum cor meū deus, ad mortis experientiā uo-
lūtarie obediens ſum. *paratū etiā cor meū*. i. me
orum ad offerendum tibi ſacrificiū. & ideo *can-
tabo* corde *& pſalmū dicā* opere *domino*. i. ad ho-
norem domini. uel ideo paratum cor meū, quia
hoc mō ero tibi canticū. i. delectatio. Et ut ego
cātem, *exurge gloria mea*. O corpus meum, nūc
ignominia mea, factum gloria mea per immor
talitatem & impaſſibilitatem, exurge de ſepul-
chro, Tu dico, *pſalterium & cithara*, faciens diui-
na, patiens humana. faciens diuina, pſalterium:
patiens humana, cithara. In uno inſtrumento
duo organa. Et quia hoc exultāter dictum eſt,
nō dubitatiue, ideo ſubiungit: *Exurgā*, & hoc *di
luculo*. Exurgā dico, & ad magnā utilitatem. q̄a
confitebor tibi in populis domine, i. in iudæis faciā
tibi fieri cōfeſſionem laudis. *&* non ſolum in iu-
dæis, ſed etiā *pſalmum dicam tibi in gentibus*. i. in
gentili populo. i. bene operādo faciā te laudari
in gentibus. Merito te laudabunt iudaicus po-
pulus & gentilis, *quoniam magnificata eſt uſq; ad
cælos miſericordia tua, & uſq; ad nubes ueritas tua*.
Videtur ordo præpoſterus, q̄a ueritas in cælis. i.
in angelis qua præpollent, ubi pure & ſimplicit
paretur uoluntati diuinæ. ad nubes uero. i. præ
dicatores cōſtituendos, opus fuit miſericordia.
Poteſt tamen & in ordine ſic legi: Domine, in
cælo miſericordia tua, quia hoies miſeros tu mi
ſeraris, & præbendo illis miſericordiā, cōmuta
tione reſurrectionis angelis aſſocias. qui cæli
dicuntur, propter eminentiā uirtutum. & ſic in
cælo miſericordia. Et ueritas tua. i. uera cogni-
tio qua angeli præpollent, deſcendit uſque ad
nubes. i. uſque ad homines tectos nube carnis.
quia dediſti illam uerā cognitionem & homini

bus. Vel miſericordia tua.i.miſericors tuus ma
gnificatus eſt uſque ad cælos conſtituendos. Et
ueritas tua,in qua impletæ ſunt omnes promiſſi
ones, eſt ualens uſque ad nubes conſtituendas,
ut nõ ſolum faciat cælos .i.uirtutibus ſublimes,
ſed etiã nubes,id eſt,prædicatores pluentes do
ctrinis, tonantes minis, coruſcantes miraculis.
Quod ut fiat, *exaltare ſuper cælos deus, & ſuper o-
mnem terram gloria tua*. Exaltare, non quod deus
in ſe exaltari poſſit, ſed exaltare apud notitiam
hominum, aſſumptũ hominem exaltãdo: ut te
exaltato, exaltetur ſuper oẽm terrã gloria tua.

¶In finem ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. LVII.

SI uere utique iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniuſtitias manus ueſtræ concinnant. Alienati ſunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti ſunt falſa. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantãtis ſapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, intendit arcum ſuum donec infirmentur. Sicut cera quæ fluit, auferentur: ſupercecidit ignis, & non uiderunt ſolem. Priuſquam intelligerẽt ſpinæ ueſtræ rhamnum, ſicut uiuentes ſic in ira abſorbet eos. Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Et dicet homo, ſi utique eſt fructus iuſto, utique eſt deus iudicans eos in terra.

Hæc uerba huius pſalmi referuntur in finem
.i.in Chriſtum, ad quem finem omnes iuſti ten-
dunt, ad hoc propoſita, ut tu populus iudaicus
non diſperdas Dauid.i. Chriſtum in inſcriptiõe
tituli.i. in mutatiõe regni ſibi aſſcripti & acqui
ſiti ſanguine ſuo. Præcipue iudæi ad hoc monẽ-
tur, deinde totum humanũ genus, ut redempti
per Chriſtum, non alium ſibi regem conſtituãt.
Præuidit propheta, Chriſtum apud iudæos na-
ſciturum in carne ad reparationem generis hu-
mani. & futurum ut iudæi, etſi ex multis præco
nijs eum intelligentes naſciturum, tamen in eũ
nõ credentes, ueritatẽ de eo in ore dicerent. ſed
malitiã in corde geſtarent. horum duritiã incre
pat ſermo diuinus, & omnium tã iudæorum q̃
gentium, qui hoc mõ Dauid, id ẽ, Chriſtum diſ
perdere, id eſt, a ſe remouere conantur, loquen
tes ueritatem in ſolis labiis. Dictũ eſt de iudæis:
Iſa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eius
longe eſt a me. Monet ergo ꝓpheta ut ſint uer
ba in uita, & labia in factis.

SI *uere utique iuſtitiam* homines loqui uolũt,
ſi Chriſtum regem a ſe repellere nolunt, ne
mo eſt qui inquiſitus de ueritate, non reſpõdeat
id quod uerũ eſt, .i. qđ facile eſt. qa manus pla-
ſmatoris in cordibus hominũ naturaliter legẽ
uitæ inſcripſit: Quod tibi non uis, alii ne feceris
Thob. 4. Hic omnis iuſtitia & omnis lex continetur, non
ſolum quod uitandum, ſed quod ſit ſequẽdum.
Hoc omnes intelligũt, id eſt, habet omnis homo
quod ei diſplicet furtum, homicidum, adulteri
um, & quod nõ uult ſibi fieri. Si qui autem pu-
tant aliquid deeſſe, ſcripſit deus legem, & poſuit
ante oculos hominum, ut iuſtitiæ inexcuſabi-
les eſſent, ut alterutra alteram confirmet.
Iſa. 46. Vnde dictum eſt: Præuaricatores legis, redi-
te ad cor. Sed quia non ſufficit ueritatem ſcire,
niſi etiam facere quis ſtudeat, ſic omnes horta-
tur ſermo diuinus, & præcipue iudæos utraque
lege eruditos, quaſi ita proponens: Scio quia ue
ritatem de Chriſto loquimini dicẽtes: Magiſter, Mat. 22.
ſcimus qa uerax es. Et, Magiſter bone, quid fa Mat. 19.
ciendo uitam æternam poſſidebo? Sed ſi iuſtiti
am, id eſt, ueritatem *loquimini*. & illã uere, id eſt,
ſine dolo, ſcilicet ut aliud non ſit in ore quàm in
corde. Vtique & ſi eam loquimini uti decet, *re
cte iudicate*, id eſt, recte diſcernite quid ſit uerita
tem loqui. Nõ eſt enim ſpecioſa laus in ore pec-
catoris. ſint uerba cordi conſona. *Filij hominũ*, id Eccl. 15.
eſt, filii patriarcharum & prophetarum, qui in
quiin hac ueritate perſtiterunt, uel filij hominũ,
id eſt, mortales. Quaſi dicat: ideo uos iſta mo-
neo, quia in corde aliter agendum quàm ratio
monſtrat, & diſponetis, & actu expletis. *Etenim
in corde iniquitates operamini*. Quaſi dicat: non
ſolum cogitatis mala in corde, ſed etiam in cor-
de operamini ea. Auguſtinus: Quicquid cogita
tur & in actum non ducitur, non ideo quod qs
non uult, ſed quia nõ poteſt, pro facto deus re-
putat. Si quis uiderit mulierem ad cõcupiſcen- Mat. 5.
dum eã, iã mœchatus eſt eã in corde ſuo. Quaſi
dicat: In corde peccatis & delectatione & con-
ſenſu, quæ iam eſt ſecunda mors. Et hoc facitis
in terra, quæ ad hoc uobis data eſt, ut æquitatẽ
ſeruetis. uel in terra, id eſt, in terrenis affectioni-
bus, in ira, odio, inuidia, uel terrenis dediti. &
non ſufficit uobis mala operari in corde, ſed p̃-
betis membra ueſtra arma iniquitatis. *Iniuſti-
tias manus ueſtræ concinnant*, id eſt, mala opera
cõtinuãt. Non enim reſipiſcitis a peccatis. Hæc
eſt concinnatio peccati. Fecit quis adulterium?
timens propalari, interfecit huius rei ſuſpectũ.
forte huius cædis quis cõſcius fuit? illum quoq;
perimere cogitauit, & non cogitauit ut ſe redi-

Iſa.5. meret a laqueis inimici. Vnde Iſaias: Væ illis qui
trahunt iniquitates ſuas ut reſtim longam. Qua
ſi dicat: & unde illis miſeris tāta excæcatio? *Alie
nati ſunt peccatores à uulua.* Peccatores, id eſt, le-
gis dei tranſgreſſores, non ſolum ſcriptæ & natu
ralis, alienati ſunt a uulua, id eſt, reprobati ſunt
a deo in ipſa conceptione ſecundū præſcientiam
Mal.1. dei, iuxta illud: Iacob dilexi, Eſau autē odio ha-
bui. *Errauerunt ab utero,* id eſt, poſtquā nati ſunt,
ſemper in errore & perfidia perſeuerauerunt. *lo
cuti ſunt falſa,* id eſt, ipſam perfidiam ore manife
ſtauerunt. ſi de Iudæis, Non eſt hic homo a deo,
Ioh.9.7 & 8. qui ſabbatum nō cuſtodit. Et, dæmonium habes.
Vel alienati ſunt, a uulua catholicæ matris, id ē,
in ipſis initiamentis eccleſiæ, in quibus quaſi in ea
ad uitam concipi debuerūt, alienati ſunt, non re
ctè illa ſacramenta ſuſcipientes, Iudæi legalia in
ſtituta, hæretici eccleſiaſtica ſacramēta. Et ab ute
ro, id eſt, a parturitione illius matris errauerunt.
Si Iudæi, ab eccleſiæ utero, in quo debuerunt in
formari & inſtrui. uel hæretici antequam in ute
ro illius matris formati & eruditi eſſent, exeun-
tes ab ea, & prædicare præſumentes quod non
didicerunt, abortiuum fecerunt. Quam parturi
tionem eccleſiæ ſi patienter feras, formaris: ſi im
patienter, excuteris: dolore quidem matris, ſed
malo tuo. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpen
tis.* Quaſi dicat: & hic talis furor ideo ē, quia præ
Act.7. dicatores ueritatis audire nolunt. quo modo le-
gitur de Stephano, q̄d clauſerunt aures, & ierūt
in lapides. Furor illis ſecundum ſimilitudinem
ſerpentis, cuius ſerpentis naturam ſubiungit:
Sicut aſpidis ſurdæ non naturaliter, ſed *obturantis
aures ſuas.* Componitur obturo, ex ob & ture.
Sacerdotes iacētes in templo, & ſoliti audire di
uinas uoces, ture implebant aures famulorꝫ: ut
nō audirēt. Nō omē q̄d ad ſimilitudinē ducitur,
re ipſa probatur. Non ideo incantator hic duci-
tur ad ſimilitudinem, ut hortetur fieri incātatos.
Aſpis enim ab incantatore de tenebroſa cauer-
na in lucem euocatur, recuſans audire uoces q-
bus ſe cogi ſentit, allidit unam aurem terræ, &
de cauda obturat alteram. Et prædicator tene-
broſis mentibus incantat, ut eas in lucem uerita
tis educat. Si præſens uita te delectat, aurem ter
ræ affixiſti. Si tuis præteritis delectaris, quo iam
tergum ponere oportet, ut ea quæ nobis promit
tuntur indamus, aurem de cauda obturaſti. Sa-
pienter Stephanus incantabat, quia Iudæi nō po
terant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loqueba
tur. Sed ut aſpides ſurdi erāt Iudæi, quia obtura
uerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimi
ter in eum. Quamuis obturent aures, quanquam
ueritatem in dolo loquantur, tamen *deus contc-
ret dētes eorum in ore ipſorū.* i. maledica uerba qui
bus lacerare nituntur caput & membra, deſtru
et proprijs ſermonibus & proprijs uerbis eorꝫ:
ut cum dixerūt, in qua poteſtate hæc facis? & do
Mat.21. minus, & uos reſpondete mihi, Iohannis bapti-
ſma de cælo eſt, an ex hominibus? Si dicerent,

ex hominibus, timebant lapidari, quia Iohānes
ſummus propheta habebatur. Si de cælo, poſſet
eis dici: Quare ergo mihi non creditis quem Io
hannes prædicat? & ita confuſi abierūt. Et illud,
Hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio, Ioh.8.
& lex iubet huiuſmodi lapidare. Si diceret do-
minus debere lapidari, minueret tantam famam
pietatis: ſi negaret lapidandam, iudicaretur legis
præuaricator. Inclinauit autem ſe Ieſus, & ſcri-
pſit in terra: Si quis ſine peccato ueſtrū, primus
mittat in eam lapidem. Quaſi diceret: lex data
eſt, & ſeruanda. ſed uidete ſi uos ipſi eam cuſto-
diatis. Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit
ipſum. Et illud, Si licet cenſum dari Cæſari, an
nō? Si diceret debere dari, arguerent eum quod Mat. 22.
tributarios eos uellet facere: ſi negaret, dicerent
eum uelle ut iram Romanorum principum in-
currerent. Sed ait dominus, afferte mihi num-
miſma cenſus. quo allato, quæſiuit: Cuius eſt ima
go hæc, & ſuperſcriptio? Dicunt, Cæſaris. Red-
dite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt
dei, deo: id eſt, nummus Cæſaris reddatur Cæſa-
ri. nummus dei qui in uobis eſt, reddatur deo.
& ſic proprijs eorum ſermonibus conuicti ſunt.
Et *molas leonum,* id eſt, uiolentas & apertas dāna
tiones. ut, Crucifige crucifige. *Confringet dominus* Ioh.19.
quando reſurrexit, & mors illi ultra non domi
nata eſt. Et domino confringente, *ad nihilum de-
uenient tanquam aqua decurrens.* comparabiles
ſunt hyemalibus aquis quæ ad tempus tument,
mox defuturæ. Ideo ceſſabunt, quia deus *inten-
dit arcum ſuum,* id eſt, comminationes per bellato
res ſuos. illud facit, minas facit, & nondum ferit.
Ad hoc autem minatur, ut infirmos ſe ſentiant Actu.9.
quibus minatur, iuxta illud: Domine, quid me
uis facere? Et hoc eſt quod dicit, *donec infirmen-
tur.* Quod ſi ſe erigant, ſi infirmari noluerint, ne
time: quia hæc eſt eorum præſens damnatio.
Sicut cera enim *quæ fluit, auferentur* ab eſſentia
ſua, quæ eſt adhærere deo. Quomodo auferen-
tur, & a quo igne? *Supercecidit ignis* ſuperbiæ,
concupiſcentiæ & iræ, *& non uiderunt ſolem.* Ma
gna ira dei, quod impij traduntur deſiderijs ſuis
prauis, ut non ualeant reſiſtere concupiſcentijs.
Hic eſt ille ignis, a quo abſumuntur penitus, &
deficiunt ab eſſentia ſua, deuaſtantibus eos con-
cupiſcentijs ſuis. Inde dicuntur fluxi & ſoluti. un
de niſi ab igne concupiſcentiæ, & ſi hanc pœnā
eſſe pauci attendant? Quid autem ait, Propterea Ro.1.
tradidit illos deus in cōcupiſcentijs? Quod aper
te pro pœna poſuit, ut eſt: Si quis eñ fecerit fur-
tum, lumen oculorum amiſit. Age ergo, ſi amit-
teret lumen corporis, planum omnes haberent
non parcere deum illi. & cui pereat lumen cor
dis, illi parcit? Supercecidit ignis, id eſt, ma-
gno pondere eos preſſit. Vel ſupercecidit ignis,
a potentia & a uindicta dei uenit ille, animum cō
ſumens & obtenebrans. Et illo igne deuaſtati &
excæcati, non uiderunt ſolem iuſtitiæ. Domi-
num Chriſtum non cognouerunt, a quo illumi-

Ephe. 5. nari debuerũt. Vnde dicitur: Surge qui dormis,
& exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.
Vnde dicturi ſunt in iudicio: Sol non ortus ẽ no
Sap. 5. bis, & iuſtitiæ lumẽ nõ luxit nobis. Ignis ille eſt
incẽdiua uitiorũ. Et ille ignis *abſorbet eos ſicut uiuẽ
tes ſicut in ira*. Quaſi dicat: non ſolum poſt mor
tem ſenſuri ſunt iram dei, ſed & nunc iræ eſt dei,
quod adhuc uiuentes ignis eos concupiſcentiæ
abſumit. Propterea autem ſicut uiuentes, quia
non eſt hæc uera uita: uel quia uiuere uidentur,
cum uere mortui ſint. Non enim in anima eo-
rum per quem uiuit anima, id eſt, deus ſicut in
ira, quia poſt mortem præfixa & uera ira. uel
Sap. 12. quia ſcriptum eſt, Tu autem domine uirtutum
cum tranquillitate iudicas. Non enim deus ira-
ſcitur, ſed uidetur iratus quibus infert. Et quia
hoc de temporali eorum pœna dictum uult in-
telligi, ideo increpatiue conuertens ſe ad eos, di
cit: *Priuſquam intelligerent ſpinæ ueſtræ rhamnum.*
Quaſi dicat: Talibus pœnis iam traditi eſtis uos
impij, antequam manifeſtis tormentis appare-
at, quorſum ueſtra uoluptas temporalis uergat.
Rhamnus genus ſpinarũ dicitur eẽ, q̃d primo q̃
ſi herba eſt, poſt in ſpinas ſurgit, id eſt, antequam
iſta uoluptas quæ ſpinoſa eſt, id eſt, plena mul-
tis ſolicitudinibus, euadat in pœnam, ſupercadit
ignis concupiſcentiarum, qui prohibet eos uide
re ſolem iuſtitiæ. Et merito, quia nolunt medici-
nã compunctiõis, cadit ſuper eos ignis pœnalis.
Quantus ignis ſuper quem cadit, ſolẽ iuſtitiæ nõ
uidet: quia datus in concupiſcentias, a deo rece-
dit. *Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam.* Quaſi di
cat: & hoc non uidebit, id eſt, non intelliget ſcili-
cet pœnam eſſe impunitatem ſcelerum, non mi
ſericordiam. Et ille lætabitur cum uiderit hanc
eſſe uindictam dei, cum mali traduntur in deſi-
deria cordis ſui. Non lætabitur de uindicta, ſed
quia *manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris*, id ẽ,
opera ſua mũdabit in perditione peccatoris, nõ
gaudebit de impunitate ſcelerum ut ille. Sed
per compunctionem & pœnitentiam emunda-
bit opera ſua a peccatis. Lapſus enim præceden
tis, corrigit ſequentem. Vnde Salomon: Stulto Pro. 19.
pereunte, ſapiens aſtutior fit. Si iuſtus eſt, quid
habet quod lauetur? Sed iuſtus ex fide. Fidelis
enim iam incipit uocari iuſtus. Hic cum uidet
uindictam quæ fit impijs in hac uita, penſat eam,
& in alterius proficit pœna. *Et lauando manus,*
dicet homo, id eſt, ratione utens: *Si utique eſt fru-*
ctus iuſto in terra, id eſt, in hac uita, ſicut eſt. iuſtus
enim nõ ſolum in futura uita habet iuſtitiæ præ
mium, ſed etiam in præſenti, quia gaudet in ſpe.
Vel hũc fructum habet, quod non permittitur
gaudere de impunitate peccati. uel hunc, ut qui
iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Sicut impius hunc
fructum habet ſuæ iniuſtitiæ & in hac uita, ut cũ
in ſordibus ſit, ſordeſcat adhuc. Quaſi dicat: ſi Apo. 22.
hic fructus eſt iuſto in hac uita, ut iuſtificetur ad
huc: ergo neceſſarium eſt ut qui in ſordibus eſt,
ſordeſcat adhuc.

In finem ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione, quan-
do miſit Saul & cuſtodiuit domum eius,
ut interficeret eum. LVIII.

ERipe me de inimicis meis deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris ſanguinum ſalua me.
Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniqui
tas mea, neque peccatum meum domine: ſine iniquitate cucurri, & direxi.
Exurge in occurſum meum, & uide, & tu domine deus uirtutum, deus
Iſrael. Intende ad uiſitandas omnes gentes, non miſerearis omnibus qui operantur in-
iquitatem. Conuertentur ad ueſperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciui-
tatem. Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit? Et
tu domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te
cuſtodiam, quia deus ſuſceptor meus es: deus meus, miſericordia eius præueniet me.
Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiſcantur popu
li mei. Diſperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Delictũ oris
eorum, ſermonem labiorum ipſorum, & comprehendantur in ſuperbia ſua. Et de exe-
cratione & mendacio annunciabuntur in conſummatione, in ira cõſummationis & non
erunt. Et ſcient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ. Conuertentur ad ueſperã,
& famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ipſi diſpergentur ad manducan-
dum: ſi uero non fuerint ſaturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem
tuam, & exaltabo mane miſericordiam tuam. Quia factus es ſuſceptor meus, & refugi
um meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus, tibi pſallam: quia deus ſuſceptor
meus es, deus meus miſericordia mea.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus caput no-
ſtrum, orat in hoc Pſalmo, & orando docet nos
orare. Docet etiam nos de peccatis non deſpe-
rare, imo pro his ſolicitos eſſe, cum Iudæi tan-
ta phreneſi arrepti, ut medicum & ſaluatorem
ſuum occiderent, pœnitentiam agentes, multi

ſaluandi ſunt: & gentes penitus deū oblitæ, ma-
nufacta adorantes, nō penitus ſunt reiectæ. Quo
modo nobis non ſit deſperandum, oſtēdit titu-
lus hoc modo: Hæc referuntur in finem, ut ſæpe
iam dictum eſt. ad hoc propoſita, ne tu quiſque
qui ſaluari cupis, ne diſperdas inſcriptionem ti
tuli Dauid, id eſt, Chriſti, denegando ei regnum
in te, non credendo in eum, & praue uiuendo. in
ſcriptione dico, facta quando miſit Saul, & cæte
ra. Legitur in hiſtoria, quod Saul miſit ad do-
1.Re.19. mum Dauid qui comprehenderent noctu & oc
ciderent. ſed Michol filia Saul, uxor Dauid, libe
berauit eum, ponens idolum pro eo, & cooperi
ens in lecto. Inſcriptus ē titulus rex Iudæorum,
quod nos ab hiſtoria ad myſterium trahit. Non
eſt autē corruptus, quia Chriſtus moriendo rex
eſt conſtitutus. quod dicit, quando miſit Saul ad
cuſtodiendam domum, ad corpus Chriſti refer
tur. Mortuus autem Chriſtus in ſepultura ē po-
ſitus, ad quam quaſi domū Saul. i. regnū Iudæo
rū cuſtodes adhibuit ut interficeretur, non quan
tum ad caput quod iam mortuum erat, ſed quā
tum ad corpus. Hoc enim erat Chriſtum maxi-
me occidere, gloriam reſurrectionis auferre, in
quo uocanda erat eccleſia corpus Chriſti.

ERipe me de inimicis meis deus meus. Vox capi
tis. Deus omnium per naturam, meus per
ſingularem gratiam, qua ſum immunis a pecca
to, uel per ſingularem obedientiam. Eripe me
caput de inimicis meis Iudæis, qui mihi præci-
pue inimicantur, ut cum me morti tradant, non
ibi detinear. uel a diabolo & miniſtris eius libera,
non ut tribulentur, ſed ut illis non incorporen-
tur. *Et ab inſurgentibus in me libera me*, omnibus
tam Iudæis quàm gentibus perſequētibus mem
bra mea. *Et de uiris ſanguinum ſalua me*, quaſi non
ſolum inſurgentibus, ſed etiam interficientibus,
Mat.27. Iudæis præcipue, qui quaſi ius hæreditarium po
ſteris ſuis meum ſanguinem reliquerunt. ipſi me
caput interfecerunt, illi membra occiderunt. Et
opus eſt ut eripias. *quia ecce ceperunt animam me-
am*, id eſt, uitam meam, quantum ad illorū opini
onē: q̃d in hoc apparet, q̃a *irruerūt in me fortes*, id
eſt, membra illius qui fortis, id eſt, de ſe præſu-
Mat.12. mens, dictus eſt. Vnde dictum eſt, fortis alliga-
uit fortem. bene, irruerunt & non præualuerūt.
Ioh.14. quia uenit princeps mundi huius, & in me nō ha
bet quicquam. uel de temporalibus præſumen-
tes, uel (quod peius eſt) ſuam iuſtitiam cōſtituen
tes, de meritis nimium præſumentes. Irruerunt
in me, id eſt, me uelut hœdum, id ē, peccatorem
deputantes occiderūt. ideo ab agno redimi non
meruerunt. Illi irruerunt, ſed in me nullum pec-
catum inuenerunt. Neq; *iniquitas mea, neq; pecca-
tum meum domine*. Iniquitas in alios, peccatum in
Mat.5. me. non ſum trangreſſus legē tuā. Non em̄ ueni
ſoluere legē, ſed implere. Ergo gratis irruerunt.
Nam *ſine iniquitate cucurri & direxi*. Nulla ille-
cebra huius uitæ detinuit ad currendā uirtutum
uiam, & meo exemplo alios direxi. factus eſt
Chriſtus particeps noſtræ infirmitatis & noſtræ
iniquitatis, ut per hoc quod communicauit no-
ſtram infirmitatem, ſolueret noſtram iniquita-
tem. & hoc eſt quod dicit, direxi. Sed tu domi-
ne *exurge in occurſum meum*, id eſt, occurrat auxi
liū tuū propoſito meo. *Et uide*, id ē, da uideri q̃d
currā, q̃d dirigam. iuxta quod dicitur Abraam, Ge.22.
Nunc cognoui quod timeas dominum. Fac il-
los cognoſcere & credere, non eſſe diſtortum q̃d
regula inconcuſſæ ueritatis eſt directum. uel ex-
urge in occurſum meum, id eſt, da intelligi excel
lentiam tuam per reſurrectionem meam, ut ei in
telligatur occurrere, id eſt, conuenire æqualitas
mea. *Et* poſt reſurrectionem *intende ad uiſitandas
omnes gentes*, qui uiſitaſti Iudaicā gētem per me.
Intende per prædicatores tuos, ut uiſites omnes
gentes, quaſi infirmas & non ualentes ſe erigere,
niſi aliena ope. *Tu* dico intende, qui potes, qui es
deus uirtutum, id eſt, ſupernorum ciuium. Idem
deus Iſrael, id eſt, hominum uidentium te. Vel de
us uirtutum, gubernando eas ne ruāt: factus de
us Iſrael, redimendo a peccatis. Et hoc modo
uiſita omnes gentes, miſerere omnibus operanti
bus æquitatem. Hoc eſt æquitas, ut qui peccauit
& uult ut deus non puniat, ipſemet puniat, ipſe
iudicet. Si quid boni facit, non ſibi, ſed deo at-
tribuat: ſi quid mali, ſibi imputet, & non refun-
dat culpam in autorem. Quod deus odit, ipſe
odiat: quod deo diſplicet, & illi diſplicear, ſi ei
placere deſiderat. *Non autem miſerearis omnibus
qui operantur iniquitatem*. Hoc da intelligi. quod
duobus modis accipitur. Vno, ita: Nulli omni-
no iniquitati parcit deus quam admittit homo.
Iniquitatem admittis? prorſus impunita nō erit.
ſi tu non punis, punit deus. Vis ut deus non pu-
niat? punias tu. Altero, ita: Eſt quædam maxima
iniquitas, quam qui operatur, deus illi non miſe
retur, cum defenduntur peccata. non quod dica
tur peccatū nō eſſe peccatū. Nemo em̄ eſt adeo
exors ab humana natura, ut dicat furtum uel ho
micidium & cætera huiuſmodi, nō eſſe crimen.
Sed bonum faciens, ſibi imputat, malum deo.
Cum facit quis periurium, furtum, adulterium
& alia multa, iudicat malū eē, ſed imputat deo,
dicens: Si deus nollet, non hoc facerem. Aliter:
Intende ad uiſitandas omnes gentes, & ſi non pa
leas, tamen grana. Non autem miſerearis omni-
bus qui operantur iniquitatem, ſcilicet illam ſpi
ritalem, & maxime ſcilicet qui dominum uitæ
autorem interfecerunt. Non ſolum occiderunt
ſeruos, ſed & filium. Et reuera uiſitabis omnes
gētes, quia *conuertētur* ad te ab idolis ſuis, & ſi *ad
ueſperam*, id eſt, ſero, ſcilicet in ſexta ætate. uel ad
ueſperam, id eſt, poſt aſcenſionem, & poſt miſſi-
onem uerbi dei. *Et famem patientur*, famem uer-
bi dei, iuxta illud: Ecce inducam famem ſuper Amos.8.
terram, non famem panis neq; ſitim aquæ, ſed fa
mem audiendi uerbum dei. *Vt canes*, id eſt, ſimi-
les canibus qui recurrunt ad uomitum. uel ut ca

nes,id eſt,auide,uel cognoſcentes & confitentes
ſe peccatores & immundos. Vel nõ ſolum con
uertentur,ſed etiam eſurient alios ſibi incorpo-
rare,ipſi exiſtentes ut canes, id eſt, comparabi-
les canibus.uel ut canes.i.uigilantes & latrãtes
.i.docentes. Canes ſumma ſagacitate & uelocita
te,lupos & latrones a præſepibus arcent ſuis la
tratibus.ita fideles de gentibus,de qbus hic agi
tur,facti prædicatores,ut Ambroſius, Auguſti
nus,Hieronymus & alij multi infideles,hæreti-
cos,falſos Chriſtianos ab eccleſia repellunt. *Et
circuibunt ciuitatem*,id eſt,eccleſiam gentium,p̃-
dicãdo,muniendo ab occurſu hæreticorum &
falſorum Chriſtianorũ. Vt canes crapulam ma
Luc. 18. lam eructabat, qui dicebat: Ieiuno bis in ſabba
to.famem bonam patiebatur,qui dicebat: De-
us,ꝓpicius eſto mihi pctõri. *Ecce*, ſubaudis quo
modo circuibunt,ſ.prædicãdo. Nam *loquentur
in ore ſuo*,id eſt,cõuenienti, non erubeſcentes co
ram regibus ſermones dei. Et hoc cum magna
fiducia, quia *gladius in labijs eorum*. Gladius bis
acutus .i. uerbũ dei.bis acutus, uel quia utroq;
teſtamento percutit,uel quia prius reſecat pro-
pria autoris uitia,deinde aliena. Vnde Apoſto-
1.Cor.9. lus. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redi
go,ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe repro
Mat.10. bus efficiar.ſ.hic gladius, Non ueni pacem mit
tere in terram,ſed gladium. *Quoniam quis audi-
Iſa.53. uit?* Hoc eſt dicere, hoc ſtomachari. Domine,
quis credidit auditui noſtro? Eſt niti gladio. Vix
eſt cui reueletur brachium domini, quantum
ad deſiderium & famem prædicantium. *Et tu ta
men domine deridebis eos*.i.quanquã illis diffici-
le uideatur, tibi tamen facile erit,cõuerſionem
facere de omnibus gentibus. *&* hoc mõ oſten-
des prædicatores tuos quaſi dignos riſu, quia
omnes gentes ad nihilum deduces, in eo quod genti
liter uiuunt,omnes ſ.illos,qui inter gentes ſunt
grana. Vel reuera loquentur in aperto uerbum
dei, & illud erit quaſi gladius in ore eorum,nul
lius uitia palpans,ſed oĩa reſecãs putrida. & id-
eo cum tãta fiducia agent. Quoniã quis audiuit
ſubaudis,talia? uirginẽ parere,mortuũ uitã da-
re. Nõ ſunt hæc humana, ſed diuina. & ideo cũ
magna fiducia, Et tu dñe deridebis eos. Q.d. cũ
gentibus ſic facies. & tu quem ipſi contempſe-
runt,deridebis eos,ſ.operantes iniquitatem iu-
dæos,oſtendes in futuro dignos riſu. Omnes au
tem gentes quãtum ad grana, deduces ad nihi-
lum in eo qđ gentes.i.gentiliter uiuentes. *Forti
tudinem meam ad te cuſtodiam.* Q.d. & illa gentiũ
cõuerſio fiet per fortitudinẽ meã & meorũ, qa
mea fortitudo & meorum accuſabit infirmita
tem eorum. Quã fortitudinem ego cuſtodiã, ſi
ad te referã,ſi nihil de me p̃ſumam. Et mei ſimi
liter ſuã perſeuerantiam ad te cuſtodient. Forti
tudo animæ eſt ſapientia & uirtus. ſed neq; per
ſe ſapit,neq; per ſe ualet. Eſt autem quædã regio
certa incõmutabilis ueritatis: ad quam accedẽs,
illuminat̃: recedens,tenebrat̃. Merito ad te, *quia

tu deus ſuſceptor meus es*. deꝰ oĩm ꝑ naturã, ſuſce
ptor meoꝝ ꝑ gratiã: deus oĩm creatiõe, meoꝝ
ſuſceptor recreatiõe. uel ſuſceptor cauſę meoꝝ
cõtra impugnatores. Et ideo eſt *deus meus*. i. illũ
mihi deũ facio.i.illũ pręcipuũ habeo. Et in hoc
apparet quod meus, quia *miſericordia eius præ-
ueniet me*. p̃ueniet tã ut incipiã illi hærere. Præ-
ueniet, ut perſeuerem. qui dedit uelle, dabit &
perficere. Vel ad caput, p̃ueniet me, quia immu
nem a pctõ creauit. Præueniet etiã ante clarifi-
cationẽ,ut cognoſcat deus, ſicut ꝑ uocẽ Centu-
riõis dixit: Vere filius dei erat iſte. Vel ante cla Mat.27.
rificationem p̃ueniet, quia cõſtantem in paſſiõe
faciet. Et hoc,ſ.quod eius miſericordia me p̃ue
niet, *Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos* in his
quibus miſertus non eſt, oſtendit deus quãtum
ſit quod miſertus eſt mei. Nõ enim cognoſcun-
tur bona uirtutum, niſi ex cõparatione uitiorũ.
Corpus enim Chriſti trãſgreſſum inimicos ſu-
os ex illa ſupereminentia dei quã habet, uidet
manifeſte quãtum acceperit, quãtum illi amiſe-
rint. Sicut in conſideratione plumbi uel ferri
oſtenditur quãti ſit aurum. ita oñdit deus quan
tam circa meos habuerit miſericordiã, in illis er
ga quos exercuit iuſtitiã ſuam, ut faceret eos ua
ſa in cõtumeliam. Et tamẽ o domine, quanquã
ſint inimici, quanquã meruerint, *ne occidas eos
interius*, iam occiſos eos exterius, ne deleas eos
de terra. *Ne quando obliuiſcantur populi mei*.i. ne
populi gratiæ aliquando obliuiſcãtur illius po
puli qui fuit meus, ſemper habeant in exemplo
ne ſuperbiant: quia ſi ego nõ peperci naturali- Ro.11.
bus ramis.i.iudæis, multo minus parcam inſer
to oleaſtro, id eſt, gentili populo, ſi ſuperbiat.
Multæ ſunt cauſæ, pro quibus iudæi nõ ſunt ſta
tim de terra deleti. Ad cuſtodiẽdam domum
eius, id eſt, ſepulchrum. Nullum poterunt ha-
bere refugiũ, quin conuicti eũ reſurrexiſſe con-
fiteantur. Prophetias & libros ueteris legis, aut
non haberemus ex toto, uel ſi haberemus, cor-
recti non eſſent. Cum beatus Hieronymus ſe-
cundum hebraicam ueritatem fere omnia ſcri-
pta Septuaginta interpretũ correxiſſet, & nos
etiã adhuc ſi dubitamus in aliqua litera, ad eos
recurrimus. Prophetia etiam non impleretur, Iſa.10.
quæ dicit: Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. Et ideo ne
interim occidas eos, quod inutile eſſet. quod au
tem neceſſarium eſt, hoc age. *diſperge illos* per
mundum in *uirtute tua*, qui præſumẽtes de ſua,
tuæ iuſtitiæ ſubiecti eſſe noluerũt. *Et depone eos*
a ſacerdotio, a regno, a ſuperbia ſua. Tu dico, *do
mine protector meus*, ne deficiam ſub onere tribu
lationis, protector contra impugnatores. Noli
illos occidere, ſed occide *delictum oris eorum*. hoc
ſcilicet, regem non habemus niſi Cæſarem. *Ser
monem labiorum ipſorum*. Sanguis eius ſuper nos, Ioh.19.
& ſuper filios noſtros. *Et comprehendantur*, id Mat.27.
eſt, conuincantur *in ſuperbia ſua*. Oſtendatur il-
lis a te, quanta fuerit eorum ſuperbia, cum talia
dicerent, & talia facerent in uitæ autorem. Da

o

illum uiuere, quem omnino extinguere quæſie
runt, & ſic comprehendas. Aduertent enim ſe
fruſtra & de ſola ſuperbia uitam uoluiſſe occi-
dere, ſicq; ſentiant factum ſuum irritum ceſſiſſe,
facinus de ſuperbia remanſiſſe, & per hoc con-
uertẽtur. *Et de execratiõe & mẽdacio annunciabun*
tur in cõſummatione, id eſt, per annũciationem &
prædicationem erunt in cõſummatione, id eſt,
perfectione reparationis ſuæ. Quidam ex ipſis
non de merito ſuo, ſed de execratione, id eſt, ma
ledicto, quia quaſi maledictum eum crucifixe-
Deut. 21. runt. Maledictus autem omnis qui pendet in li-
gno. i. homo. Non enim poterat crucifigi ex di
uinitate. & de mendacio corruptorum teſtium
reparabuntur ad uitam, qui occiderunt uitam.
Et hoc ex diuitijs bonitatis diuinæ, ſcilicet *in ira*
cõſummationis. Vel annunciabuntur in conſum-
matiõe, ut prius de execratiõe, id ẽ, de eo quod
prius execrantes erant. Tu diſcipulus illius ſis.
Ioh. 9. Et mendacio, id eſt, de eo quod prius mendaces,
quia corrumpunt cuſtodes, ut dicerẽt falſum te
Mat. 27. ſtimonium, quod ueniſſent diſcipuli eius, & illis
dormientibus furati eſſent Ieſum. De his omni-
bus annũciabuntur, id eſt, docebũtur, ut diſcãt
Chriſti nomen non execrari, diſcant de eo non
mentiri. ad hoc, ut ſint in cõſummatione, id eſt,
in numero conſummatorum, id eſt, bonorum.
In ira, quã illis demonſtrauit interius imminere
ſibi, & qua cõſumerentur in futuro, niſi cõſum
marentur in præſenti. Et hoc in ira cõſummati
onis, id eſt, in demonſtratione futuræ iræ immi-
nentis quæ ſequitur nõ conuerſos. iræ dico, con
ſummãtis eos. *Et non erunt*, ſcilicet impij & blaſ-
phemi, ut antea. *Et tunc ſcient quia deus domina-*
bitur Iacob & finium terræ. De qua ira Apoſto-
Ro. 5. lus: Vbi abũdauit peccatum, id eſt, poſtquam
cognouerunt ſe peccatores & infirmos, & ideo
egere medico, qui ſuum meritum prius conſti-
tuebant, & hãc cognitionem habuerunt ex eo,
quod ſibi imminere iram dei intellexerunt: ſu-
perabundauit gratia, id eſt, remiſſio peccatorũ
gratis data. Tunc inquam ſcient, quia deus cuius
potentiam non intellexerunt cum dicerent, Re
Ioh. 19. gem non habemus niſi Cæſarem, dominabitur
Iacob, id eſt, iudaici populi. & nõ ſolum Iacob,
ſed & finium terræ, id eſt, gentium. Et hoc illis
oſtendetur, quia *cõuertentur* ſubaudis ad fidem
Chriſti, a quo prius erãt auerſi. licet *ad ueſperam*,
id eſt, tarde poſt interfectionem Chriſti. Antea
enim debuerunt conuerti cum illis prædicaret.
uel ad ueſperam, id eſt, in finem mũdi, cum reli
quiæ ſaluæ fient. *Et famem patientur ut canes*, id ẽ,
Ro. 11. humiliabunt ſe, cognoſcent ſe peccatores & ege
re miſericordia dei ut gentes, quas prius canes,
id eſt, immundos iudicabãt, cum de ſua iuſtitia
præſumerent. uel patientur famem lucrandi ali
os, & ſibi incorporandi. Meliores tunc canes
erunt, quàm modo homines, cum legem in qua
modo delinquunt, fideliter defenſare conten-
dẽt, & ferocem beluam religioſis latratibus in-
ſequentur. uel conuertentur ad ueſperam, id eſt,
ad auditionem mortis ueſpertinæ. *Et circui-*
bunt ciuitatem. Vt canes circuibunt ciuitatem, ſci
licet uigilantes & latrantes, id eſt, docentes po-
pulum iudæorum. Vocatur autem hæc ciuitas
circunſtantiæ, quia iſta una gens circundata eſt
toto mundo. Prædicando ergo per totum mun
dum, circuibunt illam ciuitatem. *ipſi* ſcilicet qui
primi impugnabant nomen Chriſti, *diſpergen-*
tur per totum mundum *ad manducandum*, id eſt,
ad lucrandum alios. *Si uero non fuerint ſaturati,*
& murmurabunt. Hæc eſt illa fames, id ẽ, ſi nõ po
terunt tot lucrari quot uolent. Murmurabunt
contra dominum, dicentes: Domine, quis credi
dit auditui noſtro? Quaſi dicãt: nullus. Quaſi di Iſa. 53.
cat: & totũ hoc non erit per illos. *Ego autem* ſcili
cet caput in membris meis ex utraq; pariete cõ-
iũctis, *cantabo fortitudinem tuam*, id eſt, frequẽter
& aſſidue prædicabo reſurrectionis triumphũ,
arguendo, obſecrãdo, increpando. *Et exaltabo*,
id eſt, exultando proferam meis *miſericordiam*
tuam, qua uocas, qua iuſtificas. *mane*, id eſt, cũ iam
te uidebunt, remotis tenebris incredulitatis. Ide-
o tuam miſericordiam, *quia factus es ſuſceptor*
meus in paſſione dando conſtantiam, & meorũ
in me. *Et refugium meum*, reſuſcitando. uel refu-
gium meorum, ad quem confugiant interius, cũ
tribulantur exterius. *In die tribulationis meæ* capi
tis & membrorum. uel ſuſceptor meus, reddi-
tur ad hoc quod dixit, miſericordiã tuã: refugiũ
meũ, ad hoc quod dixit, fortitudinem tuam. *Ad*
iutor meus, dando perſeuerantiam in obedienti
am. *tibi pſallam*, id eſt, ad honorem nominis tui
bene operabor. Et merito tibi, *quia tu deus* crea-
tione, *ſuſceptor meus es*, de maſſa perditorum ſe-
parans. *Deus* autem *meus*, in eo quod es *miſericor*
dia mea factus creatione ſecunda. Deus, quia cre
aſti: miſericordia, quia bonum recreaſti. Poteſt
& ſic legi: Intende ad uiſitandas omnes gentes.
Non autem miſerearis omnibus qui operãtur
iniquitatem, id eſt, iudæis ſingularem iniquita-
tem operantibus, autorem uitæ eorum occiden
tibus. Et tamen illi, id eſt, iudæi conuertentur,
etſi ad ueſperam, id eſt, tarde, ſcilicet poſt aſcen
ſionem domini. Multi enim ad prædicationem
apoſtolorum ſunt conuerſi. Et famem patiẽtur
ut canes, id eſt, cognoſcent ſe peccatores & ege
re miſericordia dei. ut canes, id eſt, ut gentiles,
quos ipſi prius de iuſtitia & lege præſumentes,
canes, id eſt, immundos uocabant. Prius enim
iſti non crediderunt, ut delictum iſtorum eſſet ſa
lus gentibus, ut poſtea ſalus gentium eſſet horũ
ſaluatio. Et circuibunt ciuitatem, ut prius dictũ
de gentibus. Et gladius in labijs eorum, id eſt,
uerbum dei in ore eorum. uerbum dico, gladi-
us ſubaudis ad interficiendũ. iuxta illud, Alijs 2. Cor. 2.
ſumus odor mortis in mortem. Ideo gladius &
non medicina, quoniam quis audiuit? ſubaudis
illos. uix aliquis. Et quia uerbum dei audire no
luerunt, tu domine deridebis eos, tandem ulti-

mo iudicio eos examinans,oſtendes eos dignos
riſu,quod ſe erexerunt contra te. quia ad nihi-
lum, id eſt , ad perditionem æternam deduces
omnes gentes,id eſt, in gentilitate permanētes.
Ego autem fortitudinem meam ad te cuſtodiā;
illi uero ad ſe:& ideo cadent.Ne tamen occidas
eos,ſ.exterius,ne deleas eos de terra. Ne quan-
do populi illi obliuiſcātur mei,id eſt,legis meę,
non enim omnes digni ſunt morte. Potius occi-
de eos interius.hoc modo,duc eos in confuſio-
nem.Diſperge eos in uirtute tua,occide delictū
oris eorum.Cognoſcant ſe deliquiſſe,& cōpre-
hendantur,id eſt,conuincantur in ſuperbia ſua,
cognoſcant ſe ſuperbe egiſſe cōtra te & ſine ra-
tione.Et nō ſolum comprehendātur in ſuper-
bia ſua,ſed de execratione & mendacio annun-
ciabuntur in conſummatione,id eſt, cognoſcen
tes execrationem fuiſſe quod fecerunt & men-
dacium, annunciabuntur a doctoribus in con-
ſummatione, id eſt, in perfectione. & hoc in ira
conſummationis,non conſumptionis,oſtenſa il
lis ira imminente eis. Et tunc ſcient quia deus
quem tantum hominem putauerunt, domina-
bitur Iacob & finium terræ,id eſt,ſuper Iudæ-
os & ſuper gentes. Et reuera finium terræ,id ē,
gentium,quia conuertentur ad ueſperam,id eſt,
in ultima ætate illæ gentes. Secundum hanc le-
ctionem & cætera in hūc modum,ut ſupra.

¶In finem pro his qui commutabūtur in tituli inſcriptione ipſi Dauid in do
ctrinam, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Syriam Sobal,
& conuertit Ioab,& percuſſit Edom in ualle ſalina-
rum duodecim millia. **LIX.**

DEus,repuliſti nos & deſtruxiſti nos:iratus es, & miſertus es nobis. Com-
mouiſti terram,& conturbaſti eam : ſana contritiones eius, quia commota
eſt. Oſtendiſti populo tuo dura,potaſti nos uino compunctionis. Dediſti
metuentibus te ſignificationem,ut fugiant à facie arcus. Vt liberentur dile
cti tui,ſaluum fac dextera tua,& exaudi me. Deus locutus eſt in ſancto ſuo,
lætabor & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor.Meus eſt Gala-
ad,& meus eſt Manaſſes,& Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus,Moab olla
ſpei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum,mihi alienigenæ ſubditi ſunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam?quis deducet me uſque in Idumæam? Nonne
tu deus qui repuliſti nos,& non egredieris deus in uirtutibus noſtris? Da nobis auxiliū
de tribulatione,& uana ſalus hominis.In deo faciemus uirtutem,& ipſe ad nihilum de-
ducet tribulantes nos.

Legitur in libro regnorum Dauid omnes
iſtos ſuperaſſe,quos in titulo legimus. ſed nō ibi
inuenitur eum aliquid ſuccēdiſſe.Hoc ergo ad-
ditum,trahit nos ad myſterium.In finem ergo,
hoc eſt,in Chriſtum referenda ſunt hæc. q mul
tis modis finis dicuntur.& dicuntur pro his, id
eſt,in pſona illoꝝ qui cōmutātur .i. qui de tene
bris fiunt lux in tituli inſcriptione. Scriptus eſt
titulus ſuper crucē dñi.Hic eſt rex Iudæoꝝ.Mu
Luce.23. tantur in huius tituli inſcriptione,qui in regnum
Chriſti trāſeunt a regno diaboli:q deſerūt mun
dū,& ſequūtur deū. Seqtur,ipſi Dauid in doctri
na. Mutātur,nō ut ſibi uiuāt,ſed ipſi. In doctri-
Ioh.18. na,hoc ē,q regnū terrenū nec terrena appetūt,
ut ipſe ait:Regnū meū nō eſt de hoc mundo. Fe
cit aūt Chriſtus hāc mutationē , ignē mittendo
in terrā,nō ignē materialē ,ſed carnalē. Et pcuſ-
ſit ea nō materiali gladio,ſed uerbo diuino. Suc
cēdit illo igne Syriā,Meſopotamiā.i.illā Meſo
potamiā q̄ erat in Syria.Meſopotamia interp̄-
tatur,eleuata uocatio:Syria,ſublimis. Succēdit
ergo Iudæos uocatos ad fidē,eleuatos per legē,
ſublimes tñ.i. de ſe p̄ſumentes. hoc in eis cōbu-
ſtū eſt. Sobal interp̄tatur uana uetuſtas. Percuſ
ſit ergo Syriā Sobal.i.gentiles morātes in uana
uetuſtate.i.in diuitijs, in potētia huius ſeculi,&
in doctrina ſeculari. & in his oībus ſublimes.i.
maiores Iudæis. qa elegit deus infima,ut cōfun 1.Cor.1.
dat fortia. & q̄ ſtulta ſunt,ut confunderet huius
ſeculi ſapiētes.Et cōuertit Ioab.Ioab.i.inimicus,
cōuertit inimicū.i. diabolū retro,qa principem
mūdi eiecit foras. Vel cōuertit inimicū, faciēdo
de iniuſto iuſtū. Vel Ioab interp̄tatur pater,qa
cōuerſos quoſdā,patres fecit.i.p̄dicatores.Ideo
terrenus impator percuſſit uerbi diuini gladio
terræ adhærentes,ut adhærerēt deo.Et oēs hos
percuſſit in ualle ſalinaꝝ. Per uallē, humilitas:
per ſalinas,ſapor ē intelligendus: qꝛ cōuerſi ad
Chriſtū,humiliātur ſapienter.i. ꝑ æternis,nō ſa
tue.i. ꝑ tpalibus. Nō eñ ꝑ his patiūtur. Salinæ
ſunt foueæ iuxta mare, ubi aqua marina colligi
tur ad ſal cōficiendū. Et percuſſit hæc gladio di
uini uerbi,adminiſtrante illū gladiū ſeptiformi
gratia ſanctiſpūs. Cuius ſeptenarij partes ſunt,
tres & q̄tuor,q̄ ad ſe inuicē multiplicata,reddūt
duodecim. Per q̄tuor,accipimus q̄tuor mundi
partes:p tria,fidē ſanctæ trinitatis,q̄ totus mun
dus a q̄tuor partibus cōuocatus eſt gladio uer
bi dei & adminiſtratiōe ſeptiformis gratiæ ſan
ctiſpūs. Et pcuſſit hæc millia .i. ad perfectiōem
& unitatē. qa mille tertia unitas ē. Fideles Chri
ſti taliter cōicati,ut dictū eſt, referūt gratiarum
actiōes deo de ſibi collatis bñficijs:& eo maio-
res,q̄ maiorem cōmeruerāt deiectionē,a q̄ ſunt

liberaui,orantes ꝑ commutatiõe futura,oſten-
dentes etiam qua confidentia illã orare præſu-
mant.

D*Eus,repuliſti nos & deſtruxiſti nos.* Quaſi d.
creaſti nos perfectos, tecũ cõmanere feci
ſti.ſed indignos cõmanere tecũ,quia tranſgreſ-
ſores,repuliſti nos ab interiori paradiſo.& ideo
I.Cor.15. ab exteriori, qa in Adã omnes moriuntur, ſed
in Chriſto omnes uiuifica buntur. Et deſtruxiſti
nos,ſubaudis male ædificatos.uel nos immorta
les & impaſſibiles creatos conditione,culpa p̄-
ueniente feciſti mortales & paſſibiles. & hoc fa
ciendo,*iratus es* uitijs noſtris,*& miſertus es nobis.*
Iratus es factis noſtris,miſert⁹ es facturæ noſtrę.
Sap.11. Nihil enim odiſti corũ quæ feciſti. Iratus es, ue-
tuſtatem deſtruendo. Miſertus es, innouando.
hoc modo miſertus es. *Cõmouiſti terram* per foſ-
ſores tuos terrenitatem.i.carnales delectatiões,
uocando nos. *Et conturbaſti eã in* conſcientia pec
cati,ſcilicet commouiſti terrenos, uocando ad
quærendam miſericordiã. Cõturbaſti eos,quia
feciſti recognoſcere ſuam malam cõſcientiam.
Sana ergo *contritiones eius*,mortalitatem & paſſi
bilitatem, uel contritiones conſcientiæ malæ.
Quia commota eſt,ſ.ad pœnitentiam, nõ digna ſa
nari,ſi non eſſet mota. *Oſtendiſti populo tuo dura.*
Q.d.ideo etiam debes miſereri, quia cũ tu paſ-
ſus ſis pro nobis,reliquiſti nobis exemplum,ut
ſequamur ueſtigia tua. & hoc eſt quod ſeqtur:
Oſtendiſti in propria perſona tua, dura & mul
tum difficilia ad imitandum populo tuo. Ad ſi-
militudinem, ſicut Dauid luſtonaliter populis
ſuis deuictis duram legem impoſuit, & multis
laboribus ſubiugauit,ita & tu tuis, ut amplius
non erigant ceruicem ſuam contra te. Vnde Sa
lomon in libro Sapientiæ: Fili mi,accede ad ſer
Eccl.2. uitutem domini,& ſta in iuſtitia & timore, & p̄
para animam tuam ad tentationem. Et beatus
1.pe.4. Petrus: Tempus eſt ut exeat flagellum à domo
dei. Si eius initium à nobis eſt,quis erit finis in il
lis qui non recipiunt euangeliũ dei? Si iuſtus uix
ſaluabitur,iniuſtus & impius ubi parebunt? Vel
oſtendiſti populo tuo dura, quæ prius uideban
tur delectabilia. Primus enim labor eſt,ut diſ-
pliceas tibi:ſecũdus,pro eo qui mutatus eſt, fer
re tribulationes. *Potaſti nos uino compunctionis.*
Hoc modo oſtendiſti. Potaſti nos uino compũ
ctionis,non peremptionis. Ipſa tribulatio,nobis
eſt refectio qa nõ eſt perditio ꝑdens,ſed medici
na urens. Sicut delectatio in terrenis prius nobis
fuit,ita ipſa compunctio eſt nobis uinum. Reue
ra potaſti nos uino compunctionis in tempora
li tribulatione,& non peremptionis: *quia dedi-
ſti metuẽtibus te ſignificationem,ut fugiant à facie ar
cus*.i.per tribulatiões temporales ſignificaſti tu
is fugere à uentura ira. quæ quo magis differtur,
eo grauior ueniet: ſicut arcus quanto magis re-
tro contrahitur,tãto magis ante ſe ſagittas emit
tit. Vris tuos igne temporali, ut non reſerues
æterno. Vel ut fugiãt à facie arcus,id eſt,à mani
feſtatione illius iræ quam arcus tuus,id eſt,ſcri-
ptura ſacra minatur illis,qui tribulationes quas
meruerunt,patienter tolerare nolunt. Ad hoc
fugiant,ut *liberentur* electi *tui* tandem ab illa ira,
ab ira.i.extrema damnatione fugiant, facti tui
electi. Cognoſcũt enim ſe hic ꝑ paruis tm̃ affligi
ideo,ut ſibi a maioribus caueãt,quibus æterna
pœna reſeruatur. Et quia hoc mihi oſtendiſti,qa
hæc dediſti, & ſi exterius flagelles, *ſaluum me fac*
interius a conformatione malorum. *dextera tua*
eouſq; ſaluum fac,ut tandem colloces ad dexte
ram tuam. *Et* ut ſaluum facias, *exaudi me*, ſubau
dis orantem pro perſeuerantia: orantem,ut hic
ſuccenſos & deſtructos tandem conſoletur de-
xtera tua. Et reuera ſaluum faciet,quia *deus locu
tus eſt in ſancto ſuo*.i. In Chriſto ſancto ſanctorũ.
quia nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in ſi Heb.1.
lio,in quo promiſit hanc ſaluationem, iuxta il- Exo.23.
lud: Et mittam uobis ſaluatorem qui uos præ-
cedat & introducat in terram quam iuraui pa-
tribus ueſtris. Ergo quia in illo locutus eſt hanc
ſaluationẽ,qui non fallit, *lætabor* ego eccleſia. *&
merito*,qa diuidã *Sichimam*. Sichima humerus
interpretatur. Ergo diuidã portãtes onus,ut ali
os premat pondus præceptorũ, alios iugũ meũ
quod leuat,nõ deprimit. Alios premit iugũ dia
boli,alios iugum Chriſti. Illos diuidã, quia hos
aſſumam,illos reiiciã. ſecundũ hiſtoriam, Iacob Ge.31.
rediẽs a Laban ſocero ſuo, moratus eſt in Sichi
mis. Ibi Rachel idola patris,quæ ſecum abduxe
rat,occultauit ſub faſce herbæ,cum pater per-
ſequeretur & ea exquireret a Iacob. Per idola
poſſumus gentes accipere colentes idola. quas
gentes diuidet eccleſia, quia alios aſſumit, alios
in malitia & in errore ſuo deſeret. Secundum no
minis interpretationem,per Sichimam Iudaicũ
populum,ſub iugo legis poſitũ,ut dictum eſt.
Et conuallem tabernaculorum metibor. Iacob per-
gens inde,ſ.a Sichima,tabernaculatus eſt in qua
dam ualle,in qua magna paſcua erãt. & ibi diu
moratus eſt,paſcens armenta ſua & oues,& re-
creans ſe & familiam ſuam. Per hoc poſſumus
accipere Iudaicum populum, q erat quaſi oues
paſcuæ,quos deus pauit pabulo uerbi ſui in le-
ge. Hos metibor ego eccleſia, quia alios ad
ſpiritualem pabulum aſſumam,alios in carnali re
linquam. *Meus eſt Galaad*. quod interpretatur
aceruus teſtimonij, id ẽ, mei ſunt martyres,qui
interpretantur teſtes, qui teſtimonium dei in
ſe coaceruant, teſtimonium ueritatis conſeruan
tes uſq; ad ſanguinis effuſionem. *Meus eſt Manaſ
ſes*. Manaſſes & Ephraim,filij Ioſeph. Manaſſes
oblitus,id eſt,omnis ille eſt meus,qui iam nõ me
minit illius confuſionis,quando ignominia erat
eſſe Chriſtianum,ſcilicet omnes confeſſores mei
ſunt. *Et Ephraim fortitudo capitis mei*. Ephraim,
fructificãt. Caput eccleſiæ Chriſtus, cuius capi-
tis fortitudo eſt multiplicatio fidelium. Cecidit
Chriſtus in paſſione,& ſecuta eſt fructificatio in
reſurrectione. quia granum, niſi cadens in ter- Ioh.12.

ram mortuum fuerit, non multiplicabitur. *Iuda rex meus*, id eſt, Chriſtus qui de tribu iuda, ille eſt horum omnium caput & rector. *Moab olla ſpei meæ.* Hucuſque uidetur enumeraſſe ſuos de Iudaico populo, nunc de gentibus. Moab, id ē, ſine lege uiuentes, gētiles ſcilicet. Olla ſpei meæ, id eſt, olla feruens, populus tribulatione affligens me. Eſt olla ſpei meæ, id eſt, feruens ad meam ſpem. quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero
Ro.5. ſpem. In Moab intelliguntur abutentes naturali lege, ſcilicet gentilis populus. Moab natus eſt
Ge.19. de filia Loth. male utente patris cōcubitu. unde Moabitæ, contracti de peccato. Præfigurat autem illos qui male utuntur lege, qui generant Moabitas, id eſt, opera mala, unde tribulatio bonis. *In Idumeam extendam calceamentum meum.* Hoc modo tribulatio eſt olla ſpei, quia extendam calceamentum meum, id eſt, prædicatores meos qui me muniunt ut calceamentum. uel fide, quæ munit eccleſiam a luto huius ſeculi & ſpinis. Vel calceamentum euangelium extendā in Idumæam, id eſt, innocentiā Idumææ, id eſt, gentilitatis terrenis deditæ, quia Idumæa, terrena interpretatur. *Mibi alienigenæ*, id eſt, allophyli *ſubditi ſunt*, qui interpretantur potione cadentes, ſcilicet ebrij dulci fortuna huius uitæ. Etiam illi iugum meum recipient. uel Moab olla ſpei meæ. ad ſimilitudinem. Quaſi dicat: etiam perditiſſimi ſunt mihi facti ſpes ſaturitatis, ut olla ſolet eſſe ſpes cibi & refectionis. uel idumæa ſanguinea. Quaſi dicat: & hæc omnia faciam non mea ope. Nam *quis deducet me* de anguſtia iudaici populi *in ciuitatem munitam*, id eſt, ut fiam ciuitas magna, frequentia totius orbis munita: quæ etiam dicitur ciuitas circunſtantiæ, quia circundat iudaicam terram tanquam in medio poſitam? *Quis deducet me uſq; in Idumeam*, id eſt, ſanguineam, ſcilicet gentilitatem fundentem ſanguinem corporis & animæ? Hæc inquiſitio non dubitando fit, ſed gratulando. Poteſt & ſic dici: Quis deducet me in Idumæam, ut tam ampla fiam, quod etiam in terrenis regnē ut etiā illi me uenerentur, qui nolunt a me proficere. quia ut dictum eſt, Idumæa interpretatur terrena. *Nonne tu deus*, ſubaudis deduces, *qui repuliſti nos?* ſubaudis in Adam, & nunc etiam repellere uideris. quia non exibis in uirtutibus noſtris, id ē, quia aperte non agis nobiſcum, ut cum patribus noſtris egiſti, quando unus perſequebatur mille, & duo fugabant decem millia. ſed potius pateris nos affligi exterius, ut liberes interius. Et quia *non egredieris in uirtutibus noſtris*, quia foris non liberas, *da nobis* interius ſubaudis *auxilium de tribulatione*, ſubaudis exteriori, id eſt, fac ut per patientiam noſtram & conſolationem tuam, ipſa tribulatio fiat nobis ad probationem. Ideo rogo interiorem ſaluationem & non exteriorem, quia *uana* eſt ſalus hominis. i. quia exterior nulla eſt. Et qa uana eſt ſalus hois, *in deo faciemus uirtutem*, id eſt, fortes erimus patiēdo, perſeuerando hic. *&* tandem *ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos* conuertendo, uel tandem inefficaces reddendo. Vel ſaluum fac non in ſiniſtra tua, id eſt, in his temporalibus, ſed in dextera tua, id eſt, in beatitudine æterna. Et qa illa rogo quæ roganda ſunt, exaudi me. Quod reuera faciet deus pater, quia locutus eſt hoc, id eſt, promiſit ſe ſic petentes exauditurum in ſancto ſuo, Ioh.16.
id eſt, in filio ſuo. Quodcunq; petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Poteſt & ſic dici: Reuera ſaluum faciet, quia deus pater locutus eſt in ſancto, id eſt, loquetur in filio ſuo, ſic dicens: Lætabor, id eſt, lætanter complebo obedientiam, & *partibor* Sichimam, eodem modo ut ſupra. Et conuallem tabernaculorum, id eſt, humiliter mihi militantes, uel Iudæos habentes paſtorem aſſumam. Et Manaſſes, id eſt, populus obliuiſcens quæ retro ſunt, & in anteriora ſe extendens, meus ē. Ephraim fortitudo capitis mei, id eſt, caput meum forte, per hoc quod eſt fructificans poſt mortem. Iuda, id eſt, omnis confitens rex meus, conſtituo regem. Moab olla ſpei meæ, id eſt, refectio mea. Extendam etiam in Idumæam, id eſt, in ſanguineos calceamentum meum, id eſt, in carnationem uel apoſtolos meos, & ſic ſubditi erunt mihi alienigenæ. Quo duce hoc fiet? Me duce, non in quantum homo, ſed in eo quod deus. Nam quis deducet me & cætera. Nonne tu deus qui repuliſti nos in Adam, uel uideris nunc repuliſſe quātum ad exterius? Reuera uideris repuliſſe, quia non das illis exteriorem ſaluationem, & cætera ut ſupra.

In finem in hymnis Pſalmus Dauid. LX.

EXaudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me. Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula, protegar in uelamento alarum tuarum. Quoniam tu deus meus exaudiſti orationem meam, dediſti hæreditatem timētibus nomen tuum. Dies ſuper dies regis adijcies, annos eius uſque in diem generatiōis & generationis. Permanet in æternum in conſpectu dei, miſericordiam & ueritatem eius quis requiret? Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, ut reddam uota mea de die in diem.

Verba huius pſalmi referenda ſunt in finem,
id eſt, in illũ qui finis eſt, non in hiſtorialem Da-
uid. attribuenda ipſi Dauid, id eſt, dignioribus
membris. habẽda in hymnis, id eſt, in laudibus.
Agit ergo eccleſia in perfectioribus membris
gratias deo, quod fecit eos fines terræ, quod in
petra exaltauit, quod deduxit, quod hæredita
tem dabit. Poteſt etiam legi in uoce capitis, ſed
pro membris.

EXaudi deus deprecationem meam, id eſt, orati
onem factam pro peccatis meis, quæ con
traxi & quotidie contraho neceſſitate uitæ. uel
pro peccatis commembrorum, quæ infirmiora
ſunt. quæ mea reputo, quia in uno corpore ſi pa
titur unum membrũ, compatiũtur & alia mem
bra. *intende orationi meæ* factæ pro perſeueran-
tia bonæ uitæ. Et merito exaudies. quia *à fini-
bus terræ ad te clamaui*. ideo deuotione & opere
omnem intentionem meam ad te promeren-
dum direxi a finibus terræ, id eſt, omnes terre
nas concupiſcentias in me finiens, a medio terræ
procul me amouens. *dum anxiaretur cor meum*,
id eſt, dum nolui hic eſſe abſque labore & tenta
tione. Scio enim quia nemo nõ tentatus, ſibi eſt
2.Tim.2. agnitus. Nemo coronabitur niſi qui uicerit. ne-
mo uictor erit niſi qui certauerit. nemo autem
certabit niſi hoſtem habuerit. Dum anxiaretur
cor meum, id eſt, dum angeretur timens non ſo
lum in his quæ hic amara, ſed etiam in illis quæ
uidentur dulcia. anxiaretur dico, non tamen ſu
peraretur. ideo autem nõ uinceretur, quia *in pe
tra exaltaſti me*, uel exemplo humilitatis & pati
entiæ Chriſti filij tui conformando ſolidaſti, ut
ſicut ille tentatus eſt & paſſus, & non eſt motus,
ita & ego illius ueſtigia ſequens. Exaltaſti dico
à turbine huius procelloſæ & ærumnoſæ uitæ.
Et exaltauit in petra. *deduxiſti me* per ſemitã iu-
ſtitiæ, ut per eas ad patriam redirem. Tu dedu-
xiſti, qa dux, in teipſo prius tentatus, prius paſ-
ſus. Et in te duxiſti, quia tu uia. iuxta illud, Quæ
Act.1. cœpit Ieſus facere & docere. Hoc modo docu-
it, per quam uiam ſit eundum, ſcilicet prius faci
endum & poſtea docẽdum. & ad ſe ducit, quia
ipſe patria eſt. Nemo enim extra illum ad patri
am perueniet, ideo tu es ductor mihi tendenti
ad patriam, *quia factus es ſpes mea*. Deſperarem
illuc peruenire, niſi tu præcederes per dura, per
aſpera, moriendo & reſurgendo. oſtendiſti mo
riendo laborem, reſurgẽdo pręmiũ. Duæ ſunt
uitę. una quam habemus, alia quam ſperamus.
Nullam prius ſciuimus, niſi hanc mortalem &
tranſitoriam. nec deſiderare niſi hæc tempora-
lia bona. ille duas uitas eſſe docuit, unam labo-
ris, alteram pręmij. unam habemus in re, alterã
in ſpe. Toleremus ergo illã in q̃ ſumus, exẽplo
illius, ut tandem perueniamus ad illam quã ſpe
ramus. & non ſolum ſpes, ſed & *turris fortitudi
nis*, id eſt, firma munitio *à facie*, id eſt, à terrore &
perſecutione *inimici*, ut non lædere poſſint. Hoc
modo eſt ipſe firma turris. Patiuntur quidem
martyres Chriſti, ſed nõ deficiunt in certamine,
quia intrant munitam turrim. Cogitãt quomo-
do dominus eorum hic tentatus ſit, paſſus, mor
tuus, & tandẽ reſurrexit in gloria, & quare hæc
omnia pertulit. & talem finem ſperando, non
uincuntur ullis terroribus, nec eos poſſunt læ-
dere iacula inimicorum, imo habent unde iacu
la in eos ſpargãt. Et quia tu mihi ſpes, tu turris,
Quis me ſeparabit a charitate Chriſti? an fames? Ro.8.
an nuditas? an perſecutio? an gladius? Ergo *inha
bitabo in tabernaculo tuo*, id eſt, militabo in eccle-
ſia tua nõ inde dimouebor *in ſecula*, uſque dum
ad æternitatem perueniã. uel in ſecula, id ẽ, per
omnia hæc tempora. ſæuiat aperte leo, ſæuiat
occulte draco, ueniant perturbationes, ueniant
ſcandala. Ego tamen inhabitabo in tabernacu-
lo tuo, in fide, ſpe & charitate. Hoc tamẽ nõ ope
mea, ſed *protegar* ab inimicis. *in uelamento alarum
tuarum*, gemina charitate amplectar, qua non ſo
lum te, ſed & inimicum diligam propter te. Et
reuera protegar, *quoniam tu deus meus*, quem
ſolum diligo, ad quem clamo. *exaudiſti oratio-
nem meam*, id eſt, exaudies factam pro perſeue-
rantia. quod in hoc certũ erit, quia *dediſti*, id eſt,
dabis uel iam dediſti Chriſto in re, nobis in ſpe.
hæreditatem, id eſt, immortalitatem & impaſſi-
bilitatem, nõ omnibus, ſed *timẽtibus nomẽ tuum*,
non ſolum te, ſed etiam nomen tuum timore
caſto. ſcilicet timentibus ſeparari a te, qui es ti-
mor, qa græce [illegible], unde & deus latine, timor.
Solent mortales filii mortuis parentibus in hæ
reditatem ſuccedere. ſed uiuentes filii, tibi uiuen
ti & in æternum regnanti ſuccedunt. Hæc eſt
illa hæreditas, ſcilicet æternitas, quam tuis da-
bis. *Dies ſuper dies regis adijcies*. Ad dies huius re
gni finiendos, adiicies regi noſtro dies æternos:
ad dies qui nocte clauduntur, adiicies dies qui
nulla nocte clauduntur. Et ſi rex in æternum re
gnabit, & regni eius nõ erit finis, qui ſunt illi qui
timent nomen dei? Et quia minus uidetur dictũ,
dies, ideo auget: *annos eius*, ſubaudis adijciet, *uſ-
que in diem generationis & generationis*, id eſt, uſ-
que in tempus generationis quæ nunc eſt, & fu-
turæ. Sed ſiue dies dicantur, ſiue anni, minus di-
citur quàm eſt. Oſtendit quæ ſit illa futura gene
ratio. *permanet in æternum in conſpectu dei* talis &
tantus, ut dignus ſit conſpectu dei. Et quia tan-
tus eſt rex ille, & regni eius nõ erit finis, omnea
quærãt *eius miſericordiã & ueritatem*. Sed *quis* eſt
qui *requiret* miſericordiam eius, id eſt, diligenter
inquiret, ita ut inueniat miſericordiam, qua nõ
cõſiderat merita, ſed donat peccata: ueritatem,
qua ueraciter & immutate ſoluit promiſſa. quis
ille erit qui diligenter quæret hæc? Qui miſeri-
cordiam facit indigenti, ueritatem ſeruabit in
ꝓmiſſis. uel in præceptis dei ambulabit quæ ue
ra ſunt. Multi enim quærũt eius miſericordiam

ſcriptis, non factis: ut ſciant ad lucrum temporale, non ut faciant. tales non requirunt, id eſt, non diligenter & ut quærenda ſunt, quærunt: ideo nec inueniunt. Nec requirunt ea ſecūdum quandam tranſlationem, quia non quærunt ad honorem dei, ſed ad ſuum commodum. Quaſi dicat: ego dixi: quis regret, ille ſcilicet, qui pſalmum dicet *nomini tuo*, id eſt, qui ſciet, & quod ſciet, bene operabitur ad hoc, ut nomen tuum inde glorificetur, non ſuum. Sic pſalmum dicet, *ut reddat uota* ſua, id eſt, ſeipſum quem deo uouit, *de die in diem*, id eſt, de hac uita tendens in futuram. Quaſi dicat: quicquid alii faciant, ego *ſic pſalmum dicam*. Aliter: Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum, id eſt, prædicatoribus tuis dediſti fidelium multitudinem, quam colerent uomere doctrinæ. hanc ſcilicet hæreditatem, Dies ſuper dies regis adiicies, id eſt, ad præcedentes fideles CHRISTI claros luce fidei, addes alios fideles illuminatos uerbi fidei. Ego dixi dies, imo annos eius, id eſt, multitudinem & ſucceſſores eius. Adiicies uſque in diem generationis generationum, id eſt, ſemper creſcet numerus fidelium uſque in diem, id eſt, tempus illius generationis, quæ eſt generatio generationum. Rex autem quid? Permanet in illis, id eſt, regnat in eis in æternum in conſpectu dei, id ē, in gloria dei patris. Ergo quis requiret eius miſericordiam, ut poſtea ueritatē inueniat, ut ubi rex eſt, illic & miniſter eius ſit? Cætera ut ſupra.

In finem pro Idithum Pſalmus Dauid. LXI.

NOnne deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. Nam & ipſe deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non mouebor amplius. Quouſque irruitis in hominem? interficitis uniuerſi uos, tanquā parieti inclinato & maceriæ depulſæ. Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. Veruntamen deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patiētia mea. Quia ipſe deus meus & ſaluator meus, adiutor meus, non emigrabo. In deo ſalutare meum, & gloria mea: deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda ueſtra, deus adiutor noſter in æternum. Veruntamen uani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de uanitate in idipſum. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Semel locutus eſt deus, duo hæc audiui, quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia, quia tu reddis unicuique iuxta opera ſua.

Hæc quæ aguntur in hoc pſalmo, referuntur in finem, id eſt, in Chriſtum. & eſt pſalmus ipſi Dauid attribuendus.i. dignioribus membris. pro Idithum.i. in perſona Idithum. Idithū interpretatur trāſilens eos ſcilicet in infimis poſitos, terrena amantes. Hic miles Chriſti qui in hoc pſalmo inducitur, contempta mundi felicitate, omnes mundum amantes tranſiuit, omnes ſuos deuocatores contempſit. & in quendam ſublimem locum ſe contulit, unde illos deſpiceret q̄ſi in infimis poſitos. ſed in hoc uno milite Chriſti, multi intelliguntur. Videndum eſt ergo quo uſque aſcenderit, quos etiam trāſilierit, ubi poſitus ſit: ſed uidetur aſcendiſſe in quendam ſpiritualem & tutum locum, de quo loco infra poſitos reſpiciat, nō ut lapſum timeat, ſed ut alios excitet in inferioribus poſitos ad imitationē ſui, & eos pigritiæ arguat. & laudat locum, non ut inde ſuperbiat, dum ſe oſtēdit ſic eſſe elatum, ut tamen ſub dn̄o deo ſuo ſit, ſed ut alios aſcendere hortetur. Tranſiliuit autem omnes mundi amatores, contemnēs omnium quos tranſiliuit impedimenta, ſcilicet hæreticorum blanditias & deceptiones falſorum Chriſtianorum, inſultationes & inſidias, infidelium apertas perſecutiones. quos ſic alloquitur, quaſi dicens: Vt quid mihi blanditias intenditis? cur inſultatis? cur minas infertis? cur mortem paratis? Nunquid me deuorare & iter meum impedire putatis? quicquid machinemini, quicquid in me operemini,

N*Onne deo ſubiecta erit anima mea?* Et illi ſubiecta, nunquid cauſum timet? Minime. Quantumcunque enim aſcendam, non timeo lapſum, dum ſub illo ſim poſitus. Securus tranſcendam, dum ad illum cōſcendam. Reuera illi ſemper ſubiecta erit anima mea, quia ſibi mundum ſubiecit. Non enim ſe ſubiecit deo, qui ſubiacet mundo. Et merito deo ſubiecta erit, nam *ab ipſo ſalutare meum*, id eſt, CHRISTVS dominus in quo eſt ſalus mea, in quo ſalutari eſt mihi exemplum patientiæ. Et reuera ipſe ſaluare poteſt, quia cum ſit homo, non eſt

ſolum homo. Homo enim poteſt ſibi homi-
ni eſſe damnatio, non autem poteſt ſibi homi-
ni eſſe ſaluatio. Nam & ipſe, ut pater qui miſit
illum, eſt *deus meus*. Et quia deus, ideo *& saluta-
ris meus*. Hoc modo eſt deus meus, quia eſt *ſuſce
ptor* cauſæ meæ ad defendendũ. Et ideo *non mo
uebor* a deo meo *amplius*. Mouit me prius ma-
nus peccatoris, cum ſub eo eſſe nolui, dum me
in ſuperbiam erexi. Sed nũc ſub illo poſitus, nõ
Pſal.35. timebo lapſum. Quod alibi, Non ueniat mihi
pes ſuperbiæ: hoc modo, Nonne deo ſubiecta
erit anima mea? Quod ibi, & manus peccatoris
non moueat me: hic, non mouebor amplius. Et
quia deo innititur anima mea, & amplius nõ mo
uebor: ergo *quouſque irruitis in me hominem*, at-
tendentes humanitatem meam, & nõ attenden
tes diuinum præſidium? Quouſque, id eſt, uſq;
ad quem finem irruitis execrando, inſultando,
inſidiando, perſequendo, occidendo? Nũquam
militi Chriſti bella deſunt, quia duæ ſunt ciuita
tes nũc ſimul mixtæ, una Ieruſalẽ, altera Baby-
lonia. una hæc, una illa. Vnus hic rex, unus ibi.
unus hic populus, unus ibi. iſti pugnant pro iu-
ſtitia, illi pro iniuſtitia. iſti pro ueritate, illi pro
falſitate. Iſti ut deſtructa conſtruant, illi ut con-
ſtructa deſtruant. & tñ hæc ciuitas ex illa con-
I.Cor.15 gregatur. Non enim prius ſpirituale, ſed quod
carnale. illa prior tempore, hæc autem prior di
gnitate. Quod autem hæc ex illa procedat, pfi-
gurauit Ieruſalem quæ conſtructa eſt ſecũda ci
uitas, deſtructa priori, cum tamẽ prima ciuitas,
quam Cain ædificauit, per ſe ſit conſtructa. Fru
ſtra irruitis in hominem, quia perfert homo qđ
poteſt homo, tamen eius auxilio qui pro homi
ne factus eſt homo. Reuera irruitis, quia *interfici
tis uos uniuerſi*, ſcilicet & qui intus eſtis & extra,
mixti & ſeparati, nũc tolerandi, quandoq; ſepa
randi. Irruitis, incumbitis mihi *tãquam parieti in
clinato*, id eſt, tanquã ſi paries qui cito deijci poſ-
ſit quaſi inclinatus ad ruinam. quia uobis humi
lior, ueſtræ ſaluti me inclino, *&* tanquam *mace-
riæ depulſæ*. Maceria ẽ ſiccus murus ſine cemen-
to, qui impulſus facile deijcitur. Aliter: Nolite ir
ruere, nolite interficere. ſi non attenditis iniuſti-
tiam, ſaltem ueſtram attendite damnationem.
quia nos foris interficiendo, uniuerſi interficitis
uos interius. Interficiendo corpus noſtrum, in-
terficitis animã ueſtram. dum incumbitis mihi
tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ:
quia cadit pius ad dãnationem impij, ſicut pa-
ries ſuper illos qui incaute deijciunt. *Veruntamẽ
precium meũ cogitauerunt repellere*. Quaſi d. ego il
los de innocentia conueni, ego illos ſic monui,
& tamen cum nõ poſſent me apertis impugna
tionibus mouere ab incepto curſu, inuidentes
mihi, quia honor bonorum torquet cor impio
rum, cogitauerunt per inſidias precium meum,
id eſt, coronam meam, brauium meum auerte-
re, dum curſum meum parabant impedire, ne
conſummarem hanc meam uitam, exprobran-
do difficilem, & nulli poſſibilem dicendo. Hic
notantur falſorum Chriſtianorum impedimen
ta, qui blanditijs & malis perſuaſionibus mili
bus Chriſti occulte impedimenta parant, eru-
beſcentes aperte impugnare. Ipſi impedimẽta
parabant. ſed ego cucurri nulla huius uitæ ille-
cebra detentus, nullius minis uel terroribus re-
tractus. Et *in ſiti cucurri*, id eſt, in deſiderio tranſ-
formãdi mihi eos, & traijciendi in corpus Chri Exo.32.
ſti. quæ ſitis præfigurata eſt in capite illius uitu-
li, quod Moyſes deſcendẽs de monte, accepta le
ge, in ignem miſit & diminuit, & in aqua miſcuit
& dedit populo bibere. Caput uituli quod fuit
caput idoli, ſignificat populum Babyloniæ, qui
populus in ignem tribulationũ mittitur, & per
Moyſen, id eſt, doctorem eruditio comminui-
tur, id eſt, humiliatur ad pœnitentiam & poſt
mittitur in aquam, id eſt, baptizatur, & ſic trãſ-
fertur in corpus fidelium. Et opus erat ut illos
mihi conformarem, quia *ore ſuo* ſcilicet doloſo
benedicebant, & corde ſuo maledicebant. ore præ-
tendentes ueritatem, ut ſic facilius & occultius
ducerent ad mendacium, & corde tegentes falſi
tatem. Hic notatur hæreticorum prauitas. *Ve-
runtamen*, id eſt, quanquam tot impedimẽta &
tot inſidiæ mihi parentur o *anima mea*, ſuſtine
omnia. & ut ſuſtinere ualeas, *ſubiecta eſto deo* qui
dat tolerantiam. Et merito deo, *quoniam ab ipſo
patientia mea*. Venit dolor meus, ueniet requies
mea. ponitur nunc aurum in fornace, ut purga-
tum ueniat ad lucem. fornax, mundus: palea, ini
qui: aurum, iuſti: ignis, tribulatio: aurifex, deus.
Qđ uult ergo artifex, facio. ubi me ponit, tole-
ro. iubeor ego tolerare, nouit ille purgare. licet
palea ardeat ad incendendũ me, illa in cinerem
uertitur, ego ſordibus careo. quare? Quia deo
ſubijcitur anima mea, quoniam ab ipſo patien-
tia mea, q̃ neceſſaria hic eſt, ut reportemus pro- Heb.10.
miſſionẽ. Et ideo etiã illi ſubiecta eſto, *quia ipſe*
deus omnium per naturã, eſt *deus meus* per gra-
tiam uocando, *& ſaluator meus* gratis iuſtifican-
do, *adiutor meus* conſeruando. uel adiutor glo-
rificando. & ideo *non emigrabo*. Migrabo de ta
bernaculo, ſed non emigrabo de palatio: quia
in deo erit tunc *ſalutare meum*, id eſt, interior ſal-
uatio. *& gloria mea*, id eſt, honor immortalita-
tis. ipſe enim erit omnia in omnibus. Interim au I.Cor.15.
tem dum in uia ſum, dum nondum perueni, eſt
deus auxilij mei, ut non deficiam. *&* ideo *ſpes mea
in deo eſt*, ut perueniam ad coronam. Ergo meo
exemplo *ſperate in eo*, & non in mundo, *congre-
gatio omnis populi*. ſiue infra poſiti ſiue extra,
aperti inimici uel occulti, quia ipſe uos ſaluabit,
& ipſe glorificabit. Et ut in eũ poſſitis ſperare,
effundite, i. euacuate *corda ueſtra coram illo*, non
corã hoĩbus. uel effundite corã illo. i. cõſiderati
one illius. uel dũ ille ſuſcipiat. uel exite. trãſcen
dite corda ueſtra, ut de illo cogitare ſufficiatis.

tranſit, quicquid corde concipis præter ipſum.
Ipſe manet. in eum effunde quicquid ſolicitudi-
nis concipit cor tuum. Tunc ipſe uidet, cum ue
ram confeſſionem peccatorum facimus. effun-
dite dico, lachrymabiliter deprecando, humili-
ter confitendo, ueraciter pœnitendo, nō fallacitē
credendo. Ideo coram illo effundite, quia quod
per uos non poteſtis, ipſe faciet. *Deus adiutor no*
ſter hic perducendo *in æternum*. Adiutor eſt uo-
cando, iuſtificando, conſeruando. Sed licet eos
moneam in deo ſperare, & non in ſeculo, *Verun-*
tamen uani filij hominum, id ē, uanis dediti, ſcilicet
temporalibus commodis. *mendaces*, decipientes
alios. *filij hominum*, id eſt, imitatores primorum,
ſubaudis entes *in ſtateris*, uel ſimulantes æquita-
tem ad hoc, *ut decipiant ipſi de uanitate*, ſubaudis
temporali, id eſt, de hac falſitate *in idipſum*, ſub-
audis tendentes, id eſt, in æternam uanitatem &
in æternam damnationem, ſcilicet de tenebris tē
poralibus in æternas. Vt decipiant ipſi de uani
tate in idipſum, quamuis diuerſi & multiplices
ſint errores, de uanitate tamen omnes idipſum
ſentiūt, qui eius ſunt ciuitatis, qui regem habēt
diabolū. Ergo miſerandi, ſemper monendi. un
de dicit: *Nolite ſperare*. Sicut hic fefellerunt alios,
ita & ibi fallentur. non quod ibi falſa ſint tor-
menta, ſed quātum ad boni reputationem, nul
lius precij ſunt. uel mendaces ſunt filij hominū
in ſtateris. i. in cōmercijs ſuis. a parte totū. quia
Pro. 20. pondus & pondus, menſura & menſura, abomi
natio apud deum. Auguſtinus: Attendis cui li-
bras, & non attendis quo libraris. Ipſi de uani
tate in idipſum, id eſt, omnes in uanitate concor
des. Nolite ſperare *in iniquitate*. Q. d. Ego dixi,
ſperate in eo. Si autem in eo ſperare uultis, no-
lite ſperare in iniquitate. i. in diuitijs, quæ ſunt
mammona iniquitatis, quia omnis diues aut ini
quus, aut hæres iniqui. Verūtamen uani filij ho
minum, ex quadā compaſſione interpoſuit Idi-
thum. hoc ad diuites. Vos autem pauperes *rapi*
nas nolite concupiſcere. Rapis tu quiſq; aliena, &
neſcis a quo rapiaris. Rapis pecuniā, perdis inno
1. Pe. 5. centiam. & ſic interius rapit te leo ille, qui rugi
ens circuit quærens quem deuoret. O iniquum
commercium, o damnoſum lucrum, acquirere
pecuniam, ut amittas iuſtitiā. Noli ergo rapere,
noli de paupertate timere. quia qui paſcit latro
nem, paſcit innocentē: qui paſcit dānandum, pa
ſcet ſaluandum. Vel nolite putare ut diuitiæ ex
iniquitate acquiſitæ, uobis proſint cum inde be
nefacitis. Q. d. Diues, noli aliena rapere, quia nō
cogit neceſſitas. Audi. *Diuitiæ ſi affluant, nolite*
cor apponere, Id eſt, non eas ametis, nō in eis ſpe
rens, nō ibi cor figatis, ne ſimul effluatis. Quod
enim affluit, pōt & effluere. uana iniquitas, flo-
rere ad tempus. Miles Chriſti Idithum, qui huc
uſq; locutus ē ad eos quos infra ſe uidit, inuitans
eos ad curſum, hortans omnes ſpem ponere in
domino, & dehortans ſperare in ſeculo, ſuppo
nit utriuſque rei rationem, & conuertit ſe ad de

um, quaſi familiarius ſic loquens, quaſi ſic dicēs:
Sperandum eſt in te o dñe, & nō eſt ſperandū in
uanitatibus hui9 ſeculi. *quia o deus tu reddes uni*
cuique iuxta opera ſua. iniuſtis pœnam, iuſtis co-
ronam. Et hoc facies ex poteſtate & ex miſeri-
cordia, *quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſeri*
dia. poteſtas, qua malos damnas: miſericordia,
qua bonos remuneras. Poteſtas. i. iuſtitia eſt in
eo, ne præſumas de miſericordia. ne autē deſpe
res de iuſtitia, miſericors eſt. Poteſtate ſuꝑbos
humilias, miſericordia humiles exaltas. In his
duobus oīa ſcripta uel dicta patriarcharum,
prophetarum & apoſtoloꝝ, cōtinentur. Ame-
mus ergo miſericordiā, timeamus potentiā. &
ſic amemus miſericordiam, ut nō cōtemnamus
poteſtatem. ſic timeamus poteſtatem, ut de mi
ſericordia tñ non deſperemus. Timeamus ergo
eius ſupremam potentiam. quicquid uult face-
re, poteſt, & tñ nihil facit niſi iuſte, etſi interdū
occulte. Poteſtatē habet diabolus, ſed ſub illo.
Nihil em̄ pōt niſi ꝑmiſſus, & quātū ꝑmiſſus, &
qñ ꝑmiſſus. Ex poteſtate deus permittit ſuos tri
bulari: ex miſericordia facit prouētum, ut poſ- 1. Cor. 10.
ſint ſuſtinere. Et hoc quaſi dicat: Ex me non ha-
beo quod uobis dico. ſed *audiui hæc duo* de pote
ſtate dei & de miſericordia, a deo ſ. cui ſubiecta
eſt aīa mea. Quaſi ſic d. Tranſiliēdo omnia mun
dana, multa audiui, multa cognoui, inter quæ &
hęc duo hūano generi neceſſaria, ſ. ut miſericors
ſit deus & potens. Et nō mirum, quia aſcendi
etiam uſq; ad hoc, ut intelligerem quod *ſemel lo*
cutus eſt deus, id eſt, genuit ex ſe uerbum, uel o-
mnia fecit in uerbo antequam fierent, ſine initio
& ſine fine. Quæſtio, quomodo ſemel, ſi duo au
diuit. Per multos quidem & multa locutus eſt,
ſed id totum ab eo qui ſemel locutus eſt, quia ſo
lum genuit uerbum. Ad quod iſte tranſilierat,
& ſemel omnia fecit in uerbo antequā fierent.
Ante enim fuerunt ſimul in diſpoſitione conſi-
lij, quām in ſpecies producerentur. Et quia hęc
duo audiui & ā deo accepi, nolite ergo conte-
mnere me hæc utilia uobis perſuadentē. Aliter
in uoce capitis: Docet caput noſtrum membra
ſua, quomodo mundus iſte ſit tranſiliendus, pro
ponens ſe ſuis exemplum. Anima primi Adā
non fuit ſubiecta deo. & ideo ā manu peccatoris
mota humanitas Chriſti. Nonne deo ſubiecta
erit anima mea? Erit utique, quia non mihi ue-
niet pes ſuperbiæ. Ab ipſo enim, ſcilicet uerbo
mihi unito, ſalutare meum, non a me homine:
a ſe enim ſibi homini dānatio, a deo autem ſal-
uatio. Nam & ipſe ſcilicet uerbum, eſt deus me
us creatione prima, ſalutaris meus, id eſt, meoꝝ
creatione ſecunda, ſuſceptor meus de maſſa per
ditorum uel de ſepulchro, & ideo non mouebor
amplius. Motus ſum prius in maſſa, ſed non am
plius morlar. Et quia deus ſaluator meus, ergo
quouſq; irruitis in me hominem o iudæi ad in-
terficiendū? & qſi illi dicāt, Nos nō q̄rimus te in
terficere: Certe, inq̄t, uniuerſi uos interficitis, etſi

in gladiis, tamē in linguis. uos irruitis mihi, qui ſum tanquam paries inclinatus & maceria depulſa opprimens uos per mortem meā. uerun tamen quanquam admonui precium meū, ne in nomine meo omne genu flectatur, ore ſuo be-

Mat. 22. Ioh. 9. Tit. 1. nedicebant, Viam dei in ueritate doces: & corde ſuo maledicebant, Non eſt hic homo a deo. Si de falſis Chriſtianis, confitentur ſe noſſe deū, factis autem negant. Deus auxilij Nō ego mihi ipſe auxilium, non ego gloria, ſed gloria mea deus auxilium dūs. Sperate in eo, habentes me exemplum, effundite coram illo corda ueſtra, euacuate uitijs, ut impleantur uirtutibus. Adiutor noſter, quantum ad maſſam hoc dicit, ſecundum illud Apoſtoli: Si noſipſos iudicaremus, non utique iudicaremur. I. Cor. II.

¶Pſalmus Dauid cum eſſet in deſerto •Idumææ. LXII.

•Iudææ

DEus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta, inuia & inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper uitas, labia mea laudabunt te. Sic benedicā te in uita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. •Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus. Et in uelamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Ipſi uero in uanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradētur in manus gladij, partes uulpiū erunt. Rex uero lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obſtructū eſt os loquentium iniqua.

•Sic

•Idumæa interpretatur terrena, & ſignificat uitam humanam. Deſertum Idumææ eſt ſeculum præſens, ubi multis & magnis miſeriis ſubiacetur. Quod enim deſertum maius, quod periculoſius, quàm illud, quod dum quis peregrinus ingreditur, non inuenit habitatores, & ideo nullam conſolationem? Exire non pōt, quia uiam ignorat. Manere difficile, quia nō inuenit refectionē, cum ibi ſit aquæ penuria. Tale fuit hoc ſeculum & adhuc eſt, quantum ad ſe, quouſque deus miſertus noſtri, miſit filium ſuū in hoc deſertum. qui & ipſe inhabitauit, & ſuos inhabitare fecit, & uiam aperuit qua exeūdum eſſet. & aquam dedit, id eſt, uerbum doctrinæ ſuæ qua reficeremur, qua cum deo loquentes, conſolationem haberemus. Inſtruit ergo nos caput noſtrū, uerus Dauid, in uoce ſua & membrorum, quid in hoc deſerto poſiti agere debeamus. In quo beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſti-

Mat. 5. tiam. qui ſentiet in ſitiēdo. ſentiet in reficiendo. Sitiendi locus hic, non reficiendi: macreſcendi, non ſaginandi.

DEus ſcilicet omnium per naturā, *deus meus* per gratiam. *ad te uigilo*, non ad deſertum iſtud. te ſolum deſidero. Ille ad deum uigilat, qui ſeculo dormit. Duæ ſunt dormitiones, ſicut duæ uigiliæ: una corporis, altera animæ. Dormitio corporis interdum eſt neceſſaria, ut per quietem recreetur, quo ſufficiat motibus

Ephe. 5. ſemper agentis animæ. Dormitio animæ eſt, obliuiſci creatoris ſui. unde dicitur: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te CHRISTVS. Vigilia animæ eſt, deum ſuum ſemper in memoria habere, illum ſitire, illum deſiderare, bona conuerſione & uita ad illum tendere. De qua uigilia hic dicit, uigilo, id eſt, bona operatione & omni ſtudio cor meum ad te promerendum ſe extendit. *De luce*, id eſt, de tua illuminatione. tu dediſti mihi hanc lucē, id eſt, hunc intellectum. iuxta Apoſtolum, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vel uigilo, id eſt, ſtudioſa & aſſidua operatione ſolicitor. Ad te, id eſt, ad mandata tua exequenda. De luce ad ſimilitudinem, id eſt, ſtudioſe ſicut boni operarij, qui ſummo diluculo ſurgunt ad opus. Caſſiodorus: Ipſa repetitio uenerandi nominis, affectum piæ deprecationis oſtendit, deus deus meus. Ideo ad te uigilo, quia *ſitiuit in te aīa mea*. Nemo enim ad deum uigilat, niſi eum prius ſitiat. Sitis animę, deſiderium eſt. ſitiuit anima mea in te, id eſt, deſiderauit non ea bona quæ ſunt in hoc deſerto, ſed ea quæ ſunt in te, ſcilicet æternam requiem, æternam beatitudinem, quæ nuſquam eſt niſi in te. Subiacet enim multis paſſiōibus, cupit, metuit, dolet, gaudet. hinc ira turbat, odium, inuidia, & innumera huiuſmodi. Et ideo ſitiuit anima mea in te multipliciter, id ē, propter multiplicem paſſionem, multiplicem deſiderat curationem. Et non ſolū anima, ſed & *caro mea* ſitiuit in te, expectans reſurrectionem, ut anima beatitudinem. ſed & illa *quàm multipliciter*, id eſt, multo plus quàm anima: quia anima impaſſibilis, caro autem mortalis & paſſibilis. Nō caro ſitiuit, ſed aīa, cōſiderās multiplicē defectū carnis. quia uigilat, & in hoc laſſatur: dormit, & in hoc laſſatur. ſtat, ſedet, comedit, eſurit. & in his oībus laſſitudo & ſatietas, & ideo nulla requies. Et hāc ſitim habebo in hac uita, ubi ſitiendū eſt: q̄ ē plena indigētijs, ſ. *in terra deſerta* & *inuia & inaquoſa*. Deſerta ē hæc

Ephe. 5.

uita. quia quãtum ad ſe, nullus eam excolit, nul
lus inhabitat. In uia eſt, quia quantum ad ſe: nul-
lam habet uiam quæ ad uitã ducat, imo plena
eſt multis erroribus. Inaquoſa eſt, quantum ad
ſe: quia non habet aquam uiuam qua reficitur
anima, ſcilicet ſpiritualem gratiã uel doctrinam
uerbi dei. ſed ueniens filius dei in hanc deſertam
terram, coluit eam uirtutibus, opere & doctri-
na per ſe & per ſuos. & uiam oſtendit qua exi-
remus, & ad patriam rediremus, ſcilicet exem-
plum uitæ ſuæ nobis propoſuit, ut tandem de
hac corruptione tranſiremus ad incorruptio-
nem, ſicut ipſe mortuus ē & reſurrexit, & aquã
dedit qua hic interim reficeremur, id eſt, doctri
nam uerbi ſui, præcepta ſua, quibus familiariter
cum eo loqueremur. *Sic*, id eſt, ſitiendo in te. *in
ſancto* ſubaudis deſiderio. *apparui tibi*, id eſt, cõ-
placui, dignus fui ut me uideres. quod non fit ni
ſi p humilitatem. Sicut per ſuperbiam a deo re
cedimus, ita in humilitate deo apparemus, con
fitendo ei infirmitatem noſtram, ſitim noſtram.
Ad hoc apparui, *ut uiderem*, id eſt, ut me cogno
ſcere faceres *uirtutem tuam*. uirtutem, quam ha-
beo quod anima mea non recedit a te, te ſitiens,
te deſiderans: tuam eſſe, non meam. *Et gloriam
tuam*, id eſt, immortalitatem & incorruptiõem,
quam nũc habeo in ſpe, quandoq; habiturus in
re: tuam eſſe, non meam. uel omnem meam uir
tutem & omnem gloriam, a te eſſe. Quid enim
1. Cor. 4. habes quod non accepiſti? Aliter. ſic, id ē, ut pri
us hic ſitiret anima mea & caro. Apparui tibi,
2. Tim. 2. quia nouit dominus qui ſunt ſui. Vidiſti me, ut
uiderem te. ita apparui, ut hoc attribuam. Ap-
pareamus ergo ei in ſanctitate, ut uirtutem eius
uideamus & gloriam, id eſt, Chriſtum. Vt uide
rem uirtutem tuam, & infirmitatem meam: &
gloriam tuam, meam aũt ignominiam. Et ſicut
in te gloriandum eſt, non in me, ideo tuam uir-
tutem & gloriam tuam. *Quoniam melior eſt miſe-
ricordia tua ſuper uitas*. Vita illa animæ & corpo
ris, quam mihi dediſti per miſericordiã tuam,
ſine pręcedentibus meritis meis, gratis uocãdo,
gratis peccata condonando, gratis iuſtificando,
melior eſt ſuper uitas illas omnes, qua ſuppetũt
ſibi mortales in diuerſis ſtudijs. Et quia uita illa
ſancta quam dediſti mihi per miſericordiam tu
am, melior eſt omĩ uita quam ego mihi poſſem
appetere, *labia mea* (ſi Chriſtus, meorum) *lauda-
bunt te*, non me. Exteriora labra non erubeſcãt
te confiteri coram hominibus. *Sic*, id eſt, laudan
do exterius, *benedicam te in uita mea*, id eſt, lauda
biliter uiuendo multiplicabo laudes tuas. & nõ
ſolũ ego laudabo te uerbis & opere, ſed ad ex
emplum aliorum, *leuabo manus meas*, id eſt, bonã
operationem meam alijs proponam ad imitan
dum. Gregorius: Sic fiant opera ueſtra in aper-
to, quatenus intentio ſit in occulto. quod & ſe-
quitur. & alios leuabo *in nomine tuo* glorifican-
Mat. 5. do, nõ meo. ut uidentes opera ueſtra bona, glo
rificẽt patrem ueſtrũ. hoc petens à te, *Sicut adipe
& pinguedine repleatur anima mea*. Adeps eſt pin
guedo illa quæ interiora amplectitur: pingue-
do, obeſitas & craſſitudo circa cutem. Replea-
tur ergo anima mea, nõ caro mea. nõ adipe neč
pinguedine, quia uile eſſet quod peterem, quod
etiam brutis animalibus præſtas: ſed ſicut adi-
pe, id eſt, ſapientia, qua carens anima, ſicca eſt &
macra: & ſic pinguedine repleatur, id eſt, ope-
ratione ſanctarum uirtutum, per quam operati
onem foris eniteat ſapientia animæ: ut ſic ſagi-
nata, tandem fiam tibi acceptabilis hoſtia, offe-
rens tibi uitulum labiorum. quod & ſequitur:
Et labia *exultationis laudabit os meum*. Modo la-
bia orationis dũ ſum in terra deſerta, ſitio. Quã
diu enim ſitis, durat oratio. ſed cum ceſſabit ſi-
tis, ceſſabit oratio & ſequitur laudatio. Omnis
fortitudo animæ in his duobus conſiſtit, ſapien
tia & uirtute. Aliter: labia mea laudabũt te hoc
modo, uel benedicam te in uita mea. quod uiuo
& q̃d tibi adhæreo, tibi attribuã, non mihi, totũ
miſericordiæ tuæ. & in nomine tuo leuabo ma-
nus meas, id eſt, orabo leuatis manibꝫ ad te, imi
tando illum, qui pro me orando, extendit ma-
nus in cruce. Per manus, opera accipimus, quia
manibus operamur. Orantes leuamus manus,
ut ſi opera ab oratione diſcrepant, fiant oratio-
ni conſona. In nomine tuo, id eſt, principaliter
te petam in leuando manus, uel leuabo in nomi
ne tuo. Si bonũ facio, in te mihi bonum erit, nõ
in me. Sic, ſubaudis hæc faciam, hac intentione,
hoc deſiderio, ut anima mea quæ mõ ſitit, mo-
do amara eſt, repleatur ſicut adipe & pinguedi-
ne, id eſt, uirtutum abũdantia & æterno gaudio.
Et tũc labia exultationis laudabit os meum, ut
ſupra. Et reuera laudabo te, tandem exultan-
do. quia nũc interim *in matutinis meditabor in te*.
in ſtudio operum meorum. quia qui ſtudioſi
ſunt, in matutinis ſurgunt ad opera. Meditabor
in te, aſſiduus ero in illis operibus, in meditatio-
ne tui, quia ad honorem tuum faciam omnia.
Ideo in te, quia tu fuiſti adiutor meus, ut perfice
rem ea. In matutinis meditabor, id ē, in labore.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum. a maiori, id
eſt, ſi te quieti præpoſui. Qui dũ quietus eſt, ſup
Chriſtũ meditatur: dũ ad opus uenitur, memor
eſt Chriſti. Si quietem quam habere potui, pro
pter te interrupi. uel ut in perſona capitis dica-
tur, & tũc repleta anima mea, id eſt, meorũ ſic-
ut adipe & pinguedine, labia exultationis lau-
dabit os meum, id eſt, meorum. In quo illa laus,
oſtendit. Laudabunt te in matutinis, id eſt, in ſu
is reſurrectionibus: quia quot iuſti, tot matu-
tini. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris Mat. 13.
eorum. Tunc meditabuntur in te, id eſt o-
mnis eorum cogitatio erit in laude tua, quia
iam non erit aliud amplius unde ſoliciti ſint.
Amplius enim non erit neque luctus, neque cla
mor, neque ullus dolor. Ideo te laudabunt, *quia* Apo. 21.
tu fuiſti adiutor meus, id eſt, meorum, ut ad illam
beatitudinẽ peruenirent. Ego tũc laudabo te in

matutinis, ſi hic memor fui tui ſuper ſtratum meũ. Nemo eſt qui non ſit memor ſtrati ſui, ſcilicet q non cõſentiat carni. Sed ſi memor eſt dei ſuper ſtratũ, i. magis deum diligit quã carnalia deſideria, in matutino ſuo laudabit eum. *& tũc exultabo* ego & mei *in uelamento alarum tuarum*. i. in ꝓtectione tua, uel in dilectiõe dei & proximi. Ideo ibi in tua protectiõe *exultabo*, quia *adhæſit anima mea*, id eſt, glutino charitatis firmiter tibi uincta fuit hic: ſed tamen *poſt te*, nõ ut te uellet præcedere uel tecum ire, ut Petrus qui dicebat do-
Mat. 16. mino: Propicius eſto domine tibi, & ne facias hoc. Cui à domino dictum ẽ: Vade retro ſathanas. quaſi dicat: nõ te oportet præcedere, ſed ſequi. Qui diſpoſitione ſua in Chriſto uult uiuere, præcedere uult, non ſequi. tene autem charitatẽ ſic, ut in omnibus Chriſtum ſequaris interim in permixtione, ut ſuſcipiaris poſtmodum ad dexteram eius in ſeparatione. Et ut anima mea tibi adhæreret, *me ſuſcepit dextera tua*, id eſt, propiciatio tua de maſſa perditorũ. uel ſi caput, diuinitas me hominem ſuſcepit de ſepulchro.

Vel ego ad dexteram. ipſi autẽ idumæi qui me occiderunt, quid? Introibunt in inferiora terræ, id eſt, diſponẽt pro terrenis occidere Chriſtum. Qui enim contra ſalutem ſuã quæ ſunt terrena, ſequitur: dum inferiorem ſe terra facit, ſub terra eſt. & quid de illis? amiſerunt locũ & gentem,
Ioh. 11. quod ut non amitterent, Chriſtum occiderunt. Quomodo dati ſunt in gladium Romanorum? quia reiecerunt agnum dei, dicentes: Regem nõ habemus niſi Cæſarem? Et quid rex? lætabitur
Ioh. 19. in domino. nõ occidet in eo quod deus, ſed gloriantur. Et quid ſui? Glorioſi commorant in eo uiuere. confuſi autem ſunt & diſperſi, qui coniurarunt cõtra eum, dicentes: Oportet unum mori. *ipſi uero* qui non adhæſerunt, quibus fuit propoſitum exemplar bene uiuendi, ſi uellent, *quæſierunt animam meam*, id eſt, uitam meã, non ad imitãdum, ſed ad prodendum. ſed *in uanum*. Tria fuerunt quibus maxime quæſierunt uitam domini ad perdendum, ſed fruſtra: ut nomen illius deleretur de terra, ut mundus poſt eum non abiret, q̃d ex magna fuit inuidia, ut non amitterent locum & gentem. Sed creuit nomen eius, quia a mortuis reſurrexit: & creuit fama eius per totum mundum. Iam mũdus poſt eum abiit, & ipſi amiſerunt locum & gentem, & ideo in uanum quæſierunt animam meam. Ideo quærent animam meã ad perdendum, q̃a pluris facient terrena quàm ſe, ſcilicet *introibunt in inferiora terræ*. Ille intrat terram, qui terræ, id eſt, carni ſuæ conſentit. Ille autem intrat in inferiora terræ, q terrena quæ infra ſe ſunt, pluris facit quàm ſe. Et quia quæſierunt perdere animam meam, *tradentur in manus gladij*, id eſt, in poteſtatem gladiatorum Titi & Veſpaſiani. Et *erunt partes uulpium*, id eſt, præda romanorum principum, qui principes uulpes dicuntur propter doloſitatem. Vulpes inter alias beſtias animal ẽ omnino ſubdolum, quod & fraudibus cibum querit, & ſalutem ſuam callida illuſione cuſtodit. His merito callidi homines cõparantur, qui ſimulata uerſutia iniquitates ſuas efficere moliuntur. Quod Luce. 13.
bene ad Herodem refertur, de quo dominus dixit: Ite & dicite uulpi illi, non apprehendat prophetam extra Ieruſalem. Et in Canticis Canticorum: Capite nobis uulpes quæ demoliuntur uineas. Vel partes uulpium fuerunt Iudæi, Can. 2.
quando dixerunt, Regem non habemus niſi Cæſarem. Tunc enim uulpem ſibi regem elegerũt. Ioh. 19.
Vel introierũt Iudæi in inferiora terræ, id ẽ, abſconderunt ſe in foraminibus terræ ad tuendam temporalem uitam, quando ut Chriſtũ occiderent, præpoſuerunt terrena, dicentes: Ne forte Ioh. 11.
ueniant Romani, & tollãt noſtrũ locũ & gentẽ. Et in hoc fuerunt partes uulpium, id eſt, doloſi ut uulpes, quæ in cauernis terræ ſe abſcondunt. uel partes uulpium, prophetia de Ioſepho & aliis principibus Iudæorum, qui poſt incendium ciuitatis & interfectionem ſuorum, extracti ſunt de cauernis terræ in quibus latebant. *Rex uero* Chriſtus, quem ipſi interfecerũt, conſtitutus rex in eo quod occiſus, *lætabitur in deo*, id eſt, in uita data a deo. Et non ſolum rex, ſed laudabunt *omnes qui iurant in eo*. cauſa pro effectu, id eſt, uiuent in æternum, ut Chriſtus caput eorũ, prius laudabiliter uiuẽtes omnes qui firmiter ei uitam ſuam promittunt. Ideo iſti laudabunt, *quia obſtructum eſt os loquentium iniqua*. locuti ſunt iudæi iniqua, quando creatorem ſuum ſpreuerunt, & uulpem regem elegerunt: quando dixerunt, Regem non habemus niſi Cæſarem. Vulpes in agnum ualuerũt, ſed uicti ſunt à leone. Ecce reſurrexit, uicit leo de tribu Iuda. Apo. 5.
& ſic clauſum eſt os dicentium, Reus eſt mortuus. Quia & rex reſurrexit, & mũdus iã poſt eũ Matt. 26.
abijt. Vel ſic, reuera rex lætabitur, quod omnibus erit patentiſſimum, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Non habent quod dicant qui dixerunt, Regem non habemus niſi Cæſarem. Maius eſt quod dicit, rex: quàm ſi diceret, ego rex: quia ille ſolus abſolute rex antonomatice dicitur.

In finem Pſalmus Dauid. LXIII.

EXaudi deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Protexiſti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt ut gladium linguas ſuas, intenderũt arcum rem amaram, ut ſagittent in occultis immaculatum. Subito ſagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam. Narra-

uerunt ut abſconderent laqueos:dixerunt, quis uidebit eos? Scrutati ſunt iniquitates, de
fecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Accedet homo ad cor altum, *&* exaltabitur deus. Sagittæ
paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorũ. Con
turbati ſunt omnes qui uidebant eos, & timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera
dei, & facta eius intellexerunt, Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo, & lauda-
buntur omnes recti corde.

In hoc pſalmo Chriſtus caput noſtrũ propo
nit nobis tolerantiam paſſionis ſuæ, & gloriam
reſurrectionis, ut exemplo illius non terreantur
ſancti martyres membra ſua, nec deficiant in tri
bulatione, ſed fortiter certent, ut poſt certamen
perueniant ad clarificationem: quia ubi caput, il
lic & membra ſequentur.

E*xaudi deus orationem meã cum deprecor*. De-
us pater, exaudi orationẽ qua ſanguis me-
us fuſus in ara crucis, orat pro membris meis.
Amoris hæc uis eſt, ut his quos amamus, etiam
ſi abſentes ſint, hæreamus, dum affectum inſitũ
nequaquam aut locus diuellit, aut tempus. Cũ
deprecor, non ut non occidantur, ſed ut occiſi
non ſuperentur. Scilicet à *timore inimici eripe ani
mam meam*, id eſt, animam meorum eripe a timo
re inimici, & ſubde timori tuo. liberi ab illorũ
timore, ſubdãtur ſeruituti tuę. Multi enĩ marty
rũ Chriſti occiſi ſunt, ſed nõ ſupati: qa in fide &
teſtimonio Chr̃i pſtiterũt. alij mortui abſorpti,
alij uiui abſorpti. Illi mortui ſunt abſorpti, qui
increduli cõculcãt ſanguinẽ iuſti. illi autem uiui
abſorpti, qui in Chriſtum credentes, in tribulati
one defecerunt, tranſlati in corpus inimicorum,
Illi, quia mortui erant, abſorpti: iſti, quia abſor-
pti, mortui. Ergo a timore inimici eripe animã
meam qui iubes: Nolite timere eos qui occidũt
Mat.10. corpus. Et reuera eripies animam meorum a ti-
more inimici, quia *me* caput eorum *protexiſti à
conuentu malignantium*. Hoc quaſi certum pi-
gnus inde habeo, quia collegerunt pontifices iu
dæorum & phariſæi concilium, dicentes: Si di-
Ioh.11. mittimus eum ſic, omnes credent in eum. Ma-
gna inuidia. Cogitauerunt ergo ut interficerent
eum. ſed fruſtra, quia reſurrexit, & mũdus poſt
eum abijt. A *multitudine operãtium iniquitatem*, ſci
licet illam maximam. uiſis tot tantisq́ miracu-
lis, quod cæcos eorũ illuminauit, leproſos mun
dauit, infirmos curauit, mortuos reſuſcitauit,
increduli eum occiderunt. hæc eſt illa iniquitas,
Quia & ſi non interfecerunt gladio, *exacuerunt
ut gladium linguas ſuas*. Quod alij gladio, hoc illi
Ioh.18. fecerunt lingua. Hoc fuit maximum acumen iu
dæorum, cum dicerent: Nobis non licet occide
re quenquam. Quaſi dicerent: Occidamus, &
non occidamus. Sic occidamus, ut non ipſi occi
diſſe iudicemur. Magna ſtultitia: non licet occi-
dere, & licet occidendum tradere. Hinc illud
ſolui poteſt, quod unus euangeliſta dominum
Mar.15. crucifixum hora tertia, alter dicit hora ſexta.
Luce.23. Cum enim iudæi clamarent, crucifige crucifi-
Ioh.16. ge, hora tertia: quod apparitores poteſtatis fece
runt manibus hora ſexta, hoc tranſgreſſores le
gis fecerunt lingua hora tertia. *Intenderunt ar-
cum*, id eſt, inſidias parauerunt, dicentes: ſic occi
damus, ut non occidiſſe uideamur. Simulaue-
runt æquitatem. ſed ſimulata æquitas, duplex
eſt iniquitas. Et in hoc ſimulauerunt æquita-
tem, quando dixerunt: Non licet eos mit- Mat.27.
tere in corbonam, quia precium ſanguinis eſt.
Quanta ueſania, non licet precium ſanguinis
ponere in arcam, & licet ipſum ſanguinem po
nere in conſcientiam? Intenderunt arcum, inſi-
dias parauerũt. & intenderunt *rem amaram*, hãc
ſcilicet, ſubuerterunt pecunia diſcipulum colle
gam Chriſti, ut per eum traderetur. Ad hoc in-
tenderunt arcum *ut ſagittent*, id eſt, occidant *in
occultis*, id eſt, latenter eum quem nihil latet, *im-
maculatum* illum ſcilicet qui maculas peccatorũ
auferre uenerat. *Subito ſagittabũt eum*. i. incaute
& incõſiderate, attendentes hoiem, & nõ atten
dentes deum. *Et nõ timebũt*. Durũ cor, quod non
timuit iudicem illũ iniuſte dãnare, quem nullus
iudicum poteſt fallere. Durum cor, quod nõ ti-
muit illum ligatum tradere, qui uenerat mun-
dũ a peccatis ſoluere. Durũ cor, qđ nõ timuit il-
lũ occidere, q uenerat mundũ a morte liberare.
Timuit poteſtas, quia Pilatus uerberatum eum
illis tradidit, nõ inueniens in eum cauſam mor-
tis, nõ ut eum dãnaret, ſed ut eorum crudelitati
ſatisfaceret. Timuit ptãs, & nõ cõtremiſcit iu-
dæorũ immanitas. lauit manus poteſtas, & ipſi
ſanguine polluerunt cõſcientias. Reuera non ti
muerunt, quia *firmauerunt ſibi ſermonem nequam*.
Hic fuit ille nequã ſermo, Reus ẽ mortis. Q.ꝑ fir Matt.26.
mauerunt qñ dixerunt, Crucifige crucifige. & Ioh.19.
ptãs, Regem ueſtrũ crucifigã? Et illi, Regem non
habemus niſi Cæſarem. & tertio cõfirmauerũt,
quãdo poteſtas dixit: Nullã inuenio in eum cau
ſam. Et illi, Sanguis eius ſuper nos & ſup filios Mat.27.
noſtros. Sed ſibi firmauerunt. i. ad ſuã dãnatio
nem, nõ dei. ipſe mortem occidit, illi occiſi ſunt,
quia in ſe iniquitatem occidere noluerunt. In do
mino mors occiſa eſt, in illis iniquitas uixit, in q̃
mortui ſunt. Aut enim tu occidis iniquitatem,
aut ipſa te. Si uis eã occidere, noli hoſtem q̃rere
extra te, intus eum habes. Duæ enim ſunt par
tes aiæ: una q̃ adhæret carnalitati, illa uocatur
ſpiritalis, iſta ſenſualis. Hæc eſt Eua noſtra, quæ
adhuc extendit manum ad illicita, & ad pctm̃
nos trahit, ſi nõ ſit ſubiugata uiro ſuo. i. ſpiritali 1.Cor.11.
patri, qui & caput eius eſt, qa caput mulieris uir.
Narrauerũt ut abſconderent laqueos. i. inierunt cõ
ſilium quo mõ occulte quãtũ ad ſe, eum occide

Ioh. 8. rent,uel in ſermone caperent,iuxta illud : Hæc
mulier mō deprehēſa eſt in adulterio. Et illud,
Mat. 22. Licet cenſum dare Cæſari an nō ? *Dixerūt*,nō in
uoce,ſed in corde.*Quis uidebit eos?* Sed hoc dice
dant,hoc machinati ſunt in eū quem nihil latet.
O iudææ,dicis quis uidebit,ſed uidet qui fecit te.
Iohan. 3. Qui enim fecit hominē , ſcit quid eſt in homine,
& nō opus eſt ut quis ei teſtimonium perhibeat
de homine.hi ſunt illi laquei. *Scrutati ſunt*.i.dili
genter inueſtigauerunt iniqua cōſilia,quibus ui
derentur eū iuſte dānaſſe.hæc ſcrutati ſunt. Tra
datur nō per nos,ſed per diſcipulum occidatur,
ſed a iudice.totum faciamus,& nil feciſſe uidea
mur. ſed *defecerūt ſcrutātes* ſcrutinia.i.acuta cō-
ſilia . Ideo defecerunt,quia ſimulata innocentia
hæc erat. Subdebāt enim, crucifige . Anima eīn
auertens ſe a luce iuſtitiæ,quanto magis quærit
quid inueniat cōtra iuſtitiā,tanto plus a luce re-
pellit̃,& in tenebroſa dimergit̃. *Merito ergo iſti*
recedētes a iuſtitia,defecerūt. Ideo defecerunt,
qa *accedet hō*.i.ſponte ſua hūanitas mea accedet
ad cor altū.i.ad eorum profunda cōſilia,& in ho
mine deus. *Et exaltabitur deus*,illuc aſcendet ex-
altatus,unde nō deſcendit humiliatus.uel acce-
dit hō.i.humanitas.ad cor altum .i. ad inſcruta-
bile conſilium dei,quia noluit uideri,ut non co-
gnoſceretur: nō cognoſci,ut cōtemneretur:con
temni,ut crucifigeretur.uel ideo defecerunt,qa
ad eorum conſilia accedet homo. Non enim te
Iohan. 10 neretur niſi hō.& non ſolum homo,quia & cor
altum.i.deus.Ego enim & pater unum ſumus.
Occidit homo,& exaltatur deus:non apud ho-
mines,qui in homine humiliatus eſt, in homine
quoq; exaltato eſt exaltatus . Accedet hō ad
cor altum,& exaltabitur deus.ille idē qui uerus
homo cōprobatus eſt eſſe in paſſione, uerus de
us apparuit in reſurrectiōe.Ideo deus exaltabi-
tur.i. potentia diuina manifeſtabitur, qa *ſagittæ
paruulorum factæ ſunt plagæ eorum*. Omnia eis in
contrarium uerſa ſunt.plagæ eorum cōparabi
les ſunt ſagittis paruulorꝝ,qa inefficaces & inua
lidæ fuerunt.uel in caput eorū reuertentes , ſic-
ut ſagittæ paruulorū incaute in altū iactæ.Ideo
ſagittæ paruulorū,qa *infirmatæ ſunt cōtra eos lin
guæ eorum* .i. uerba q̄ ipſi putauerunt cōmoda
ad cauſam ſuā,contra cauſam ſuā fuerunt: quia
ad eam confirmandā maxime ualuerunt. Surre
xit eīn Chriſtus.corrupti ſunt uigiles , quia ea-
dem auaritia q̄ captiuauit diſcipulum comitem
Chriſti,captiuauit militem cuſtodem ſepulchri.
Dicite,dormientibus nobis diſcipuli eum tule- Mat. 28.
runt. infirmum hoc fuit: Quid enim? Si dormie
bant,quō iudæi teſtes? Teſtis enim non eſt cōfir-
mare,niſi quod uidit,uel audiuit. Si aūt nō dor
mierunt,cur nō prohibuerunt? Hoc illos dicere
conſtituerunt,unde magis tenerētur.uel unde ſe
ſua magis cōfirmare putauerunt, inde magis in
firmauerunt. Amiſerunt enim & locum & gen
tem. Infirmatis linguis eorū , *conturbati ſunt oēs
qui uidebāt*.i. cum timore ſuam ſalutem operati
ſunt illi qui uidebant.i.intelligebant *eos* infirma
tos & inefficaces. uel apoſtoli & cæteri diſcipu
li q intelligebāt eos male agere , cōtriſtati ſunt,
Et omnis hō.i.ratione uigens,*timuit* eorum cōſor
tium,uel timuit illis. Et cōuerſi uel diſcipuli poſt
timorem *annunciauerūt opera dei* , quæ deus pa-
ter operatus eſt per filium ad reparationem ge
neris humani. *Et facta eius* id eſt, hæc *intellexerūt*,
quia decebat eum qui multos filios adducturus Heb. 2.
erat in gloriam patris, autorem ſalutis eorum,
per paſſionem cōſummari,iuxta illud, Oporte- Luce. 24
bat pati Chriſtum. Portauit in cruce inſultātes,
in ſepulchro uigiles. Cur? Moriendum erat pro
pter morituros , & reſurgendum propter reſur
recturos. Hæc prius intellecta nō ſunt. *lætabitur
iuſtus in domino* , qui iuſtus erat in morte domi-
ni,ſicut apoſtoli & alij multi lætabuntur in eius
reſurrectione . *Et ſperabit in eo*,non in ſe, non in
mundo,ſed in illo ſperabit reſurgere,qui mor-
tuus eſt & reſurrexit . *Et* non ſolū iuſtus qui eū
uidit ſperabit reſurgere : ſed *laudabuntur*.i. lau-
dabiliter uiuent,ut & ipſi poſſint ſperare, *oēs re
cti corde*.illi regunt ſuū cor , qbus dei diſpoſitio
& uoluntas in oībus placet,nō ſua. Aliter: poſt-
quā facta dei intellexerūt eo reſurgente,qui pri
us nō intellexerunt eo moriente,dixerūt:Quid Act. 2.
faciemus uiri fratres? Et illi, Pœnitentiā agite, ac
cedentes ad unitatē fidei. & q tunc fuerunt,& q
nunc ſunt,facti unus ex fide, lætabitur in dño.i.
in reſurrectiōe dñi ,ſperās & ipſe in eo reſurge
re. Et ſperabit in eo, quia apertum iā cur uoluit
mori & reſurgere. & ſic laudabūtur tādem, Ve
nite benedicti patris mei,oēs recti corde : cum Matt. 25.
illi dānabuntur qui ſunt diſtorti corde , quibus
placet ſuum conſilium , & diſplicet conſilium
dei.

¶ In finem Pſalmus cantici Dauid:canticum Ieremiæ
& Iezechielis de populo tranſmigrationis,cū
inciperent proficiſci. LXIIII.

TEdecet hymnus deus in Sion,& tibi reddetur uotum in Ieruſalem. Ex-
audi orationem meam,ad te omnis caro ueniet. Verba iniquorū præ-
ualuerunt ſuper nos,& impietatibus noſtris tu propiciaberis. Beatus
quem elegiſti & aſſumpſiſti , inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in
bonis domus tuæ:ſanctum eſt templum tuum,mirabile in æquitate. Ex
audi nos deus ſalutaris noſter, ſpes om̄ium finium terræ & in mari lon
ge. Præparans montes in uirtute tua accinctus potentia,qui conturbas profundum ma
ris ſonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à fi-

gnis tuis: exitus matutini, & ueſpere delectabis. Viſitaſti terram & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam. Flumen dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniam ita ē præparatio eius. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius, in ſtillicidijs eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebũtur hubertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & ualles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnũ dicent.

4.Re.25 Res geſta memoratur in titulo, Notum
eſt quomodo populus dei, Iſrael ſcilicet, du-
ctus eſt captiuus in Babylonem, Et cum eſſent
Iere.25. illi captiui, Ieremias qui erat de eodem populo,
& 29. prædixit illis reditũ in Ieruſalem poſt ſeptua-
Hag.1. ginta annos, & reſtaurationem templi. Hagge
& 2. us autem in reditu, ſua autoritate & cõſilio ad-
iuuit templum reædificare. Hæc autem in fi-
gura contingebãt illis. ideo noſtram in his atten
damus peregrinationẽ. Duæ illæ ciuitates, um-
bra fuerunt duarum ciuitatum, quæ in hac uita
ſimul mixtæ ſunt. Babylonia ciuitas fuit in ulti
mis finibus Perſidis opulentiſſima & potentiſſi
ma. Ieruſalẽ ciuitas fuit in partibus Syriæ, quã
Iebuſei ædificauerũt, & appellata ē Iebus. illa de
ſtructa, ædificata eſt Ieruſalem. Sicut Babylo-
Mat. 20. nia maior & potentior fuit, ita & nũc maior eſt
numerus infideliũ: quia multi uocati, pauci ue-
ro electi. & ſicut illa afflixit populum Iſraeliti-
cum, ita infidelis populus nunc affligit populũ
dei: quia nunc mixti ſunt, quandoque autem
ſeparandi. ſed & nunc ſeparati ſunt, etſi nõ cor
pore, affectione tamen. quia duo amores faciũt
has duas ciuitates, amor dei & amor ſeculi. In-
terroget ergo quiſque cõſcientiam ſuam, & ui-
deat quem amet. Si amat mundum, ciuis eſt Ba
byloniæ. Extirpet ergo cupiditatem, & plantet
in ſe charitatem, ut de populo Babyloniæ trãſe-
at in populum dei, quia de illo populo colligi-
tur iſte. prior enim ille eſt tempore, iſte prior di
gnitate: prius animale, deinde ſpirituale. Si autẽ
amat deum, ciuem cæleſtis Ieruſalem ſe co-
gnoſcit, peregrinum ſe hic eſſe intelligit. Tole-
ret ergo captiuitatem, & ſic ſperet reditum in
patriam ſuam. Hanc reuerſionem prædicit no-
bis Ieremias, qui interpretatur excelſus, ſcilicet
eccleſiæ doctores, mente ad ſuperna erecti, ter-
rena deſpicientes, docent nos exire mundum
nõ paſſibus corporis, ſed paſſibus animæ, id eſt,
amorem a mundi confuſione ſubtrahere, quia
Babylonia interpretatur confuſio: & ad uiſio-
nem pacis ſuſpirare, quia Ieruſalem uiſio pacis
interpretatur, & ſic incipiamus proficiſci: quia
mundi oĩa paulatim deſerere & cæleſtia amare,
hoc eſt incipere exire de captiuitate. & creden-
do incipiamus templum dei reædificare, id eſt,
1.Cor.3. noſipſos. Templum dei uiui eſtis uos. Hoc tem
plum modo ædificatur, cum incipimus profici-
ſci: & quãdoq; perficietur, cum peruenerimus,
cũ mortale hoc induet immortalitatẽ. Per Hag
geum qui interpretatur feſtiuus, Chriſtum intel
ligimus uerum ſacerdotem, in quo uere ſabba
tizamus, in quo uerum feſtum facimus, uacãtes
à uitijs: qui nos iuuat in redeundo, qui facit nos
uiuos lapides, aptos in ædificiũ illius tẽpli, in ſe
angulari lapide utrunq; populũ unum faciens.
Hæc captiuitas incepit in Adam, & in Chriſto Rom.8.
quodam modo finita eſt. Spe enim ſalui facti ſu
mus. & tandem finietur, cum mortale hoc indu
et immortalitatem. Reditus filiorũ Iſrael poſt
ſeptuaginta annos, ſignificat hãc noſtram pere-
grinationem finienda tranſacto hoc ſeculo uo-
lubili, q̃d uoluitur in ſeptenario. i. numero ſeptẽ
dierũ. uel hoc mõ ſeptenario, quia in ſeptenario
accipitur uita cuiuſque unius diei, in qua ope-
rari conceſſum eſt. Septimum eſt illud ſpatium
temporis, in quo poſt huius uitæ tranſitum ex-
pectatur reſurrectio: octauum, ipſa reſurrectio.
uel q̃a ſeptenari⁹ cõſtat ex ternario & q̃ternario,
in quaternario accipimus carnalem generatio-
nem: quia corpus q̃tuor elementis conſtat, ſci-
licet illos qui carnaliter uixerũt ante aduentum
domini. Per ternarium accipimus ſpũtales,
qui fuerunt poſt aduentum domini propter tri
plicem animæ poteſtatem quia eſt rationabilis,
iraſcibilis & concupiſcibilis. quibus adduntur
duo, doctrina & uirtus. Tranſacto ergo hoc ſe-
ptenario, id eſt, completo numero fidelium, qui
de utraque generatione eſt aſſumendus, finietur
iſta captiuitas. Tituli conſtructio. Verba huius
pſalmi referuntur in finem ſ. temporum, ſcili-
cet intelligenda fieri poſtquam uenit plenitudo
temporum. Pſalmus Dauid, id eſt, bona opera-
tio cuiuſq; fidelis. Vnus fuit Dauid, ſed non ſem
per unus intelligitur. quæ operatio eſt cãticum,
id eſt, exultatio de uerbo peregrinatiõis, id ē, de
cognitione p̃egrinatiõis, q̃ cognitio fit cũ incipi
unt ꝓficiſci, uel q̃d cãticũ fit cũ incipiũt ꝓficiſci.
Vox ē ergo in hoc pſalmo oĩm fideliũ, attẽden
tium quod quãdiu ſumus in hoc corpore, pere-
grinamur à domino. De qua peregrinatiõe iam
exit, qui radice charitatis in cæleſtibus iam fixit
cor ſuum, & ſic hymnizat deo.

TE *decet hymnus deus*. te decet laus uera cor-
dis & operis, non Iouem nõ Apollinem,
non ſeculum iſtud. tibi ſoli decenter hymnitur,
nõ in Babylonia, ſed *in Sion*, id eſt, in populo il Heb.13.
lo q̃ ſpeculator ē. i. q̃ hic ſe nõ habere manẽtẽ ci
uitatẽ attẽdit, ſed futurã inq̃rit, à lõge eã ſalutãs.
Duæ ciuitates ſunt, una cõfuſiõis, altera diuinæ
uiſionis. Qui inter ciues cõfuſiõis adhuc p̃egrina
ris, ſuſpira ad patriã tuã. cãta ex re, nõ ſolũ uoce.
Te decet hymnus deus in Sion. q̃a nõ eſt ſpecio- Eccl.15.
ſa laus ĩ ore p̃ctõris. ideo in Sion, & nõ in Baby
lonia. *Et tibi reddetur uotum in ieruſalẽ*. Si innoua-
ris, iã nõ in Babylonia cãtas. uota reddis, ſi ĩ finẽ

perſeueras. Hic uouẽdum, ibi reddendum, ubi
erit uera pax, uerum gaudium. Si quis bene co-
gitat qd uoueat deo, uoueat & reddat ſeipſum.
& ut me innouatum tibi tandem offeram in Ie-
ruſalem, *exaudi orationem meam*, factã pro perſe
uerantia ut illuc perueniam, non detinear capti
uus in Babylonia. ideo exaudi, ut perueniam,
quia *ad te*, in quo eſt uiſio pacis, *omnis caro ueniet*
.i. de omni genere hominum, ſiue maſculus ſiue
fœmina, ſiue liber ſiue ſeruus, diues uel pauper,
ueniet ad te & hic reſurrectione prima, & poſt-
1. Theſ. 4 modũ reſurrectione ſecunda, qua rapiemur ob-
uiam Chriſto in aera. uel ideo tu exaudi, quia ad
te cõuertetur omnis homo, quia tu ſolus redem
ptor. uel quia dixit in Sion & in Ieruſalem, ne
uideatur ſolummodo de iudaico populo dictũ,
determinat quos uelit accipere. uel ſi in perſona
iudæorum, notus in Iudæa tantum premitur, p
hoc captiuamur a gentibus. ſed futuꝝ eſt quan
do ad notitiam ueniet omnis caro per uerbum
Ge. 12. caro factum. In te benedicentur omnes gentes.
uel acturi ſunt ante tribunal tuum tam boni q̃
mali. Et opus eſt ut exaudias, quia *uerba iniquo-
rum præualuerunt ſuper nos*. uerba ſerpentis &
Ge. 3. Euæ nimis iniqua, Eritis ſicut dij. Nimis domi-
nati ſunt nobis, quia captiuauerunt, quia eiece-
runt nos de paradiſo. uel qa quiſq; in qua patria
natus eſt, illius & linguã & mores diſcit, dicit iſte
iã de Babylonia in q̃ natus eſt, redire cupiens in
Iere. 16. Ieruſalem: Vere mendacium coluerunt patres
noſtri, praua nos docuerunt, ſcilicet dimittere
creatorem qui nos fecit, & adorare ea quæ feci
mus: dimittere creatorem, & adorare creatu-
ram. uel dogmata philoſophorũ & fatuitas gen
tilium, præualuerunt dico, ſed nõ dimerſerunt:
quia *iniquitatibus noſtris tu propiciaberis*. loqui-
tur ad Chriſtum quaſi ad pontificem. Propicia
tio, eſt miſeratio exhibita poſt ſacrificium. ita et
Chriſtus uolẽs propiciari populo ſuo, factus eſt
ſacerdos, orans ad patrem eleuatis in cruce ma
Pſal. 140 nibus. ut poſſis dicere, Dirigat oratio mea ſicut
incenſum in conſpectu tuo. Hoſtiam obtulit,
quia in ara crucis ſe ipſum immolauit, ipſe pon
tifex, ipſe hoſtia: ipſe propiciator, ipſe propicia-
tio. & quibus tu propiciaberis, beati erunt. ſed
quia unitatem elegit, non multiplicitatem, non
hæreticos, nõ ſchiſmaticos, ideo conuenienter
dicit: *Beatus quẽ elegiſti* p gratiã, *& aſſumpſiſti* per
æquitatis regulam. quia quos uocas per gratiã,
illos poſtea aſſumis per iuſtitiã. uel quem tu pa
ter elegiſti uocando, & aſſumpſiſti de maſſa per
ditorum per uerbum tuum. Et reuera beatus,
quia *inhabitabit in atrijs tuis* .i. non dimouebitur
ullis aduerſitatibus ab hac tẽporali eccleſia. q
inhabitabit in atrio, nõ excludet a palatio. Inha
bitabit ideo dicit, qa multi habitãt hanc tẽpora
lẽ eccleſiã, ſed nõ inhabitãt: qa ad tẽpus credũt,
& in tẽpore tentationis recedunt. Atriũ eſt habi
lis locus ante domum, ita & in ornamento uir-
tutum hæc temporalis eccleſia præcedit illã q̃

manſura eſt in æternũ. Inhabitabit in atrijs tu-
is, id eſt, perſeuerabit in hac temporali eccleſia,
& tandem *replebimur in bonis domus tuæ*, ut intel
ligamus in illo beato multos. ideo dicit reple-
bimur, qa etſi ſit in charitate unitas, in pſonis ta
men eſt diſtinctio. prius pleni ſuimus bonis do
mus dei .i. angelicis uirtutibus, ſed illa bona eua
cuauimus. ſed tãdem replebimur in illis bonis,
quibus plena eſt domus tua .i. angelica creatu-
ra quam inhabitas. uel illis bonis, quibus plena
eſt domus tua .i. Chriſtus ſ. immortalitate & im
paſſibilitate, uel uirtutibus Chriſti tui. uel in il-
lis bonis, quibus illi ſunt pleni in qbus habitas.
Et ne quis bona iſta putet aurum, argentum, ue
ſtes precioſas, quibus domus mortalium ornã
tur, ſubiũgit: *Sanctum eſt templum tuum*, id eſt, qui
ſunt domus tua, ſunt templum tuum. quod tem
plum *mirabile* eſt, id eſt, deſiderabile & amabile
non in diuitijs, ſ. non in auro, non in argento, ſed
in æquitate, id eſt, iuſtitia. Si enim æquitas in illis
mirabilis non eſſet, multi ſancti pannoſi, ſenes
decrepiti, deſpicabiles uiderentur, qui tamen *p*-
pter æquitatis decorẽ in honore habentur. Vel
replebimur in bonis domus tuæ, id eſt, eccleſiæ,
quæ diuerſis munerum ſpiritualiũ excubat bo-
nis, ſi præſentia bona uolumus accipere. Sanctũ
eſt templum tuum. Si Chriſtum accipimus, ſan
ctum eſt templũ in q̃ inhabitat omnis plenitu- Col. 2
do diuinitatis, ut domus ſit eccleſia, tẽplũ Chri-
ſtus. Et ut illis bonis repleamur, uel qa beatus
eſt quem tu aſſumpſiſti, *exaudi nos deus ſalutaris
noſter*. mitte quem miſſurus es. ſalutaris noſter,
aſſumendo naturam noſtram. Tu exaudi, qui
es *ſpes* non ſolum Iudææ, ſed *omnium finium ter-
ræ*, id eſt, in quo omnes gentes ſperabunt, quia in
te benedicentur oẽs gẽtes omniũ finium terræ,
.i. qui habitãt in finibus gentiũ .i. in inſulis mari
nis. Ad illos enim uſq; puenit notitia tua. Vel
omnium finium terræ .i. gentilium, ambientium
nos cultam terram. Vel omniũ finium terræ, id
eſt, omnium illorum qui ſe a terrenis contraxe-
runt, non corpore, ſed affectione. *Et ſpes in mari
longe* .i. etiam illi in te ſperabunt, qui ſunt mare,
id eſt, amari, & in profundo huius ſeculi uerſan
tes, & ideo longe a te. uel in mari, expoſitiuum
eſt illius, omnium finium terræ. ut dicat non ſo
lum finiũ terræ, id eſt, in mari, ſcilicet in inſulis,
ſed etiam in lõge mari .i. in remotis inſulis. Quõ
ſpes gentium futurus ſit oſtendit, ſcilicet mitten
do doctores ſuos uſque ad fines terræ, qui eum
ducent in notitiam omnium gentium. Hoc mo
do factus eſt deus ſpes oĩm finium terræ, *præ-
parans mõtes* .i. apoſtolos prius a te illuminatos,
deinde in alios trãſfundẽtes lumẽ tuũ. *in uirtute
tua*, nõ ſua: quia in ſe infirmi, in te fortes. infirma
mũdi elegit deus, ut cõfunderet fortia. tu dico,
accinctus potentia, id ẽ, illis potentibus miniſtris.
Aliter: Præparãs mõtes in uirtute tua, id eſt, in
Chriſto eminuit uirtus tua, q Chriſtus erit accin
ctus potentia .i. potenti carne immuni a pecca-

ro, *qui* per illos montes uirtutibus & miraculis *conturbas profundum maris* ad bonum, etiã profunda corda impiorum amaricantium profunditate peccatorum. & ſecundum hanc ſententiam qui conturbas *ſonum fluctuum eius*, id eſt, timere facis contradicentes & perſequentes.

Vel conturbas profundum maris, id eſt, diabolum: ſonum fluctuum eius, id eſt, uatum & philoſophorum murmura & inconditos fremitus. Inde turbabuntur, quia uidebunt ſanctos ſuos & uates impotentes & multos. uel ſonum fluctuum eius, id eſt, uiſiões principum. Et quia hæc uidebunt in maioribus, *turbabuntur gentes*, id eſt, minores. *Et timebunt* qui inhabitant terminos, id eſt, qui neque carnales ſunt, nec omnino iuſti. uel in malum: Qui conturbas per illos montes profundum maris, id eſt, profunda corda impiorum, ut commoueantur contra montes. Reuera conturbata erunt, nam ſonum fluctuum eius ſubaudis quis per ſe ſuſtinebit, ubi magnũ quid

Pſal 123 incurrit? Solet defectio uerborum fieri. Niſi quia dominus erat in nobis, cum inſurgerent homines in nos, forte uiuos deglutiſſent nos. Sonum fluctuum, id eſt, minas & terrores perſecutorũ eius maris. Exponit quid per mare uelit intelligi. Turbabuntur gentes. ſed quæ cura? Tandẽ timebunt non ſolum alij uiciniores, ſed etiam illi *qui habitant terminos* terræ, id eſt, remotiſſimi. uel timebunt prius, qui poſt timorem ſe inhabitando facient terminos. Timebunt dico, *à ſignis*, id eſt, miraculis, non montium, ſed *tuis* domino

Mar. 16. cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Quid inde quod timebunt & credent? *Exitus matutini & exitus ueſperi delectabis*, id eſt, facies eos exire proſperitatẽ, quæ ſignificatur per matutinum: & aduerſitatem, quæ ſignificatur per ueſperam: ut neque extollantur proſperitate, nec frangantur aduerſitate. Si non delectat te exitus, non laborabis exire. Quid ſi lucreris & ipſe damneris? Ecce uerbum domini quod te delectet, quo traheris ad non conſentiendum ei, qui tibi aliquid promittit ut iuſtitiam deſeras, ut fraudem facias, mane tibi eſt: quod ſi tibi lucrum blanditur, & laqueus eſt: habes qua exeas, qua euadas. recurre ad uerbũ dei. Quid

Mat. 16. prodeſt homini ſi uniuerſum mũdum lucretur, animæ uero detrimẽtum patiatur? Quod ſi minus tecum agitur ut committas aliquid, ueſpere tibi eſt, quod turbaris, quod quaſi irruẽte nocte grauaris, ſed habes & hic qua euadas, uerbũ

Mat. 10. dei. Nolite, inquit, timere eos q occidũt corpus, & ſic delectabit te exitus matutini & exitus ueſpere, quia utrunque contemnere faciet. hoc modo delectabis: *Viſitaſti terram* qui prius erãt mane, factos terram, aptos ad cultum. uiſitabis iuſtificando, & præparando corda eorũ ad ſulcationẽ uerbi tui. *Et inebriaſti eã, multiplicaſti locupletare eam*, id eſt, ſpirituali gratia & multiplicibus donis ditaſti. Per quos autem miniſtros uiſitabit? *Flumen dei repletum eſt aquis.* Quaſi dicat: Aranda eſt terra illa, & prius irrigãda. ſed prius flumen dei .i. primitiua eccleſia iudæorũ, à qua riui emanauerũt, totam terram irrigantes. Illud flumen repletum eſt aquis .i. ſpiritualibus donis & prædicatiõe ueritatis, & ſic terra illa irrigauit, & per illud flumen irrigãdo terrã, *paraſti cibum illorum* ſ. panem uitæ & intellectus illis dediſti: qui prius fuerant mare, nunc ſunt facti culta terra. Cibus iſte non dentibus manditur, ſed animi auiditate deuoratur, de quo dictum

eſt: Panem angelorum mãducauit hõ. Tu paraſti, *quoniam ita eſt præparatio eius*, ſ. cibi, per gratiam, nõ per meritum. Et quia ex te habent totũ o domine, ut flumẽ illud repleatur aquis, *tu inebris riuos eius* .i. apoſtolos ex quibus ipſum flumẽ magis & magis augeatur, & per illos riuos inebria *genimina eius* .i. *multiplica* ſucceſſores in eodẽ populo, & ſic poſtea gentilis populus *germinans in ſtillicidijs* eiuſdem fluminis .i. in leuioribus doctrinis. iuxta illud, lac uobis potũ dedi, nõ eſcã. *Lætabitur* .i. cũ lætitia ſuccedet eccleſiæ de iudæis. Aliter: Multiplicaſti locupletare eã, id eſt, multiplicibus donis ditare diſpoſuiſti illã terram. Quaſi aliquis d. Et unde illa multiplicia dona? Flumen dei .i. ſpiritusſanctus à patre & filio emanans, repletus .i. multipliciter ẽ plenus aquis .i. ſpiritualibus donis, non ab alio, ſed à ſe plenus. Et tu deus per illud flumen mittendo ſpiritũ & inebriando corda, paraſti cibũ illorũ qui facti ſunt terra tua, dando dona ſingulis conuenientia pro modo cuiuſque. Tu hoc facis, quoniam ita eſt præparatio eius terræ: niſi à te, parari non poſſet. Riuos eius inebria, quod alibi ſulcos, id eſt, corda illius terræ uomere prædicationis proſciſſa repleas gratiarum eiuſdem fluminis. Et multiplica genimina eius .i. multiplica in Chriſto generatos ubiq; terrarum. Et tunc germinãs .i. rudis ad fidem accedens, lætabitur in ſtillicidijs eius fluminis, uidens mundũ iã plenum credentibus ex omni parte. Et hoc modo reparando, *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*. Annus benignitatis, tempus reparationis. Anni fuerunt, anni ſterilitatis. Corona anni, glorioſi uictores, triumphãtes cum Chriſto de diabolo. Illi coronæ, id eſt, illis uictoribus, qui erunt in anno benignitatis, id ẽ, tempore reparationis. Benedices .i. multiplicare facies numerũ fideliũ tuorum. *Et campi tui* .i. qui corona .i. humilis populus, quem tu tuũ feciſti per gratiam. *replebuntur hubertate*, abundãtia uirtutum. Per hos, accipimus iudæos iã humiliatos. *Pingueſcent* etiam *ſpecioſa deſerti*, id eſt, gentiles, q prius erant inculti, facti ſpecioſi timore uerbi dei, extirpatis inde ſentibus uitiorum, pingueſcẽt uirtutibus & adipe bonorum operum. *Et colles tui* .i. eminentes inter alios ſ. eorum doctores *exultatione accingentur* .i. undiq; ſtipabũtur exultãti turba fideliũ. Exponit quod dixit, colles exultatiõe accingentur. *Induti ſunt* ſubaudis multo uellere *arietes ouiũ* .i. prædicatores, duces gregũ Chriſti, undiq; erũt fideliũ multitudine uelut lana cooperti. Et

Pſal. 77. — 1. Cor. 3.

ualles abundabunt frumento, id eſt, uirtutibus & bonis operibus. frumento abundabũt, non hor deo quod foris tegitur, & intus latet, id ẽ, opera bona in aperto facient, ut uidentes alii glorificẽt dominum eorum. Et tunc omnes colles & cam pi *clamabunt*. & hoc probat. *Etenim hymnum dicẽt*, id eſt, corde & opere deum laudabunt. Aliter, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Huc uſque dixit populum dei rediturum de Babylonia in Sion. dehinc de remuneratione quam recepturi ſunt, qui in captiuitate detenti non ſunt. o domine, quia tu propiciaberis hic iniqui tatibus noſtris, benedices, incrementum dabis coronæ, multitudini fidelium te ambientium. uel uictoribus qui hic inter mundanas illecebras uictores extiterunt: coronæ dico, anni benignitatis tuæ, id eſt, tibi præparatæ in tempore plenitudinis, cum benignitatem tuam humano generi exhibuiſti. Et campi tui, Iudæi culti uomere uerbi tui, omnimoda hubertate replebuntur, cũ deus erit omnia in omnibus. Pingue ſcent ſpecioſa deſerti, id eſt, qui de gentili populo facti erunt ſpecioſi, id eſt, fideles prius ſine humore uerbi dei, omni lætitia replebuntur. & tũc colles, id eſt, prælati in utroque populo exultatione accingentur, id eſt, magna lætitia, portantes manipulos ſuos. Inde exultabunt, quod non fruſtra laborauerunt. Induti ſunt, ſubaudis exultatione, cum mortale hoc induet immortalitatem. *Pſal.125.* Arietes ouium, id eſt, duces gregum CHRISTI. & ualles, id eſt, eorum ſubiecti. abundabũt frumento, id eſt, pane angelorum. Et cum uiderint illum quem diu eſurierunt, facie ad faciem, tunc clamabunt. Quid clamabũt, ſubiungit: Etenim hymnum dicẽt, id ẽ, uotum reddent in Ieruſalem. Beati qui habitant in domo tua, in ſeculum ſeculi laudabunt te. *Pſal.83.*

In finem canticum Pſalmi reſurrectionis. LXV.

IVbilate deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo, quàm terribilia ſunt opera tua domine: in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo. Venite & uidete opera dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Qui conuertit mare in aridam. in flumine pertranſibunt pede, ibi lætabimur in ipſo. Qui dominatur in uirtute ſua in æternum, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis. Benedicite gentes deum noſtrum, & auditam facite uocem laudis eius. Qui poſuit animam meam ad uitam, & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probaſti nos deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Tranſiuimus per ignem & aquã, & eduxiſti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocauſtis, reddam tibi uota mea quæ diſtinxerunt labia mea. Et locutum eſt os meum in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum, offeram tibi boues cum hircis. Venite *et* audite, & narrabo, omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipſum ore meo clamaui, *&* exaltaui ſub lingua mea. Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus, & attendit uoci deprecatiõis meæ. Benedictus deus, qui non amouit orationem meam & miſericordiam ſuam à me.

Canticum pſalmi, id eſt, exultatio & lætitia operationis bonæ, ſcilicet reſurrectionis domini noſtri. Canticum pſalmi, eſt hymnus ſpiritualis ſcientiæ ex operibus adeptæ. Pſalmus cantici, eſt prædicatio boni operis exiſtentis per ſcientiæ & cognitionis doctrinam. Hanc exultationem continet hic pſalmus, ſcilicet gaudium uictorioſiſſimæ reſurrectionis domini noſtri IESV CHRISTI, quæ præceſſit in capite, & ſequetur in corpore hic in ſpe, & tandem in re. Hanc reſurrectionis ſpem Iudæi ſibi ſoli attribuebant, præſumentes de iuſtitia meritorum, præſumentes etiam quod de genere patriarcharum & prophetarum erant. & ad illos ſolos ſpecialiter prophetica dicta directa erant. Horum contumaciam propheta in hoc pſalmo cõ tundit, agens pro fide gentium uocatarum ad eandem ſpem.

IVbilate deo omnis terra*, uocata ad gloriam reſurrectionis. Iubilus eſt tanta lætitia cordis, quanta uerbis exprimi non poſſit. Omnis terra, id eſt, catholica eccleſia. quiſquis partem facit, abſciſſus de toto, ululare uult, non iubilare. Iubilate, id eſt, erumpite in uocem gaudiorum, ſi non poteſtis uerborum, non ſola Iudæa, ſed omnis terra poſita in ſpe reſurrectionis gloriæ filiorum dei, in capite præmiſſa, prius de morte triſtis. *Pſalmum dicite nomini eius*, id ẽ, bene operamini nõ ad humanã laudẽ, ſed ad

honorem dei. Pſallere, eſt muſico inſtrumento pulſu manuum uoci concordare. pſalmus, eſt melos redditum ex illo luſtrumento quod uocatur pſalterium. Iubilate in uobis, pſalmum dicite ad alios. Qui intus iubilat ad audientiam
Mat. 5. dei, pſallat ad audiētiam hominum. non autem ſibi, ſed nomini eius: ut alij uidentes opera ueſtra bona, glorificent patrē noſtrum. Et iubilando, *Date gloriam laudi eius*. Qui gloriatur, in do-
1. Cor. 1. mino glorietur. Vos gentes nolite imitari ſuperbientes iudæos, qui de iuſtitia meritorum pſumentes, inuident gentibus gratiā euangelii, qđ eis peccata condonentur, quaſi non habeant qđ
Ro. 3. eis cōdonetur, cum tamen ſcriptum ſit: Omnes enim peccauerūt & egent gloria dei. & tanquā iuſti operari ipſam reſurrectionis gloriam præmium ſibi promittunt, putāt ſe eſſe ſanos cum ſint ægrotantes. atque ideo periculoſius ægrotāt, qui ſi mitius ægrotarent, nunquam phrenetici medium occiderent. Sed date gloriam laudi eius, id ē, de iuſtitia nolite nobis gloriā dare, ſed deo. Iubilātes & gaudētes, nolite uobis gaudere, ne per ſuperbiam amittatis, quod per humilitatem accepiſtis, ſed potius terreamini, uidentes alios per ſuperbiam abiectos. *dicite* non in ore, ſed in corde *deo*. i. ad laudē dei. *Quàm terribilia ſunt opera tua domine*, id eſt, cum timore & tremore ueſtram ſalutem operamini. Abſciſ-
Rom. 11. ſa eſt olea, & tu oleaſter inſertus noli altum ſapere ſed time, noli extolli ſuper ramos præciſos. Non enim tu radicem portas, ſed radix te. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, multo minus tibi parcet. qui cum ſterilis eſſes per naturam, inſertus es in pinguedinem oleæ. Auguſtinus: Fratres mei, ſicut non eſt inſultandum ueteri fracturæ, ita nec nouæ .i. hæreticis, ſed ꝓ eis orādū. Potēs eſt enim deus iterum inſerere illos. Fuſus ſanguis Chriſti, donatus eſt homicidis, non dicam deicidis. & quem fuderunt per inſaniam, iam bibunt per miſericordiam. Reuera timēda ſunt opera tua, quia *in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*. Alii inimici ad hoc de ſibi cōtrarijs mentiuntur, ut eorū potentiam & gloriam minuant. ſed tui inimici adhoc mentiuntur, ut emineat uirtus tua. In multitudine uirtutis tuæ, id eſt, ut multa oſtendatur uirtus, id eſt potentia tua. mentiētur tibi, id eſt, ad gloriam tuam. Inimici tui, iudæi. in nullo tanta & tam manifeſta apparuit uirtus dei, quàm in reſurrectiōe. Maius fuit a morte reſurgere, quàm non mori. Hanc uirtutem ipſe dominus prius
Mat. 12. commendauit cum diceret: Generatio praua & peruerſa ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sicut illum uiuum cetus euomuit, ita & Chriſtum terra. & interim eandem uirtutem reſurrectionis commendauit, cum iudæi quærerent, in qua poteſtate hęc facis? Et ille: Mat. 21.
Soluite templum hoc, & poſt triduum reædificabo illud. Increduli iudæi, uiſis multis uirtuti- Ioh. 2.
bus multiſq; miraculis, cum cauſas mortis in eū quærerent & non inuenirent, adduxerunt multos falſos teſtes. ad ultimum adduxerunt illos q dicerent, Poſſum deſtruere templū iſtud, & poſt Matt. 26.
triduum reædificare illud. Auguſtinus: Mētiris o Iudææ falſe teſtis. dixerat enim, Soluite. uoluntarie moritur, non neceſſitate. ponit animam, nemo tollit. Mentiti ſunt ergo, ut crucifigereris. Ideo crucifixus, ut morereris. Ideo mortuus, ut reſurgeres. reſurrexiſti, ut credentes ſaluarētur. Iterum te moriente & a morte reſurgente, mentiti ſunt non ſibi, ſed tibi. Inimici tui poſiti ſunt cuſtodes ad ſepulchrū. uidētes eum reſurgere, dixerunt ueritatem. ſed eadem auaritia quæ captiuauit diſcipulum comitem Chriſti, captiuauit militem cuſtodem ſepulchri. Auctus eſt numerus mentientium, ut augeretur numerus credentium. cōtra mēdaces apparuiſti ueracibus, ſed quos tu feciſti. Auguſtinus: Age falſe teſtis. Si uigilabas, quare non prohibebas? Si dormiebas, unde ſcis quod factum ſit? Mentiris tibi & Chriſto. Mentiris, ſed me de uera potentia certum facis. Dubitaturus fortaſſe fuerā, ſed non ſinit manifeſta falſitas tua, nec poſſum a tanta falſitate nō diſſentire. Ergo pro ablata Iudæa *omnis terra adoret te*, id eſt, te ueneretur ut deū, non cōtemnat ut hominē. qa pars terræ adhæſit mendacio, generalitas admonetur ad ueritatem. tibi ſe humiliet, qui pauloante fuiſti humilimus, nunc altiſſimus. humilimus inter manus mentientium, altiſſimus ſuper uerticem laudantium angelorum. Adoret ore, *& pſallat* opere: *tibi*, nō ſibi: ut uidentes bona opera, glorificēt te. Et q ꝑ te adorat, tibi pſallit, qa gratiæ tuæ eſt, inde *pſalmum dicat nomini tuo*. *Venite* ab omī terra credendo, relinquite mentientes iudæos. *& uidete*. i. intelligite *opera domini*, hæc ſcilicet. *Terribilis in cōſilijs ſuper filios hominum*. Ne attendatis formam qua homo inter homines, ſed conſilium terribile quo ſuper homines. Filij hominū crucifigentes, excæcati: crucifixus, eſt exaltatus. q̄ illi moliti ſunt in mortem unius, iſte conuertit in ſalutem multorum. quæ eorum callida conſilia machinata ſunt ad perditionem, iſte iuſto iudicio exercuit alijs ad ſaluationem, alijs ad cęcitatem, ut tandem excæcati humiliarentur, humiliati confiterentur, confeſſi illuminarentur. Et in hoc terribilis, quia *conuertit mare in aridā*, id eſt, mundum amaricantem curis pernicioſis. ſæuientem fluctibus perſecutionum, conuertit in aridam, id eſt, in terram, ut ſitiat dulcem aquam, ſcilicet gratiā ſanctiſpiritus & doctrinā uerbi dei. Et cōuerſos euſq; ꝓmouit, quod *in flumine pertranſibunt* pede. i. ex facili. Flumen eſt mundus totus: qa dū hoc decedit, illud ſuccedit. uel ipſe ordo, ipſa in rebus habendi neceſſitas, quoddā flumē

eſt. In hoc flumine pede, id eſt, ex facili tranſi-
tur, ſi qui in eo ſunt, in aridam conuertentur, nõ
illigentur, credant in Chriſtũ. Sic non erit quæ-
rendus equus, quia eius humilitas trãſportabit:
ut quod mortale eſt & fluxum, tandem fiat im
mortale & incorruptibile. uel pede. i. CHRI-
STO duce, credendo in eum, qui pede, id eſt,
humilitate, non equo, id eſt, elatus ſuperbia,
tranſiuit hunc mundum. pertranſibunt flumẽ,
id eſt, ſuperabunt ſeculum iſtud. *Ibi*, id eſt, in il
la tranſitione ſiue in præſenti, ſiue in futura, *læta
bimur* hic in ſpe, in illa in re: nõ in meritis noſtris,
ſed *in ipſo qui dominatur in uirtute ſua* reſurgen-
do, qui prius ſeruiuit in infirmitate. in propria
uirtute dominatur, non in aliena, ut homo qui
in multitudine militũ regnat. Ibi lætabimur nõ
ſolum iudæi, ſed & gentes: quia *oculi eius ſuper
gentes reſpiciunt*, id eſt, uocat gentes ad miſeri-
cordiam, non ſolum iudæos, ſicut ſcriptum eſt:
Gentes autem ſuper miſericordia honorare de-
Ro. 15. um. Et ideo quia omnes egẽt miſericordia, tam
Iudæi quàm gentiles, *qui exaſperant*, id eſt, qui li-
tigant indignantes de uocatione gentium, & ſic
deum ſibi exaſperant, id eſt, iratum reddunt,
non exaltentur in ſemetipſis, id eſt, non glorientur
in meritis ſuis, imo humilientur in ſe, cõfitentes
ſe pctõres & egere miſericordia, ut in deo exal
tentur. Vnde quia oculi eius ſuper gentes reſpi
ciunt, *benedicite gentes deum noſtrum*, id eſt, com-
munem iudæorum & gentium. Iudæi agant de
iuſtitia ſua. ſed uos gẽtes bñdicite deũ de miſeri
cordia uobis collata, *& auditam facite uocem lau
dis eius*, id eſt, facite ut audiatur, quia omnes pec
Ro. 3. cauerunt & egent gloria dei, non ſua. Bene-
1. Pr. 5. dicite, id eſt, humiliamini ſub potenti manu dei,
ut uos exaltet. Ab omnibus gentibus iure eſt
benedicendus, id eſt, laudandus, in quo omnes
gentes benedictionem accipiunt, ſicut in pri-
mo maledictionem acceperunt, cui dictum
Ge. 3. eſt: In quacunque die comederitis ex eo, morte
1. Cor. 15. moriemini. Sicut in Adam omnes moriuntur,
ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Vel be-
nedicite in uobis, auditam facite alijs. Ideo be-
nedicite deum noſtrum, id eſt, illum quem nos
iudæi benedicimus, quia non ſolum uobis præ
ſtitit miſericordiam, ſed & nobis. illum bene-
dicite, quem ego Dauid benedico: *Qui poſuit
animam meam ad uitam*, id eſt, humiliauit animam
meam. fecit intelligere peccatũ meum, ut hoc
Rom. 11. modo uiueret. iuxta illud, Concluſit deus oĩa
ſub peccato, ut omnium miſereretur. Vel poſi-
tam in morte in Adam, poſuit ad uitã in ſe. uel
humiliauit animam meam multis anguſtiis, per
quas deducat eam ad uitam æternam. *Et non de
dit in cõmotionem pedes meos*, id eſt, in tribulatio-
nibus fecit me ita perſeuerantem, ut affectiones
meæ nullo mõ cõmouerent. Nemo enim mit-
Luc. 9. tens manum in aratrum, retro debet reſpicere.
Non dedit in commotionem, ſed potius in pro
bationem, quoniam probaſti nos deus. uel hoc
modo continuatur. Quaſi dicat: unde erant mo
uendi pedes? Quia per multas tribulationes in-
troitur in regnũ dei. *Quoniã probaſti nos deus*, id
eſt, in experimentum duxiſti, ut cor noſtrũ pro
baremus, quod nobis ante laborem incognitũ
erat. Toleranda ſunt flagella corripientis, ut nõ
ſit tandem ſententia punientis. Hoc modo pro
baſti: *igne nos examinaſti*, igne tribulationis, non
ut abſumeres, ſed ut ſordes auferres. *Sicut exa-
minatur argẽtum*. Non incineraſti ut paleam, ſed
puros reddidiſti ut argentum. Hoc modo exa-
minaſti. *Induxiſti nos in laqueum* corporis, non
mentis. qui corpus quidem necteret, ſed animæ
uincula ſolueret: non ut abſumeremur, ſed ut li-
berationes tuas experiremur. *Poſuiſti tribulatiões
in dorſo noſtro* male prius erecto, id ẽ, feciſti nos
incudem tuam. Erecti eramus ſuperbiendo,
incuruaſti nos ut humiliaremur. Hoc modo
poſuiſti tribulatiões. *impoſuiſti homines ſuper ca
pita noſtra*. Vidimus ſuperiores, qui nobis erant
peiores. ſed nos illæſi *trãſiuimus per ignẽ et aquã*.
Similitudo ab olla, quæ ſi ſit bene cocta igne,
non diſſoluitur aqua. ita & nos fuimus ſolidati
in paſſione, ut blanditiæ non poſſent nos diſſol-
uere: & tandem poſtquam nos probaſti, indu-
xiſti nos in refrigerium. ſubiungit: Introibo in
domum tuam. Vel hic *eduxiſti nos in refrigerium*
mentis, poſtquã trãſiuimus per ignem & aquã,
non ut frigeſcamus, ſed ut quieti magis feruea-
mus. *Introibo in domum tuam* ſupercæleſtem Ieru
ſalem, ſupernorum ciuium ſocietatem, *in holo-
cauſtis*, ubi me offeram totum abſumptum igne
diuino, cũ corruptibile hoc induet incorrupti-
onem, & anima erit ſine offenſa. tunc *reddam ti-
bi uota mea*, id eſt, me ipſum quem tibi hic uoui.
Quiſquis bene cogitat quid uoueat deo, uoue-
at ſe ipſum & reddat totum. *Quæ* uota prius in
tribulationibus *diſtinxerunt labia mea*, id eſt, di-
ſtincte ſeparauerunt a nõ uouendis. Hæc diſtin
ctio, ut te accuſes, illum laudes: a te tibi nihil bo-
ni, ab illo nihil mali: te egentem, illum ſufficien
tem: te peccatorẽ, illum miſericordem: te men
dacem, illum ueracem. *Et offerã tibi ea quæ lo-
cutum eſt os meum*, ſcilicet os cordis uoci cõſonũ.
In tribulatione mea, id ẽ, quam tribulationem co
gnoui meã. i. mihi utilem, quia tribulatio patien Ro. 5.
tiam operatur. Hæc uoui, hæc locutũ eſt os me
um in tribulatiõe mea. *Holocauſta medullata offe
ram tibi*. i. ſacrificia illa quæ plena erũt interiori
charitate, non exteriori, deſiderando nõ tranſ-
itoria, ſed æterna. Quaſi dicat: hic ignis tribula
tionis talem hoſtiam parat. *Offeram tibi boues cũ
hircis*. Hæc ſunt illa holocauſta. offeram tibi bo
ues. i. cõtumaciam legis retractantes & leni iu-
go Chriſti colla ſubmittentes. Cum hircis. i. cũ
illis qui prius fœtidi peccatis, poſtmodum pœni
tẽtia & eleemoſynis ea mundãtes, in bonis ope
ribus perſeuerant. Hæc in uoce eccleſiæ. Si au-
tem in perſona unius fidelis, offeram tibi holo-
cauſta medullata. i. pinguia & acceptabilia *cum*

incenſo arietum,id eſt,laſciuiam in me mactãdo,
offeram tibi boues ſuperbiam mactando, cum
hircis damnando fœtorem uitiorem. Vel holo
cauſtum damus deo ſpiritum contribulatum.
ſed tunc medullatum,cum intus gerimus fidem
& fidei operatiõem. His duabus rebus diligen
ter completis,perfectus efficitur Chriſtianus.
Et hæc holocauſta offeram cum incenſo arietũ,
id eſt,cum oratione prælatorum. Imitãdo eos,
offeram tibi boues cum hircis. boues,prædica-
tores uomere uerbi dei corda hominum ſulcan
tes. hirci,hirſuti ſpinis uitiorum. Sed & hos of-
Lucæ.23. fert eccleſia poſtquam conuertuntur. hircus fu-
it latro,qui confeſſus eſt domino in cruce.reſpe
xit eum dominus,& factus eſt bos eius,prædi-
cator eius. Et quia mihi dominus tantam miſe-
ricordiam contulit,ergo *uenite* paſſibus fidei,*au
dite* aure interiori, id eſt, diligenter intelligite,
non de ſola Iudæa, ſed *omnes qui timetis deum.*
Non enim datur audire, id eſt,intelligere quæ
intelligenda ſunt,niſi timentibus deum timore
caſto,id eſt,diligẽtibus timor dei aperiat aures,
ut ſit qua intret quæ narraturus ſum. *Quanta fe
cit animæ meæ.* Ideo audite, ut & ueſtræ animæ
eadem faciat. Hæc ſunt illa bona quæ mihi fe-
cit. Prius ad alium clamabam,& ore alieno,nõ
meo. ſed ipſe me docuit ad quem clamarem,&
quomodo. *Ad ipſum clamaui*, id eſt, non propter
aliud. quod clamare non eſt paternæ uetuſtatis,
ſed gratuitæ nouitatis. *ore meo*,non alieno,iuxta
1.Cor.12. illud,prout ducebamini,euntes. Prius enim ad
creaturam ibam more paternæ traditionis. uel
ore meo,id eſt,uoce cordi cõſona. *&* ideo meo,
quia exultaui *ſub lingua mea*,id eſt,in corde. Si
aliud clamas ore , aliud affectas corde, non ad
ipſum clamas tuo ore. In ore ergo ita claman-
dum,ut nulla exultatio ſit ſub lingua, id eſt, in
corde,niſi in his qui bene ſonant in ore. & quan
tum donat diuina gratia animæ Chriſtianæ,ſi il
lum ſolũ prædicet,in illo exultet. O ſummum
bonum, ſuper omnem enim gloriam prote-
ctio. ideo *exaltaui* ſub lingua mea. Nam *ſi aſpexi
iniquitatem in corde meo*,cum eſſet æquitas in ore,
non exaudiet dominus. Proprium hoc eſt corpo-
ris Chriſti. Deprehenſus forſan eſt aliquis:ma
le,inquies,fecit,peruerſe fecit. & quod in alio cla
mas,forſan ipſe affectas. nec quia fecit,ſed quia
deprehẽſus eſt,clamas,id eſt,facere diſponebas,
niſi lex contrairet. dilectio autem foras mittit ti 1.Ioh.4.
morem. Non eſt aſpicienda iniquitas,ſed deſpi
cienda. Digna eſt deſpici ut calcetur,non aſpici
ut ametur. Intus tibi omne peruerſum diſplice
at,ſi placere uis illi qui intus uidet. *Propterea*,id
eſt,quia clamaui ut clamandum fuit, *exaudiuit
deus.* Ita & uos exaudiet,ſi recte ad eum clama-
ueritis. Reuera exaudiuit,quia *attendit*,id eſt,qa
attentũ ſe oſtendit fuiſſe *uoci deprecationis meæ.*
factæ pro peccatis. Vnde *benedictus deus*, id eſt,
multiplicetur in ſuis, *qui non amouit orationem me
am* factam pro perſeuerantia. id eſt,non diſtulit
dare quod oraui . *Et nõ amouit miſericordiam ſu
am à me*,qua uocat,qua iuſtificat.

¶ In finem in hymnis Pſalmus cantici Dauid. LXVI.

DEus miſereatur noſtri,& benedicat nobis:illuminet uultum ſuũ ſuper nos,
& miſereatur noſtri. Vt cognoſcamus in terra uiam tuam,in omnibus gẽ
tibus ſalutare tuum. Confiteantur tibi populi deus,confiteantur tibi po-
puli omnes. Lætentur *&* exultent gentes,quoniam iudicas populos in æq
tate,& gẽtes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus,confiteantur ti
bi populi omnes,terra dedit fructum ſuum. Benedicat nos deus deus noſter,benedicat
nos deus,& metuant eum omnes fines terræ.

Hic ſequens pſalmus poteſt iungi cum ſupe-
riori:quia priores illi,Dauid & alij,uidebãt dñi
reſurrectionem futuram & gentium concorpo
rationem, orant ut adducantur illæ aliæ oues.
Hic titulus eſt ſecundum Auguſtinum , ſecun-
dum Hieronimum ita: Vnus fuit Dauid,ſed nõ
ſemper unus in hoc nomine intelligitur,ſicut in
Ioh.15. hoc pſalmo uox eſt omnium fidelium . Inquit
dominus : Ego ſum uitis uera, uos palmites,&
pater meus agricola eſt. Quia ergo corpus Chri
ſti uinea dei eſt, rogat dominum uineæ , ut eam
colat & benedicat, ut fructum plurimum affe-
rat. Orant etiam primitiui, ut concorporentur
multi. Hic pſalmus refertur in finem,id eſt,in p
fectionem,ut perficiatur corpus Chriſti. & eſt ac
cipiẽdus in hymnis,id eſt,in laudibus. quia ma-
gna laus dei eſt , multiplicatio fidelium . & eſt
pſalmus cantici ,id eſt,operatio exultationis;qa
hæc operari & hoc optare,magnum gaudium.
Eccleſia ſupplicatiõem ſuam dirigens,ad neceſ-
ſarij nominis currit auxilium,dicens:
DEus *miſereatur noſtri.* Bene enim prius mi
ſereri petit,qui de meritis non præſumit.
Prius enim fuit ut miſereretur errantibus , &
poſtea benedictionis ſuæ dona præſtaret. Can-
temus ergo iſta,oremus iſta, deprecemur iſta,
non uoce inani,ſed corde ueraci: non uoce ſteri
li,ſed corde feraci. Deus miſereatur noſtri,id ẽ,
iuſtificet nos per gratiam ſuam. Et *benedicat no-
bis*,id eſt,multiplicet uirtutibus,uel multiplicet
nos. hac benedictione benedicat: *illuminet uultũ
ſuum ſuper nos.* Quandam ſingularem benedicti
onem petit,quã ſoli boni optant,nõ in iſtis tem
poribus,quæ uoluit deus eſſe communia bonis
& malis. quia ſi bonis ea tantum daret,putarẽt
mali propterea tantum deum colendum. Si tã

tũ malis daret, timerẽt boni infirmi conuerti, ne forte illis iſta deeſſent: rurſus, ſi ſolis bonis iſta auferrentur, ipſa ſola putaretur pœna qua mali punirentur. Quod ergo deus dat ea bonis, conſolatur timentes: quod malis, admonet bonos ut alia deſiderent. Et quia hãc benedictionem non petit, audiamus. Illuminet uultum ſuum ſuper nos, non quantum ad ſe illuminet, quia non poteſt illuminari lumen omnia illuminans. ſed uultum ſuum, id eſt, uoluntatem ſuper nos illuminet, dando nobis notitiam ſuæ uoluntatis. Vel impreſſiſti nobis uultum tuum, id eſt, feciſti nos ad imaginem tuam quam obſcurauimus. *Mitte* radium ſapientiæ tuæ, expelle tenebras noſtras, ut fulgeat in nobis imago tua, id eſt, ratio. Et poſt illuminationem uultus ſui *miſereatur noſtri* hac miſeratione: *Vt cognoſcamus in terra uiam tuam*, nõ in una parte tantũ, ſed *in omnibus gẽtibus ſalutare tuum*, id eſt, Chriſtum. Quod ſupra terra, hoc hic in omnibus gẽtibus: quod ibi uia, hoc hic ſalutare. In hac terra morientium oſtende nobis uiam, quæ ducat ad terram uiuentium. uiam
Iohan. 14 illam quæ non fallit, ſcilicet Chriſtum tuum qui dixit: Ego ſum uia & ueritas & uita. Via ẽ, quia in ſe ducit. ueritas, quia per ſe ne erremus: uita, quia ad ſe ducit, ut in ipſo requieſcamus. Et ut illum cognoſcant, *confiteantur tibi populi deus*, confiteantur iniquitatem ſuam, cõfiteantur gratiam tuam. ſe accuſent, te laudent: ſe reprehendãt, te glorificent. Confiteantur tibi populi Iudaici, *confite-*
Rom. 3. *antur tibi omnes populi.* Omnes enim peccauerũt. Et hãc confeſſionẽ faciãt nõ in triſtitia, ſed *lætentur & exultent gentes*. Si plorant ante iudicem confeſſi latrones, merito exultabunt ante deum confeſſi fideles. & hoc ideo, quia miſericors eſt. Exigit confeſſionem, ut liberet humilem. Inueniat te punitorem tuum, ut mittat tibi ſaluatorem ſuum. Damnat non confitentem, quia merito punit ſuperbientem. Ideo confitentes tibi & ſe punientes exultent, quia tunc confitentur qui *iudicas populos in æquitate*, humiles ſaluando, ſuperbos damnando. Quaſi aliquis dicat: non eſt inde lætandum quia iudicat populos in æquitate. Ad hoc *& gentes in terra* diriges, diriges in terra morientium, ut non timeant cum iudicabuntur in terra uiuentium. Corrigantur itaq; in terra morientium, ut iudicati, non damnentur in terra uiuentium. Ergo quia per miſericordiam prius dirigis quàm iudices, *confiteantur tibi populi deus*, confeſſione laudabili, non ſoli Iudæi, ſed *confiteantur tibi populi omnes*. Ideo te laudent, quia *terra dedit fructum ſuum*. Terra prius ſterilis ante confeſſionem, nunc culta per dexteram tuam, id eſt, Chriſtum, dedit fructum boni operis. Hæc dextera & tonat & pluit. Timeamus tonantem, excipiamus compluentem. Et quia iam compluta eſt terra ad fructum, non eam deſerat cultor ſuus in fructu. ſed *benedicat*, id eſt, multiplicet *nos deus* pater, bñdicat nos *deus noſter* filius, *benedicat nos deus* ſpũſſanctus. *&* ſic multiplicet, ut tandem *metuant eum omnes fines terræ*, ut tota terra creatorem colat, non creaturam. Sicut bonæ terræ eſt, fructum facere: ita boni ſerui, dominum metuere. Poteſt & ſic dici: Terra dedit fructum ſuum. Prior terra, id eſt, primus homo non dedit fructum ſuũ .i. non exhibuit obedientiam quàm debebat. ſecundus homo de cælo cæleſtis, non ra- Phil. 2.
pinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, factus eſt obediens uſq; ad mortem. dedit fructum ſuum. Vel terra dedit fructum ſuum, quia innouati bonum operantur, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ.

¶ In finem Pſalmus cantici Dauid. LXVII.

EXurgat deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereãt peccatores à facie dei. Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei, & delectentur in lætitia. Cantate deo, pſalmum dicite nomini eius. iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi. Exultate in conſpectu eius, turbabuntur à facie eius patris orphanorum & iudicis uiduarũ. Deus in loco ſancto ſuo: deus, qui inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit uinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris. Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto. Terra mota eſt: etenim cæli diſtillauerũt à facie dei Sinai, à facie dei Iſrael. Pluuiam uoluntariam ſegregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu uero perfeciſti eam. Animalia tua habitabunt in ea, paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutũ dilecti dilecti, & ſpeciei dom⁹, diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros, pẽnæ columbæ deargentatæ & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dũ diſcernit cæleſtis reges ſup eam niue dealbabuntur in Selmon: mons dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem millibus multiplex, millia lætantium: dominus in eis, in Sinai, in ſancto. Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare domi-

num deum.Benedictus dominus die quotidie,proſperum iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum. Deus noſter deus ſaluos faciendi, & domini domini exitus mortis. Veruntamen deus confringet capita inimicorum ſuorum,uerticem capilli perambulantium in delictis ſuis.Dixit dominus ex Baſan,conuertam conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſſus tuos deus,ingreſſus dei mei,regis mei qui eſt in ſancto.Præuenerũt principes coniuncti pſallentibus,in medio iuuencularum tympaniſtriarum.In eccleſiis benedicite deo,domino de fontibus Iſrael.Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.Principes Iuda duces eorum,principes Zabulon & principes Nepthalim.Mãda deus uirtuti tuæ, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Ieruſalem, tibi offerent reges munera.Increpa feras arundinis,congregatio taurorum in uaccis populorum,ut excludant eos qui probati ſunt argento. Diſſipa gentes quæ bella uolunt, uenient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius deo.Regna terræ,cantate deo,pſallite domino.Pſallite deo,qui aſcendit ſuper cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis. date gloriam deo ſuper Iſrael, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus.Mirabilis deus in ſanctis ſuis,deus iſrael ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ,benedictus deus.

Propheta in ſpirituſancto præuidens præmium quod habituri ſunt amici dei,& pœnam quã habituri ſunt inimici & in hac uita,& in futura, præmonſtrat nobis utrunque præmium & pœnam:ut per pœnam deterreat malos,& per præmium inuitet bonos. Dicit autem ſic:

E*xurgat deus, & diſſipentur inimici eius.* Quaſi dicat:moriatur,ſepeliatur,reſurgat,in cælum aſcendat,ſpiritumſanctum mittat,& ſic exurgat deus in notitiam hominum. Et diſſipentur inimici eius, id eſt,excæcentur ſibi inimicantes interius. uel diſſipentur exterius, ut Iudæi, qui amiſſo regno, undique diſſipati ſunt.uel diſſipentur bona diſſipatione, ut ex inimicis fiant amici.*Et fugiant qui oderunt eum à facie eius.*hæretici uidelicet,habentes eum odio,fugiant a facie eius,id eſt,a ſanctis in quibus apparet facies ſua, quam per eos ſic operatur quaſi præſens adſit, a quibus fugiant inimici eius timendo,licet non latendo.Hoc tamen in multis uidimus,qualiter non auſi eſſent in conſpectu ſanctorum apparere.uel fugiant ab irato ad placatum,iuxta illud:
Actu.2. Quid faciemus uiri fratres? *Sicut deficit fumus deficiant.* Nota quia fumus ab igne datus, quanto plus in altum extenditur, tanto citius euaneſcit. Iſti quoque ab igne odiorum in altum elati, ponentes in cælum os ſuum,magno defectu defecerunt: quia capto inſultauerunt,pendentem irriſerunt.unde uictores tumuerunt,mox uicti euanuerunt.Vel deficiant in interiori ſuo,id eſt, recognoſcant ſe eſſe defectos per ſuperbiam ſuam,ſicut deficit fumus.& ſic aſſumendo humilitatem,deponant ſuperbiam.*Peccatores* autem permanentes in ſuperbia ſua, *ſic pereant à facie dei,* ſubaudis remoti, *ſicut fluit cera à facie ignis.* quia ſicut cera igni appoſita non poteſt durare, ſic peccator ante faciem dei non poteſt permanere:quia dictum eſt, Tollatur impius ne uideat gloriam dei. Et alibi,Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. *Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei.*Peccatores pereant a facie dei,iuſti autem epulentur & exultent,id eſt, tanto gaudio exultent in conſpectu dei, id eſt, in interiori ſuo ubi ipſe tantum conſpicit,quanto gaudio ſolent exultare epulantes,licet in conſpectu hominum aduerſa patiantur.& ſic tandem *delectentur in letitia,* ubi interius & exterius ſpirituali iucunditate replebũtur. Vt autem delectemini,*cantate deo* interius, *pſalmum dicite nomini eius,* id eſt, exterius ſic operamini, ut nomen eius laudabiliter per uos diuulgetur. *Iter facite ei,* ut per ſpecioſos pedes Iudæorum euangelizantium,peruia fiant corda credentium. Iſa.26. Pſa.20
Iſaie.40 Vnde Iſaias:Parate uiam domini, rectas facite ſemitas dei noſtri.iter facite ei.ei dico, *qui aſcendit ſuper occaſum,*id eſt,cuius aſcenſus eſt in illis, in quibus occubuit ueiuſtas, & refulſit nouitas. Ipſe enim aſcendendo corda hominum per notitiam ſuam, deſtruit in eis ueterem hominem, & uiuificauit nouum. uel qui aſcendit ſuper occaſum,id eſt,mundum,quem ipſe fecit in occaſum deuicta morte.uel qui aſcendit ſuper occaſum,id eſt,ſuper illos qui deſperatiſſimi fuerũt, & ſemper in occaſu. quia ſol iuſtitiæ eis non refulſit. Et ei merito paratur iter, quia *dominus eſt nomen illi.*non illud quod Iudæi dederunt ei,Dæmonium habes.In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Iter facite ei. & In faciendo itinere,licet in conſpectu hominũ multa patiamini aduerſa. nolite tamen deficere nec contriſtari,ſed ſemper *exultate in conſpectu eius.*i.in interiori ueſtro. Illi aũt q uobis reſiſtũt,*turbabuntur remoti à facie eius.*eius dico,*patris orphanorũ* illorũ uidelicet,qui p gladiũ ſpũs pciſi ſunt a ſpe carnalis patris, & tũ ſpem in deo poſuerũt.*& iudi* Iob.7. Luce.11.

cis uiduarum. Viduæ ſunt illi, qui per uerbum
dei a ſpe ſecularis copulationis ſunt præciſi, &
tantum amplexum ueri ſponſi deſiderant, quo
rum iudex eſt dominus, defendens eos ab o-
mni impugnatione diabolica. Et qualiter ſit
pater & iudex, ſubiungitur: Nam ipſe *deus* eſt
in loco ſancto ſuo, id eſt, in uiduis & orphanis, fa-
ciendo eos locum ſanctum ſuum. & ipſe *deus fa
cit inhabitare* illos, in qbus & ipſe habitat, *in do-
mo*, id eſt, in eccleſia ſua, ita ut ſint *unius moris*, id
eſt, unanimes & idem cōſentientes. iuxta illud,
Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum & ani
ma una. *qui educit uinctos in fortitudine.* Ecce q̄li-
ter facit eos inhabitare in domo, educendo eos
Iudæos a uinculis peccatorum, quibus impedi
diu erant ne ambularent in uiis præceptorum.
& hoc in fortitudine ſua, nō eorum meritis, uel
fortitudinem dando eis quam prius non habe-
bant. & non tantum uinctos educit, ſed *ſimiliter
eos* educit *qui exaſperant*, id eſt, deum amarificāc
defendendo peccata ſua. Qui tales *habitant in ſe
pulchris*, id eſt, iam interius mortui uiuūt. De qui
bus dictum eſt: Peccator cum in profundum
Pro. 18. uenerit, cōtemnet. Nota per uinctos, illos qui iā
habent uoluntatem reſpiciendi, ſed impediunt
eos uincula peccatorum ne reſurgāt. Quos edu
cit dominus in fortitudine, & facit eos inhabita
re in domo ſua. Educit etiam eos qui ſunt in ſe-
pulchris, id eſt, illos q in peccatis uerſantur, nul
lam habentes uoluntatem reſurgendi. Hæc duo
Luce. 13. genera peccatorum ſignificantur per mulierem
decem & octo annis à diabolo ligatam, & tan-
dem à domino ſolutam: per Lazarum quatri-
Ioh. 11. duanum, & à domino de ſepulchro reſuſcitatū.
Hic idem dominus qui hæc mirabilia operatus
eſt in corporibus, mirabilius operatur q̄tidie
in moribus. Mirabilius enim eſt, mortuam ani-
mam uiuificare, quàm Lazarum de ſepulchro
uocare, & in uitam carnis reſtaurare. *Deus
cum egredereris in conſpectu populi tui, cum per-
tranſires in deſerto, terra mota eſt.* Ecce qualiter
educit uinctos & in ſepulchro habitātes. Nam
terra mota eſt, id eſt, terreni mouebuntur, cum
tu o deus egredieris in conſpectu populi tui, id
eſt, cum per bona opera intelligeris eſſe in noti-
tia populi tui. Tunc enim deus egreditur in con
ſpectu populi, quādo ipſe populus ſic operatur,
ut deus inde glorificetur. Cum pertranſieris in
deſerto, id eſt, cum undique in notitiam gentiū
deduceris. Et hoc quomodo fiet? Nā *cæli diſtilla
uerunt*, id eſt, apoſtoli diſtillabūt *à facie dei Sinai*,
id eſt, à cognitione dei dantis legem in Sina. & *à
facie dei Iſrael*, non Iſrael ſecundum carnem, ſed
ueri Iſrael, recipientis gratiam & non præſumē
Pſal. 83. tis de carnali obſeruantia quia ſcriptū eſt, Bn̄di
ctionē dabit qui legē dedit. Qui dedit legē, quæ
terreat de ſe p̄ſumentem: dabit benedictiōem, q̄
liberet in ſe ſperantem. *Pluuiam uolūtariam ſegre
gabis deus hæreditati tuæ.* Hoc diſtillauerunt cæli:
pluuiam uolūtariam, id eſt, imbrem uerbi dei,
uoluntarie & non per merita hominum attri-
butam, quam pluuiam ſegregabis hæreditati
tuæ, id eſt, tuis electis tantum illam pluuiā com
mendabis, quia nō eſt omnium fides. *Et infirma* 2. Theſ. 3.
ta eſt, hæreditas ſcilicet recognoſcens peccata
ſua, & nihil ſibi tribuendum ſentiens ipſa infir-
mata eſt, *tu uero*, hoc ē, in rei ueritate, *eam* perfe-
ctam feciſti. Vnde Apoſtolus: Qui fui, inquit, 1. Tim. 1.
perſecutor & blaſphemus, ſed miſericordiam
conſecutus ſum. Vel ſic infirmata eſt hæredi-
tas in ſe ad tolerandas tribulationes. tu uero cō
firmaſti eam, & ſic perfectam reddidiſti. Nam 2. Cor. 12.
uirtus in infirmitate perficitur. Pluuiam uolun
tariam ſegregabis deus hæreditati tuæ, in qua
hæreditate *habitabunt animalia tua*, non amplius
ſua: tibi ſubdita, non ſibi libera. Et hoc quomo
do? Nam tu *deus paraſti* illam, ſubaudis hæredi-
tatem *pauperi*, & non diuiti: egenti, non ſibi ſuf-
ficienti. & hoc *in dulcedine*, id eſt, in tua gratia,
& nullius merito. Nota per hæreditatem apo-
ſtolos, primos uidelicet prædicatores, quibus
ſpecialiter ſaluberrima pluuia fuit diuiſa, ut ali
os compleret ſaluberrimo imbre diuini elo-
quii, in quibus habitabunt animalia domini, fi-
deles uidelicet per eos cōuerſi, & in eis ſemper
habentes unde reficiant ſe. Dictum eſt iſtud ad
ſimilitudinem alicuius præordinantis locum
aptum in curia ſua, ubi ponat annonam ſuam,
& ubi poſtea ponat animalia nutrienda. hæc p̄-
ordinauit dominus in eccleſia. Præmiſit apoſto
los ſalubri cibo repletos, ex qbus animalia ſua
ſumerent cibaria. Dicimus aliter ſuperius. Qui
educit uinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui
exaſperant, qui habitant in ſepulchris. Et hoc
quomodo? Terra mota eſt, id eſt, terreni moue
buntur. & hoc ideo, quia cæli diſtillabunt a fa-
cie dei Sinai, a facie dei Iſrael. Et quid diſtilla-
bunt? Pluuiam uoluntariam, quam tu deus ſe-
gregabis hæreditati tuæ. & hæc omnia non eſſe
repentina, ſed olim præfigurata. Nam tu deus
hæc omnia præfiguraſti, cum egredereris in cō
ſpectu populi tui, Iudaici uidelicet, educendo
ipſum populum de Aegypto, præcedēs ipſum Exo. 13.
in die in columna nubis, & in nocte in columna & 14.
ignis: ſignificans per columnā nubis, quæ in die
p̄ceſſit, te mitē aduētur in iudicio illis q ſunt in
die. i. illis qbus refulſit ſol iuſtitię: p colūnā ignis,
quæ in nocte pręceſſit, ſignificatur horribilis ad-
uentus domini ad illos, qui plus amāt tenebras
quàm lucem. Quod deductus eſt populus per
deſertum, ſignificabat eccleſiam in hoc mundo,
quaſi in deſerto habitam. tūc terra mota eſt ma
terialis, præfigurans terram ſpiritualem p pec-
cato ſuo eſſe commouendam. Cæli exteriores
tunc diſtillauerunt manna omnis ſaporis cibū,
& cæli poſt interiores diſtillauerunt uerbum di
uinum, notificando Chriſtum incarnatū, omnis
ſaporis cibum ſaluberrimum, de quo ipſe teſta-
tur: Sanguis meus uerus ē potus, & caro mea ue Ioh. 6.
re eſt cibus. Stillauerunt etiā cæli Moyſes & alij

pluuiam uoluntariam,legē uidelicet in tua gra-
tuita uolūtate datam. Quam legē ſegregaſti hæ
reditati tuæ,iudaico uidelicet populo. & infirma
ta eſt pluuia.i. lex ipſa. ſed tu *perfeciſti* eam. lex
infirmabatur,quando intellexerūt homines im
poſſibile eſſe aliquem ſaluari per legē carnaliter
intellectam. Quam perfectā fecit dominus,mu
tando eam ex carnali intellectu in ſpiritualem.
& ſic quod carnalis obſeruantia nō potuit,hoc
gratia ſuppleuit. Perfeciſti eā,ſubaudis pluuiā.
& in ea perfecta habitabunt animalia tua. Et me
rito in ea habitabunt, Nam tu deus paraſti,id
eſt, perfectam feciſti ipſam pluuiam pauperi.i.
ad opus pauperis tui. & hoc in dulcedine tua,
nō in pauperis merito. Et hoc mō paraſti. *Domi
nus* pater *dabit uerbū euangelizātibus uirtute mul-*
Mar.16. *ta*,id eſt,multa conſtantia,multis ſignis. Iuxta il
lud, Domino cooperante & ſermonem confir-
mante ſequentibus ſignis. Nota quia dominus
promiſit uerbum euangelizantibus,cum dixit:
Mar.13. Dū ſteteritis ante reges &c. Dominus dabit uer
bū euāgelizātibus. dñs dico, *rex uirtutū dilecti di
lecti*. Quid ſit iſte dilect⁹,innotuit paterna uox,
Matt.3. dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui. Virtutes iſtius dilecti,ſunt apo
ſtoli cæteriq; prædicatores,alios uirtuoſos in fi-
de faciētes. Repetitio nominis,magnam fidem
& deuotionem erga dilectum oſtendit prophe
tantis. Rex uirtutum dilecti, & electi ſubaudis,
diuidere ſpolia,id eſt,genus humanum a fortis ar
mati captiuitate liberatum. Et cui diuiſit? *Speciei
domus*,id eſt,ad decorem eccleſiæ ſuæ. Quoſdā
Ephe.4. enim fecit apoſtolos,quoſdam prophetas,alios
uero euangeliſtas,ex illis in quibus fortis arma-
tus confidebat. *Si dormiatis inter medios cleros.*
Conuertit ſe ad auditores, ut incitet eos ad eu-
angelizandum. Quaſi dicat: Dominus dabit
uerbum euangelizantibus, prioribus uidelicet
in eccleſia. & non tantum illis,ſed etiam uobis,
ſi dormiatis inter medios cleros,id eſt,ſi quieſca
tis inter duo teſtamenta,non recedentes ab au-
toritate illorum. ſed quicquid ortum fuerit,au-
toritate illorum duorum teſtamentorum con-
firmet,ut ſic oīs cōtentio trāquilla pace finiat.
Nota effectū hic poni ꝓ cauſa. Teſtamēta em̄
ſunt cauſa dādæ hæreditatis,q̄ hereditas hic in
telligitur ꝑ cleros. Cleronomia em̄ grece,latine
hæreditas. Inde cleronomos hæres. Hæreditas
autem quia nulla datur, niſi quem teſtamenta
notāt,ideo per cleros teſtamenta intelliguntur:
quod efficit & quod efficitur. quod dicit, Si dor
miatis inter medios cleros. uos dico exiſtentes
pennæ columbe,id eſt,eccleſiæ quæ eſt columba,
quia innocua & ſine felle amaritudinis. colum-
bæ dico, *deargentatæ*, propter nitorem diuini
eloquij. uel ita puræ, ut non crepet ſub malleis
tribulationum. *& eius* etiam columbæ *poſterio-
ra dorſi*,id eſt,humeri eius ſunt idonei ad feren-
dum onus domini. quod uolentibus eſt ſuaue,
nolētibus difficile. & hoc *in pallore auri*,id eſt,in
charitate & ſapientia perfecti uel operatiōe bo
na,quia per aurum ſapientia uel operatio bona
deſignatur. Pallor auri eſt quaſi uiror: quia cum
rubicundum aliquid pallet, quaſi uiride appa-
ret. Et quia omnia in charitate debēt uireſcere,
merito per uirorem charitas deſignatur. Nota
græcam poſitionem,inter medios cleros. Nam
ipſi ubi nos ſolemus ponere,inter me & te po-
nunt,medium meum & tuum. Hæc poſitio ma
xime habet uim, ubi extrema aliquam habent
inter ſe affinitatem,quēadmodum uetus & no-
uum teſtamētum. uel aliter: Dominus dabit uer
bum euangelizātibus,ſi uos euangelizātes dor
miatis inter medios cleros,id eſt,inter duas hæ-
reditates,carnalem uidelicet,quam promiſit ue
tus teſtamentum ad literam acceptum: & ſpiri-
tualem, quam per gratiam in ſpe iam expecta-
mus. Sic quieſcatis, ut carnalē non ardenter aſ-
ſumatis,nec illam impatienter expectetis. Hæc
enim dormitio bona eſt, ut iſtam cōtemnamus
in qua ſumus hæreditatem, & aliam certam te-
neamus iā in ſpe,licet nondum in re. Ab illo au
tem abeſt ſonus, qui hanc terrenam hæredita-
tem ardenter & cupide aſſumit. Hic enim talis
rapitur in fluctus & in flagitia quæq; deſideran-
do,ut acquirat: uel timendo,ut amittat. & ideo
quieſcendum eſt uobis inter duas hæreditates,
quia ſi ſic dormiatis,eritis pennæ columbæ, eā
multum uidelicet exaltātes, & ſublimiter præ-
dicantes. Et poſteriora dorſi eius, id ē,poſterio-
res ſubeuntes illud idē onus domini,quod prio
res ſubierunt,erunt in pallore auri,id eſt,in cha
ritate perfecta & conuerſatione bona: quia dū
poſteri incitantur bona fama priorum, ſemper
eccleſiæ addūtur pennæ quibus uolet in altum,
& quibus ſublimiter exaltetur, & glorioſe præ
dicetur. uel ſic, Rex uirtutum dilecti dilecti, &
ſpeciei domus diuidere ſpolia. in qua domo eri
tis uos, ſi dormiatis inter medios cleros,id eſt,
ſi quietem reputetis inter duas hæreditates ſic
conſiſtere a cohibitiōe cupiditatum,a terrenis,
& in ſpe æternæ felicitatis uſque in finem perſe
uerando, ultimum diem uitæ ueſtræ claudatis,
ut ſic per dormire,mortem carnis accipiamus.
Illi enim bene moriuntur,qui præſentem hære
ditatem contemptui habent, dum tamen æter
nam nondum teneant re,ſed in ſpe. Qui autem
ſic moriuntur,erunt pēnæ columbæ .i. eccleſiæ
deargētatæ.i. nitore diuini eloquij eruditæ. Qđ 1.Theſ.4
aūt per has pennas deſignantur fideles, maniſe-
ſtat Apoſtolus,dicens: Simul rapiemur obuiā
Chriſto in aera. & ſic ſemꝑ cū dño erimus. Qđ
dicit,pēnæ columbæ deargentatæ,uelociter ſe
depoſtātes obuiā Chriſto in aera. & poſteriora
illorū qui hic fuerūt dorſum eccleſiæ,onus eius
portātes,erūt in ſplēdore auri.i. i regia poteſta
te. regū eſt em̄ auro adornari. Si dormiatis inter
medios cleros, *dum diſcernit cæleſtis reges*.i. quan
diu ordinat & diſponit cæleſtis hō ſecundus, q
de cælo cæleſtis. diſcernit dico, uos reges *ſuper*

eam,ſubaudis regendã, refrenãtes in uobis & in alijs legem carnis, & cõfortantes legem mẽtis. unde illud, Carnem macerant, ſpm̃ roborant. *Niue dealbabuntur in Selmon*. Ne aliquis putaret hos reges in ſe ipſos poſſe purgari, dicit, dealbabuntur in Selmon.i.in umbra Chriſti. Ipſe eñ eos obumbrabit & proteget ab incentiuis uitiorum, faciens eos niue candidiores, uel niui comparabiles. ipſe dico, *mõs dei*. Vnde Iſaias, Erit in nouiſſimis diebus præparatus mõs domus domini in uertice montiũ, &c. Mõs iſte eſt *mons pinguis*, habens uidelicet oẽm pinguedinem unde qui adulti ſunt, reficiantur. Nã in eo inuenit quiſq; perfectus unde ſe reficiat. Ipſe etiã *mons coagulatus*, aptus uidelicet unde paruuli tanquam lacte nutriãtur. Et ut eundem intelligamus pinguem & coagulatum, repetit: *mons pinguis*. Et quãdoquidem iſte mons tantum eſt mons pinguis & coagulatus, *ut quid* ergo alios *ſuſpicamini montes coagulatos?* Alij enim dicunt Iohannem baptiſtam, alij Eliam, alij Ieremiam, aut unum ex ꝓphetis. & hoc fruſtra. Nã iſte eſt *mons in quo bene placitum eſt deo habitare*.i.in quo habitat deus. et ut habeat inhabitationem ſuperiorem alijs habitationibus, ſubiungit: *in eo*. quia ſic inhabitat, ut in eo ſit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ipſi enim ſoli ſine menſura conceſſit deus ſpiritum ſuum. alijs autem in quibus habitat, ad menſuram dedit: quia non omnibus omnia, ſed alij ſunt data genera linguarũ, alij interpretatio ſermonũ, &c. *Etenim dominus habitabit in finem*. Quaſi d. Merito excellentius in iſto monte habitat deus. Nam iſte mõs exiſtens dominus, habitabit in alijs montibus, reducendo eos in ſe ſinem, & per eũ inhabitat pater alios montes q̃s inhabitat, qui mõtes ſunt *currus dei*, quia a deo uelut ſapienti auriga reguntur. Currus iſte *multiplex eſt decem millibus*. & non tantum in decẽ millibus multiplicatur, ſed etiam per *millia* milliũ *lætantium*, ideo quia *dominus* eſt *in eis*. Et quomõ in eis? *in Sinai in ſancto*.i.in cõpletione ſancti mandati. Et quomodo iſtud fiet? *Aſcendiſti in altum*.i. aſcendes in cælum, & accipies *captiuitatem*: q.a genus humanum a diabolo prius captiuatũ recaptiuabis. *accepiſti dona in hominibus*, id eſt, ipſos homines accipies in donis tuis. Nam *non credentes inhabitare dominum deum* in omnibus, eos uocando & iuſtificando, feciſti dona tua. Vel accepiſti dona in hominibus.i.tales feciſti homines, ut donum illud quod acceperunt a patre, tu uidearis accepiſſe. Nã cum ipſi acceperũt ſpm̃ſanctũ, tu in eis recepiſti: quia ſine te nihil poſſunt. Nota Chriſtũ nõ immerito accipere dona in ſuis, quia ex affectione nimia in ſuis patitur aduerſa. dixit enim Petro: Venio Romam iterum crucifigi, ut per hoc ſe oſtenderet in Petro pati. Accepiſti dona in hominibus, quia etiam in nõ credẽtibus inhabitabit dominus deus, id eſt, in deſperatiſſimis qui tibi dixerunt: Dæmonium habes. Vnde *Benedictus dominus die* hac præſenti & *quotidie*, id eſt, omni die futura. uel diem quotidie numerando. *Proſperum iter faciet* nobis, ut eum portemus cuius currus ſumus. uel proſperum faciet iter nobis, ut ad eum ueniamus, reddens nos inuincibiles ad omnes tribulationes: quia *deus* eſt *ſalutarium noſtrorum*, id eſt, noſtræ ſaluationis: & *deus noſter*, id eſt, noſtræ naturæ, quia & *deus faciendi* nos *ſaluos*. ſed tamen ſalus illa p mortem carnis uentura eſt, & inde non indignetur humana cõditio quod moritura eſt, exitus *domini domini*, id eſt, illius domini, q anto nomatice dicitur dominus, de hoc mundo erit *exitus mortis*. Ipſe eñ ut potetiã ſuæ ſalutis oſtenderet, mori uoluit. ſed quanquã eius exitus ſit exitus mortis, *tamẽ deus* nõ minus eſt potẽs ſup inimicos ſuos. Nam *cõfringet capita inimicorum ſuorum*, id eſt, ſuperbiã inimicorum ſuorum diſſipabis, uel ſalubri ſubiectione, uel dãnabili execratione. confringet etiam *uerticem capilli perambulantium in delictis ſuis*. Per uerticem capilli adhuc maiorem ſuperbiam notat, quàm per caput. Notat enim magnam ſublimitatem ſuperbiæ perambulantium in delictis ſuis, id eſt, illorũ quibus delicta ſunt delectatio. uel aliter: confringet deus capita inimicorum ſuorum. inimicorum dico, perambulãtium uerticem capilli, & hoc in delictis ſuis. Inimici hic accipiuntur aeriæ poteſtates, quarum capita ſunt illi, qui ꝑſuaſionibus ſuis caput ſuum contra deum male erexerunt. Hi tales inimici, quia nullo ſenſu corporis concipi poſſunt, perambulare dicuntur uerticem capilli, ubi ſenſus corporis nullus eſt. ipſi enim tales inimici ſic uerſantur circa hominem, ut non ſentiantur ab eo, donec ab eis ad illicita trahatur. Perambulant in delictis ſuis, ſuadendo uidelicet hominibus delicta, quæ ſua ſunt, quoniam tandem inde punientur cum dicturus eſt dominus: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Confringet dominus capita inimicorum ſuorũ. Nã *dixit dominus*, id eſt, diſpoſuit, iſtud uidelicet, *conuertam* aliquos *ex Baſan*, id eſt, ex illis qui confuſi ſunt in ſiccitate ſua. Interpretatur em Baſan confuſio uel ſiccitas. *Conuertam* gratiam meam etiam *in profundum maris*, id eſt, ad illos qui in profunditate ſeculi iſtius male fluctuantis, & in amaritudinem omnia contrahentis conuerſantur. *Vt intingatur pes tuus in ſanguine*. quaſi dicat: intantum o domine cõuertes aliquos ex Baſan & de ꝓfunditate maris, ut quiſq; cõuerſus ex illis, pes tuus factus, intingatur in ſanguine.i.non dubitabit in teſtimoniũ effuſi ſanguinis tui, ſanguinem ſuum fundere. uel pes tuus intingatur in ſanguine.i.tu ipſe ꝓ nimia affectiõe in paſſiõe illorũ patieris. unde illud, Venio Romã iterum crucifigi. *Et lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipſo*.i. ꝑdicatores tui q ſunt canes, nõ illi canes de q̃bus dictũ ẽ, Canes muti nõ ualẽtes latrare, ſed canes

Iſa.2. (beside "parabiles. ipſe dico")
Matt.16. (beside "ſtam, alij Eliam")
Col.2 (beside "liter. Ipſi enim")
Iohan.3. (beside "ſpiritum ſuum")
Iob.7. (beside "credẽtibus inhabitabit")
Matt.25. (beside "nũ, qui paratus eſt")
Iſa 57 (beside "dictũ ẽ, Canes muti")

fideles & circa domum domini ſui fideliter la-
trãtes. Hi canes erũt conuerſi ex inimicis, & hoc
non per ſe, ſed ab ipſo qui gratis omnia iuſtifi-
cat. Et hoc quomõ fiet? *Viderunt ingreſſus tuos de*
us, id eſt, recognoſcent ingreſſus tuos, qualiter
per humanã naturam mundo innotuiſti. & nõ
tantum tuos ingreſſus ſic recognoſcent, ſed etiã
ingreſſus, id ẽ, apoſtolos qui ſunt greſſus *dei mei*,
qui me creauit prima creatiõe, *regis mei*, qui me
regenerauit. *qui eſt in ſancto*, id eſt, in unoquoq; a
ſe ſanctificato. uel in ſancto, in Chriſto. unde il-
lud, Deus erat in Chriſto mundum reconciliãs
2. Cor. 5. ſibi. uel aliter, Intingatur pes tuus in ſanguine,
& hoc tuo exemplo. Nã uidebũt greſſus tuos,
quibus de hoc mundo egreſſus es. mortem tuã
uidelicet, quam tu exemplum tuis reliquiſti, ut
non dubitarent ſanguinem pro te effundere, ſa
Ioh. 15. luberrime uerbi tui præcepto moniti, ſic: Maio
rem charitatem nemo habet, quàm ut animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ingreſſus dei
mei, regis mei, qui eſt in ſancto. & hoc modo ui
debunt tuos ingreſſus. *Præuenerunt principes*
coniuncti pſallentibus, id eſt, prædicatores primi
coniuncti pſallentibus, id eſt, aſſociati alus be-
ne operãtibus, ꝓuenient ut tuos greſſus annun-
cient. & hoc *in medio iuuencularum tympaniſtria-*
rũ. Iuuenculæ hic deſignant eccleſias nouas no-
ua gratia decoratas, in quibus eccleſiis annunci
andi ſunt greſſus domini. Tympanum fit ex co
rio ſicco in ligno extenſo. unde tympanizan-
tes ſunt illi, q à carnalibus deſideriis ſunt exicca
ti, & in uirtutibus extenſi. iuxta illud, Carnẽ ma
cerant, ſpiritũ roborãt. *in eccleſiis benedicite deo.*
Ne per hoc quod nominauit iuuenculas & tym
paniſtrias, uellent conuerſi ex Baſan in carnali
delectatiõe domino benedicendum intelligere,
ſubiungit ubi *domino* benedicendum ſit. Quaſi
dicat: Vos conuerſi ex Baſan, in eccleſiis benedi
cite deo, *de fontibus iſrael*, ſubaudis inebriati, uel
de fontibus confirmati & inſtructi, ut nun-
quam doctrina ueſtra ab eis diſſonet. unde ali-
Pſal 47. bi, Narrate in turribus eius. *ibi Beniamin adole-*
ſcentulus. Benedicite de fontibus Iſrael, inter quos
fontes erit Beniamin, id ẽ, Paulus de tribu Ben-
iamin natus: adoleſcentulus, quia nouiſſime fuit
electus. *in mentis exceſſu*. Exceſſus mẽtis fit in ſtu
Actu. 9. pore uel in elatione. In ſtupore mentis fuit Pau
lus, quando a deo percuſſus, iacuit per tres dies
ſine uiſu & auditu. Fuit etiã in ſublimitate men
2. Cor. 12. tis cũ dixit. Scio hoĩem ante annos quatuorde-
cim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio,
deus ſcit, raptum huiuſmodi uſque ad tertium
cælum. In qua etiam eccleſia erunt *principes Iu-*
da duces eorum, principes Zabulon & principes Ne
pthalim. Volunt quidã in hoc uerſu oẽs apoſto-
los intelligi de tribu iſtorũ eſſe natos, quod nõ
habemus unde confirmemus, ſicut non habe-
mus unde improbemus. quare quærendæ ſunt
nominum interpretationes. Iudas interpreta-
tur confeſſio: ubi martyres intelligũtur, qui ꝓ-
cipuam fidem in eccleſia habent. & pro ea ma-
xime certant. Et qm̃ certantibus pro fide opus
eſt corroboratione & fortitudine, ne deficiant
in certamine, ſubiungitur: Principes Zabulon.
Zabulon interpretatur habitaculum fortitudi-
nis, ubi ſpes intelligitur, quæ maxime corrobo
rat martyres pro fide certantes: quia dum ſpe-
rant æterna, non grauat eos mutare tempora-
lia. Principes Nepthalim. Nominis interpreta-
tio eſt dilatatio, ubi intelligitur dilatatũ præmi
um, quod recepturi ſunt qui hic legitime certãt
in fide. nam qui perſeuerauerit uſque in finem, Mat. 10.
ſaluus erit. Vel aliter: Ibi Beniamin adoleſcen- & 24.
tulus. Iacob benedicens filiis ſuis, dixit Benia- Ge. 49.
min: Fiat Beniamin lupus rapax, mane come-
dens prædam, ueſpere diuidens ſpolia. In hac
benedictione non ſpecialiter Paulus notari po
teſt, ſed omnes illi, qui mane expulſa infidelita
tis tenebroſitate, quadam auiditate quaſi come
dendo ſumunt uerbum dei. & ueſpere, id eſt,
illi qui nocte ignorantiæ adhuc obfuſcantur,
diuidunt ſpolia, id eſt, prædicatores bonos mit
tunt ad alios, ut conuertantur, uelut Paulus qui
miſit Timotheum & Titum in annunciationẽ
fidei. Spolia dicuntur fideles, quoniam diabolo
ablati ſunt, a quo captiui tenebantur. Nota per
prædam uerbum dei, iuxta illud: Regnum dei Mat. 11.
uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Principes
Iuda duces eorum, id eſt, principes fidei erunt
duces eorũ qui ſunt in eccleſia. & principes Za-
bulon, id ẽ, principes ſpei, & principes Neptha
lim, id eſt, charitatis, quæ charitas dicitur dilata
tio, quoniam in charitate ſic quidam extendun
tur, ut pro inimicis orent. Nota Beniamin in ex
ceſſu mentis, id eſt, in ſublimitate, ſ. de ſe impio
in ſe pium, de ſe animali in ſe ſpiritualem, de ſe
homine in ſe deum. *Manda deus* uirtutem tuam.
Quaſi dicat: Vt te benedicant conuerſi ex Ba-
ſan in eccleſiis, mãda deus pater, id eſt, commen
da uirtutem tuam, id eſt, uerbum tuum incarna
tum, quod uirtus tua eſt. Vnde Paulus, CHRI 1. Cor. 1.
STVM dei uirtutem & dei ſapientiam. Vel
manda *uirtuti tuæ* benedictionem illam, ut per
uirtutem omnis fiat benedictio. uel manda uir
tutem tuam, id eſt, charitatem quam habuiſti
erga homines: quoniam cum adhuc peccatores
eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Con-* Ro. 5.
firma hoc deus quod operatus es in nobis, id eſt, gra
tiam illam quam nobis tribuiſti, cõfirma, id eſt,
ſimilem nobis & gentibus firmam redde, inci-
piendo à *templo tuo quod eſt in Ieruſalem*. ibi enim
prius uerbum dei prædicatum eſt. Sed quia ex-
cæcati recipere noluerunt, conuerſi ſunt prædi
catores ad gentes. Confirma hoc quod opera-
tus es in nobis. Nam ſi confirmaueris, *reges*, id
eſt, apoſtoli tui *offerent tibi munera*. nam Petrus
offeret tibi conuerſos ex circunciſione, Paulus
ex præputio, Thomas Indos, & quiſque ſuos
quibus prædicauit. uel aliter, confirma hoc qđ
operatus es in nobis. Nã ſi confirmaueris, offe

rent tibi reges munera,incipientes a tēplo tuo,
& uſque in ieruſalem ſupercæleſtem peruenien
tes.Et ut tibi offerant, *increpa feras arundinis*, id
eſt,homines irrationabiliter uiuentes,&ideo fe
ris comparabiles. Sunt etiam arundo,quia cir-
cunferuntur omni uento doctrinæ. Vel increpa
feras diſſipatrices arūdinis,id eſt,doctrinæ ſacræ
quæ per arundinem intelligitur, quoniam arun
do ſolebat eſſe apud antiquos cauſa ſcripturæ.
Pſal 44. Vnde alibi, lingua mea calamus ſcribæ. Vel a-
rundini comparantur hæretici:quia ſicut arun-
do in lutoſo loco fixa eſt, ſic hæreticus quiſque
in lutoſo intellectu ſe ſubmergit. *Cōgregatio tau
rorum in uaccis populorum,ut excludant eos qui pro
bati ſunt argento*. Quaſi dicat: ideo dico ut incre
pes feras arundinis. Nam futura eſt congrega-
tio taurorum,id eſt,illorum qui ſunt indomitæ
ceruicis,& ideo tauris comparabiles.Et ubi hæc
congregatio futura ſit,oſtendit.In uaccis popu-
lorum, inter illos uidelicet, qui inter populos
uaccis ſunt comparabiles. Nota uaccam taurū
libenter ſequi. Vnde animas ſeductibiles quæ
leuiter ſententijs hæreticorum ſubuertuntur,in
2.Tim.3. tellige uaccis comparabiles, quas notat Apoſto
lus ubi dicit:qui intrantes domos ueſtras,capti-
uas ducunt mulierculas, oneratas peccatis. Ad
quod autem futuri ſint hæretici, ſubiungit: Vt
excludant eos,id eſt,ut per eos manifeſti fiant, q
probati ſunt argento,id eſt,eruditi in diuino elo
1.Cor.11. quio. Vnde Apoſtolus, Oportet eſſe hæreſes,ut
qui probati ſunt,manifeſti fiant.uel aliter,ut ex-
cludant eos qui probati ſunt argento, id eſt, ex
toto ſegregent perfectos ab imperfectis,ſubtra
hendo magiſtros diſcipulis,& ſic eos ſibi incor-
porent. & ideo increpa feras arundinis hoc mo-
do:Diſſipa bella interiora,qui diſſipaſti bella ex
teriora. *Diſsipa gentes quæ bella uolunt*,id eſt,hære
ticos qui ſtudent contentioni,& non correctio-
1.Tim.4. ni:deſtructioni,& non ædificationi. Vnde Apo
ſtolus:In nouiſſimis, inquit, temporibus diſce-
dent quidam à fide,attendentes ſpiritibus erro-
ris & doctrinis dæmoniorum,loquentium men
dacium in hypocriſi. hos tales diſſipa. Et ue-
re diſſipabis, quia *uenient legati ex Aegypto*, per
quos confundentur hæretici. Aegyptus inter-
pretatur tenebræ. & ſignificat homines in cor-
de tenebroſos, ex quibus illuminatis & conuer
ſis de infidelitate ad fidem, facti ſunt legati do-
mini,ut per eos notificaretur uerbum eius illis,
qui adhuc uerſabantur in tenebris. Vnde Apo-
2.Cor. 5. ſtolus:Pro CHRISTO legatione fungimur,tan
quā deo exhortāte per nos. Obſecramus pro
Chriſto,reconciliamini deo. *Aethiopia præueniet
manus eius deo*. Per Aethiopes intelliguntur mo
ribus denigrati,qui præueniunt manus domini,
id eſt, uindictam ſuam, adhærentes deo, confi-
tentes peccata ſua & hic punientes, ne domi-
nus puniat in futuro. quia quorum peccata hic
non puniuntur, a domino tandem in futuro pu
niēda ſunt. Quare ne a domino puniamur,præ
occupemus faciem eius in confeſſionē. Habet Pſal.94.
alia translatio: Aethiopia feſtinat manus ſuas
dare deo,id eſt, talia opera facere quæ ſunt deo
acceptabilia.uel aliter, Aethiopia præueniet ma
nus eius,id eſt,opera ſua,deo ſubaudis adhærēs.
Eius,ad Aethiopiam referendum eſt,ut tantum
ualeat,manus eius:quātum, ſi diceret,manus ſu
as. Nā teſte Auguſtino,eius in fœminino gene-
re poſitū eſt in Hebræo. Nota quomodo Aethi
opia præueniet manus ſuas,id eſt,opa ſua. Præ
cedet enim confeſſio,ut ſubſequantur opera:qa
ſi prius bene operarentur,uiderentur peccata p
meritum condonari. *Regna terræ cantate deo*.
Propheta uiſis omnibus quæ per Chriſtum &
prædicatores ſuos futura erant,exhortatur illos
qui conuertendi ſunt,ut in eius laudem prorum
pant. Quaſi dicat: Quia hæc omnia pro uobis
futura ſunt,uos ergo regna terræ,id eſt, qui ex
terra regnum dei facti eſtis,gratis uidelicet uo-
cati,cantate deo interius, *pſallite domino* exteri-
us.*pſallite deo*,dico,*qui aſcendit ſuper cælum cæli*,id
eſt,ſuper omnem cæleſtem rationabilem creatu
ram,quæ eſt cælum cæli,id eſt, huius inferioris
rationabilis creaturæ. & uſque *ad orientem*,id eſt,
uſq; ad patris æqualitatem,ubi ipſe ſemper ori-
tur,& eius ortus non fuit initium, nec erit finis.
Vnde illud, Viſitauit nos oriens ex alto. Et ali- Luce.1.
bi,Oriens & ſplendor lucis æternæ. uel ad lite- Sap.7.
ram,qui aſcendit ſuper cælum cæli,iuxta illud: Ioh.3.
Nemo aſcēdit in cælum,niſi qui de cælo deſcen
dit,filius hominis qui eſt in cælo. Ipſe enim tan-
tum per ſe aſcendit in cælum. alij autem omnes
qui aſcendunt, per illum habent aſcendere. uel
aliter,qui aſcendit ſuper cælum cæli. Cælum fu
it humana natura,uerbo patris perſonaliter uni
ta:quia Chriſtus etiam in humana natura ſua cō
pluit alios cælos,apoſtolos uidelicet, imbre uer
bi dei. Intonuit autem minis,coruſcauit miracu
lis. Super hoc cælum aſcendit deus filius, quan-
do ipſam humanam naturam ſecum exaltauit,
& in paterna confeſſione collocauit,quod dicit,
pſallite deo qui aſcendit ſuper cælum cæli,id ē,
ſuper ſeipſum cælum,id eſt,humanam naturam
ſuam,ad orientem,id eſt,ad patris æqualitatem.
In hac autem aſcenſione maxime intellexerunt
diſcipuli ſui illū eſſe uerū deum & uerum homi
nē. *Ecce dabit uocem uirtutis uoci ſuæ*,pſallite deo.
Nam opus eſt. quia qui prius dedit uocem hu- Matt.26.
militatis cum dixit, triſtis eſt anima mea uſque
ad mortem:dabit uocem uirtutis,dicens:Ite ma
ledicti in ignem æternum. Nam qui uenit humi Mat.25.
lis iudicādus,ueniet in uirtute iudicaturus. Et ut
non timeatis uocem uirtutis,*date gloriam deo*,ni-
hil præſumentes de uobis in bonis operibus. &
ideo dico ut gloriam detis deo, quia tunc cū de
derit uocem uirtutis, erit *magnificentia eius ſuper
iſrael*,id eſt,ſuper omnes uidentes deū. *& uirtus
eius in nubibus*. De nubibus iſtis dictum eſt à do-
mino: Mandabo nubibus meis,ne pluant ſuper Iſa.5.
meretricem illam. Et illud, Amen dico uobis, Mat.26.

amodo uidebitis filium hominis uenientem in
nubibus cæli. in iſtis nubibus erit uirtus domi
1.Cor.15. ni. De qua uirtute dixit Paulus: Mortui reſur-
gẽt incorrupti, & nos immutabimur. uel in hac
uita dabit uirtutem nubibus ſuis. Vnde idem
2.Cor.4. Paulus: Habemus, inquit, theſaurum iſtum in ua
ſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis dei, nõ ex
uobis. Vel uirtus eius in nubibus, quia ueniet cũ
ſenioribus populi in uirtute magna. Et ne aliud
putares quod præmiſit, in nubibus, ſequitur:

Mirabilis deus in ſanctis ſuis, dans uidelicet æter-
na bona pro temporali labore. *Deus iſrael ipſe
dabit uirtutem*, id eſt, reſurrectionem. uel hic da-
bit ſuis uirtutem, ut omnia poſſint per eum.
Vnde Paulus. Omnia, inquit, poſſum, in eo qui Phil.4.
me cõfortat Chriſtus. Dabit *fortitudinem*, id eſt,
carnis incorruptibilitatẽ. Et cui dabit? *Plebi ſuæ*
nunc fragili, nunc infirmæ, nunc dicenti: Quam
diu ſum in corpore, peregrinor a domino. Vñ
benedictus deus per quem hęc omnia futura ſunt.

¶In finem pro his qui commutabuntur,
Pſalmus ipſi Dauid. LXVIII.

SAluum me fac deus, quoniam intrauerũt aquæ uſq; ad animam meã.
Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtãtia. Veni in altitudinem
maris, & tempeſtas dimerſit me. Laboraui clamãs, raucæ factæ ſunt fau
ces meæ: defecerũt oculi mei, dũ ſpero in deũ meũ. Multiplicati ſunt ſu
per capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati ſunt, qui
perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: quæ non rapui, tunc exoluebam. Deus, tu ſcis inſi-
pientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita. Non erubeſcant in me, qui ex-
pectant te domine, domine uirtutum. Non confundantur ſuper me, qui quærunt te de-
us Iſrael. quoniam propter te ſuſtinui opprobriũ, operuit cõfuſio faciem meam. Extra-
neus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Quoniã zelus domus
tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me. Et operui in
ieiunio animam meam, & factum eſt in opprobrium mihi. Et poſui ueſtimentum me-
um cilicium, & factus ſum illis in parabolam. Aduerſum me loquebantur, qui ſedebãt
2 in porta: & in me pſallebant, qui bibebant uinum. Ego uero orationẽ meã ad te domine,
tempus beneplaciti deus. In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in ueritate ſalu-
tis tuæ. Eripe me de luto ut nõ infigar, libera me ab his qui oderunt me, & de profundis
aquarum. Non me demergat tempeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundum, neq; ur
geat ſuper me puteus os ſuum. Exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia
tua: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice me. Et ne auertas faciem
tuam à puero tuo: quoniam tribulor, uelociter exaudi me. Intende animæ meæ & libe-
ra eam, propter inimicos meos eripe me. Tu ſcis improperium meum & confuſionem
meam, & reuerentiam meam. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me, imprope
rium expectauit cor meum & miſeriam. Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fu
it: & qui conſolaretur, & non inueni. Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea pota
uerunt me aceto. Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum, & in retributiones & in ſcan
dalum. Obſcurentur oculi eorum, ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. Effun
de ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum de-
ſerta, & in tabernaculis eorum nõ ſit qui inhabitet. Quoniam quem tu percuſſiſti, per-
ſecuti ſunt, & ſuper dolorem uulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem ſu
per iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro uiuẽtium,
& cum iuſtis non ſcribantur. Ego ſum pauper & dolens, ſalus tua deus ſuſcepit me.
Laudabo nomen dei cum cãtico, & magnificabo eum in laude. Et placebit deo ſuper ui-
tulum nouellum, cornua producentem & ungulas. Videãt pauperes & lætentur: quæ-
rite deum, & uiuet anima ueſtra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & uinctos ſu-
os non deſpexit. Laudent illum cæli & terra, mare & omnia reptilia in eis. Quoniã de-
us ſaluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hæredi-
tate acquirent eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eã; & qui diligunt nomen eius,
habitabunt in ea.

Cõmutatio fit duobus modis: uel de bono in peius, uel de bono in melius. q̃rũ unã ex ſe habet hõ, aliã ex gratia. Ex ſe enĩ habet q́ſq;, de bono quod commutatur in peius. Hoc enim tra-

Ge.3. dux primus reliquit poſteris, cum per inobe-
dientiam a deo receſſit. Hanc talem commuta-
Pſal.77. tionem notat idem propheta alibi, dicens: Spi-
ritus uadẽs & nõ rediens. Salomon etiam notat
hanc eandem commutationem taliter: Omnis
Pro.2. uel homo qui ambulauerit in iniquitatẽ, non reuer-
Sap.16. tetur. Per ſe, intelligendum eſt. Nam ex ſe habet
quiſq; ut cadat, à ſe non habet ut reſurgat. Habet
enim ex gratia reſurgere tantum. ubi iam nota
tur commutatio de malo in melius. De cuius
cõmutationis cauſa loquitur pſalmus iſte. Nam
in hoc pſalmo notaẽ uox Chriſti agentis de paſ
ſione ſua, quæ commutationis de malo in bonũ
fuit cauſa. Ipſe enim dominus per paſſionem
tranſiuit de temporali labore ad æterna bona,
nos autem in eodem tranſitu in ſpe tranſiuimus
hæc temporalia, & expectauimus æterna. quæ
omnis ſecure poteſt expectare, qui ueterem ho
minem exuit & nouum induit. Sic enim quiſq;
debet commutari de malo in melius. ad quam
commutationem admonemur uoce dominica,
commendante nobis paſſionem ſuam ad imi-
tandum. Nota etiam hic quædam caput noſtrũ
loqui, quæ ſuæ dignitati conueniunt: quædam,
quæ noſtræ infirmitati neceſſaria ſunt. Dicit au-
tem ſic caput noſtrum:

S*Aluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ
uſq; ad animam meam.* In hoc uerſu tam pro
mẽbris quàm pro ſe ipſo orat caput noſtrum,
ſic dicens: Deus pater, ſaluum me fac in me & in
meis, ut mihi quidem reſurrectionem concedas
exteriorem, meis autem interiorem. Et opus eſt
ut ſalues, quoniam intrauerunt aquæ, id eſt, tur
ba ſeditioſa furentis populi circundedit me, &
uſque ad animam meam, ſubaudis auferendam.
Nota hic populum nomine aquæ iure deſigna
ri, qui nunquam in eodem ſtatu permanet, ſed
more fluentis aquæ ſemper uoluitur, cadens de
uitio in uitium. uel populus etiam Iudæorũ ma
xime in morte domini ſimilitudinem aquæ ge-
rebat, quia ſicut aqua circa hominem uoluitur
donec eum ſubmergat, ita populus Iudæorum
uoluebatur circa dominum, quo uſq; eum mor
ti tradidit. Voluebatur enim circa eum, inſidias
ei ponendo, eum capiendo, iudicando, tandem
occidendo. Quod hic notatur, Intrauerũt aquæ
uſq; ad animam meã. Et quomodo intrauerũt?
Infixus ſum in limo profundi, id eſt, inter illos detẽ
ſus ſum, qui limum ſuum, id eſt, terrenitatem ſu
am. profundam, id eſt, porro a fundo, fecerunt.
Pro.18. De quibus dicitur: Peccator cum uenerit in pro
fundum, contemnit. Nota omnes homines eſſe
in limo, quia omnes ex limo creati ſunt, & ali-
quando neceſſitate uitæ habẽt peccare. q autem
ſpernentes nouitatem, uetuſtati omnino conſen
tiunt, in profundo limo reputantur. ſed q in his
nõ cõſentiunt, in alto limo ſunt, de terra q̃ſi aurũ
facientes, cũ ueterem hominem exuũt, & nouũ
induunt: & animalem uitã poſtponũt, & ſpũa-
lem attendũt. *Et non eſt ſubſtantia.* Cauſa ſuppo-
nitur q̃re in limo infixus ſit, cũ dicit: Nõ eſt ſub
ſtantia. In ſubſtantia non ſunt, omnes qui a ue-
ro eſſe deuiãt. Subſtantia enim dicitur res per-
manens in creatione ſua. Qui autem nouum
hominem inducere uolunt, ſed ueteri in omni-
bus obediunt, in ſubſtantia nõ ſunt, quia uerum
eſſe amiſerunt, uelut iſti a quibus dominus de-
tentus eſt in paſſione: quoniã ſi eſſent in ſubſtã-
tia. i. in plaſmatione illa, in quã deus illos crea-
uit, non eſſet detentus ab eis quem deus genuit.
uel aliter, Intrauerunt aquæ uſque ad animã me
am. & hoc ideo, quia infixus ſum in limo ꝓfun
di. i. in natura humana, q̃ eſt q̃ſi limus ꝓfundus,
quia eſt mortalis & paſſibilis. & ideo nõ eſt ſub
ſtantia. i. nõ appareo eſſe in uera eſſentia mea, in
q̃ æq̃lis patri ſum omnipotenti. Nota q a nunq̃
æq̃litatem patris amiſit, in q̃ ſemper perman-
ſit. Sed q̃m formã pauperis uiſus ẽ aſſumpſiſſe,
a pluribus opinabatur non in diuinitate regna-
re. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas dimerſit
me.* Priori ſententiæ ſic cõtinuatur: Infixus ſum
in limo profundi, id eſt, detentus ſum in profun
ditate terrenorũ. & hoc non ex poteſtate illorũ
a q̃bus detẽtus ſum: ſed ego uoluntate mea ueni
in altitudinem maris. i. in profunditatem ſecula
rium more maris fluctuantium, & in amaritu-
dine conuerſantium. & ideo tempeſtas. i. furor
ſeditioſi populi dimerſit me, ut abſorberer a ce
to, & uiuus euomerer. quod præfiguratum erat
in Iona re, non uoce. Nota mare iſtud cum debe Ion.2.
ret eſſe rõnabile, omnimoda depſſum cæcitate.
Nã mare rõnabile, ſe calcabile plantis domini p̄
buit: uentis cõmotum, ceſſauit. Mare iſtud irra-
tionabile non tñ ad ſaluberrimam uocem eius
nõ geuit, ſed etiã eũ dimerſit, quia morti eũ tra
didit. Aliter, Infixus ſum in limo profundi. i. in
mortalitate carnis. & nõ eſt ſubſtãtia. i. nõ appa
rui in diuitiis meis, quia ueni in altitudinem ma
ris, in q̃ altitudine *laboraui clamãs*, iſtud uidelicet:
Væ mũdo ab ſcandalis, & cætera quibus deter- Mat.18.
rerẽ hoĩes ut ceſſarent a peccatis, & uiã inſiſterẽt
æternæ ſalutis. Et dũ hoc clamarem, *raucæ factæ
ſunt fauces meæ*. i. cõparabilis factus ſum hoĩ rau
cã uocem emittenti, & ideo nulli ad audiendũ
delectabilem. Nã pene nullus fuit, cui uox mea
in imitatiõe mei placeret. Et tandẽ *defecerunt ocu
li mei*. i. ad mortem ſe parauerũt. *dum ſpero in de-
um meum*. i. dũ aliã cauſam non haberent mortis
meæ, niſi quia me a ſpe dei mei ceſſare non uide
rũt. Aliter: Laboraui clamãs, raucæ factæ ſunt
fauces meæ. Nõ legitur quod in paſſiõe domi- Iſa.53.
nus laboraſſet in clamore, quia dicit: Sicut ouis
ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus corã ton-
dente ſe obmuteſcit, ſic nõ aperuit os ſuũ. q̃re in
telligendũ ẽ ante paſſionẽ q̃d dicit, laboraui cla
mãs, raucæ factæ ſunt fauces meæ. i. ita ſedulus
fui in clamore ſalutis eorũ, ſicut ille qui ꝓ ſuſce-
pto ſuo tñ laborat ĩ cauſa, ut raucus fiat. q̃d tñ
nõ ꝓfuit, quia oculi mei. i. apoſtoli mei defecerũt
in fide, dũ ego tñ ſpero in deũ meũ. i. dũ ſpem

meã in nullo minutã eſſe uiderunt. Defecerunt
illi in fide, quibus dñs q̃ſi peregrinus apparuit,
Luce.24 & dicentibus: Nos putabamus q͛ redempturus
eſſet Iſrael. *Multiplirati ſunt ſuper rapillos capi
tis mei*. Quaſi d. Defecerunt oculi mei. nam qui
oderunt me gratis nulla p̄miſſione culpæ meæ,
multiplicati ſunt facti ſup̱ capillos capitis mei,
id eſt, plures apparebant quã eſſent capilli capi
tis mei: quia in tantum augmentati ſunt inimici,
ut etiã diſcipulum meũ in augmentationem nu
meri ſui aſſumerẽt. Nota p̱ capillos caput ador
nari, ubi intelliguntur illi, qui in tempore paſſio
nis a domino nõ receſſerunt, ſed quia pauci fue
runt qui tunc temporis adhærebant dño, ideo
dicit: multiplicati ſunt ſup̱ capillos capitis mei,
quia plures erant decaluantium q̃ adornantiũ,
qui oderunt mr gratis, quia neminem læſi qui pro
ſalute omnium ueni. Et ne tantum odium intel
ligeremus, ſubiungit: *Confortati ſunt* ad effectũ
deducendo, uidelicet quod in mente concepe-
runt, *inimici mei iniuſte*. Nihil enim iniuſtius, q̃
opprimere qui uenit ſalutem dare. *Quæ non ra-
pui, tunc exoluebam*. Factus eſt hoſtia pro pecca-
to, cum nullum unquã perpetraſſet peccatum.
Rapuit angelus a deo apoſtatando, cum dixit:
Iſa.14. Ponã ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis
altiſſimo. Rapuit primus parens, cum conſenſit
diabolo ex calice ſuperbiæ ſibi mortem propi
nanti. Tendebat enim ut deus eſſet, & uenit ad
hoc ut bonus nõ eſſet. hoc peccatum ſoluit do
minus non manu armata, ſed clauo in cruce
fixa. *Deus, tu ſcis inſipientiam mram*. Ne quære-
res cauſam quare exoluiſſet, cum nõ rapuiſſet,
ſubiũxit quare ſoluiſſet, ut mũdus cognoſceret
eum ad hoc miſſum eſſe, ut patri obediret. q.d.
dicit, Quæ non rapui, tunc exoluebam. & tu de
us pater ſcis. i. probas inſipientiam meam, quia
ipſi inſipientiæ reputant. Et quia tu probas, pro
batur non eſſe inſipientia: quia quicquid a deo
1.Cor.1. probatur, non eſt inſipientia: quia quod ſtultũ
eſt deo, ſapientius eſt hominibus. Pro inſipien-
tia habebant iudæi, deum qui ſe omnia poſſe di
cebat, pati, colaphizari, conſpui, occidi. Quem
autem inſipienter hæc omnia fiebant, non late-
bat deum patrem. quia nihil cõmeruit pro quo
pati uoluit. Vnde Petrus apoſtolus: Qui pecca
1.Pe.2. tum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.
Et delicta mea q̃ ſecundum eoꝶ opinionem deli-
cta fuerunt, *à tr non ſunt abſcondita*. cum tamen
omne delictum a te eſt abſconditum, nõ quod
cognoſcas, ſed quia nõ ꝓbas. Nota delicta quæ
imponebant domino, quia cum uiderent eum
ſabbato hominem curare, murmurabãt dicen
tes: Hic homo non eſt a deo, qui ſabbatum non
Ioh.9. cuſtodit. Hæc & his ſimilia ꝓ delictis habebãt
iudæi, cum tamen eſſent facta bona. quod dicit,
Delicta mea à te nõ ſunt abſcondita. & ideo *nõ
erubeſcãt in me*, ſubaudis nõ reſuſcitato, *qui tr do
mine* remuneratorem *expectant*. te dico, q̃ es dñs
uirtutum. i. cœleſtium exercituum, quod minime
opinãtur ſtulti. *Non ronfundantur ſuper mr* nõ re
ſuſcitato, *qui quærũt tr drus iſrael* bonis operibus
per me mediatorem, *quoniam propter te ſuſtinui
opprobrium*. Rogo ut non cõfundantur mei, me
non reſuſcitato. Et uere nõ cõfundẽtur, q̃m ego
propter te tantum ſuſtinui opprobrium. i. con
uicia mihi illata, ex culpa mea non ſuſtinui, ſed
ut tibi tãtum obedirem. Hoc nullus hominum
de ſe poteſt dicere. quia etſi aliquis ſit qui iudi-
catur de furto, & non ſit reus furti, perpetrauit
tamen aliud aliquid unde iudicari promeruit.
operuit ronfuſio faciem meam. Confuſio eſt, quam
conſcientia mordet interius. quæ confuſio ope-
ruit faciem domini, quãtum ad iudæorum opi
nionem, q̃ eum totius delicti reum putabant.
quod dicit, Operuit confuſio faciem meã. Vnde
*extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus
filijs matris meæ*. Fratres uocat, qui in fide firmio
res fuerũt, ut apoſtoli, quibus extraneus factus
eſt, quia relicto eo fugerunt. Filij matris fuerũt
illi, ex quibus ſecundum carnem natus fuit: qui
bus factus eſt peregrinus, quia etſi aliquis fuit q̃
recepit eũ, nõ recepit eũ ut fratrẽ, ſed q̃ſi pegri
nũ, parum honoris uidelicet ſibi impẽdens. q̃d
dicit, & peregrinus filiis matris meæ. & hoc id-
eo, *quoniam zelus domus meæ comedit me*. i. indi-
gnatio domus tuæ, uidelicet quod non patien-
ter tuli illos q̃ domum tuam dehoneſtabant, ſe
uidelicet faciẽdo domum luxuriæ, totiusq́ tur
pitudinis, cum ſe deberent facere domum tu-
am, domum uidelicet caſtitatis, manſuetudinis
& pietatis. Et ob hoc zelus. i. indignatio hæc de
tua domo, comedit me, id eſt, interius momor-
dit me, *& propter hoc opprobria exprobrantium
tibi* per me. quia qui honorificat filium, honori- Ioh.5.
ficat patrem. & qui improperia dicit filio, dicit
& patri. quod dicit, exprobrantium tibi cecide
runt ſuper me. *Et ego* tamen licet mihi impro-
peraſſent, ſitiendo ſalutem illorum, *operui in ie-
iunio animam meam*, id eſt, multa macie affectus
ſum, quia populus ille quem eſuriebam, me in
mortem dedit. uel operui in ieiunio animã me-
am, id eſt, animoſitatem meam in ipſo ieiunio re
preſſi, quia ad apertam uindictam non ſurrexi.
& hoc factũ rſt mihi in opprobrium, quia mihi di-
xerunt: Nonne benedicimus quia Samaritanus Ioh.8.
es tu & dæmonium habes? Ego autem *poſui ue
ſtimentum meum cilicium*, id eſt, me in ſimilitudine
miſeri oſtendi, quia carnem meam quæ pro pec
cato hominum mortalis facta eſt, in quam ſæui
rẽt, illis oppoſui, occultata diuinitate mea. Vel
ad ſimilitudinem legatur, ut ſicuti cilicium &
perturbatorum ueſtis eſt, ita uilem exhibui il-
lis carnem meã. uel ipſos q̃ ciliciũ fuerunt, quo-
niam & moribus omnino peruerſi fuerunt. Ad
me cõuerſos ueſtimentum poſui, latronem ui-
delicet & centurionem. *Et factus ſum illis in para
bolam*, id eſt, In ſimilitudinem improperii, quam
cum uolebant aliis improperare, me in ſimilitu
dinem induxerũt, dicentes: Sic moriaris tu, ſic.

ut ille mortuus eſt. *Aduerſum me loquebantur qui*
ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant
uinum, id eſt, non tantum extraneus factus ſum
fratribus meis, ſed etiam illis qui ſedebant in
porta, iudices uidelicet, quorum ſedes fuit in
porta, ut iuſte iudicarent, aduerſum me, ſubau-
dis opprimendum, loquebantur. Et in me pſal
lebant qui bibebant uinum, id eſt, qui tempora
li iucunditate ebrij fuerunt, uel qui uino erroris
potati fuerunt. *Ego uero orationem meam ad te do*
mine, ſubaudis direxi, dicens: *tempus eſt benepla-*
citi tui, ſubaudis implendi, gratuitæ gratiæ hu-
mano generi faciendæ. Et ideo *exaudi me* oran-
tem, ſubaudis pro meis, *in multitudine miſericor*
diæ tuæ. Magna eſt enim eorum miſeria. ſubue-
niat multitudo miſericordiæ tuæ. exaudi me &
in ueritate ſalutis tuæ, uerax uidelicet apparendo
in dando mihi ſalutem, id eſt, carnis incorrupti-
bilitatem. *Eripe me de luto ut non infigar*. Hacte-
nus pro ſe ipſo caput noſtrum orauit, dein-
ceps pro membris ſuis ſic orat. Eripe me, id eſt,
meos de luto, id eſt, de his qui in luto permanſe
runt, ut non infigar, id eſt, ut non infigantur il-
li, ſubaudis incorporati. Quaſi dicat: Non rogo
ut ſic eripias, ut ab eis perſecutionem non pati-
antur: ſed ſic eripe, ut eis non incorporentur. &
ut illud fiat, *libera me*, id eſt, meos *ab his qui ode-*
runt meos & *me* ipſum. Et *de profundis aquarum*,
id eſt, de profunditate peccatorum. hoc modo,
non me demergat tempeſtas aquæ. Tempeſtas aquæ
accipitur uel pro minis aperte ſæuientium, uel
ꝑ blanditijs adulantiũ, de qua tempeſtate rogat
caput noſtrum ſuos liberari. ſic non me demer
gat tempeſtas aquæ, ut conſentiam uel blandi-
tijs adulãtium, uel minis aperte furentium. uel
ſi quando conſentiam, non *abſorbeat me profun-*
dum. i. nõ perueniam ad actum cum his, qui in
profunditate peccatorum conuerſantur. uel ſi
ad actum peruenero, non *urgeat ſuper me puteus*
os ſuum. i. nõ claudatur ſuper me profunditas ini
quitatis. Clauditur in profunditate iniquitatis,
qui poſt perpetrationem non facit confeſſio-
nem, ſed parat peccati defenſionem. Hi tales
in futuro non liberantur: quoniã qui hic nõ eſt
in confeſſione, non erit ibi in liberatione. Nam
q hic eſt defenſor peccati eius, nõ erit dominus
liberator. Vt autem ipſe ſit liberator, ſit quiſq;
hic accuſator. De capite ſic poteſt dici: Non ur-
Pſal. 15. geat ſuper me puteus os ſuũ, id eſt, nõ claudatur
ſuper me. iuxta illud, non dabis ſanctum tuum
uidere corruptionẽ. quia ſi remanerem in mor
te, comparabilis eſſem cuiq; ſuper quem clauſiſ
ſet puteus os ſuum, ita uidelicet ut taceat con-
feſſionem, & clamet defenſionem. *Exaudi me do*
mine, quoniam benigna eſt miſericordia tua. Nota
miſericordiam tunc maxime benignam, quan-
do quiſq; ſuã expertus eſt miſeriã, ſicut pluuia
maxime acceptabilis eſt terræ, poſtquã ipſa ter
ra diu ẽ in ſiccitate. Quod hic dicit, Exaudi me
domine, quoniã benigna eſt miſericordia tua.
Quaſi dicat: Experti ſunt mei ſuam miſeriã, ex-
periantur tuam miſericordiam. i. piam affectio-
nem tuam. & ſic *ſecundum multitudinem miſeratio*
num tuarum. i. ſecundum multam exhibitionem
miſericordiæ. *reſpice in me*. i. in meos, qui deſpe-
xiſti eos ſecũdum multitudinem iræ tuæ. Et ut
reſpicias, *ne auertas faciem tuã à puero tuo*, id eſt,
à meis, qui iam facti ſunt pueri, id ẽ, humiles ue-
ri & pueri, cum prius eſſent ſuperbi, & *uelociter*
exaudi me. i. meos, *quoniam tribulor*, id eſt, mei tri
bulantur. Quaſi dicat: Ne differas miſericordi-
am, quoniam mei recognoſcunt ſuam miſeriã.
Et ut uelociter exaudias, *intende animæ meæ & li*
bera eam, occulte ſubaudis, & *eripe me*. i. meos,
propter inimicos meos, ſubaudis cõuertendos uel
excæcandos. Nota duobus modis deũ liberare
ſuos fideles, aperte & occulte. Occulte enim li- 2. Ma. 7.
berauit Machabæos, quos rex Antiochus tenu
it captiuos, in qua liberatione excæcatus eſt An
tiochus: quia dum exterius potentiam ſuam ex
ercuit, & ſic eis præualere putauit, deus eũ in-
terius excæcauit: q̃a interius eos eſſe liberatos
non intellexit, in quos exterius ſæuiuit. Aperte
liberauit etiam tres pueros dominus ſub pote- Dan. 3.
ſtate regis Nabuchodonoſor. Hæc talis libera-
tio fit ꝑ confeſſione inimicorũ, ut dum illi uirtu
tem domini aperte fieri uiderant, ad fidem con
uertãtur, ut Nabuchodonoſor, qui conuerſus, Dan. 4.
alijs uirtutem domini nũciauit. *Tu ſcis improperi*
um meũ & confuſionem meam & reuerentiam meã.
Quaſi d. Iuſtum eſt ut me eripias in meis, quia
tu ſcis quãta paſſi ſunt ꝓpter te improperia, & tu
ſcis confuſiones & reuerentias q̃s paſſus ſum in
meis, non quantum ad te, ſed quantum ad eorũ
opinionem. Improperium fuit quãdo dixerũt: Matt. 26.
Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus?
Confuſio fuit, quando clauſis oculis ſuis eum co Ibidem.
laphizabãt, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te
percuſſit? Eſt autem cõfuſio, quando conſcientia
mordet hominem interius. quod maxime puta
bant iudæi, qui putabãt eum ignorare qs eum
percuſſiſſet, & ſic in cõſcientia ſua confuſionem
haberet, qui prius ſe omnia ſcire dicebat. Reue-
rentia. i. pudor, qui ingenuã frõtem etiam de fal
ſi criminis obiectione facit rubere. Hæc omnia
fuerunt in Chriſto, quantum ad iudæorum opi
nionem, non quantum ad rei ueritatem: quia nõ
potuit eſſe confuſio in cõſcientia tam ſancta, ne
que erubeſcentia in fronte iam libera. Aliter: Eri
pe meos. Et opus eſt ut eripias, quia tu ſcis im-
properiũ meum. i. meorũ & cõfuſionem meã. i.
meorũ. Improperium eſt, qđ ab inimico infer-
tur, licet cui inferatur in cõſcientia ſua ex ipſo
improperio patiatur. uelut ſancti uiri, cum eis
improperabatur quod in Chriſtum crucifixũ
& in latronem mortuum crederẽt, nihil erube
ſcẽtiæ paſſi ſunt in cõſcientia ſua. Paulus enĩ nõ
ſatis arbitrabatur nõ erubeſcere Chriſtum cru-
cifixum, ſed in eo tãtũ gloriari uoluit, cũ dixit:
Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce dñi nr̃i Ieſu Gal. 6.

Chriſti. Cõfuſionẽ paſſi ſunt minus perfecti, qñ
interius erubeſcebant: & eos cõſcientia morde
bat de hoc qđ eis improperabatur, quia in mor
tuum crederent, apud quos plus ualuit lingua
humana quàm promiſſio diuina. *In cõſpectu tuo*
ſunt omnes qui tribulãt me. Quaſi dicat: Tu ſcis im
properium meum. nam illi qui me tribulant, in
conſpectu tuo ſunt & te non latent. me enĩ nõ
latẽt, quia *improperium expectauit cor meum & mi*
ſeriam illorũ. ſubaudis ut recognoſcerent uide-
licet ſe miſeros, & cõuerſi pœniterent. uel ſic ipſi
tribulant me, q̃ſi neſcientem & nolentem ſubire
tribulationes. Cor autem meum expectauit im
properium. i. ſponte recepi paſſionem. quia ne
Ioh. 10. mo tollet a me animã meam, ſed ego pono eã,
& iterum ſumo eam. Et expectauit etiã cor me
um miſeriam illorum delendam. *& ſuſtinui*, id
eſt, attendi *qui contriſtaretur*. i. qui mecum dole-
ret *ſimul*, id eſt, de eadem re de qua ego dolui, de
errore uidelicet eorum qui miſeriam ſuam no-
lebant attendere. *& non fuit* aliquis, ſubaudis q
de perditione iudæorum cõtriſtari uellet. No-
ta diſcipulos in morte domini cõtriſtari, ſed nõ
triſtabantur de perditione iudæorum, unde do
minus contriſtatus eſt. Sunt enim contriſtati de
morte eius tantum: quia etſi crederent quodã
modo eum reſurrecturum & amplius eum nõ
moriturum, tamen dolebant quia uita in qua tã
ſancte & tam pie eum uiuere uidebant, per mor
tem erat mutanda. *Qui conſolaretur, & non* erat.
Quaſi dicat: Expectaui etiam qui mecum conſo
laretur de ſalute iudæorũ, ſi conuerterentur, &
non *inueni*: ſed potius illi quorum miſeriam de-
lendam expectaui, & de quorum ſalute conſo-
lari uolui. *Dederũt in eſcam meam fel, & in ſiti mea*
potauerunt me aceto: quia ſe ipſos, quos eſuriui ut
ſapidum cibum & ſuauem, dederunt mihi felli-
tam eſcam: & quos iucundum potum ſitiui, ſe
acidum exhibuerunt mihi potum. Eorum enim
ſitiebam ego nouitatem, & ipſi propinabant mi
hi uetuſtatem. Propinant adhuc omnes uetuſta
tem, & offerunt deo fellitam eſcam ad comedẽ
dum, qui peruerſe uiuendo, euangelicæ ueritati
contradicunt, & dominum non reſurrexiſſe cre
dunt. Hi tales à fidelibus ſunt tolerandi, & non
interficiendi, quod ipſe dominus notauit, cum
guſtaſſet & noluiſſet bibere. In hoc enim admo
nuit, quia impij eſſent geſtandi, ſed non incorpo
randi: tolerandi, ſed non interficiendi. Ipſe enim
fel guſtauit, ſed non ſibi incorporauit. Vel ad li
teram poteſt legi, dederunt in eſcam meam fel.
Non legitur qđ fel dediſſent domino comede-
re. ſed notum eſt, ante paſſionem dominum cũ
diſcipulis ſuis ſanctiſſimum paſcha comediſſe,
eſcam uidelicet dulcem & ſuauem: in quam eſcã
admiſcebant fel iudæi, quando ei in cruce pen-
denti acetum cum felle mixtum ad bibendum
propinabãt. quod dicit hic, Et dederunt in eſcã
meam fel, id ẽ, ſuper eſcam quam cũ diſcipulis
meis comederam, poſuerũt fel, & in ſiti mea po
tauerunt me aceto. Quare *fiat menſa eorum cõ*
ram ipſis in laqueũ, id ẽ, apparatus quem mihi pa
rabant, fiat eis in perditionem & in retributio-
nes, id eſt, recognoſcant hoc eis eſſe in retribu-
tionem meritorum ſuorum, quia illud prome-
ruerunt, quod illaquearentur ubi me illaqueare
putabant. Et in ſcãdalum fiat eis menſa eorum,
quia in me lapidem offenſionis & petram ſcan
dali offenſi ſunt. Vel aliter: Fiat menſa eorum. i.
ſcriptura ex qua refici putabant, fiat in laqueũ.
& hoc coram ipſis, id eſt, eis ſcientibus, quia dũ
ſcripturam haberent, ex qua quid faciẽdum eſ-
ſet cognoſcere poterant, quaſi laqueus eis para
batur, dum ſcripturam intelligere noluerũt. uel
ſi intellexerunt, fingebant ſe non intelligere. *&*
hoc fiet eis *in retributiones & in ſcandalum*. Et hoc
quomodo? *Obſcurentur oculi eorum*, interiores
ſubaudis, *ne uideant* quod uidendum eſt. *Et dor*
ſum eorum ſemper incurua, ad terrena ſubaudis,
onera portãda. Nam iuſtum eſt ut qui nolebãt
attendere ſurſum corda me tuendo, curuarẽtur
ad terrena. *Effunde ſuper eos iram tuã, & furor iræ*
tuæ comprehendat eos hoc modo, *Fiat habitatio eo*
rum deſerta, id eſt, ciuitas illa in qua ipſi habitãt,
ab ipſis fiat deſerta. Et quoniam dixit habitatio,
ne quis intelligeret hic eſſe permanendum, ſub-
iungit: *& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabi-*
tet. ut ſic oſtenderet unde eſſet migrandum, q̃a
tabernacula ſunt tuguria in expeditione mili-
tantium, & non in eodem loco permanentium.
Vel ſic: Fiat habitatio eorum deſerta, id eſt, do
mus eorũ qua aſſidue morabantur, fiant ab eis
deſertæ. Nam iuſtum eſt ut non permittantur
ibi habitare, ubi permiſſi ſunt cõtra dominum
clamare. Amiſerunt locum furoris, utinam uel
nũc recognoſcerent locum quietis. & in taber-
naculis eorum, id eſt, in templo Salomonis &
in templo domini, in quibus quaſi in tabernacu
lis habitabant, non ſit qui inhabitet ex multitu-
dine iudaici populi. Et cur hoc? *Quoniam quem*
tu percuſsiſti, id eſt, percuſſibilem mortalitate &
paſſibilitate feciſti, *perſecuti ſunt*, in quantum eis
licuit. Percuſſit deus mortalitate & paſſibilitate
primum hominem ab eo per inobediẽtiam re
cedentem, in quo omnis poſteritas in eodẽ uul-
nere uulnerata eſt. CHRISTVS autem quia
ſecũdum hominem in ea natus eſt progenie, ex
eo non fuit alienus uulnere: quia mortalis & paſ
ſibilis factus ẽ, quem iudæi perſecuti ſunt. quod
hic dicit, quoniam quem tu percuſſiſti, perſecu
ti ſunt, *& ſuper dolorem* mortalitatis ſubaudis,
addiderunt dolorem *uulnerum meorum*, quia mor
tem accelerauerunt. uel ſuper dolorem uulne-
rum meorum, id eſt, ſuper mortem meam addi
derunt, quia cuſtodes precio corrumpebant, ut
me reſurrexiſſe negarent. uel ſuper dolorẽ uul-
nerũ meorũ addiderunt dolorẽ meũ, ſubaudis,
q̃a nõ ſatis fuit eis ſeruos meos ad uineã miſſos
occidiſſe, niſi me hæredẽ etiã occidiſſent. uel ſup
dolorẽ uulnerũ meorũ addiderunt dolorẽ uul-

nerum meorum, quia me occiſo, ſæuiebant in apoſtolis & in cæteris membris meis occidēdis. Et ideo *appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorū*, ut ex iniquis patribus iniqui filij generentur, uel ut de peccato cadant in peccatum. Vel appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, ut me interfecto, dent precium cuſtodibus, qui me non reſurrexiſſe dicant. *Et non intrent in iuſtitiam tuam*, id eſt, non reputentur cum iuſtis tuis, ſed potius *deleantur de libro uiuentium*, uel de diuina prædeſtinatione, in qua iniqua præſumptiōe ſe ſcriptos dicebant. *Et cum iuſtis non ſcribantur*, quantum ad tuam æquitatem. & hoc ideo, quia *ego ſum pauper & dolens* reputatiōe illorum. ſed quæ cura? Quia *ſalus tua*, id eſt, uerbum tuum mihi perſonaliter unitum, *ſuſcepit me* in gloria reſurrectionis & immortalitate carnis uel ſic, Deleantur de libero uiuētium, & cum iuſtis nō ſcribantur. ego autem & mei nō deleamur, ſed potius aſſcribamur, quia ſum pauper & dolēs, & hoc mihi & meis ad ſalutem, quia ſalus tua o *deus* ſuſcepit me, quæ neminem ſuſcipit, niſi ſeipſum pauperē recognoſcat. Ergo quia ſalus tua me ſuſcepit, *laudabo nomen dei cum cātico*. i. cū mentis hilaritate. *& magnificabo eum in laude*, nihil de me
Pſal.65. præſumendo. Vnde alibi: Date gloriam laudi eius. *Et hæc laus placebit deo ſuper uitulum nouellum, cornua producentem & ungulas*, id eſt, ſuper omnia ſacrificia legis. Præceptum fuit in lege, ut uitulus nouellus producens cornua & ungulas, aſſumeretur in quodā ſacrificio. per quem uitulum hic accipiuntur omnia legalia, quia ſuper omnia legalia placet deo, ſi nomē eius cum cantico laudatur. quare *uideant pauperes* primitiuos in eccleſia laudantes, *&* imitando eos in laude *lætentur*. *Quærite deum, & uiuet anima ueſtra*. Apoſtropham facit ad auditores, ut incitentur ad laudem, dicens: Quærite dñm non ut uiuat corpus, quod faciūt & pecora: ſed quærite dñm, & uiuet anima ueſtra, licet corpus non occidatur. Et merito quærēdus eſt, *quoniam* iam ex longo tēpore ipſe *dominus exaudiuit pauperes & uinctos ſuos*, id eſt, præceptis ſuis aſtrictos *non deſpexit*. Vnde *laudent illum cœli*, id ē, maiores in eccleſia. *& terra*, id ē, minores, qui iā terra facti ſunt, ut colli poſſint. laudet eum *mare*, id eſt, fluctus gētium, *& omnia reptilia in eis*, id eſt, omnes illi laudent, qui ſuſtentantur per cælum & terram & mare. Vel aliter, uinctos ſuos nō deſpexit. Vinctus eſt omnis homo in primo parente uinculo mortalitatis & paſſibilitatis. omnes autem illos qui ſe uinctos attendunt, nō deſpexit dominus, ſed iuuat eos potius ſubleuare compedes quibus uincti ſunt. unde laudent illum cæli & terra, id eſt, hæc omnia ſint materia laudādi deum his qui uincti ſunt. Laudāt dñm per cælum & per terram & per mare, qui ex iſtis non quærunt niſi quantum neceſſe eſt eis, quàm diu uinculis aſtricti ſunt, quod eſt uictus & ueſtitus: quia his ſubleuant cōpedes, quibus grauati ſunt, ne eos grauent. Si autem ultra neceſſitatem quidem quærunt, iam non ſubleuant uincula ſua, ſed potius grauia faciunt, & multum ab eis grauantur. Nam quiſque in ferro materiali uinctus, ſi uult ſubleuare ferrum, ne nimis eum grauet, non multos apponit pannos quibus ſubleuet: quia ſi multum apponeret, iam non tantum non ſubleuaret, ſed etiam grauius ſibi ferrum faceret. Quare quiſque uinctus laudet dominum per cælum & per terram, nihil ab eis aſſumēdo unde cōpedes onerentur quibus uinctus eſt. Et merito in his omnibus laudādus eſt dominus. *Quoniā* ipſe dominus *ſaluam faciet Sion*, id eſt, conſtituet eccleſiam primitiuam. *Et ædificabuntur ciuitates Iudæ*. ex confitentibus ædificabitur ciuitas, id ē, eccleſia. *Et inhabitabunt ibi*, id eſt, illi qui ſunt in ciuitate Iudæ, gentes uidelicet humiliter confitentes, inhabitabunt eccleſiam ex Sion factā. *Et hæreditate acquirent eam*. quia ex ipſa primitiua reficientur alij cōuerſi. *& ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam*, id eſt, quiq; imitatores prædicatorum ſuorum poſſidebunt eam, ſubaudis hæreditatem. Et ne quique uſurparent ſibi illam hæreditatem, dicentes: ſemen Abrahæ ſumus, & ideo hæreditatem illam poſſidebimus, ſubiungit: *Qui diligunt nomen eius, habitabūt in ea*. Nam qui in fide Abraam imitantur, illi tantum poſſidebunt illam hæreditatem, non qui filij ſunt Abrahæ ſecundum carnem.

In finem Pſalmus Dauid in rememoratione, eo quod ſaluum fecit eum dominus. LXIX.

DEus, in adiutorium meum intende: domine, ad adiuuandum me feſtina. Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam. Auertantur retrorſum & erubeſcant, qui uolunt mihi mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge euge. Exultent & lætentur in te oēs qui quærunt te: & dicant, ſemper magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego uero egenus & pauper ſum: deus, adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu: domine, ne moreris.

Rememoratio fit duobus modis. Fit enim quando quiſq; timens ſeueritatem & iudicium domini, peccatorum ſuorum recordatur. Fit etiam, quando quiſque recordatur ſe peccatorem fuiſſe, & per gratiam dei ſe eſſe liberatum. De hac rememoratiōe intitulatur pſalmus iſte,

quia eorum uox eſt in hoc pſalmo, qui recor-
dantur ſalutis ſuæ, per gratiam domini ſibi ad-
miniſtratæ. Titulus ſic conſtruitur: In finem re-
feruntur hæc uerba. & eſt pſalmus, Dauid at-
tribuendus, factus in rememoratione. Et quia
rememoratio duobus dicitur modis, determi-
nat de qua rememoratione dicat, eo quod ſal-
uum me fecit dominus. Ingreſſus Auguſtino in
hoc pſalmo talis eſt: Gratias grano tritici, quia
mori uoluit & multiplicari: gratias domino &
ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto, qui mortem no-
ſtram ſubire non dedignatus eſt, ut dignos nos
uita faceret. Granum illud ſingulare fuit, ſed fœ
cunditatem multiplicatiõis in ſe habuit. In mul
tis enim granis paſſionem ſuam imitantibus ex
ultamus, quãdo natalitia ſanctorum martyrum
celebramus, quorum uox eſt in hoc pſalmo.
Nam eſt uox contribulatorum & in paſſione
periclitantium, ſed de capite ſuo præſumẽtium.
Audiamus martyres hic loquentes, & loq̃mur
cum illis ex affectione cordis, licet non ex ſimi
litudine paſſionis. Ipſi enim iam ſunt coronati,
nos adhuc periclitamur. Nam fortaſſe tempo-
ra noſtra pleniora ſunt ſcandalis, quàm ſua eſ-
ſent: quia licet non patiamur aperte diabolum
ſæuientem per leonem, patiamur eum occulte
ſæuientem per draconem. Ceſſauit perſecutio
paganorum, ſed non maleuolentia male cogitã
tium & blaſphemantium, a quibus perſecutio-
nem patiuntur fideles: quoniam & ſi mala non
exercent in corporibus ſanctorum, tamen ma-
la facta eorum arguunt ſanctos. Nam ſanctus
Loth non perſecutionem paſſus eſt in corpore
ſuo, ſed malefacta Sodomorum & Gomorrhæ
orum ei fuerunt paſſio. Patiuntur fideles male
facta quorundam in eccleſia. in feſtiuitatibus
martyrum & cæterorum ſanctorum ad eccleſi
am concurrunt, non ut ibi uelint pacem habe-
re, ſed inſanire: nõ orare, ſed inſultare. Quorum
talium ſymphonias & modulationes patiuntur
ſancti, quia propoſitum eſt omnibus pijs, pati
perſecutionem ab impijs. Pro quibus talibus
orandum eſt, ut dimiſſa inſania, aliquando intra
parietes eccleſiæ percutiant pectus ſuum, dicen
Luce.18. tes: Deus, propicius eſto mihi peccatori. & ſic
nobiſcum dicant:

DEus, *in adiutorium meum intende*, id eſt, inten
tum te fac ut me adiuues. *domine, ad adiu-
uandum me feſtina*. Nota quod non ideo rogas do
minum ad adiuuandum feſtinare, quod eius au
xilium unquam ſit tardũ, quia ſemper adiutor
eſt in opportunitatibus: ſed quia cupienti ani-
mo nihil ſatis feſtinatur, & debilis humana natu
ra cui nihil ſatis feſtinari uidetur, dicis quod hic
loquitur, Domine, ad adiuuandum me feſtina.
Confundantur, id eſt, dignos ſe confuſione reco-
gnoſcant. *& reuereantur* futurum iudicium, *qui
quærunt animam meam* ad oppreſſionem, non ad
imitationem. *Auertantur retrorſum*, id eſt, ineffi-
caces fiant qui p̃cedere uolebant, & retrorſum
ponantur, id eſt, nos imitari ſtudeant. *& erube-
ſcant* non tantum qui mala fecerunt, ſed erube-
ſcant etiam *qui mala mihi uolunt*. Nota hic diuer-
ſa tempora perſecutionum: unum, quando im-
petus paganorum ſæuit in Chriſtianos. aliud,
quando mala uoluntas Chriſtianorum perſe-
quitur fideles. quod adhuc durat in eccleſia, quo
niã & ſi baptizati ſunt reges pagani & perſecu-
tores cæteri, non eſt tamen baptizatus diabo-
lus, qui occulte ſæuit per occultos, id eſt, per ma
los Chriſtianos. *Auertantur ſtatim erubeſcentes,
qui dicunt mihi, euge euge*. Nota duo genera inimi
corum, uituperantium & adulantium. Et quoni
am ſæpe magis deuocat lingua adulatoris, quàm
manus interfectoris, dicit: Auertantur ſtatim,
id eſt, indilate & erubeſcentes de uita præteri-
ta, qui dicunt mihi, euge euge, id eſt, qui adula-
torie laudant quod laudandum non eſt. illi auer
tantur. Ex oppoſito autem *exultent & lætentur
in te*, non in ſe, *omnes qui quærunt te* bonis operi-
bus. *& qui diligunt ſalutare tuum, dicant: ſemper*, id
eſt, in omni tempore, *magnificetur dominus*, nunq̃
ſeruus. magnificetur in proſperis, q a conſolatur:
magnificetur in aduerſis, quia corrigit. Peccator
es? magnificetur, quia te uocat. confiteris? ma-
gnificetur, quia ignoſcit. Iuſte uiuis? magnifice
tur, quia regit. perſeuerabis? magnificetur, quia
te glorificabit. Dicant, ſemper magnificetur do
minus. de ſe autem dicat unuſquiſque, *Ego uero
egenus & pauper ſum*. & ideo tu *deus adiuua me*, q
damnaſti me rebellem aduerſum te. Et debes ad
iuuare, quia *tu es adiutor meus* in bonis, *& libera-
tor meus* in malis. & ideo *tu domine ne moreris*, id
eſt, ne permittas ut mihi uidearis morari. & ne
mihi uideatur tardum, quod à te eſt præuiſum
& ſeruatum mihi cum opus eſt. Nam cui uide-
tur tardum, quod a te eſt promiſſum, poteſt con
tingere ut deficiat ſub onere, & quærat in itine-
re, quod promiſſum eſt tantum in peruentione.
Quare timeamus dominum dicentem: Memen Luce.17
tote uxoris Loth. Notum eſt quia Loth iuſte ui
xit inter Sodomitas. & ideo a domino admo-
nitus eſt ut dimitteret Sodomam, & iret ad quaſ
dam ciuitates ubi ſaluaretur a perditione, quæ Gen.19.
imminebat Sodomitis. Vxor autem eius, quia
longa uidebatur uia, uolens habere in itinere q̃d
promiſſum fuit in peruentione, reſpexit, & in
ſtatuam ſalis mutata eſt. Nec hoc fruſtra, quia
nobis debet eſſe condimentum. Ne nobis uide
atur tardum quod diuinitus eſt promiſſum, at-
tendamus eam remanentem, & tranſeamus: at-
tẽdamus eam reſpicientem, & extendamus nos
in anteriora, obliuiſcentes ea quæ retro ſunt, ut
tandem cum Apoſtolo poſſimus dicere: De re 2.Tim.4.
liquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.

¶Pſalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum. LXX.

IN te domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitia tua libe-
ra me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & ſalua me. Eſto mihi in
deum protectorem & in locum munitum, ut ſaluum me facias. Quoni
am firmamentum meum & refugium meum es tu. Deus meus, eripe
me de manu peccatoris, & de manu contra legē agentis & iniqui. Quo
niam tu es patientia mea domine: domine, ſpes mea à iuuentute mea. In
te confirmatus ſum ex utero, de uentre matris meæ tu es protector meus. In te cantatio
mea ſemper, tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis. Repleatur os
meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Ne proijcias me
in tempore ſenectutis: cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt in-
imici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum. Dicē-
tes, deus dereliquit eum: perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat.
Deus, ne elongeris à me: deus meus, in auxilium meum reſpice. Confundantur & defici
ant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione & pudore, qui quærunt mala mihi.
Ego autem ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam. Os meum annun-
ciabit iuſtitiam tuam, tota die ſalutare tuum. Quoniam non cognoui literaturam, intro
ibo in potentias domini: domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Deus, docuiſti me à
iuuentute mea, & uſque nunc pronunciabo mirabilia tua. Et uſque in ſenectam & ſeniū
deus ne derelinquas me. Donec annūciem brachium tuum generationi omni quæ uen
tura eſt. Potentiam tuam & iuſtitiam tuam deus uſque in altiſſima quæ feciſti magna-
lia: deus, quis ſimilis tibi? Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas? & cō-
uerſus uiuificaſti me, & de abyſſis terræ iterū reduxiſti me. Multiplicaſti magnificentiā
tuam, & conuerſus, conſolatus es me. Nam & ego confitebor tibi in uaſis pſalmi ueri-
tatem tuam deus, pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael. Exultabunt labia mea cum can-
tauero tibi, & anima mea quam redemiſti. Sed & lingua mea tota die meditabitur iu-
ſtitiam tuam, cum confuſi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Magnum dei donum eſt & magna ſcientia
hominis, attēdere & intelligere quod quicquid
ſit, ex gratia dei ſit, & nihil per ſe ſit. Nam qui
per ſe uult eſſe, tendit ad non eſſe. Qui autem
per gratiam dei ſtudet exiſtere, manet in uero
eſſe. Gratia iſta eſt, per quam cum non eſſemus,
facti ſumus ex impijs pij, ex inceſtis caſti, ex ſer-
uis liberi, ex damnatis in regno aſſumpti. Hanc
gratiam ubique commendat Apoſtolus, & id-
eo Iudæos habuit inimicos, qui de litera præſu
mebant, & ſic a gratia reſiliebant. commendat
etiam Apoſtolus in ſe ipſo gratiam iſtam, ubi di
1. Cor. 15. cit: Ego ſum minimus apoſtolorum, qui non
ſum dignus uocari apoſtolus, quia eccleſiam dei
perſecutus ſum. ſed nunc miſericordiam conſe-
1. Tim. 1. cutus ſum, quoniā ignorans in incredulitate hoc
feci. Et paulopoſt eandem commēdat gratiam,
ſic: Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, qā
Ieſus Chriſtus uenit in hunc mundum peccato-
res ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Non
ta quia primus non tempore, ſed peccati magni
tudine. ſed miſericordiam conſecutus ſum, ut in
*patiētiā me primo peccatore oſtenderet omnem * po-
tentiam ſuam, ad informationem eorum q̄ cre
dituri ſunt in uitam æternam. Tanquam ſi dice
ret: Nulli eſt deſperandum de peccatis ſuis, quia
mihi qui tanta commiſi, condonata ſunt pecca
ta. Conſideret ergo quiſque mihi cōdonata eſſe
peccata, & non deſperet, licet multa eis ſint pec-
cata. ſed potius conuerſus imploret dei miſeri-
cordiam, & ſperet peccatorū ueniam. Ipſe enim
dominus dicit in euangelio, commendans gra-
tiam ſuam ſic: Non ueni uocare iuſtos, ſed pec- Mat. 9.
catores. neque eſt opus ſanis medicus, ſed male
habentibus. Hanc gratiam cōmendat ubique
pſalmus iſte, cuius titulus talis eſt: Pſalmus Da-
uid filiorum Ionadab & primorum captiuo-
rum. Ionadab interpretatur ſpontaneus domi-
ni. Quis autem eſt ſpontaneus, niſi qui gratis co
lit deum? Vnde illud, Voluntarie ſacrificabo ti
bi. Hunc Ionadab commendat nobis & Ieremi Pſal. 53.
as in prophetia ſua. Dicit enim quia ipſe Iona-
dab præcepiſſet filijs ſuis, ne uinum biberent: Iere. 35.
& ne in domibus, ſed in tabernaculis tantum ha
bitarent. Filij, quia in præcepto patris perſeue-
rauerunt, ideo benedici a domino meruerunt.
nō quod domini præceptum eſſet ne uinum bi
berēt, ſed quia in præcepto patris permanebāt.
Quod ſcriptura præcipit ſic: Filij, obedite pa-
tribus ueſtris. Obediēdum eſt ſemper patri, niſi Ephe. 6.
contra præceptum domini aliquid præcipiat. Col. 3.
Iſtorum obediētia proponitur nobis in hoc pſal
mo, ut eam imitemur. & comparatur hæc obe
dientia inobedientiæ priorum captiuorum, ut
per obedientiam filiorum Ionadab culpetur in
obedientia filiorum Iſrael, quibus prædixit Ie-

remias quia captiui ducẽdi eſſent in Babyloniã.
nec in hoc diuinæ uoluntati reſiſterent, quia ali
ter non potuit quàm ut captiui ducerentur. p̃di
xit etiam captiuitatẽ ut ſe corrigerent, ſed quia
corrigi noluerũt. ideo captiui duci meruerunt.
Iſtorum inobedientia & filiorum Ionadab obe
diẽtia coloratus eſt pſalmus iſte: quorum uide-
licet obedientia commendatur nobis, ut eam ſe
ctemur: inobedientia autem culpatur, ut eam fu
giamus. Quod dicit, priorum captiuorum, mit
tit nos ad hiſtoriam, qua legitur quod in primo
& ſecũdo & tertio ducti ſunt in captiuitatem fi
lij Iſrael. ſed quoniam de nulla illarum pſalmus
loquitur, intelligamus primam captiuitatem, in
qua captiuati ſumus per inobediẽtiã primi pa-
rentis. Hanc captiuitatem notat Apoſtolus ſic:
Roma.7. Venundati ſumus ſub pctõ. Et paulopoſt, Con
delector legi dei ſecũdum interiorem hominẽ.
Ibidem. Video autem aliam legem in membris meis, re
pugnãtem legi mentis meæ, & captiuum me du
centem in legem peccati & mortis. In hac ciui-
tate iuſte omnes detenti ſumus, quia dimiſimus
imperatorem, & ſecuti ſumus deſertorem. Im-
perator deus, deſertor diabolus. Imperator de-
dit præceptionẽ, diabolus ſuggeſſit fraudem.
Vbi ergo oculus tuus inter p̃ceptionem & frau
dem? Credidiſti quod promiſit deſertor, & inue
niſti q̃d minatus eſt imperator. Vox eſt in hoc
pſalmo prophetæ, commemorãtis filiorum Io
nadab & primorum captiuorum. Nã filiorum
obedientiam nobis commendat, & in cõmenda
tione obedientiæ filiorum culpatur inobedien-
tia captiuorum. Poſſunt etiã ipſi filij Ionadab
ijdem eſſe qui primi captiui, ut ſic legamus pſal
mum, quatenus ipſi captiuitatem ſuam atten-
dentes, cum propheta dicant:

IN TE *domine ſperaui, non confundar in æter-
num*. Quaſi dicat: Speraui in me, & confuſus
ſum. in te ſpem meam reieci, & ideo non con-
fundar in æternũ, id eſt, æternaliter, licet ad tem
pus patiaris me confundi onere mortalitatis et
paſſibilitatis. Et ut non confundar, *libera me* hic
interius *in tua iuſtitia*, me uocãdo & iuſtificãdo.
& eripe me tandẽ exterius, ut exuto onere mor
talitatis, induar gloria incorruptibilitatis. Ecce
hic notãtur filii Ionadab in obedientia perſeue
rantes, gratiã quærentes, ſuam captiuitatem at-
tendentes. Si autẽ primos captiuos accipimus,
eos qui adhuc in captiuitate remanẽtes, per gra
tiam domini liberari non quærũt, intelligimus
hic inculpari illorum inobdientiã, cum filiorũ
Ionadab ꝓponitur nobis obedientia. Põt eſſe
etiam in hoc pſalmo uox capitis noſtri, transfe-
rentis in ſe uocem membrorum, & ſic pro eis di
centis: In te domine ſperaui, non confundar in
æternum, in iuſtitia tua libera me. Et ut me eri-
pias & liberes, *inclina ad me aurem tuam*. tu altus,
ad me humilem. tu medicus, ad me ægrotum.
& inclinatus, ſalua me taliter: *Eſto mihi in deum pro*
tectorem, id eſt, deus protector, ne opprimar ab
inimicis, *&* inueniam te *locum munitum*, ut ex te
habeam quod contra inimicorum tela iaciam.
Nam munitiorem locum te non poteſt inuenire
qui ad te confugit. Legitur quia quidam habens
habitaculum in firmiſſimo monte, uidit regem
trãſire cũ multitudine magna bene armata, qui
confidens in ædificio forti, ſpreuit regem, dicẽs:
Non loquor de te. Cui rex reſpondit: Neq; ego
de te. Nota, ſi ſecurus iſte fuit ab hoſtibus, ꝑ mu
nitione terreni loci, quanto ſecurior poteſt eſſe
qui cõfugerit ad deum, qui fecit cælum & ter-
ram? Quod hic dicit, Eſto mihi in locum muni
tum, *ut ſaluum me facias*. Et tuum eſt me ſaluum
facere, *quoniã* tu es *firmamentum meum*, id eſt, me
firmum faciens in propoſito. *& tu es refugium
meum*: quia non inuenio quo te fugiam iratum,
niſi refugiam ad te placatum. Et quia tu es refu-
gium, tu *deus meus eripe me de manu*, id eſt, de po
teſtate *peccatoris*, nõ mihi præualeat. *Et* quos in-
telligat per peccatorem, ſubiungit: *De manu con
tra legem agentis*, id eſt, de poteſtate Iudaici po-
puli in lege præuaricãtis, me eripe. *& iniqui*, qui
æquitatem legis nõ recepit. De quo dictum eſt:
Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Roma.2.
Ne quis opponeret, quare rogas liberari de pſe
cutione? patere, reſiſte, ſubiungit: *Quoniam tu es
patientia mea domine*. Quaſi dicat: Clamandũ eſt
mihi ad te. nam ſine te nõ poſſum, quia tu es pa
tientia mea, id eſt, patiens ſum. & tu *domine ſpes
mea à iuuentute mea*, id eſt, ex tempore innouatio
nis meæ, in qua innouatiõe factus ſum iuuenis,
habilis uidelicet ad pugnam, computatus in ꝓ
cinctu exercitus tui, armatus fide, ſpe, & chari-
tate. & non tãtum es ſpes mea à iuuentute mea,
ſed etiã *cõfirmatus ſum* in te *ex utero*. i. ex eo tem
pore ex quo initiatus ſum ſacramento fidei. *De
uentre matris meæ tu es protector meus*, id eſt, poſt-
quam exiui de uentre matris meæ. i. eccleſiæ, ut
non tantum mihi prodeſſem, ſed etiam aliis, es
tu protector meus. & ideo *in te eſt cantatio mea
ſemper*. Et quia in te ſpero, *tanquam prodigium fa
ctus ſum multis*, ſimilis ſtulto, uidelicet quia poſt-
pono p̃ſentia, & expecto futura. *&* ne ego de-
ficiã in ſpe, *tu es* mihi *adiutor* fortitudinis, quia
fortitudinis exemplum dediſti in te ipſo. Et q̃a
tu es *fortis* adiutor, ergo *repleatur os meum laude,
ut cantem gloriam tuam*, meam ignominiam. &
cantem *magnitudinem tuam*, & paruitatem meã.
tota die, in proſperis & in aduerſis. in proſperis,
quia conſolaris: in aduerſis, quia corrigis. Et ut
cantem gloriam tuam, *ne proijcias me in tempore
ſenectutis*, ſubaudis deponendæ. i. in tribulatiõe
quando mihi maxime neceſſarium eſt ut depo-
nam ſenectutem, & recipiam iuuentutem. uel
quandiu in mortalitate carnis cõuerſamur, tẽ-
pus eſt ſenectutis, quia facile labimur. & ideo
opus eſt ut a deo ſuſtineamur, uelut iſte rogat,
dicens: Ne proiicias me in tempore ſenectutis.
& *ne derelinquas me, cum deficiat uirtus mea*, tunc

cum nihil de me præſumo. Et opus ut non de-
relinquas, *quia dixerunt inimici mei mihi*, ſubau-
dis improperãdo, *qui cuſtodiebant animam meam*,
ſubaudis opprimendã, *conſilium fecerunt in unũ*,
id eſt, in eandem uoluntatem cõuenientes, & *di-*
centes: Perſequimini & comprehendite eum. Et po-
teſtis, *quia non eſt qui eripiat. nam deus dereliquit*
Pſal. 3. *eum.* Quod alibi dicitur, Non eſt ſalus illi in deo
eius. Ipſi ſic me perſequi conantur, ſed tu *de-*
us ne elongeris à me, ſed reſpice in auxilium meum,
quia *deus meus es.* Et quomodo uolo ut me eri-
pias? *Confundantur*, id eſt, dignos ſe confuſione
recognoſcant. *& deficiant*, id eſt, inuictorioſi ex-
iſtant. *detrahentes animæ meæ*, exiſtimantes uide-
licet leuitatem meam eſſe inſaniã. uel detrahen-
tes animæ meæ & etiam cuiuſque, ſubaudis ani
mæ, perſuadent ut cum domino rixetur, defen
dendo peccata ſua. & etiam dictum ad ſimilitu
dinem auium, quibus detrahũtur pennæ, ne uo
lare poſſint. Illi detractæ ſunt pennæ, qui eſt in
peccati defenſione. Caret enim ratiõe, per quã
in auras libertatis quaſi pennis deportari debe
ret. *Operiantur confuſione & pudore qui quærunt*
mala mihi. Confuſio eſt, quando cõſcientia mor-
det hominem interius: pudor eſt, quando exte-
rius erubeſcentiam demõſtrat. quod dicit, ope
riantur confuſione & pudore. Quaſi dicat: Inte
rius & exterius confundantur qui quærunt ma
la mihi. *ego autem ſemper ſperabo, & ſuper omnem*
laudem tuam, id eſt, ſuper omnem laudem prio-
rem, *adijciam* laudem tuam poſteriorem. laudan
dus erat dominus in primo homine, quem de
terra ad imaginem & ſimilitudinem ſuam crea
Gene. 2. uit, & eum in paradiſo collocauit. laudandus
eſſet, ſi poſt inobediẽtiam totam maſſam quæ à
primo parente proceſſit, iuſto iudicio damnaſ-
ſet. tamen ſuper omnem laudem adijcienda eſt
laus, quia per gratiã a peccato traducis liberati
ſumus. uel ſic adijciam ſuper om̃em laudem tu-
am, id eſt, attendam te excedere omnes laudati-
ones uirorum. uel adiiciam ſuper omnem lau-
Ephe. 3. dem tuã, iuxta Apoſtolum. Ei, inquit, qui po-
tens eſt facere ſuperabundãter quàm petimus
aut intelligimus. quod hic dicit, adiiciam, id eſt,
adiicere te intelligam ſuper omnem laudem tu
am a nobis factã, quia plura in nobis operaris,
quàm nos intelligere poſſumus. In uoce autem
capitis ſic dicemus: Adiiciam ſuper omnem lau
dem tuam. laudandus eſt dominus in diſpoſiti-
one & in gubernatione rerum temporaliũ, lau
dandus eſt in eminentia cæli, in fœcunditate ter
ræ, in circunciſione maris, in multiplicatiõe cre
aturæ ubique naſcentis, in iſraelitico populo ab
Aegyptia ſeruitute liberato, in lege data, in eu-
angelica gratia ubiq; diuulgata: ſed ſuper oẽm
laudem iſtã adiiciet homo dominicus laudem
ſuam, quia carnem ſuam reſuſcitauit non ampli
us morituã, quod ante eum nullus facere potuit.
Os meum annunciabit iuſtitiam tuam, qua per fidẽ
ſaluati ſumus. & os meum annunciabit *tota die*
ſalutare tuum. i. tuam ſaluationem & meã perdi-
tionem. Et unde mihi hoc? Quia non cognoui li
teraturam. i. non ſum de illis qui de litera præ-
ſumunt, & a gratia reſiliunt. uel nõ cognoui lite
raturã. i. perfunctorie aliquid agere improba-
ui. Nã qui dicit, & non facit uoluntatẽ dei, com
parabilis eſt illi qui potẽs eſt quidem legere, ſed
quod legit ore, non capit corde. quod dicit *Quo*
niam non cognoui literaturam, ſed potius *introibo*
in aulam, ſubaudis diſcernendam, ut in eo tantũ
glorier, qui me propter potentiã ſuã redemit.
Domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius, meę captiui
tatis, tuæ liberationis. & hoc non ex me, ſed ex
te: quia tu *deus docuiſti me ex iuuentute mea*, id eſt,
ex tẽpore innouationis meæ, *& uſque nunc*, ſub-
audis doces. & ideo *pronunciabo mirabilia tua*.
Quid mirabilius quàm conſilium reparatiõis
humanæ, gratiæ tuæ eſſe, & non ex alicuius me
rito? Docuiſti me ex iuuentute & uſque nunc,
& docebis etiam *uſque in ſenectam & ſenium*. Se-
nectus eſt, quando aliquis præ ſenectute grauis
fieri incipit: ſeniũ, quãdo eſt in decrepita ætate.
Per hæc duo longitudinem temporis denotat.
Quaſi dicat: Docebis me memorem eſſe tuæ iu
ſtitiæ omni tempore in iuuentute & ſenectute.
Quod habet alia tranſlatio, in presbyterum &
gerontam, ubi ſententia eadem eſt. quia presby
teros apud græcos dicitur ſenior, geron ſenex
grauis dicitur. uel aliter. Deus docuiſti me ex iu
uentute mea. Iuuentus fuit in eccleſia in primo
tempore, quando ſancti martyres armati fide,
ſpe & charitate. uſque ad ſanguinis effuſionem
pro fide tenenda certabant. Quod dicit, uſque
nũc docuiſti, noſtrum tempus deſignat, in quo
iã non pro certamine fidei martyrizantur: qm̃
ex abundantia iniquitatis refrixit charitas mul
torum. Quod dicit, in ſenectã & ſeniũ, per hoc
notat ultimum tempus, quando pro perſecuti
one antichriſti, multi a fide diſcedent. *Deus, ne*
derelinquas me. Quaſi dicat: Tu q; docuiſti me ex
iuuentute mea, ne derelinquas me, *donec annun*
ciem per me & per ſucceſſores meos, *brachium*
tuum, id eſt, potentiã tuam. *generationi* non tan-
tum illi quę poſtfutura eſt, ſed *omni quæ uentura*
eſt. Nota fuiſſe quoſdam hæreticos, qui aſſere-
bant fidem catholicam uſq; ad tempus perman
ſuram, & poſt ex toto deſtruendam. quorũ er-
rorem ut deſtrueret, dicit quod omni generationi
annunciãda ſit potentia dñi. q̃d dicit, Ne dere-
linquas me, donec annunciem brachium tuum
generationi q̃ uentura eſt, & donec annunciem
potentiam tuã & iuſtitiam tuam .i. gratiã iuſtifican
tem, eũdo etiã *uſque in altiſsima magnalia quæ tu*
feciſti, conſiderabo uidelicet illa ſupercæleſtia,
principatus, uirtutes, dñatus, ptãtes, ad tuã gra-
tiam pertinere: quia q̃d bene uiuunt, ex te ha-
bent, nõ ex ſe. Et quandoquidem tu *deus* tãtus
es, *quis ſimilis eſt tibi?* Nullus uidelicet, quia mihi
uolenti in primo parente tibi eſſe ſimilis, *quan*
tas tribulationes .i. quã graues ad tolerandum, &

multas & eas malas mihi oſtendiſti. uoluit tibi eſſe
Iſa.14. ſimilis qui dixit: Ponã ſedem meã ad aquilonẽ,
& ero ſimilis altiſſimo. & diſceſſit a te in regio-
nẽ diſſimilitudinis. Voluit etiã miſer Adã tibi
eſſe ſimilis, quando deſertori credidit dicenti:
Gene.3. Comedite, & eritis ſicut dij. Credidit quod ꝓ-
miſit diabolus, & inuenit quod minatus eſt do
minus. & plus ualuit apud eũ qui defecit, q̃ qui
eum fecit. in quo multas tribulationes mihi &
malas oſtendiſti, ſed non irreparabiliter me da-
mnaſti, quia *conuerſus* ab ira ad miam, *uiuificaſti*
me. i. in uitam poſuiſti me. Et hoc quõ? *de abyſſis*
terræ iterum reduxiſti. Nota quod dicit, reduxi-
ſti: quia non reducitur aliquis, niſi prius ſit edu-
ctio. Eduxit deus hominem de uilitate terræ,
mirabiliter eum creando. In magnũ enim quid
dam promota eſt terra, quando homo de ter-
ra plaſmatus eſt ad imaginem & ſimilitudinem
dei, in uilitatem ſuam. Terra recidit, quando ho
mo per inobedientiam a deo defecit. ſed rurſus
ad ſumma terræ reducitur, quando uerbum
ex terra aſſumpſit hominem a peccato immu-
nem: & ſic reduxit, id eſt, iterum duxit homi-
nem de abyſſis terræ, mirabiliter eũ reforman-
Roma.8. do i interiore, qa ſpe ſalui facti ſumus. Ecce pla
num eſt quod dixit, reduxiſti. oſtendamus ite-
rum q̃d tunc erit, quando caro mortalis in im-
mortalitatem reſurget, quia ſic iterum & iterũ
deducitur homo a domino. q̃d dicit, de abyſſis
terræ iterum reduxiſti. Et unde hoc ſcio? Nam
multiplicaſti magnificentiam tuam, id eſt, iuſtitiam
tuam intantum multiplicaſti, * cum filijs tuis nõ
parceres. *& ſic conuerſus conſolatus es me. Nam &* *ut
ego non tantum in capite meo, ſed etiam in me
ipſo *confitebor tibi in uaſis pſalmi ueritatem tuã de
us, pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael.* uaſa pſalmi
ſunt pſalterium. Nota inter pſalterium & citha
ram, quia pſalteriũ ſonum reddit in ſuperiori,
per quod deſignat animam, quæ ſuperior pars
eſt in homine: cithara reddit ſonum in inferiori,
& notat carnẽ quæ inferior pars eſt in homine,
per quã carnem citharizat homo, quando hæc
inferiora indigentibus præbet. quod hic dicit,
pſallã tibi in cithara ſanctus Iſrael. & ſic tandẽ
exultabunt labia mea cum cantauero tibi, quia nunc
aliquando canto mihi. Et qualiter exultare de-
bet in labijs, ſubiungit: *Anima mea quam redemi-
ſti,* ſubaudis exultabit, & nõ tãtum aĩa, *ſed* etiã
lingua mea exterior *tota die meditabitur iuſtitiam
tuam.* Bñ dicit, meditabitur: quia nõ eſt ibi opus
uoce elementari. Et quãdo hoc erit? *Cum ex* op
poſito *confuſi & reueriti fuerint* in conſideratiõe
ſua, *qui hic quærunt mala mihi,* exiſtimãtes uitam
meam eſſe inſaniam

¶Pſalmus Dauid in Salomonem. LXXI

DEus, iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Iudicare populũ tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiã. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum ſole & ante lunam, in generatione & generationem. Deſcendet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident æthiopes, & inimici eius terram lingẽt. Reges Tharſis & inſulæ munera offerẽt, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabũt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem à potẽte, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Et uiuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius, & florebũt de ciuitate ſicut fœnum terræ. Sit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius. Et benedicẽtur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra. fiat fiat.

Salomon interpretatur pacificus. Quæ interpretatio nominis Chriſto capiti noſtro conuenit, qm̃ ipſe per mortẽ ſuam inimicitias noſtras ſoluit, & deo patri nos recõciliauit. ipſe etiã murum erectum inter nos & cæleſtem rationabilẽ creaturã diſſoluit, & mox cũ illis in ſe angulari lapide uniuit. ipſe etiã ſuper pacem recõciliationis addidit pacẽ immortalitatis. in quem huius pſalmi uerba referũtur. Propheta enim præuidens in ſpiritu prophetico eum in carne uenturum, diligenter exponit ea q̃ in diebus illis futura ſunt, ut cum uiderint increduli ea eueniſſe,

q̃ de eo prophetata ſunt, eũ ueniſſe nõ dubitẽt,
ſed humiliter adorent. Dicit aũt ſic propheta:
D*Eus, iudicium tuum regi da*. Quaſi dicat: De
us pater, mitte quem miſſurus es, ut per
Iohan. 5. ipſum iudicatum, eandem iudices mundum, q̃a
ſcriptum eſt: Pater non iudicat quenquam, ſed
omne iudiciũ dedit filio. Ipſe enim merito mun
dum iudicat, quia in mundo cõuerſatus, & a prin
cipibus mundi iudicatus eſt. Et *iuſtitiam tuam fi-
lio regis*. Repetitum eſt quod prius dixit. Nam
quod prius dixit, iudicium: hoc ſonat hic, iuſtiti
am. Quid aliud eſt ipſum iudicium, quàm ipſa
iuſtitia? Quem prius uocauit regem, hic uocat fi
lium. utrũque enim & pater & rex eſt. Iſtæ au-
tem repetitiones multum eloquia diuina com-
mẽdant, ſiue per eadem, ſiue alijs uerbis eadem
ſententia repetatur. & maxime tales repetitiões
reperiuntur in pſalmis, & in eo genere ſermo-
nis ubi animi mouendus eſt affectus. Vel aliter,
Deus, iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam
filio regis: ut ipſe quaſi filius iuſtitiam prædice
Actu. 1. ret, opere uidelicet & uerbo. Vnde illud, Quæ
cœpit Ieſus facere & docere. Q? deus pater rex
1. Tim. 1. uocetur, teſtatur Paulus, dicens: Regi autem ſe-
culorum immortali, inuiſibili, ſoli deo &c. Vel
filium regis poſſumus accipere iudaicum po-
pulum, quem dominus pater aſſumpſit in ado
ptionem filiorum per legem datam. Deus, iudi
cium tuum regi da. *iudicare populum tuũ*, id eſt,
ad iudicãdum populum tuum *in iuſtitia*, ut per
iuſtitiam diſcernat populum ſuum a non ſuo, et
tãdem uidelicet *pauperes tuos*, id eſt, illos qui uo
lunt eſſe pauperes tui, non diuites ſui: in te abun
dantes, ſibi egentes. Et ubi iudicabitur? *in iudi-
cio*, ſubaudis futuro. Qui ſint pauperes domini,
1. Cor. 13. Paulus manifeſtat ſic: Si diſtribuero omnes fa-
cultates omnes meas pauperibus, & ſi dedero
corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem
non habuero, nihil mihi prodeſt. Quaſi dicat:
Si omnia mea do pauperibus, & pauper dei nõ
fuero, nihil prodeſt. Charitas enim nõ inflatur.
nec eſt uera charitas dei in eo, q ingratus eſt ſan
cto ſpiritui eius. In hac paupertate fuit ſanctus
Iob pauper, antequam etiam illas magnas diui
tias amiſiſſet. Dicat pauper iſte cum alijs paupe
1. Cor. 2. ribus: Nos autem non ſpiritum huius mundi ac
cepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, ut ſciamus
quæ a deo donata ſunt nobis. Illi eñ qui de me
ritis ſuis præſumunt, non ſunt pauperes domi
ni. nec ſibi uolũt iuſtitiam dari a deo, ſed ex ſe-
metipſis eam habere confidunt, ignorantes dei
Rome. 10 iuſtitiam & uolentes ſuam ſtatuere, iuſtitiæ dei
non ſunt ſubiecti. hi tales nõ ſunt pauperes dei,
ſed diuites ſui. Pauper autem declamat: Iudica
Pſal. 42. me deus, & diſcerne cauſam meam. *Suſcipiant
montes pacem populo, & colles iuſtitiam*. Quaſi di-
cat: Da regi iudicare populum tuum, & ut iudi
cet mõtes, id eſt, illos qui in ſeculo ſunt eminen-
tiores, florẽtes diuitijs, ſublimati honoribus, ſuſ
cipiant pacem populo tuo iudaico in prædican
do, & colles iuſtitiam. Colles ſunt iterum emi-
nentiores in ſeculo, ſed ipſis montibus ſubditi.
uel aliter: Suſcipiãt mõtes pacem populo. Mon
tes ſunt, q excellenti ſanctitate eminentes ſunt in
eccleſia, q ſunt idonei & alios docere ſic loquen
do, ut fideliter inſtruãtur: ſic uiuẽdo, ut ſalubri-
ter imitentur. colles autem ſunt illi, qui obedien
tia ſua excellentiã ſanctitatis eorũ, qui dicuntur
mõtes, imitãtur. Nota q̃d dixit, ſuſcipiant mon
tes pacem populo, & colles iuſtitiam. Excellen
tes quippe in ſancta eccleſia, uigilãti intentione
paci debent cõſulere, ne propter ſuos honores
ſuperbe agendo, ſchiſmata faciãt in eccleſia, uni
tatis compage diſrupta. Colles etiã accipere de
bent iuſtitiã. i. obedientiã, ſic ut imitentur ipſos
montes in hoc quo imitãdi ſunt, montem mon
tium eis ꝓponendo. non ut dicãt, ego ſum Pau 1. Cor. 1.
li, ego uero Cephæ. ſed omnes dicant, Chriſti.
Hæc eſt iuſtitia, non apponere ſeruos domino
nec æquare: ſed dicat unuſquiſque, leuaui oculos Pſal. 120.
meos in montes, & unde auxilium meum? A
domino qui fecit cælum & terram. Qualiter au
tem imitandi ſunt montes, unus ex montibus
oſtendit, ſic: Eſtote imitatores mei, ſicut & ego 1. Cor. 4.
Chriſti. & alibi, Pro Chriſto legatiõe fungimur 2. Cor. 5.
tanquam deo exhortãte per nos. Obſecramus
pro Chriſto, reconciliamini deo. Hi mõtes ſuſ-
cipiant pacem populo. i. uerbum reconciliatio-
nis populo, ſubaudis prædicãdum. Et colles iu-
ſtitiam, id eſt, imitantes eorum eminentiam. Vt
montes fiant, ſuſcipiant iuſtitiam. i. eorum obe-
dientiam, ut ſic fiat quod de iuſtitia & pace ſcri
ptũ eſt: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Quod per Pſal. 84.
iuſtitiam obedientia poteſt denotari, notat Apo
ſtolus ubi dicit: Sicut per inobedientiam unius Roma. 5.
hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita &
per obedientiam unius iuſti, conſtituentur mul
ti. *Iudicabit pauperes populi*. Quaſi dicat: Vere ſuſ
cipiant montes uerbum reconciliationis. quod
notat Paulus: Deus, inquit, recõciliauit nos ſibi 2. Cor. 5.
per Chriſtum, & poſuit in nobis myſterium re
cõciliatiõis. quod hic notatur, quia ipſe deus iu-
dicabit pauperes meos. pauperes populi. i. po-
pulum illum qui ſe pauperem reputat. et iãdem
ſaluos faciet filios pauperum. Si autem montes in
ſeculo elatos accipimus, ſic continuabimus: De
us, iudicium tuum regi da, & uere dabis, quia
ipſe iudicabit. i. diſcernet pauperes populi, id
eſt, apoſtolos, & ſaluos faciet filios pauperum. i.
imitatores apoſtolorũ iudicabit. iidem poſſunt
eſſe pauperes & filij pauperũ, q̃a eadẽ ciuitas ẽ.
Sion & filia Sion. Et *humiliabit calũniatorẽ*. Calu
mniator ẽ, q alienã innocentiã nititur ducere in
culpam, exquiſita aliqua doloſitate, & machi-
nata aliq̃ calliditate. Nullus ideo melius quàm
diabolus hic calũniator agnoſcitur. calumnia
eñ eius eſt: Nunquid gratis colit Iob deum? Sic Iob. 1.
eñ uoluit innocentiã ſanctiſſimi uiri in culpam
ducere, ſi hoc poſſet efficere, ut ꝑ terrenis diabo
lo ſeruiret. ſed humiliauit eum dñs gratia ſua, ſu

os iuuans ut gratis deũ colãt. humiliauit etiam eũ non in iudæis, quibus ipſe calũniator uſus eſt tanquam uaſis ſuis, operans in filijs diffidentiæ. Humiliatus eſt enim: quia ille quem occiderãt, reſurrexit, & per mortem ſuã mortis imperiũ deſtruxit. humiliauit etiã eum, quia multos de tenebris in lucem reduxit: quia cũ diabolus extendit manum ſuã ad illicita, cum Chriſtum uidelicet rapere uoluit, perdidit illos in quibus poteſtatem prius habuit. uel nomine calumniatoris reprobus populus intelligitur, qui ex maxima parte dum peccata excuſare contendit, calumniã ingerit creatori. unde illud Saluſtij: Falſo quæritur de natura ſua genus humanũ. Hũc populum reprobum humiliat dominus, quia
Apoc. 22. ſordeſcere facit. Vnde illud, Qui ĩ ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. *Et permanebit cum ſole*. i. quãdiu
Pſal. 44. uoluitur tempus. Vnde illud, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Et ne intelligeremus eum deinceps permanſurum, *&* ante tempus non fuiſſe, ſubiungit, *ante lunam*. Quaſi dicat, omne tempus præceſſit. Qualiter autem uelit ante lunam intelligere, ſubiũgit generationes generationum, ut iſtud ſit expoſitio prioris. Vel ſic: Permanebit cum ſole, id ẽ, cum paterna claritate uel æqualitate. & fuit ante lunam, id eſt, ante eccleſiam dignitate, utpote q̃ immunis a pc̃tõ in humana natura cõceptus eſt. uel ante lunam, quia eccleſia præceſſit æternitate ſua, & permanebit *in generatione* generationum. Nota eccleſiam non incongrue per lunam deſignari, quia ſicut luna à ſole illuminatur, ſic eccleſia non habet lumen, niſi a uero ſole, a domino uidelicet, illuminetur. *Deſcendet ſicut pluuia in uellus*. Præſcripſit propheta qualiter dominus uenturus ſit: quia ſicut pluuia ſine ſtrepitu & ſine ſenſu deſcendit in uellus, & ipſum uellus non corrumpit: ita uerbum patris deſcendit in uterũ uirginis, ſine ſenſu carnali, ſine corruptione uirginis, quia ipſa erat mater neſciens uirum. *Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*. quia ſicut ſtillæ cadentes ſuper terrã, non ſubmergunt, ſed irrigãt ipſam terrã: ita dominus in humano genere cõuerſatus eſt, irrigãdo ipſum, nõ deſtruendo. uel aliter, Deſcẽdet ſicut pluuia in uellus. Mittit nos ad hiſtoriam, quæ narrat quid factum ſit in tem
Iudic. 6. pore iudicis Gedeon. Ipſe enim admonitus a domino, quatenus irrueret in Philiſtæos, petijt ſignum futuræ uictoriæ hoc, ut uellus in area poſitum complueretur, & area ſicca maneret: & rurſum ſecũdo petijt, ut area complueretur, & uellus ſiccum maneret. Quod ita factum eſt. nõ autem ſine myſterio. Vellus enim prius irrigatum, ſignificat populum iudaicum, qui prius diuino uerbo fuit complutus. Ibi enim dominus matrem, in qua formã ſerui acciperet & hominibus appareret, elegit: ibi diſcipulos, quibus
Matt. 10. hoc idem præcepit, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis. Sed quia populus ille in duritia permanens, diuinum non recepit eloquium, factũ eſt quod ſignificatur per uellus ſiccum & areã complutam. Nam ablatum eſt diuinum eloquium a iudæis, & diuulgatum eſt gentibus. & ſic eſt area compluta, quia ſicca gentium corda rore diuini eloquij ſunt irrigata. quod dicit, Deſcẽdet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Et quid in diebus eius futurum ſit, dicit: *Orietur in diebus eius iuſtitia*, id eſt, fides quenq; iuſtificans. & *abundantia pacis*. quia pax in illis diebus non protenditur ad amicos,
ſed etiam inimicos. Vnde iſtud. Audiſtis quia Mat. 5.
dictum eſt antiquis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos. Hæc abundantia pacis *donec auferatur luna*, id eſt, donec eccleſia deuicta morte aſſumatur immortalitate. uel ſecundum aliam tranſlationẽ, donec extollatur luna per gloriam reſurrectionis, in æternum regnatura cum illo, qui in gloria reſurrectionis eam præceſſit. *Et dominabitur à mari* orientali ſubaudis, *uſque ad mare* occidentale, incipiendo ſubaudis, *à flumine* Iordanis uidelicet, procedens *uſque ad terminos orbis terrarum*. Nota quod hic euidenter expreſſit, inde uoluiſſe CHRISTVM poteſtatem ſuam iam commendare, unde & diſcipulos cœpit eligere, a flumine ſcilicet Iordane, ubi ſuper baptizato domino cum deſcenderet ſpi-
ritusſctũs. ſonuit uox de cælo: Hic ẽ filius meus Matt. 3.
dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiẽs & magiſterij cæleſtis autoritas, dilatatur uſque ad ter-
minos orbis terræ, cum prædicatur euangeliũ Matt. 24
regni in uniuerſo orbe in teſtimonium om̃ibus gentibus. Vel aliter: Dominabitur a mari ſubaudis iudæorum, uſque ad mare gentilium. Nota quia iudæi licet cognitionem legis receperãt, tamen mare dici poſſunt: quia terrenis inhiantes, tempeſtatibus ſeculi quaſi fluctibus maris inquietabantur. gentilis autem populus, quoniam nulla in cognitione deũ recepit, merito maris nomine deſignatur. quod dicit, Dominabitur a mari uſque ad mare, incipiẽdo a flumine, uſque ad terminos orbis terrarum perueniendo. & eo dominante, *Coram illo procidẽt Aethiopes*, id eſt, humiliabuntur, qui prius fuerunt teterrimi in moribus. *& inimici eius terram lingent*, eum uenerando ſubaudis. Vel inimici eius, id eſt, hæretici. lingent terram, id eſt, delectabuntur in terrenis, aſſumẽdo ſibi terrenorum autoritatem, ut ſic confirment alijs quod peruerſe intelligendo in ſcripturis acceperũt. *Reges Tharſis & inſulæ*. Oſtendit qualiter coram illo procident reges, quoniã reges Tharſis & inſulæ *munera offerent*. Tharſis interpretatur exploratio gaudij. ubi intelliguntur, qui gaudium ſuum in terrenis explorabãt, qui iam facti reges, ſe ipſos uidelicet & alios bñ regẽtes, offerent munera, ſe

ipſos uidelicet, digna munera deo. interpretatur
enĩ Tharſis, cõtemplatio. ubi ſignificantur, qui
cæleſtia contemplantur, & terrena obliuiſcun-
tur. Contemplari enim pertinet ad futura:
conſiderare, ad præſentia. Inſulæ dicuntur ter-
ræ, eo quod in ſalo ſunt poſitæ. Vbi intelligun-
tur homines, qui a fluctibus ſeculi quaſi moti-
one maris quatiuntur. Hi tales facti ſtabiles, &
in nullo periclitantes, offerent munera domi-
no. *Reges Arabum & Saba dona adducent*. Nota
quia nihil adducitur niſi quod ambulat. ubi iam
intelligitur, quod in diebus eius de immolandis
uictimis non dabitur præceptum. ſed dona iſta
quæ adducenda ſunt, homines uidentur ſigni-
ficare, quos in ſocietatem CHRISTI &
eccleſiæ regum adducit autoritas. Arabum in-
terpretatur campeſtris uel humilis. ubi intelli-
guntur gẽtiles, qui humiliati, inter dona dei re-
putantur. Saba interpretatur incenſa. ubi inter
pretantur illi, qui igne diuini amoris incendun
tur, ut inter dona dei computentur. quod dicit,
Reges Arabum & Saba dona adducent. Et ut
breuiter concludatur, *adorabunt eum omnes re-
ges terræ*, id eſt, omnes omnino reges, & *omnes
gentes ſeruient ei*. Et merito, *quia* liberauit *paupe
rem*, peccata uidelicet humiliter confitentem. *à
potente*, id eſt, a principe terrenæ poteſtatis. Et
quem pauperem ſit liberaturus, ſubiungit: &
pauperem cui non erat adiutor, & illum qui non
præſumit ſibi ſalutem dari de meritis ſuis, uel
de libero arbitrio, uel aliquo adiutore alio, ex-
cepto domino. Et quomodo liberabit? Non ſe
cundum merita illorum, ſed ipſe *parcet pauperi
& inopi*, id eſt, peccata pauperis & inopis non re
putabit. *&* ſic *animas pauperum ſaluas faciet*. Et
hoc quomodo? Redimendo *animas eorum ex
uſuris & iniquitate*, ne de peccato ueniãt in pecca
rum. Vſura enim eſt, quando ex pctõ præce-
denti aliquis promeretur ut iterum peccet, uel
iniquitas eſt peccatum, & uſura pœna peccati.
Et merito uſura pœna peccati eſt appellata, quia
plus mali inuenitur in ſuppliciis, quàm commiſ
ſum ẽ in peccatis. Verbi gratia: Homicida cor
pus hominis tantum perimit, animæ autem ni-
hil nocere poteſt. ipſius corpus & anima perdi
tur in gehenna. *Redimet* ergo ex uſuris, redimen
do peccata quæ debebant ampliora ſupplicia.
Redimet autem ab iniquitate adiuuãdo per gra
tiam, & etiam ad faciendam iuſtitiam. *Et hono-
rabile nomen eorum coram illo*. & ſic contemptibi
Pſal.15. le fit coram hominibus. Vnde alibi: Etenim hæ
reditas mea præclara eſt mihi. *Et uiuet*, *&* ideo
quia uiuet, *dabitur ei de auro Arabiæ*, id ẽ, de præ-
cipuis ſapientibus gentilitatis. Aurum enim ſa-
pientiam notat, & Arabia gentes. Vnde ſcriptũ
Pro.8. eſt: Accipite prudentiam & ſapientiam ſicut au
uel.16. rum probatum. uel aurum dicitur quaſi ab au-
ra, unde aurum Arabiæ, ſplendidiſſimæ intenti
ones gentium denotatur. Nota, non ſine ponde
re eſſe quod dicit, uiuet: quia ſi de eo quod com
muniter uiuunt homines, diceretur: non eſſet
magna cauſa, quare ei aurum Arabiæ daretur.
& ideo cum pondere intelligendum eſt, uiuet:
quaſi dicat, reſurgẽs a mortuis, nõ amplius mo
riturus. Neque enim omnes uiuimus, qui quan
doq; morituri ſumus exterius, & quotidie per
peccata morimur interius. Sequitur: *Et adora-
bunt de ipſo ſemper*, id eſt, omni tempore. de ipſo
.i. de ipſius corpore implendo, ut membra eius
uidelicet multiplicentur. & ſic *tota die benedicent
ei*. uel orabunt de ipſo ſemper accipientes quod
orãt, uel propter ipſum promerendum. Et hoc
merito, qa ipſe *erit firmamentum in terra*, ubi nul
la firmitudo fuit ante eum. Ipſe autem ueniens,
ſtabiliuit eos in doctrina ſtabili & nunquã mu
tanda. Vnde Paulus: Si quis ait, uobis euangeli Gala.1.
zauit præter id quod accepiſtis a nobis, anathe
ma ſit. Ipſe etiam erit firmamentum *in ſummis
montium*, quia in eo complebuntur omnia dicta
& facta, quæ per ſummos montes, id eſt, per
prophetas & patriarchas reuelata ſunt. *ſuper-
extolletur ſuper Libanũ fructus eius*. illi uidelicet,
quos eligit ſibi fructus de mundo. Vnde illud,
Ego uos elegi de mundo, ut eatis & fructum af Iohan.15
feratis, & fructus ueſter maneat. Super Libanũ
fructus eius, id eſt, ſuper omnem candorem ſe-
cularem. Libanus interpretatur candidatio. uel
fructus eius, id eſt, charitas extolletur ſuper Li-
banũ. Vnde illud Pauli, Adhuc ſupereminẽtio 1.Cor.12.
rem uiam uobis demonſtro. Hoc enim in pri-
mo ponitur munerum diuinorum, ubi ait: Fru Gala.5.
ctus autem ſpiritus eſt charitas. *Et florebunt de
ciuitate ſicut fœnum terræ*. Quoniam abſolute po
ſitum eſt, de ciuitate, intelligamus ciuitatem dei
uel Ieruſalem. Si autem ciuitatem dei accipi-
mus, fœnum quaſi triticum accipiemus. Vnde Gene.1.
in Geneſi, Producat terra lignum & omne fœ-
num ſuum. Non fœnum ſiccum hic accipien-
dum eſt, ſed fœnum uiride quaſi frumentum fru
ctificans. Vel aliter, Florebunt de ciuitate ſua,
ſubaudis ſicut fœnum terræ, quod hodie eſt & Mat.6.
cras in clibanum mittitur. Ex quibus omnibus
quæ dicta ſunt ſuperius, ſit *nomen eius benedictũ*,
id eſt, multiplicatum *in ſecula*, id eſt, quandiu
uoluuntur tempora. Et merito, quia *ante ſolem*,
id eſt, ante om̃em temporalem diſpoſitionem,
permanet nomen eius. & in ipſo, ſubaudis nomine,
benedicentur omnes tribus terræ, quia *omnes gentes
magnificabunt eum*. Vnde *benedictus dominus de-
us Iſrael, qui facit mirabilia ſolus* per ſe & per ſuos.
& benedictum ſit nomẽ maieſtatis eius in æternũ, id
eſt, diuinitas eius multiplicetur non in ſe, ſed in
cognitione hominum. Quod & futurum eſt,
quia *replebitur maieſtate eius omnis terra*. Fiat hęc
multiplicatio in priori populo, *fiat* & in poſte-
riori.

¶Defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe, Pſalmus Aſaph. LXXII.

QVàm bonus Iſrael deus his, qui recto ſunt corde? Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum uidens. Quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis. Cogitauerũt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cælũ os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inueniẽtur in eis. Et dixerunt, quomodo ſcit deus? & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis. Si dicebam, narrabo ſic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Exiſtimabam ut cognoſcerem, hoc labor eſt ante me. Donec intrem in ſanctuarium dei, & intelligam in nouiſſimis eorum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam? Velut ſomnium ſurgentium domine, in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Quia inflãmatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid uolui ſuper terram? Defecit caro mea & cor meum: deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere deo bonum eſt, ponere in domino deo ſpem meam. Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Non fruſtra in hoc titulo Dauid eſſe filium Ieſſe, cum ſuperiores pſalmi intitulati ſunt nomine Dauid, ſed ſine commemoratione patris. Quod autem hic ponit Ieſſe, qui fuit pater Dauid ſecundum carnem, in hoc uidetur notare quoſdam ex filijs Iſrael carnaliter ſapientes, &
Exo.14. terrenis adhærentes. Nota eſt enim hiſtoria, q̃liter filii Iſrael diuina potentia per mare rubrũ ducti ſunt, cum hoſtes inſequẽtes ſubmerſi ſunt. Notũ ẽ etiam qualiter per multos annos idem populus p̱ deſertum errauerit, Moyſe exiſtente duce & Aaron. Huic populo factæ ſunt promiſſiones multæ. promiſſa enim eſt ei terra Chanaan, ſubiectio inimicorum, fœcunditas uxorũ, filiorum, honor ſecularis. Hæc omnia receperũt & pro magno habuerunt, & plurima pars eorũ deo ſeruiendum eſſe p̱ terrenis intellexit. ſed dominus qui hæc omnia eis conceſſit, non ut in iſtis remanerent, ſed ut per hæc alia futura crederent, ſubtraxit eis bona temporalia, ut uel ſic addiſcerẽt æternis adhærere. populus autem magis optans terrena, quàm cæleſtia: ea quæ uiderentur, quàm ea quæ non uiderentur: cum uidiſſet quod ſibi ſubtraherentur, & gentibus darentur, murmurabat contra dominum, quoniam gentes deum non colentes, reciperent bona temporalia, & in omnibus proſperarentur. illi autem qui deum colebant, in miſeria & in labore fuerunt. pro iſtis omnibus ſic ſecum in mente contendebant: Aut deus ſcit omnia, aut neſcit, Sed quoniam periculoſum fuit, confiteri creantem omnia, ignorare aliqua, dicebant: Si ſcit, aut curat, aut non curat. Vt non curet, repugnat ſcriptura, quia ſcriptum eſt de eo: Fortiter ſua- Sapien.8
uiterque diſponens omnia. Cum autem curat, quomodo patitur ut qui eum non colunt, floreant & ornentur: & qui eum colunt, laborent & deſtruantur? A taliter murmurantibus ex defectione rerum temporalium, defecerunt laudes quæ habendæ erant pro acquiſitione bonorum cæleſtium. Sed quia non defuerũt in populo illo, qui intellexerunt in radice promiſſa, uidelicet in promittentibus, hæc omnia eſſe quaſi umbra & uera bona futura, quorum uox eſt in hoc pſalmo exhortantium taliter murmurantes, quatenus ceſſent a murmuratione, & magis uelint expectare quæ non uidentur, quàm his adhærere quæ uidentur. Nam qui his adhærent, perituri ſunt ad ultimum: & qui non adhærent, ſunt coronandi. & eſt pſalmus Aſaph, id eſt, operatio attribuẽda cuidam cõgreganti, facta ideo, quia defecerunt laudes Dauid. Dauid dico, non ſpiritualis, ſed carnalis: quod notatur per filij Ieſſe. A ſpirituali enim Dauid nũquam defecerũt laudes. dicit autem ſic Aſaph: *QVàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde?* Quaſi dicat: Quàm incomparabiliter eſt bonus deus, id eſt, uidentium deum his qui recto ſunt corde, id eſt, illis qui ſuam uoluntatem dirigunt ſecundum uoluntatem dei, licet

Pſal.17. diſtortis corde, prauus & peruerſus uideatur.
Quod alibi dicitur: Cum ſancto ſanctus eris, &
cum peruerſo peruerteris. non quod deus ſit ꝑ-
uerſus, ſed quia peruerſo uidetur eſſe peruerſus:
quia lippienti oculo claritas ſolis non reſplen-
det, ſed obſcura uidetur, quia claritatem recte in
tueri non poteſt. *Mei autem penè moti ſunt pedes.*
Aſſumit hic Aſaph uocem illorum, a quibus de
fecerunt laudes. Quaſi dicat: Quàm bonus Iſra
el deus. ego autem hoc non attendi, quia pedes
mei, id eſt, affectiones meæ pene moti ſunt, ad la
pſum ſubaudis, *penè effuſi ſunt greſſus mei* ad errā
dum, quia eos imitando qui non recta uia ince-
debant. Pene dicit, qui tandem reſipuit, ut in po
ſterioribus pſalmi denotari poteſt. Quare autem
moti ſunt pedes, ſubiūgitur: *Quia zelaui*, id eſt,
indignatus ſum uel inuidentiam habui, *ſuper ini
quos* conſiderationem meam extendens, uel ſu-
per illos eſſe uolens. Et cur hoc? *uidens* uidelicet
pacem peccatorum, deum uere non colentium.
Et quam pacem? Pacem terrenam, pacem mu-
tabilem, pacem non ex gratia, ſed ex iudicio.
Hanc pacem dum deſiderarem, & pro illa deo
ſeruire uellem, pene moti ſunt pedes mei. & Id-
eo etiam moti ſunt, *quia non eſt reſpectus morti eo
rum*, id eſt, mors quam ipſi promeruerunt, non
reſpicit eos. *& non eſt firmamentum in plaga corū.*
quoniā ſi aliquādo plagas patiūtur & corrigun
tur, eorum plagæ non ſunt firmæ, ſed trāſitoriæ
quia *in labore hominum non ſunt*, id eſt, non tantū
laborant neq; affliguntur in correctione, quan-
tum illi laborant qui homines ſunt, ratione uide
licet utentes: & non idola, ſed uerum deum ad-
orantes. uel aliter, pacem peccatorum uidens.
Et quare habent pacem? Ad eorum uidelicet iu
dicium, quoniā non eſt reſpectus morti eorum,
id eſt, mors quam ipſi promeruerunt, non reſpi
cit eos, id eſt, non auertit ſe ab illis, ſed ſemper
eos expectando intuetur. & firmamentum in
plaga eorum, q̄m plagæ quæ eis ſeruantur, non
ſunt trāſitoriæ, ſed firmæ & nunquam mutādæ,
Et quare hoc? Quia hic in hac uita non ſunt in la
bore hoīm, illorū uidelicet q̄ ſcd̄m hoīem uiuūt.
Q. d. Ideo dānabūtur tandē cū ſeruis, q̄a hic nō
ſunt in labore cū filiis. *& cū illis non flagellabūtur*,
Prouer.3 q̄a flagellat deus omnem filiū quem recipit. *ideo
tenuit eos ſuperbia.* Quaſi dicat: quia dominus
pacem eis concedit, & cum filiis nō corrigit, id-
eo tenuit eos ſuperbia, id eſt, in ſua poteſtate re
degit, ne ſobrie uiuerent, in ſeipſis operti ſunt
iniquitate, id eſt, ne iuſte uiuerent quantum ad
proximum, impietate operti ſunt, ne pie uiue-
rent quantum ad deum, quibus fruſtra præce-
Tit.2. ptum illud Pauli: Sobrie & iuſte & pie uiuamus
in hoc ſeculo. Quod iſti non attenderunt, & id-
eo tenuit eos ſuperbia, *operti ſunt iniquitate & im
pietate ſua.* Quæ iniquitas non uenit ex neceſſita
te. quod dicit, *prodijt quaſi ex adipe iniquitas corū.*
Quaſi dicat: Inexcuſabilis ē iniquitas eorum, q̄a
non proceſſit ex macie, ſed quaſi ex adipe. Ex

macie procedit iniquitas, quando aliquis pauꝑ
non habens neceſſaria, perpetrat iniquitatem,
auferendo uidelicet proximo bona ſua: cum ta
men eſſet toleranda potius omnis neceſſitas, q̄
minima perpetranda iniquitas. Quaſi ex adipe
prodit iniquitas, quando a diuitibus quibus flu
unt rerum diuitiæ, res rapiuntur alienæ. ex adi-
pe etiam procedit iniquitas, quando dedignatur
correctionem ſuam audire. uel iniquitas ex adi
pe procedit, quando quiſq; qui alios corrigere
deberet, timens ne ei temporalia ſubtrahantur,
diuitibus etiam in malefactis adulatur. Prodiit
quaſi ex adipe iniquitas eorum. & *tranſierunt* .i.
exceſſerunt metas humani generis, quia ſe fra-
giles non recognouerunt, uenientes *in affectum
cordis*, id eſt, in omnem affectum carnalis dele-
ctationis tendebant. Et quomodo hoc? *Cogita-
uerunt & locuti ſunt nequitiam*, Id eſt, prius nequit
as apud ſe deliberauerūt, & poſt locuti ſunt, ſic
uenientes de peccato in peccatū. quia culpā ge-
minat, qui excogitatam nequitiam diuulgat. &
duplex peccatum ē, malum excogitare, & hoc
quaſi in bonum propagare. *iniquitatem in excel
ſo locuti ſunt.* Quaſi dicat: Locuti ſunt nequitiā,
& hoc non qualicunq; modo, ſed in excelſo, id
eſt, in publico gloriati ſunt de nequitia ſua. & in
cathedra peſtilentiæ præſidentes, aliis nequitiæ
dederunt autoritates. Vnde Paulus: Auferatur Ephe. 4.
clamor de medio ueſtrum. Et ſic *poſuerunt in cæ
lum os ſuum*, id eſt, contra deum male locuti ſunt,
in illum uidelicet, quem nulla lingua ſufficit lau
dare. Non timuerunt blaſphemias iactare. *& lin
gua eorum tranſiuit in terra*, id eſt, humanam poſ-
ſibilitatem & metas humani generis, licet in ter
ra eſſet poſita, id eſt, in fragili uaſe & cito muta-
bili. Nota qualiter lingua eorum tranſiuit. Non
cogitant enim ſe ſubito poſſe mori, cum talia lo
quuntur: ſed quaſi ſemper uicturi, grandia mi-
nantur. Hi tales quàm fragili uaſe cooperti ſunt,
neſciunt quod ſcriptum eſt: Exiet ſpiritus & re Pſal.145.
uertetur in terram ſuam. Vel ſic, lingua eorum
tranſiuit omnes in terra, id eſt, in ſtabilitate poſi
tos, contemnēdo eos in affectione cordis ſui, dū
ſibi bona temporalia attribuerentur, & aliis au
ferrētur. *ideo conuertetur populus meus hic.* Quaſi
dicat: Quoniam illi ex tempore florēt, ut poſt-
modum æternaliter pereant, Ideo conuertetur
populus meus hic, id eſt, populus meę nationis,
cuius ego pars ſum. hic, id eſt, mihi ſimilis. & in
illo cōuerſo *dies pleni inuenientur*, quia in eorum
conſideratione erunt tantum dies æternitatis, q̄
pleni ſunt affluentia bonorum. inuenientur di-
es pleni, id eſt, uita plenitudinis temporum, in q̄
bus temporibus prædicabant apoſtoli, tempo-
ralia eſſe contemnēda, & æterna expectāda. uel
aliter, Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eo
rum tranſiuit in terra. Ideo conuertetur popu-
lus meus hic. Quaſi dicat: Quorſum hæc deſcri
ptio prauorum? ut conuertatur populus meus
hic a prauo intellectu ſuo ad meum intellectum

babēdum,ut contemnatur uidelicet terrenæ feli
citas. Et opus eſt ut conuertantur,quia *dixerunt*
ab eo auerſi: *Quomodo ſcit deus* omnia, cum ma
li gaudent terrena felicitate, & boni laborant in
afflictione? *Et ſi eſt ſcientia in excelſo*. poſſumus di
cere quia non curat gubernare hæc infima. & ec
ce quare, quia *ipſi peccatores*, deo uidelicet non
ſeruientes, ſunt *abundantes in ſeculo*. quia *obtinue-
runt*, id eſt, contra nos tenuerunt *diuitias*. *& dixi:
Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum*, confitēdo pec
cata, *& laui inter innocentes manus meas*? id eſt, fru
ſtra pie & innocenter uixi, adiungendo alios in
nocentes? *& fruſtra fui flagellatus tota die*, id eſt,
aſſidue *& caſtigatio mea fuit in matutinis*, id eſt, nō
differebatur, ſed cōparabilis factus ſum illi cui-
us pœna eſſet in foribus, ut interficeretur quàm
cito de domo egrederetur. & hoc totum fruſtra,
quia illi qui tibi non ſeruiunt, eorum differtur
pœna, uel nulla eſt. Ipſi ornantur diuitiis. qui ti
bi ſeruiunt, premuntur miſeriis & anguſtiis.
Hæc omnia poſtquam conſideraui, conuerſus
ad meipſum *dicebam*: *Si narrabo ſic*, me uidelicet
ſine cauſa iuſtificatum, fruſtra pie & innocenter
uixiſſe, fruſtra caſtigatū & flagellatum, quia ca-
reo bonis temporalibus, quibus abundant bo
norum perſecutores. *Ecce nationem*, id eſt, auto-
ritatem *filiorum tuorum*, Abraam uidelicet & Iſa
ac *reprobaui*, id eſt, contempſi, quia nullus illorū
mecum conſentit in hoc, ut contemptis æternis,
poſſideantur æterna: nec flagellandum eſſe pro
temporalibus, ſed pro æternis. & ſic omnibus
uiſis, *exiſtimabam* utile mihi, ſubaudis fore, *ut co-
gnoſcerem* illud, qualiter deus humana diſponat,
& ſe colentibus temporalia ſubtrahat, & nō ſe
colentibus habere permittit. & *hoc*, ſubaudis co
Iohan 1. gnoſcere & inquirere, *eſt labor ante me*, id ē, ma
ior me. ut illud, qui poſt me uenit, ante me fa-
ctus eſt. Labor eſt dico, ante me, *donec intrem* ui
delicet conſideratiōe *in ſanctuarium dei*, in occul-
tam diſpoſitionem domini. *& intelligam in nouiſ-
ſimis eorum*, id eſt, cōſiderem nouiſſima eorum, q
hic terrenis inhiant, & in ſpe cæleſtium non labo
rant. Poteſt & ſic diſtingui: Exiſtimabam ut co-
gnoſcerem hoc, qualiter uidelicet mali in hac ui
ta florere permittuntur. ſed labor eſt ante me,
donec intrem in ſanctuarium dei, & intelligam
in nouiſſimis eorum, quādo ipſi puniendi ſunt.
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis. Quaſi dicat:
Licet dixerim eos puniendos in nouiſſimis eo-
rum, tu tamen in præſenti iam damnaſti eos, q̄a
propter dolos, quibus uidelicet conuictores ſu
os decipere ſolent, uel propter dolos in ſignis,
& non in ſignificatis: in promittentibus, & non
in promiſſis, permanſerunt, poſuiſti eis, ſubau
dis dolum. Et hoc quomodo? *Deiecisti eos dum
alleuarentur*: quia in hoc ipſo quo ſe putabāt ele
uari, miſera deiectione depreſſi ſunt. Quomodo
facti ſunt in deſolationem? Subito defecerunt,
perierunt propter iniquitatem ſuam. Aſaph q
in hoc pſalmo loquitur, præuidens futuram de
ſolatiōem illorum, quorum hic in terrenis ſunt
ſolatia, quaſi condolendo eis ſic clamat: *Quomo
do*, id ē, q̄ miſere & irrecuperabiliter, *facti ſunt in
deſolationem*? nam *ſubito defecerunt*, qui diuinam
uitam ſibi ipſis promiſerunt. & ſic *perierunt* pro-
pter iniquitatem ſuam, non propter examinantis
dei iniuſtitiam. Et quomodo peribunt? *Velut ſo-
mnium ſurgentium*, id eſt, comparabiles erunt ſo-
mniantibus ſe habere diuitias, qui tamen nihil
habent dum euigilent. ita iſti felices ſibi uidētur
dum manet iſta nox. ſed dū a ſomnis huius car-
nalis uitæ excitati fuerint, recognoſcent ſe eſſe
pauperes, & ſe quaſi in ſomnis poſſediſſe tempo
rales diuitias atēdent. quod dicit, Velut ſomni
um ſurgentium. Et tu *domine in ciuitate tua imagi
nem*, id eſt, in comparatione tuorum fidelium *ad
nihilum rediges*, id eſt, ex toto deſtrues. & magis
ipſorum qui in ſua ciuitate tuam imaginem de-
ſtruxerunt, non rationabiliter uiuendo, & ima
ginem terreni hominis imitando. & ideo imagi
nem ipſorum ad nihilum rediges, meam autem
reædificabis, *quia inflammatum eſt* hic *cor meum*,
deſiderio tui ſubaudis. *renes mei*, carnales uideli-
cet *commutati ſunt* in ſpirituale delectationem.
& ad nihilum redactus ſum, ut te in me magnifica-
rem. *& neſciui*, id eſt, ſi quādoq; peccaui, ignoran
ter hoc feci poſt commutationem carnalis de-
lectationis. Et iterum *ut iumentum factus ſum apud
te*, māſuetum uidelicet animal & aptum ad por
tandum onus tuum leue. *&* ſic ero *ſemper tecum*.
& hoc non ex merito meo, ſed tu *tenuiſti manū
dexteram meam*, id eſt, meam potentiam iuuiſti
ad hoc, ut eſſet in dextera acquirens potiora, cæ
leſtia uidelicet, & non terrena: quia per dexte-
ram cæleſtia, & per ſiniſtram terrena intelligun
tur. Vnde illud in Canticis: Læua eius ſub capi Canti. 2.
te meo, & dextera eiꝰ amplexabitur me. Habēt
quidam libri, manum dexteræ, ſententia tamen
eadem. *& in uoluntate tua*, id eſt, in beneplacito
tuo, non in merito meo. *deduxiſti me* de uirtute
in uirtutem, *& cum gloria ſuſcepiſti me*: qui glori
amur in ſpe reſurrectiōis, quæ in te p̄ceſſit capi
te. Aliter: Imaginem ipſorum ad nihilum redi-
ges. Et merito, quia eorum exemplo inflamma
tum eſt cor meum, deſiderio uidelicet terreno-
rum. & renes mei, id eſt, ſpiritualis delectatio
mea mutata eſt, & facta eſt carnalis. & ego ad
nihilum redactus ſum, permanens uidelicet in
uetuſtate, & neſciui ea quæ ſcienda erant. ſed ut
iumentū factus ſum apud te, irrationabiliter ui
delicet uiuēs, & q̄ ad uſum corporis pertinebāt
tantū quærens. & licet ſic aduerſus, tñ ego ſem
p̱ tecum fui, in hoc uidelicet, quod non conſenſi
his qui dixerunt bona temporalia a te non eſſe
quærenda, ſed ab alio. & ideo locum ueniæ quo
dam modo promerui. Et tu tenuiſti manum de
xteræ meæ, ut non amplius quærerem ea quæ
ad ſiniſtram pertinent, ſed quæ per dexteram in
telliguntur. Poteſt & adhuc aliter legi: Subito
defecerunt, perierūt propter iniquitatem ſuam,

uelut ſomnium ſurgentium.ſed tu domine ima
ginem ipſorum,imaginem uidelicet terreni ho
minis,quam ipſi imitati ſunt ad nihilũ,tu reædi-
ficaſti ponendo eos in ciuitate tua, id eſt, intra
ſocietatem tuorum fidelium. Et unde hoc ſcio?
Quia in me ipſo hoc expertus ſum, quoniã ima
ginem terreni hominis in me deſtruxiſti,& tu-
am reædificaſti.quod dicit, quia inflammatum
eſt cor meum deſiderio terrenorũ, & renes mei
commutati in carnalia deſideria, & ad nihilum
redactus,id eſt, ad ea quæ nihil ſunt, tendebam.
& hoc ideo, quia neſciui ea q̃ ſcienda erant. ſed
ut iumentũ fact⁹ ſum apud te, irrationabiliter
uidelicet uiuẽs. ſed tamen ego ſemper tecũ fui,
non credens alium datorem terrenorum niſi te.
& ideo tenuiſti manum dexterã meam, ut iam
non amplius ſe extendat ad terrena. & in uo-
luntate tua deduxiſti me,& cum gloria ſuſcepi-
ſti me.& ecce gloria,qa *quid mihi ẽ in cælo*,id eſt,
quantum eſt illud quod mihi a te paratur in cæ
Iſa. 64. lo? Quia illud nec oculus uidit,nec auris audi-
uit,nec in cor hominis aſcendit. Et quandoqui-
1.Cor.2. dem tanta eſt gloria, ego miſer *quid uolui à te ſu
per terram*?id eſt, quàm nihil fuit in comparatio
nem futuræ gloriæ, quod a te quæſiui in terra?
& unde habui hoc quærere? Ex defectu car-
nis uidelicet & cordis. quod dicit, *defecit caro
mea* tam in me uidelicet,quàm in Adam. *& cor
meum* defecit, id eſt, ratio mea obfuſcata eſt, ut
non quærerem quæ quærenda erant.ſed amo-
do *deus erit cordis* aggratulatio. *& deus* erit *pars
mea*, & hoc *in æternum*. Alii autem aſſumant
ſibi partem mundum, & ideo eorum pars
eſt tranſitoria. Et opus eſt o deus ut tu ſis mi-
hi pars. nam qui non eligunt partem,ipſi peri-
bunt. Quod dicit, Pars mea deus in æternum.
Et ecce quare te deum partem aſſumam:*quia qui
elongant ſe à te*,mundum uidelicet,& non te,ſibi
partem aſſumendo,*peribunt*. Nam tu *perdidiſti*
omnem qui fornicatur *abs te* ſubaudis receden
do. Fornicatur ille, qui deum colit propter ali-
ud quàm propter ſe ipſum,uelut illi qui eum co
lunt pro terreno commodo. Neq; enim uxor
quælibet caſte amat maritum ſuum, quæ plus
amat eum pro diuitiis,quàm pro ſe ipſo.*Mihi au
tem adhærere deo bonum eſt*.Quaſi dicat:Illos qui
fornicantur perdidiſti,ego autem non fornica-
bor.quia mihi adhærere deo bonum eſt, id eſt,
delectabile mihi uidetur, mundum contemne-
re & deo adhærere. Et quomodo adhærere?
Spe,licet non in re. Spe enim ſalui facti ſumus. Roma.8.
Q.d. *Volo ponere in domino deo ſpem meã*.i. ſic uo-
lo adhærere, ut in illo tantum ſpem meam po-
nam,in qua ſpe & in quo amore nolo ſolus eſſe,
uelut illi qui mundum amant, in inceſto amore
ſuo nolunt habere ſocios. Mihi autem ſic dele-
ctabile eſt tibi deo adhærere, *ut annunciem omnes
prædicationes tuas*, ut ſic annunciando mihi ad-
iungam ſocios in amore tuo.Et quibus annun-
ciabo? *Sion*,id eſt,illis qui ſunt in cõtẽplatione fu
turorum,qui ſunt etiam filia: quoniam eis tan-
ta diligentia eſt adhibenda, ut in caſto amore
dei perſeuerent,quanta diligentia cuſtodiendæ
ſunt filiæ, ne ante tempus legalis coniugij fiant
fornicariæ. Hæc annunciatio facienda eſt *in por-
tis*,id eſt,in uirtutibus,quæ portæ ſunt ad ſuper
nam uitam.quia cauendum eſt prædicatori, ut
id quod uerbo prædicet,opere compleat.uel in
portis,id eſt,in manifeſto annunciabo prædica-
tiones tuas,& non occulte. Vnde illud:Qui me Luce.9.
erubuerit coram hominibus,& ego erubeſcam
eum coram angelis dei. Et qui me confeſſus fu-
erit coram hominibus, & ego eum confitebor
etiam coram patre meo. Vel in portis, id eſt, in
apoſtolis tuis,eorum autoritatibus uidelicet cõ
firmando,quicquid in tua prædicatione annun
cio. Vnde alibi:Narrate in turribus eius. Pſal.47.

¶Intellectus Aſaph. LXXIII.

VT quid deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oues pa
ſcuæ tuæ? Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab in-
itio. Redemiſti uirgam hæreditatis tuæ,mons Sion in quo habi-
taſti in eo.Leua manus tuas in ſuperbias eorũ in finem:quanta ma
lignatus eſt inimicus in ſancto? Et gloriati ſunt qui oderunt te, in
medio ſolẽnitatis tuæ.Poſuerũt ſigna ſua ſigna,& nõ cognouerunt
ſicut in exitu ſuper ſummum. Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus
exciderũt ianuas eius in idipſum, in ſceuri & aſcia deiecerunt eã.
Incenderunt igni ſanctuarium tuũ in terra,polluerũt tabernaculum nominis tui. Dixe
runt in corde ſuo cognatio eorum ſimul,quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei à ter
ra.Signa noſtra nõ uidimus,iam nõ ẽ propheta,& nos nõ cognoſcet amplius. Vſq; quo
deus improperabit inimicus,irritat aduerſarius nomẽ tuũ in finem? Vt qd auertis ma
nũ tuã & dexterã tuã, de medio ſinu tuo in finẽ? Deus aũt rex noſter ante ſecula,opera
tus eſt ſalutẽ in medio terræ, Tu cõfirmaſti in uirtute tua mare,cõtribulaſti capita dra
conũ in aqs. Tu cõfregiſti capita draconis, dediſti eũ eſcã populis æthiopũ. Tu dirupi-
ſti fõtes & torrentes, tu ſiccaſti fluuios Ethan. Tuus ẽ dies,& tua ẽ nox:tu fabricatus es au

rorã & ſolem. Tu feciſti omnes terminos terræ, æſtatem & uer tu plaſmaſti ea. Memor eſto huius, inimicus improperauit domino, & populus inſipiens incitauit nomen tuũ. Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum tuum, quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt, terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confuſus, pauper & inops laudabũt nomẽ tuum. Exurge deus, iudica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die. Ne obliuiſcaris uoces inimicorum tuorum. ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

Aſaph. Iſtius nominis eſt latina interpreta-
tio, congregans uel congregatio: græca uero,
ſynagoga. Per congregationem autem poteſt
accipi tam congregatio hominum quàm anima
lium. Sed quoniã uſus habet, ut per ſynagogam
ſemper Iudaicum populum accipiamus, & hic
quoque per Aſaph eundem populum deſigne
mus: & non qualeſcunque in populo illo accipi
endi ſunt hic, ſed illi tantum, qui in ſemine ſunt
reputandi, non inter paleas numerandi: nõ qui
filij Abrаæ ſunt ſecũdum carnem, ſed qui eum
imitantur ſecundum fidem. Vt autem tales in-
telligamus, notat nobis hoc uocabulum intelle
ctus, quod iungitur Aſaph. Nam eorum uox
eſt in hoc pſalmo, qui receperunt uetus teſtamẽ
tum, & qui per illud, nouum teſtamentum in-
tellexerunt eſſe futurum. In quibus duobus te
ſtamentis præcepta ſunt eadem: quia hæc præce
pta, non mœchaberis, non furtum facies, & cæte
ra, in utroq; teſtamento ſunt eadem. Promiſſa
autem duorum teſtamentorum ſunt diuerſa, qa
promiſſa ueteris teſtamẽti ſunt hæc: Terra Cha
naan, terra copioſa, abundans lacte & melle. Re
gnum temporale, ſubiectio inimicorum, fœcun
ditas uxorum & filiorum. nouum autem teſta-
mentum tibi promittit regnum cæleſte, ſubie-
ctionem uero inimicorum de quibus dictum ẽ,
nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſan
Ephe.6. guinem, ſed aduerſus poteſtates tenebrarum.
Sic ſunt promiſſa diuerſa duorum teſtamento-
rum. ſed nota quia promiſſa ueteris teſtamenti
præcedebant, quia prius animale, deinde quod
1.Cor.15. ſpiritale. Primus enim homo de terra terrenus,
ſecundus homo de cælo cæleſtis. ad imaginem
uero terreni pertinet uetus teſtamẽtum, ad ima
ginem cæleſtis nouum. ſed tamen utriuſque te-
ſtamenti idem eſt autor. Nam qui per uetus te-
ſtamentũ promiſit regnum temporale, ipſe etiã
per nouum promiſit regnum cæleſte. ſed præ-
ceſſit uetus promittens temporalia, quia carna
lis populus inducendus erat per temporalia, ut
ſic diſceret amare cæleſtia: quia ipſa tempora-
lia quæ præcedebant, ſigna fuerunt cæleſtium
& ea promittentium. Regnum enim tempora-
le, ſignificabat regnum cæleſte. ſubiectio inimi-
corum exteriorum, ſubiectionem inimicorum
interiorum. genus diuerſarum uictimarum, ſi-
gnificabat CHRISTVM pro ſalute hominum
in cruce ſuſpenſum. Quare? Quia impleta ſunt
omnia quæ ſignificabantur per illa, debent ceſ-
ſare promittentia. uenit enim CHRISTVS, a ꝓ
phetis diu pronunciatus. Signa enim eum uenis
ſe manifeſtant, quia non ſunt prophetæ, non eſt
ſacerdotium, non eſt unctio. mutata ſunt etiam
ſacramenta, & facta feliciora & magis ſalubrio
ra. quia ſacramenta ueteris teſtamenti promit-
tentia ſalutem, ſacramenta noui ſunt dantia ſalu
tem. Hæc omnia impleta uidet miſer populus
Iudaicus, & tamen adhuc CHRISTVM uenis-
ſe dubitat. Recepit prius temporalia, & pro ma
gno habuit. deus autem qui eis dedit, non pro
magno habuit, quia etiam ea conceſſit malis. q̃d
non feciſſet, ſi ea pro magno habuiſſet: quia bo
na illa uera tantum recepturi ſunt boni. ſed po
pulus Iudaicus receptis bonis tẽporalibus, non
præſumebat de eo qui dedit ea: ſed timens ea a-
mittere, machinatus eſt eum occidere. Dixerũt
enim: Si dimittimus eum ſic, uenient Romani
& tollent noſtrum locum. & occiderunt eum,
& amiſerunt locum & gentem. ciuitatem, in q̃
eum occiderunt, ipſi occiſi amiſerunt, & eo tem
pore quo dominum occiderunt, ut ex tempore
admonerentur quare talia paterẽtur. In paſcha
li enim ſolennitate quando omnes conuenerant
feſtum celebrare, dominum occiderunt. ipſi au
tem ad eandem celebrationem conuenientes,
obſeſſi ſunt a Romanis principibus. & multa
millia hominum ſunt occiſa, & ciuitas eorum ẽ
ſubuerſa. Sic deus iuſtus, licet non per iuſtos ho
mines, licet non per bonos, iuſte ab interfectori
bus ſuis ſe uindicauit. Hanc euerſionem deplo-
rat Aſaph in hoc pſalmo, & diſtinguit in hoc
planctu uera bona a non ueris. ut tu quiſq; uide
as, per quæ tranſeas & quæ expectes, quæ relin
quas & quibus inhæreas. Et quare uidendum
eſt quibus inhæreas? Quia ſi excuſabiliter inhæ
rebant terrenis, quibus nondum reuelata ſunt
diuina promiſſa per nouum teſtamentum, mul
to inexcuſabilius eis inhæremus, q̃bus iam per
nouum teſtamentum reuelata ſunt diuina pro-
miſſa. Dicit autem ſic Aſaph:

VT *quid deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus.* Nota quia magna eſt affectio lamen
tantis, & pia deprecatio deplorantis, ea quæ tam
longe ſunt futura, deplorare quaſi præſentia, ut
ſic oſtendat quàm piam affectionem erga illos
habeat. Quaſi dicat: Deus pater, ut, id eſt, quan-
tum nos repuliſti? ut quid, id eſt, ad quam utili-
tatem noſtram fuit illa repulſio? Repuliſti nos in

ſinem,id eſt,omnimoda repulſione.uel repuliſti
nos dirigendo in te ſinem,qui ſinis es totius bo-
nitatis & iuſtitiæ. Et ut quid iratus eſt furor tu-
us,id eſt,ad quid augmentata eſt ira tua,*ſuper o-
ues paſcuæ tuæ*,quas tu fouiſti & nutriuiſti? Hoc
ideo, quia terrenis adhærebamus, te paſtorem
non cognouimus. *Memor eſto congregationis tuæ*.
quaſi dicat: Si ſic agendũ fuit cum paleis,tamen
reſeruanda ſunt grana. Et ut reſerues, memor
eſto congregationis tuæ,quam tu,uidelicet qua
ſi grana inter paleas , conſeruaſti. *quam poßediſti
ab initio*,id eſt,à tempore primi iuſti,Abel uide-
licet: quia ex eo tempore non defuerunt in po
pulo illo , qui in ſemine eſſent reputandi.uel ab
initio,id eſt,a tempore illo ex quo Abraam fu
it deductus de Vr Chaldæorum,uel a tempore
Moyſi & Aaron. Memor eſto congregationis
tuæ. Et debes memor eius eſſe, quia tu *redemiſti*
ab Aegyptiaca ſeruitute *uirgam hæreditatis tuæ*,
id eſt,ad hoc ut eſſet tibi hæreditas,recte & qua
ſi per uirgam menſurata. Et quæ eſt illa hæredi-
tas? *mons ſion*,id eſt,populus Iudaicus,*in quo* hæ
reditaris ita,ut *in eo* eſſes.quia multoties talia ſi-
gna in eis uiſa ſunt, ut tu præſens adeſſe uidea-
ris. Vel ſic,Redemiſti uirgam hæreditatis tuæ,
id eſt,ipſam hæreditatem redemiſti ſigno uirgæ
tuæ . uel redemiſti ipſam hæreditatem ad hoc,
ut per eã multa ſigna faceres , ſicut per uirgam
Exo. 4. Moyſi operatus eſt.legitur enim quod Moyſes
petiuit ſignũ a domino,ut crederet ei Pharao &
Iſraeliticus populus. cui dominus præcepit, ut
uirgam quam in manu tenebat,in terram pro-
ijceret. Proiecta eſt uirga, & uerſa in ſerpentem.
Moyſes autem aufugit timore perterritus . ſed
domino præcipiente reuerſus, accepit caudam
ſerpentis,& priorem formam recepit uirga. Vi
deamus myſteriũ huius facti. Virga in ſerpẽte,
CHRISTVS fuit in morte. Nam per ſerpẽtem
proprie mors denotari poteſt , quia ſerpens pri
mæ mortis cauſa fuit. Eo enim ſuadente,cecidit
Adam in mortem. fuga Moyſi, timorem & du
bitationem quam diſcipuli habuerunt in mor-
te domini,deſignat. Illi enim qui dixerunt,nos
putabamus quod redempturus eſſet Iſrael, quo-
Luce. 24 dammodo in morte domini deſperabant,& ab
eo iam mente recedebant. Accepit Moyſes ſer-
pẽtem per caudam, & reſtituta eſt uirga. Quid
per hoc uoluit intelligi? Cauda ſerpentis, poſte-
riora CHRISTI reſurrectionẽ & aſcenſionem,
denotat. Quæ duo cum diſcipuli mente attinge
rent, & corde crederent , iam ſerpens mutatus
eſt in uirgam: quia de quo mortuo deſperabãt,
eum uiuum poſtea adorabant. Thomas enim q
prius dubitauit,ponens manum in latus eius,di
xit: Dñs meus & deus meus. Poteſt etiam cau-
Iohã. 20. da ſerpentis,poſteriora eccleſiæ denotare. Nam
ſi quis ad poſteriora eccleſiæ reſpexerit, eam at
tingere non dubitabit,licet eam prius quaſi ſer
pentem & mortuam abominatus fuiſſet. ſic uir
ga in ſerpente,CHRISTVM in morte, & eccle

ſiam periclitantem in tribulatione deſignat. ali-
bi etiam Chriſtus per ſerpentem denotatur. Le
gitur quod Iſraeliticus populus multa in deſer-
to paſſus ſit a ſerpentibus, & ex illis multi mor
tui ſunt ex percuſſionibus ſerpentum . Quæ
plaga ut ceſſaret, præcepit dominus Moyſi, ut
ſerpentem æneum faceret, & eum in ligno alte Nu. 21.
poneret,ut ſi quis læſus eſſet a ſerpentibus, ſer
pentem illum intueretur & ſic ſanaretur. & im
pletum eſt præceptũ domini,& ſanati ſunt mul
ti. In hoc ſerpente tria notantur, quod æneus fu
it,& imaginem ſerpentis habuit,& mortuus fu
it. per æs,quia durabilius eſt omni metallo,diui
nitas Chriſti denotatur. imago ſerpentis,ſigni-
ficat Chriſtum in ſimilitudine carnis peccatri-
cis, & non in carne peccatrice. Mortuus ille ſer-
pens,mortem Chriſti deſignat. quam ſi quis in-
tuetur fide & opere,uidelicet eam imitando, ſa
natur ab omni percuſſione ſerpentum , id eſt,
ab omni impugnatione dæmonum . *leua manus
tuas in ſuperbias eorum in finem*. Quaſi dicat: Me-
mor eſto congregationis tuæ , & ut memor ſis,
leua manus tuas,id eſt,exerce potentiam tuam
in ſuperbias eorum,id eſt,contra ſuperbias Ro-
manorum principum, dirigẽdo eas in te ſinem.
uel in finem, id eſt, finali leuatione. leua manus
tuas contra eos. Et opus eſt,quia inimicus,id eſt,
populus Romanus multum maligne egit in ſan
cto loco,ſubaudis tuo deſtruendo . quod dicit,
*Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto? & in*tan-
tum *gloriati ſunt* de uictoria ſua , *qui oderunt te*,
gentiles uidelicet, qui maxime dicuntur te odiſ
ſe,quia tui cognitionem nunquam receperunt.
Et ubi gloriati ſunt? *in medio ſolennitatis tuæ*,id ẽ,
in eo loco ubi tua ſolennitas deberet fieri. Nota
quia congregati Iudæi ad paſchalem ſolennita
tem,perierunt a Romanis. & merito hoc tem-
pore perierunt, quia in eadem ſolennitate Chri
ſtum occiderunt. quod dicit, Et gloriati ſunt qui
oderunt te in medio ſolennitatis tuæ. & ecce q-
modo,quia poſuerunt *ſigna*,militaria ſubaudis.
ſigna dico,*ſua ſigna*. Signa iſta poſſumus dicere
aquilas,dracones cæteraq; quibus exercitus Ro
manorum uti ſolebat in prælio , uel ſigna ſua,
ſigna uidelicet phantaſtica & deorum ſuorum,
a quibus reſponſum forſitan acceperant ſe habi
turos uictoriam. quorum ſigna poſuerunt *ſuper
ſummum*,id eſt, ſuper templi ſummitatem, *ſicut
in exitu* uiarum, ſubaudis ſolet fieri. Mos enim
fuit antiquitus,ut facta uictoria,in exitibus uia-
rum ſigna ponerentur , ut eſſet monimentum
uictoriæ. Hæc talia ſigna quæ ſolebant poni in
exitu,poſuerunt ipſi ſuper templum, *& non co
gnouerunt*,non ex eorum uoluntate, ſed ex di-
uino nutu hoc proceſſiſſe. non cognouerunt ſe
eſſe inſtrumentum irati,non regnum placati. So
let enim deus facere quod frequenter faciũt ho
mines,qui colligunt qualecunq; ſarmentum, &
corrigunt inde filios. quibus correctis, ſarmen-
tum mittunt in ignem, & filiis ſeruant hæredita

tem.ita deus per impios ꝓbat pios,& frequenter per temporalem potentiam damnandorũ, exercet diſciplinam saluãdorum.uel ſic,Poſuerunt ſigna,dico ſua,id eſt, ſuæ uictoriæ.et nõ cognouerunt ſicut erat in exitu ſuper ſummo, id eſt,non intellexerunt hoc de ſummo.i. de paterna diſpoſitione exiſſe, & non ex deorum ſuorũ reſponſione. Poteſt aliter legi ſuperius: Quãta malignatus eſt inimicus in ſancto? & hoc merito, quia gloriati ſunt qui oderũt te,iudæi uidelicet,in medio ſolennitatis tuæ: quia quãdo tuã ſolennitatem debuerunt celebrare,non timuerunt te occidere. Quanta malignatus eſt inimicus in ſctõ,quia poſuerũt ſigna ſua ſigna, & nõ cognouerũt ſicut in exitu ſuꝑ ſummũ. & nõ tantum hoc fecerunt,ſed etiam ianuas eius, ſubaudis templi, exciderunt ſecuribus quaſi fieret in ſylua lignorum,id eſt,ita irreuerẽter ianuas templi inciderunt ſicut inciderent ſyluã lignorum. Sylua lignorum eſt,ubi non reperiuntur arbores utiles ad ædificia, ſed ligna igni tantum comburenda.quod dicit,*quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum*,id ẽ, in eandem uoiuntatem cõuenientes. *in ſecuri & aſcia deiecerunt eam*,ipſam ciuitatem uidelicet. Per ſecurim & aſciam notantur omnia genera inſtrumentorum, quibus ipſi Romani uſi ſunt in deſtructione ciuitatis. *Incenderunt igni ſanctuarium tuum*.ſanctuarium dico,ſolum *in terra* illa factũ. *Polluerunt tabernaculum nominis tui*,quia in tabernaculo quod nomini tuo fuit conſecratum, fecerunt equorum ſtabulum. & *dixerunt*,id eſt, ſtatuerunt *in corde ſuo*. & *omnis cognatio eorum ſimul* cum illis conſenſerunt,iſtud dicentes: *Quieſcere faciamus dies feſtos dei à terra*. expellendo eos uidelicet *omnes* q in ſuo nomine ſabbatizãt. & hoc merito patimur, quia *ſigna noſtra non uidimus*. Oſtendit hic Aſaph iudæos merito fuiſſe talia paſſos, quia ſigna quæ annunciabant impleta eſſe quæ promittebantur,cognoſcere noluerunt. quod ſic dicit, Signa noſtra non uidimus. Vidimus utique. Nam *iam non eſt propheta*.quod nobis eſt ſignum eum ueniſſe, qa prophetatum fuit:
Dan. 9. Cum uenerit ſanctus ſanctorũ, ceſſabit unctio. *Et nos non cognoſcet amplius*. Quaſi dicat:Dicendum eſt, quia non ueniet amplius. Veniet utique,ſed non ueniet eo modo quo prius uenit. Venit enim mitis,ueniet terribilis. Venit iudicãdus,ueniet iudicaturus. Venit, & offendiſtis in eum iacentem. cauete eum deſuper uenientem. *Vſquequo deus improperabit inimicus?* Aſaph intelligens,uidẽs ſic deprimi iudæos a principibus Romanis, quaſi eis condolendo dicit:Deus pater,uſquequo.i.quãdiu improperabit inimicus populo tuo?& uſquequo irritabit *aduerſarius*, id eſt,gentilis populus *nomen tuum* hoc,quod eſt deus?Erit hoc *in finem*?Et *ut quid auertis manum tuam & dexteram tuam*, id eſt,iudaicum populum, qui fuit manus tua. & non qualiſcũque, ſed dextera, quia per eum in fortitudine magna multa opatus es ſigna. quãdiu auertis eũ *de medio ſinu tuo*.i.de firma ſocietate tuorum,erit hoc *in finem*, id eſt, omnimoda auerſione?uel auertis eos, dirigẽdo in te finem.
Nota hic hiſtoriam de Moyſe, quando manum Exo. 4.
retraxit de ſinu,& facta eſt lepra plena:repoſuit eam iterum iubente domino, & recepit colorem cæteræ carni ſimilem. Manus ſubtracta de ſinu,ſignificat illos q a ſocietate fideliũ ſeparati ſunt quaſi leproſi, id eſt,peccatorũ maculis contaminati. ſed cum iam reuertuntur ad ſocietatem fidelium,mundantur a peccatis. quod notat manus in ſinum reducta. quod hic dicit, Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem?Quaſi dicat:Ne patiaris manum tuã de ſinu tuo extrahi, ſed permitte eam reponi, & recipiat colorem carni ſimilem,&cognoſcat creatorem.uel aliter,Incenderunt igni ſanctuarium tuum,in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. & merito hoc paſſi ſunt iudæi,quia dixerũt, id eſt,ſtatuerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul,id eſt, cum illis conſenſit in hoc,quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei a terra.Ac ſi dicat: Non ſit inter nos deinceps qui feſtum faciat deo, & ſabbatum cuſtodiat.&hoc adeo, qa ſigna noſtra non uidimus,per quæ intelligamus ſe curare de nobis.Iam nõ eſt propheta, qui conſoletur nos in afflictione.&ideo nos non cognoſcet amplius, quia nõ ueniet amplius ad liberandum nos. fruſtra enim ſunt prophetica dicta, quæ eũ pro noſtra ſalute annunciabãt uenturum.uſquequo deus improperabit inimicus? Hos duos uerſus ꝑcedentes dixit Aſaph in uoce iudæorum, nunc iterum uocem aſſumit propriam. Quaſi dicat: Dicunt iudæi CHRISTVM non ueniſſe. ſed tu deus,uſquequo improperabit tibi inimicus,id eſt,uſquequo non recognoſcetur ab inimico,id eſt,iudaico populo? cum conſtat eum ſanctum ſanctorũ ueniſſe,uſquequo irritat aduerſarius nomen tuum,id eſt, quandiu patieris iudaicum populum irritum habere nomen tuum,Chriſtianum uidelicet, & illud quaſi uanũ impugnare? & ut quid auertis manum tuam? Ecce iterum dolet perſecutionem iudæorum. Quaſi dicat: Tu deus, & ſi repellis de populo tuo paleas,ut quid auertis manum tuam & deteram tuam,id eſt,ut quid repellis illos qui manus tua futuri ſunt,grana uidelicet qui inter paleas reſeruantur,de medio ſinu tuo,id eſt,de tua protectione?erit hoc in finem,id eſt, finali auerſione?uel auertis eos in te finem, ſubaudis dirigẽdo. *Deus aũt rex noſter ante ſecula*.Quaſi dicat: Nos dubitabamus Chriſtum ueniſſe.deus autẽ rex noſter ante ſecula, ſubaudis ens, *operatus eſt ſalutem*,firmam fidem ſui *in medio terræ*,id eſt,in medio gentiũ,q̃ uſq; modo quaſi terra culta fuerunt, & nos q̃ſi cælũ.nunc aũt gentes cæiũ ſunt & nos terra.ipſi uigilãt,quia ſalutẽ receperunt, credẽtes Chriſtũ ueniſſe:nos ſtertimus, quia eũ

ueniſſe adhuc dubitamus. uel ſic, deus autẽ rex
noſter. i. noſtræ naturæ aſſumptor, operatus eſt
ſalutem ante ſecula, a patre p̃deſtinatã. Et quõ
operatus eſt ſalutem? Quia *tu deus cõfirmaſti in
uirtute tua*. i. in tua conſtantia *mare*. i. amaritudi
nem gentium cõtra te ſemper exiſtentium. *con-
tribulaſti capita draconum in aquis*. i. ſuperbiã ma
lignorum ſpirituum in aquis baptiſmatis cõtri-
uiſti. quod p̃figuratum fuit, quãdo mare rubrũ
Exo.14. ſtare feciſti, ut iſraeliticum populum ſicco ueſti
gio tranſmigrare faceres, & principes in ipſo
mari ſubmergeres. Nota q̃a mare ſtabat, & po
pulus iſraeliticus in motu erat. In mare q̃d ſta-
bat, gentes intelligamus in fide ſtabiles: iu dęi au
tem ambulabãt, quia adhuc de fide dubitãtes,
terrenis motibus adhærent. *Tu confregiſti capi-
ta draconis*. i. ſuperbiã ipſius principis draconũ.
quod p̃figuratũ fuit in capite uituli confracto
Exo.32. à Moyſe. *Dediſti eum*. i. ipſum draconem ſecũdũ
corpus ſuum. *eſcã*. i. refectionem *populis Aethio
pum*. i. illis quibus dictum eſt, Fuiſtis aliquando
Ephe.5. tenebræ, nunc autem lux in domino. qui aliq̃n
fuerunt æthiopes. i. denigrati, nũc autem ſplen-
didiſſimi, quia adeo confirmaſti, ut ſunt ſancti
apoſtoli, quibus membra draconis fuerunt re-
fectio, quia eos ſibi ſecundum fidem incorpora
bãt. Vnde Petro dictum eſt: Macta & mandu-
Actu.10. ca. Hæc talis eſca fuit præfigurata, quãdo Moy-
ſes uitulum illũ quem adorabat iſraeliticus po-
pulus, in puluerem redegit & poſitum in aqua,
eis ad bibendum dedit. Vitulus ille redactus in
puluerẽ, ſignificat infideles, q̃ igne diuini amo-
Exo.32. ris elationes & ſuperbias ſuas humiliter confi-
tendo incendunt. & ſic aqua baptiſmatis aſper-
ſi, fidelibus incorporantur. Vel aliter, dedi-
ſti eum eſcam populis æthiopum, quia perſe-
cutiones infidelium quaſi eſcas & refectio fue-
runt fidelibus. *Tu diſrupiſti fontes & torrentes*.
Quaſi dicat: Tu confirmaſti mare, tu contribu
laſti capita. & hoc taliter, quia fontes. i. apoſto-
los tuos in quibus erant fontes aquæ ſalientis in
uitã æternã, diſrupiſti, id eſt, p̃ diuerſos riuos du
xiſti. Diſrupiſti etiã torrẽtes. Torrẽtes ſunt illi,
qui operibus deo contradicunt, ſed tamen aliis
uerbum prædicationis adminiſtrant: & hoc ad
ſimilitudinem, quia torrens eſt aqua de monte
aliquo deſcendens cum impetu, & cito deficiẽs.
ita & iſti impetu oris fluunt, & in operibus ta-
men ſicci ſunt, per quos tamen dominus ſalutẽ
Mat.23. ſuorum operatur. Vnde in euangelio: Super ca
thedrã Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſęi. quæ
autem dixerint uobis, ſeruate & facite: ſecun-
dum opera eorum nolite facere. *Tu ſiccaſti fluui-
os Ethan*. Ethan interpretatur fortis uel robu-
ſtus. ubi intelligũtur philoſophi & elati ſeculares
de ſe pręſumẽtes, quorum fluuios exiccauit do-
minus, quia eorum turgidam poteſtatem & ua
nam doctrinam ad nihilum redegit. Exiccauit
enim dominus inflatam poteſtatem quaſi turgi
Iohã.19. dam ueſicã Pilati, cum ſibi dixit: Non haberes
in me poteſtatem, niſi tibi deſuper datum fuiſ-
ſet. Per ſuos etiam multas doctrinas hæretico-
rum, & uanas elationes ſecularium deſtruxit.
Vnde Paulus: Elegit ſtultos & ignobiles, ut cõ- I.Cor.I.
funderet mundi ſapientes & nobiles. *Tuus eſt di
es & tua eſt nox*. Quaſi dicat: Vere tu diſrupiſti
fontes, quia tuus ẽ dies, id eſt, qui perfecti ſunt,
a te habent ipſam perfectionem. Dies ſunt illi,
qui altioribus inſiſtunt, & ea aliis p̃dicant. nox,
qui circa hiſtoriam & moralem ſenſum conuer
ſantur, in inſtruendo alios. Vnde illud, Dies diei Pſal.18.
eructat uerbum, & nox nocti indicat ſcientiam.
Poteſt eſſe etiam ille idem nox, qui & dies eſt,
uelut Paulus fuit dies & nox: dies tunc quãdo
dixit, Sapientiam loquimur inter perfectos. nox I.Cor.2.
fuit quando dixit, Lac uobis potum dedi, non
eſcã. Tuus eſt dies & tua ẽ nox. & merito, quia I.Cor.3.
tu fabricatus es auroram & ſolem. Aurora ſunt,
incipientes iã lucere in uirtutibus: ſol, qui alios
illuminant. uel aurora dicuntur, carnaliter ſapi
entes: ſol, ſpirituales. *Tu feciſti omnes terminos ter
ræ*. Termini terræ ſunt perfecti p̃dicatores, qui
aliis terminant quid ſit ſectandum, & quid fugi
endum. uel termini terræ ſunt illi, per propriũ
domũ ſpiritusſancti, terminati ſunt ab aliis & di
ſtincti. Vnde illud, Vnuſquiſq; enim proprium I.Cor.7.
donum habet a deo. *Aeſtatem et uer tu plaſmaſti
ea*. Per æſtatem intelligũtur ſpiritu feruentes. &
per uer, uirtutibus uernantes. uel per æſtatẽ in-
telliguntur fructum colligentes: per uer, bene
operari incipiẽtes. quod dicit, æſtatem & uer tu
plaſmaſti ea, nõ ipſa ſe. Vnde illud, Dei enim do
num eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ephe.2.
Memor eſto huius, inimicus improperauit domino.
Aſaph uidens hæc omnia ad ſalutem gentiũ fa-
cta, & intelligens quia multa operatus eſſet de-
us in oleaſtro inſerto, rogat ut hæc eadẽ operet̃
in naturali oliua, cuius rami fracti ſunt. Quaſi d.
ſic: Tu domine qui plaſmaſti æſtatem & uer, id
eſt, qui in gẽtibus ſpiritu feruentes & ſimplices
in fide feciſti, tu memor eſto huius, ſubaudis tuæ
plaſmationis factæ in gentibus, ut idem facias
in iudaico populo, in granis, licet non in paleis.
Et quare dico, nõ in paleis? Quia inimicus, id eſt,
palea de populo illo, improperauit domino, di
cens. Nos ſcimus quia homo iſte peccator eſt. Iohan.9.
Et populus inſipiens incitauit nomen tuum ſic: Si fili- Matt.27
us dei es, deſcende de cruce. Et illud, Recede a Iob.21.
nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus. Me
mor eſto huius, & ut memor ſis, *ne tradas beſtijs
animas confitentes tibi*, id eſt, ne permittas con
formari beſtiis, id eſt, beſtialiter uiuentibus, ani
mam illorum qui humiliter confitentur tibi. ue
lut illi, Quid faciemus uiri fratres? *Et animas pau* Actu.2.
perum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ſed *reſpice in
teſtamentum tuum*, id eſt, in tuam promiſſionem,
non amplius in noſtram: in promiſſiones noui, Matt.28.
non in promiſſiones ueteris. Promittit enim no
uum teſtamentum iſtud, Ecce ego uobiſcũ ſum
uſque ad conſummationẽ ſeculi. & illud, Et ego Iohan.14

diligā eum,& manifeſtabo ei meipſum. In hoc
teſtamentum reſpice, ut illis qui acceperunt ta-
bulas,hæreditatem ſerues,granis uidelicet,non
paleis.Et q̄re non paleis? *Quia repleti ſunt iniqui
tatum qui obſcurati ſunt terra* domus .i.q cor ſuū
domus terræ fecerunt, ut terrena uidelicet ibi
Pſal.62. tātum reponātur,& nō ſpiritualia. Vnde alibi,
Introibunt in inferiora terræ. *Ne auertatur humi
lis*.i.humiliter peccata cōfitens, *factus confuſus*,
ſi auertitur. *Pauper & inops*,æterna ſola uideli-
cet deſiderantes,*laudabūt nomen tuū*.Et ut laudēt,
exurge deus, iudica cauſam tuam.i.tuorum ne fru
ſtra uideatur uidelicet cauſa illa, propter quam
contemnunt præſentia, & expectāt futura. *Me-
mor eſto inimicorum tuorum*, *eorum* uidelicet *quæ
ab inſipiente ſunt tota die*. Inſipientes ſunt,neſcien
tes ſibi in poſterum cauere,a quibus fit impro-
perium fidelibus,quod expectāt futura,& con
temnunt præſentia. huius talis improperij me-
mor eſto ſic. Ne *obliuiſcaris* in tuo iudicio *uoces
inimicorum tuorum*,qui te ipſi inimici recipiant,
quod inde promerētur. *ſuperbia eorum qui te ode
runt ,aſcendit ſemper*,id eſt, contra te ſemper au-
gmentatur eorum ſuperbia. Aſcendit eorum
contra te ſuperbia ,aſcendat contra eos tua un
dicta.

¶ In finem ne corrumpas,pſalmus cantici Aſaph. LXXIIII.

CONfitebimur tibi deus,confitebimur,& inuocabimus nomē tuum.
Narrabimus mirabilia tua:cum accepero tempus,ego iuſtitias iudi
cabo.Liquefacta eſt terra,& omēs qui habitant in ea:ego cōfirmaui
colūnas eius.Dixi iniqs,nolite inique agere:& delinquētibus,nolite
exaltare cornu.Nolite extollere in altū cor uſm,nolite loq aduerſus
deū iniquitatē. Quia neq ab oriēte, neq ab occidēte,neq à deſertis
montibus,qm̄ deus iudex eſt. Hunc humiliat,& hunc exaltat:quia
calix in manu domini,uini meri plenus mixto.Et inclinauit ex hoc, in hoc,ueruntamen
fex eius non eſt exinanita,bibent omnes peccatores terræ.Ego autem annūciabo in ſe-
culum,cantabo deo Iacob.Et omnia cornua peccatorum cōfringam,& exaltabūtur cor
nua iuſti.

Pſalmus iſte tumori ſuperbiæ, medicinā hu
militatis apportat:hoc agens,ne quiſque ſuper-
bus de ſe præſumat,nec humilis de deo deſpe-
ret: quia pmiſſio eius certa eſt & rata & incuſ-
ſa,omni carens dubitatione,quæ cōſolatur af-
flictos.Et quare afflictos? Quia uita hominis ſu
Iob. 7. per terram nihil eſt niſi afflictio. Vnde Iob,Mi
litia ē uita hominis ſuper terrā.Nec tamen pro
ſpera uita eſt tantum eligenda,& aduerſa uitan
da,ſed utraque cauenda: illa,ne frangat:iſta, ne
corrumpat,ut unicuique homini in quocunque
ſtatu rerum degit, non ſit refrigerium niſi deus,
nec gaudium niſi in eius promiſſis. Vita enim
iſta quemlibet fallit redundans felicitate. de-
us autem fallit neminem,quia uerax eſt in pro-
miſſis. & eum tenemus fideliſſimum promiſſo-
rem,qui ſe promittendo fecit debitorem. Sed
quia homini ad deum conuerſo,mutandæ ſunt
diuitiæ,& delectatiōes mutandæ, ſed nō ſubtra
hendæ: eſt enim tātum delectatio noſtra non in
re,ſed ī ſpe:hoc agit pſalmus iſte, ut certā ſpem
habeamus, ut inducamur in id q̄d ſperamus.
Pſal. 36. Nā cuius delectatio eſt tātum in ſpe,nō fallitur.
Vnde illud, Delectare in dño.Et ne cito uidere
mur habere pro quo delectamur,ſubiungitur:
Ibidem. & dabit tibi petitiōes cordis tui. Vnde ergo de
lectaris,ſi non habes quod petis:niſi quia habes
eum fideliſſimum debitorem, qui promittendo
fecit ut deberet? Titulus ſic expōitur,ne corrum
pas.Quid eſt,non corrumpas? Exhibe uidelicet
quod promiſiſti,fidem ueram & ſpem, tendens
in finem.i.in Chriſtū uidelicet ſpe,& nō in mūdū
re. Nam qui mundum in re tenent,& nō Chriſtū
ſpe:illi tādem neque erunt in re,neq in ſpe,cum
illi qui modo ſunt in ſpe,gloriabūtur in re. Pſal
mus Aſaph cātici.i.a cantico habendus. Aſaph
iſte uidetur Chriſtū notare, quia ipſe præcipue
in populo illo alios cōgregauit,& ſibi cōformes
fecit.cuius uox ē in hoc pſalmo,exhortātis nos
ut humiliter deo cōfiteamur, & nō ſuperbe de
nobis præſumamus. Dicit autem ſic:
C*Onfitebimur tibi deus, confitebimur, et inuoca
bimus nomen tuum*. Nota prius cōfitēdū,&
poſt inuocādū: qa quē inuocas,in te uocas.In te
aūt nō uenit deus uocatus,ſi tu fueris elatus: qa
ad elatum non accedit,ſed ad humiliter cōfiten
tem.Faciamus ergo confeſſionem, non ut eum
delectet,ſed ut nos mundet. Mūdemus templū
noſtrum per confeſſionem, in quo ueniet inuo-
catus.Oīa alta ut attingamus,nos extollimus
& erigimus. & ſi nos non ſufficimus, machina-
menta & ſcalas quærimus,ut ea attingamus.de
us altus eſt, ſed ab alto nō attingitur.ipſe enim
prope eſt his tantum,qui obtriuerunt cor. Tri-
tura aūt cordis,pietas & humilitas eſt.qui autē
obterit cor,ſibi iraſcitur. Quare tu quiſq te ha
beas iratum, ut ſentias eum placatum.habeas te
accuſatorem, ut inuenias illum defenſorem.fac
confitendo tibi propicium, quem negādo non
facis neſcium. cōfitere ut auertat faciē ſuā a pec
catis tuis, & non a te.auertatur ab eo quod tu
feciſti,non ab eo quem fecit. Ipſe enim fecit ho-
minem,tu feciſti peccatorem.ipſe etiam potens
eſt auertere faciem tuam a peccante, & nō auer Pſal.137.
tere ab humiliter confitente. Vnde illud,Excel-
ſus dominus & humilia reſpicit,& alta a longe

cognoſcit. Reſpicit humiles per peccatorum remiſſionem, elatos cognoſcit per iuſtam damnationem. Quare confiteamur, ut inuocemus, quod dicit. Confitebimur tibi deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuũ. Nota hanc repetitionem non eſſe factam cauſa loquacitatis, ſed cauſa confirmationis, ne te pœniteat eſſe confeſſum,
Pſal. 135. quoniã bonus eſt cui cõfeſſus es. Vnde alius pſalmus, confitemini domino quoniam bonus. Et quia bonus eſt, ne timeas confiteri: quoniam nõ confiteris inſultatori nec punitori, ſed peccata ignoſcẽti. Time cõfiteri homini iudici, poſt confeſſionem peccata punit. ſecure confitearis deo, qui poſt confeſſionem ignoſcit. Et inuocabimus nomen tuum, ut ex te pleni ſimus, qui per confeſſionem euacuati ſumus. Et unde ſit impletus, ſubiũgit: *Narrabimus mirabilia tua.* Quaſi dicat: Ego & mei narrabimus mirabilia tua, quæ mirabiliter operaris in corporibus, & quæ mirabilius operaris in moribus. *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* quaſi dicat: Notificatis mirabilibus tuis, ego præcipue iuſtitias iudicabo, non parcendo contemnenti, qui nunc dono confitenti. gratias illi q prius uoluit iuſtitiã narrare & prædicare, quàm iudicare: q a ſi prius iudicaret quàm prędicaret, quis abſolueretur? & quis liberaretur? Nullus utiq;. Quare amemus prædicantem, ut ſecuri expectemus eũ iudicantẽ. Ipſe accepit tẽpus iudicãdi iuſtitias, nos accepimus tempus faciendi. De eo dictum eſt: *Miſe-*
Pſal. 100. *ricordiam* & iudicium cantabo tibi dñe. Quare ut nõ timeamus peccatorum punitorem, amemus peccatorum donatorẽ. Cum accepero tempus, iuſtitias iudicabo. Quis accepit tempus iudicãdi? Nõ filius dei per quẽ facti ſumus, ſed filius hominis per quem refecti ſumus: nõ q aſſumpſit, ſed q aſſumptus ẽ. Ipſe enim qui aſſumptus eſt, mutatus eſt in melius: qui aſſumpſit, non mutatus in peius. Ipſe enim exinaniuit ſemetipſum, inferiorem naturã aſſumendo, nõ ab æquali degenerãdo, aſſumens quod nõ erat, manens quod erat, a nullo accipiens tempus illud iudicandi, ſed ſemper habens illud. *Liqueſacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea.* Quaſi dicat: Merito iuſtitias iudicabo, quia terra, id eſt, populus iudaicus, qui deberet alijs eſſe terra p quam reficerentur, liqueſacta aliquo fluit, id eſt, a liquidis & ueris præceptis per cupiditatẽ diſceſſit. quia quanto quiſque per cupiditatem inferius delectatur, tanto plus a creatore recedit: & quanto ſuperius delectatur, tanto propior intelligitur. Et oẽs qui habitant in ea, id eſt, non tantum Iudæa liqueſacta eſt, ſed omnes illi qui in ea habitare deberent, exemplum bonæ operationis ab ea aſſumendo. *Ego autem confirmaui columnas eius,* id eſt, apoſtolos in paſſiõe mea comitantes, confirmaui in reſurrectione. Colũnæ dicuntur apoſtoli, quia per eos fulciti erant. & ſuppoſiti iudæi & cæteri, ne caderent. Poteſt ſic continuari: Ego autem cum accepero tempus, iuſtitias iudicabo. & nũc interim quid? liqueſacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea. ego autem confirmaui columnas eius. & per ipſas columnas *dixi iniquis, Nolite inique agere.* Dixit quidem, ſed nos non audiuimus. Et qui non audiuimus eum ut ſani ſtaremus, audiamus eum uel ut lapſi reſurgamus: & quia ſani non ſumus, audiamus medicum uenientem ad languidum. *Et delinquentibus, nolite exaltare cornu.* Quaſi dicat: Dixi ne inique agerent, illis autem qui a delicto ſe non abſtulerunt, dixi: Nolite exaltare cornu. Quaſi dicat: Si peccaſtis per cupiditatem, nolite peccatum defendere per elationem. *Nolite,* dico, *extollere in altum cornu ueſtrum,* id eſt, nolite confirmare oppugnantiã ueſtram in deum, iugum dei detrectantes. *nolite loqui aduerſus deum iniquitatem,* ponendo uidelicet eum iniuſtum, & non curare res humanas. Ipſe enim loquitur iniquitatem, cum uidet malos florere, bonos laborare, dicit deum nõ gubernare humana. quod hic prohibet, nolite loqui aduerſus deum iniquitatem. Vnde alibi, Non declines cor meum in uer- Pſal. 140
ba malitiæ. *quia neque ab oriente, neq; ab occidẽte, neque a deſertis montibus, quoniam deus iudex eſt.* Quaſi d. Nolite loqui aduerſus deum iniquitatem, quia iudex qui nos iudicabit, non uenturus eſt tãtum ab oriente, neq; ab occidente, neque a deſertis mõtibus: qm deus eſt q iudicat, & ideo neceſſario ubiq; pſens. & *hunc* uidelicet iudaicũ populum, ſe exaltantẽ & de ſe præſumentem,
humiliat, & hunc. i. gentilem populũ ſe humiliantem *exaltat.* quod notatum eſt per publicanũ et phariſæũ, quia publicanus ſe humiliauit, & exaltatus ẽ. phariſæus ſe extulit, & humiliatus eſt. Lucæ. 16.
quod dicit, hunc humiliat & hunc exaltat. Et quare? *Quia calix in manu domini, uini meri plenus mixto.* i. comparabilis eſt poteti pincernæ, qui ex calice propinaret amicis ſuis dulce uinum, et inimicis acidum. quod dicit, quia calix. i. remuneratio eſt in manu domini. calix dico, plenus uini meri, iuſta uidelicet retributione, quia multum iuſte iudicabit. ſed unicuiq; retribuet iuxta meritorum æqualitatem. eſt euã plenus mixto, q a boni inde bibent uinũ dulce, mali acidũ: quod tamen merũ eſt, quãtum ad ipſum dominum. *& inclinauit* ipſum calicem *ex hoc* potato *in hoc,* ſubaudis potandum. uel ex hoc uaſe bonorũ, in hoc uas malorum. *Veruntamen* licet ipſe calix inclinetur, *ſex eius non eſt exinanita,* id eſt, non eſt inde effuſa, quia nulla eſt ibi ſex, ſed merum uinum, quantumcunque inclinetur. Et ne putaremus peccatores nihil habere ibi q̃d biberẽt, quia fece caret, ſubiungit: *bibẽt omnes peccatores terræ,* pro ſua uidelicet cõpetentia. bibent enim acidum, licet merum. *Ego autem* & mei non ſic bibemus, quia *annunciabo in ſeculum,* alios uidelicet conſtruendo. & *cantabo deo iacob,* ſicuti uidelicet cantandum eſt. Vel aliter: Hunc humiliat, & hunc exaltat. Et quomodo hoc? Quia in manu dñi eſt calix, lex quæ reficit & potat. calix dico, plenus meri uini. i. meroru; præceptorũ. plenus etiã mixto. i. carnalibus ſacramẽtis, in q bus

quaſi in fece latet nouum teſtamentum. Et inclinauit ipſum calicem ex hoc in hoc, id eſt, ex notitia Iudaici populi in notitiam gentium. ſed tamen fex non eſt exinanita, id eſt, non eſt inde effuſa, ſed reſedit in fundum, quia carnalia ſacramenta apud Iudæos remanſerunt. Bibēt omnes peccatores terræ, ex hoc uidelicet calice, quidā merum uinum, quidam fecem. Iudæi enim qui in carnalibus ſacramentis permanſerunt, fecem bibunt. Ego autem annunciabo uinum merum bibendum, & hoc in ſeculum: & ſic cantabo deo Iacob, *& omnia cornua peccatorum confringam,* elationem uidelicet de iuſtitia ſua præſumentium. *Et exaltabūtur cornua iuſti.* Cornua iuſti ſunt, pietas, humilitas, cæteræq; uirtutes. cornua peccatorum ſunt elatio & ſuperbia, quæ tandem a domino confringentur. Confringamus ergo cornua noſtra, ne a domino confringantur. Si non dixit deus, Nolite inique agere, paremus elationem & defenſionem: ſi autem dixit, præoccupemus confeſſionē: quia tunc confeſſio erit ſera, & defenſio nulla.

¶ In finem in carminibus, canticum ad Aſſyrios, pſalmus Aſaph. LXXV.

NOtus in Iudæa deus, in Iſrael magnum nomen eius. Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcū, ſcutum, & gladiū & bellum. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde. Dormierūt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis. Ab increpatiōe tua deus Iacob, dormitauerūt qui aſcenderunt equos. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. De cælo auditum feciſti iudicium, terra tremuit & quieuit. Cum exurgeret in iudicium deus, ut ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agēt tibi. Vouete & reddite domino deo ueſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud *omnes* reges terræ.

Aſſyrij interpretantur dirigentes. quia in illo populo fuerunt plures qui ſe direxerunt ſecundū carnalia ſacramenta, ſecundum literā intelligentes, non ſecundum ſpiritum. contra tales loquitur Aſaph in hoc pſalmo, cōſtituēs pedes ſuos in uiam ſalutis dirigere, humiliter uidelicet confitendo, & ſic ſe bonum pacis faciendo in q̄bus habitat deus. Dicit autem ſic:

N*Otus in iudæa deus, in Iſrael magnum nomen eius.* Solent gloriari Iudæi cum audierint hūc uerſum, quaſi de ſolo propheta diceret, notus in Iudæa deus. Vt autem non de ſolis Iudæis hoc accipiamus, adhæreamus interpretatiōi nominis, ut ſic intelligamus de q̄bus agat pſalmus. Interpretatur Iudæa, confeſſio. confiteri autem non ſolis cōuenit Iudæis, ſed etiam gentibus dei. quibus oībus dicit propheta, Notus in Iudæa deus, & magnum nomen eius, non nomen ignominioſum, Homo uidelicet, quod ab humo dicitur: ſed hoc nomen quod eſt Deus, notum in Iſrael, id eſt, uidentibus deum. Ipſi enim intelligunt ſuper egenum & pauperē. Nota quod dicit, notus in Iudæa deus. Non enim hic accepit,
Rom. 2. qui in manifeſto iudæus eſt, ſed qui in occulto. non qui circunciditur in præputio, ſed qui circūciſus eſt in corde. q̄d dicit, Notus in iudæa deus, in iſrael magnum nomen eius. *& ſic factus eſt in pace locus eius,* uidelicet dei. in pace, id eſt, in illis qui pacem in ſe fecerunt, habentes concordiam cum moribus ſanctis, & litigium cum uitiis. Nam non poteſt eſſe quandiu homo in hoc tabernaculo ingemiſcit, ut fomes peccati cū non inquietet. ſed ei conſentire non debet, ſed ſi ſurrexerit, talem faciat ut in eo non inueniat arma iniquitatis, quibus extendat manum ad proximum. uel ſi ſurrexerint alii motus illiciti, non inueniant inſtrumēta iniquitatis. Vnde Paulus: Rom. 6.
Eſt peccatum in mortali noſtro corpore, ſed nō regnet. Nota hic ordinem bonū. Nā oportet ut quiſquis in iudæa (id eſt, per confeſſionem) peccatorum recipiat remiſſionem, ut ſic deum uidere mereatur nunc per fidē, poſtea ſecundū ſpem. & ſic poſtquam eſt iudæus & iſrael, reſtat ut ſit Hieroſolymitanus, ut ſic pacem habeat cū deo. quia quandiu quiſq; confiteri dedignatur, quaſi cum deo per elationem *rixatur:* quia quandiu diſplicet deo quod nobis placet, cū eo rixamur. Ipſi enim diſplicet ebrietas, nobis placet. ipſi diſplicet furtū, nos laudamus furē: ipſi placet nouitas, nobis uetuſtas. & ſic ab eius imagine in q̄ creati ſumus, noſmetipſos exterminauimus. Sed ſi quandoq; nobis placuerit quod ipſi placet, iam ceſſamus a rixis, & pacem cum eo facimus, reformando nos ſuæ imagini. quod dicit, Et factus eſt in pace locus eius. *& tandem habitatio eius in Sion,* id eſt, in ueris contemplatoribus,
non contemplantibus ea quæ uidentur, ſed quæ 2. Cor. 4.
non uidentur. Et *ibi,* id eſt, in Sion & in uera Iudæa *confregit potentias* arcuum, id eſt, occultas inſidias. *ſcutum,* id ē, protectionē uanæ præſumptionis. *& gladium,* id eſt, apertas impugnatiōes. *& bellum,* peccati uidelicet defenſiōem. quia nullum bellum magis diſplicet deo, quàm peccati defenſio. Ibi confregit potētias arcuum. Et hoc

quomodo? Quia *tu deus illuminans eris mirabili-*
ter à mõtibus æternis .i. alios illuminabis per apo
ſtolos tuos, qui dicuntur mõtes, qm̃ eis primũ
refulſit lux uera, & per eos deſcendit in ualles.
& hoc mirabiliter, ſequentibus uidelicet ſignis
& prodigijs. & *conturbati ſunt*. & turbabun-
tur *oẽs inſipientes corde*, quia cum audierint, no-
1. Tim. 6. lite confidere in incerto diuitiarum, turbabun
tur, uelut illi qui dixerunt: Quis eſt iſte nouorũ
Actu. 17. dæmoniorum p̃dicator? Et unde habent q̃d tur
babuntur? quia *dormierunt ſomnium ſuũ*.i. delecta
tionem habuerũt in terrenis, quæ tamen quaſi
per ſomniũ poſſidebant, quia temporalia nihil
ſunt. Si non credis, dormis. euigilabis, nihil eſſe
uidebis. quod dicit, dormierunt ſomniũ ſuum,
id eſt, terrenis occæcati, facti ſunt comparabiles
dormientibus in ſtramine, & ſomniantibus ſe
iacere ſuper culcitras & pallio coopertos, qui
cum excitantur, uident nihil eſſe quod ſomnia-
uerunt. ita qui in hac nocte carnis terrenis ad-
hærent, tãdem nihil eſſe terena intelligent, & eis
adhæſiſſe dolebunt. quod dicit, *Et nihil inuene-*
runt, id eſt, nihil tandem inuenti ſunt, *omnes uiri*
diuitiarum in manibus ſuis. quia ex omnibus diui-
tijs nihil inuenerunt in manu retribuentis, niſi
q̃d hic ponitur in manu pauperis. & ideo q̃a ibi
uult habere manus plenas, hic attendat uacuas
manus pauperis. *Ab increpatione tua deus Iacob*
dormitauerunt, qui aſcenderunt equos. Quaſi dicat:
Ideo nihil inuenient tandem, quia cum deberẽt
excitari ab tua increpatione, id eſt, a tua prædi-
catione deus Iacob, futura attendentes uideli-
cet, dormitauerunt .i. aures ſuas terrenis obtu-
rauerunt. & ſic clamor qui alios ſolet excitare,
eos fecit obturare: quia quanto ſæpius admo-
nebantur terrena dimittere, tanto dulcius fuit
eis adhærere. & hoc ideo, quia aſcenderunt eq̃s
ſuperbiæ, uidelicet præſumentes de ſeculari di
gnitate, de nobilitate parentum, & de cæteris
ad mundũ pertinẽtibus. & ideo tu domine qui
illuminas a mõtibus æternis. *Tu terribilis es*, ſub
audis futurus cum ueneris in maieſtate patris,
terribilis uidelicet malis, blandus iuſtis, *& tunc*
quis reſiſtet tibi? Nullus uidelicet, quia ex *tunc*, id
eſt, ex eo tempore erit *ira tua* perpetua, nunc au
tem & miſericordia. Quare qui uult ſecurus eſ-
ſe in tempore iræ, operetur bene in tempore mi
ſericordiæ. Et qualiter ueniet ira tua? Quia *de cæ*
1. Cor. 15. *lo auditum feciſti iudicium*, in tuba uidelicet ange-
licũ. Vñ illud, Canet em̃ tuba, & mortui reſur-
gẽt incorrupti. et ſic *terra tremuit et quieuit*. i. terre
ni hoĩes trement & quieſcent, quia non habe-
bunt locũ poſtea infideles ſæuire, quia ipſi erũt
in perpetuo igne. Et quando erit hoc? *Cum exur*
get in iudicium deus, id eſt, cum manifeſte uene-
rit ad iudicandos malos. & nõ tantum exurget
ad iudicium, ſed etiam exurget ad hoc, *ut ſaluos*
faciat omnes manſuetos terræ. De quibus dictum
Matt. 5. eſt: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebũt terrã.
uel aliter: Nihil inuenerũt omnes uiri diuitiarũ
in manibus ſuis. Et unde hoc? Quia primi parẽ
tes q̃ aſcẽderũt eq̃s apoſtaſiæ, ſ. ut a ueritate rece
derẽt, dormitauerũt. i. excæcati ſunt. & hoc à tua
increpatiõe. O deus, iudica aſcenſores iuſto iudi
cio, quia iuſte occæcati ſunt, qui tuam obedien-
tiam cuſtodire dedignati ſunt. et tu deus illumi
nãs, terribilis es, & quis reſiſtet tibi? & nullus uti
que. Malo enim ſuo reſtitit tibi primus homo.
quia ex tunc ira tua, ſubaudis incepit. & maior
adhuc futura, quia iudicium tuum facies audi-
tum de cælo, id eſt, ex angelica tuba manifeſta-
bis iudicium. & tunc terra tremuit & quieuit,
cum *exurgeret* in iudiciũ deus, ut ſaluos *faceret*
omnes manſuetos terræ. Sententia eadem quæ
prius. uel ſic, Ex tũc fuit ira tua, maior tamen ad
huc futura. Et unde hoc ſcimus? Quia iudicium,
id eſt, iram illam futuram feciſti auditam, id eſt,
manifeſtam de cælo, id eſt, de homine dominico
uel de unoquoque cælo, id eſt, prædicatore tuo. 2. Theſ. 1.
De hoc iudicio dicit Paulus: In reuelatione do-
mini Ieſu de cælo cum angelis uirtutis eius, dan
tis uindictam in flamma ignis his, qui nolue-
runt audire deum, & qui non obediunt euange
lio ueritatis ipſius. Hoc iudicio manifeſtato, ter
ra tremuit, id eſt, terreni homines tremuerũt, &
quieuerunt peruerſe agere, Vnde illud, Quie- Iſa. 1.
ſcite p̃uerſe agere, diſcite bene facere. Et quan-
do tremuit terra? Cum exurgeret in iudicium
deus, id eſt, cum audiſſent a prædicatoribus do
minum reſurrexiſſe, & ad iudicium uenturum.
Ad hoc enim reſurrexit, ut iudicaturus ueniret.
Voluit iudicari mitis, ut ueniret iudicare terri-
bilis. quod dicit, cum exurgeret in iudicium de
us. Et non tãtum notificatum eſt eis, ut deus ex-
urgeret in iudicium, ſed etiam ut ſaluos faceret
omnes manſuetos terræ. Et merito domine ſal
uos facis manſuetos terræ, qm̃ ipſi operãtur q̃d
tibi placet. *quoniã cogitatio hominis*, rationaliter
uidelicet uiuentis, *confitebitur tibi, & reliquiæ co-*
gitationis, id eſt, ſolicitudo de præteritis, & cau-
tela de futuris, *diem feſtum agent tibi*. quia non ex
triſtitia, ſed cum hilaritate bene operantur. q̃d
gaudium erit deo. Nota quia prima cogitatio
hominis debet eſſe in confeſſione fideli. poſtea
reliquiæ cogitationis, ut ſemper ſit ſolicitus de
præteritis, & cautus de futuris: quia quanto ſoli
citior eſt de præteritis, tanto cautior erit de fu-
turis. Nam qui negligens eſt de præteritis, po
teſt contingere ut iterum peccet. Vouete domi
no deo ueſtro. Quaſi dicat: Vt diem feſtum aga
tis, *uouete* uos ipſos, *& reddite domino deo ueſtro*.
Nã neceſſe eſt ut q̃ uouet, etiã reddat, quia uo-
uẽdo ſe debitorẽ fecit. & melius eſt nõ uouere,
quã poſt uotũ nõ ſoluere. Audi quid ſit uouen-
dũ. Quiſquis cogitat q̃d bñ uoueat, ſeipſum uo Ephe. 4.
ueat & reddat. hoc debetur, hoc exigitur. Sunt
etiã uota q̃dam hoĩbus cõia, q̃dã ſpecialia. cõia,
ut qui furabatur, iã nõ furetur: & a cæteris uitijs
abſtinere, q̃d ꝓfitetur oĩs q̃ baptizatur. Specia-
lia uota ſunt, qñ aliquis uouet ſe monachũ fieri,

uel aliquid aliud. ꝙd dicit, uouete et reddite dño deo ueſtro. & hoc ita fiet, qa *omnes qui ſunt in circuitu eius*, id eſt, qui eũ in medio & communem omnibus putant, afferent *munera*, ſeipſos uidelicet. quod alibi dicitur, Reges Arabum & Saba Pſa.71. dona adducent. Nota quod dicit, in circuitu eius afferent munera illi enim qui communem eum eſſe non credunt, dicentes: Ecce apud nos Chriſtus, non afferent ei munera, ſed illi tantum qui in circuitu eius ſunt, afferent munera. Et cui afferent? *Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum*, id ẽ, per cuius poteſtatem deprimitur elatio terrenorum principum. terribilis eſt etiam *apud omnes reges terræ*. Pſal.110. apud illos qui terrenitatem ſuam bene regunt: quia initium ſapientiæ, timor domini.

¶In finem pro Idithum, pſalmus Aſaph. LXXVI.

VOce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad deum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus. Renuit conſolari anima mea. memor fui dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus. Anticipauerunt uigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus ſum nocte cum corde meo; & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Nunquid in æternum proijciet deus? aut non apponet ut complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et dixi, nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelſi. Memor fui operũ domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus, in ſancto uia tua, quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia. Notã feciſti in populis uirtutem tuam, redemiſti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioſeph. Viderũt te aquæ deus, uiderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus aquarũ; uocem dederunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, uox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit terra. In mari uia tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & ueſtigia tua non cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi & Aaron.

Loquitur in hoc pſalmo Aſaph tranſiliens, & tranſiliendo nos hortatur ad tranſilitionem, ut perueniamus ad Chriſtum, uidelicet qui finis eſt, ad quem iſte tranſiliens Aſaph iam tranſiliuit. Quid autem tranſiliendum ſit, ut ad illum finem perueniamus, docet nos textus ipſius pſalmi. Etenim tam diu tranſiliendum eſt quicquid nos impedit, quicquid irretit, quicquid illaqueat, quicquid uolatum noſtrũ onere aggrauat: donec ad illud perueniamus, ultra quod nihil eſt, in quo omnia ſunt, & ex quo quod eſt, eſt. & ideo qui iſtius pſalmi animam uult imitari, id eſt, intellectum eius tenere, neceſſe ẽ ut carnalia deſideria tranſiliat, pompam ſeculi & illecebram calcet. nihil proponat ſibi in quo ſubſiſtat, niſi illum a quo ſunt omnia, in quibus omnibus iſte tranſiliens laborat, ut ad eum finem ꝑueniat, Chriſtum uidelicet, ultra quem nihil eſt, & infra quẽ omnia facta ſunt, & ex quo omnia, quæ ſunt, eſſe habent. Titulus ſic exponitur. In finem referunt hæc uerba, & eſt pſalmus Aſaph, factus ꝑ Idithũ.i. pro tranſilitione. & ſic dicit: V*oce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad deum, & intendit mihi.* Quaſi exhortando Iohan.7. alios ſic dicat: Qui ſitit, ueniat & bibat. & inde mihi experto credẽdum eſt, quia ego clamaui ad dominum uoce mea, uoce uidelicet intenta, uoce cordi cõſona. non ut populus ille cui dictum eſt, Populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe eſt a me. Matt 15. Et quia multum intente clamant ad deum pro diuitus acquirendis, pro damnis deuitandis, pro ſalute, pro ſoſpitate domus ſuæ, pro temporali felicitate, ꝑ ſeculari dignitate, & poſtremo pro ſanitate corporis, q̃ patrimoniũ eſt pauperis. & ſic uix aliquis clamat ad dominum propter ipſum promerendũ. q̃ſi ſuauius ſit ꝙd dat, q̃ ipſe qui dat, ne iſtum arbitremur emiſiſſe uocem propter aliud habendum, quám ſolum deum, qui uoluntate ſacrificauit deo, qui omnia trãſiliuit, qui ultra ſe nihil uidit, niſi eũ a q̃ creatus eſt, adeo ſubſecutus ait: Voce mea ad deũ tm̃ ꝓmerendũ, ſubaudis clamaui, & ipſe intẽdit mihi.i. intẽſum adiutoriũ mihi fecit, ut nõ fruſtra clamarẽ. uel intẽſum fecit clamorẽ meũ. & hoc ideo, qa ego *in die tribulationis meæ*.i. in hac p̃ſenti uita, q̃ dicit̃ tẽtatio, et ideo tribulatio. Vñ illud, Militia ẽ uita hoĩs ſuꝑ terram. Iob.7. Deũ *exquiſiui* i. extra oĩa q̃ſiui, qa oĩa alia q̃rere cõtẽpſi. & hoc *manibus meis*.i. opibus meis, operando uidelicet ꝙd bonũ eſt. Nota quia multi cũ ſint in tribulatiõibus, clamãt ad dñm, nõ ꝓpter dñm, ſed ut ꝑ eum poſſint tribulatiões euadere. uelut cũ quis incarceratur, clamat ad dominũ, ut per eum poſſit exire carcerem, ſi famem patitur,

ab eo ut habeat unde reficiatur. ſi etiam febrim
patitur, clamat ad eum ut ſanetur. iſte aũt tran-
ſiliens qui hic clamat, non quærit tribulationes
euadere, niſi ut ſecurus poſſit deo adhærere.
Tribulationes autem fidelium ſunt, mortali-
tas & paſſibilitas, a quibus cum liberantur, ſe-
cure deo adhærent, quia eum facie ad faciem
uident. quod hic optans, dicit: In die tribula-
tionis meæ, die dico tribulationis, exiſtente *no-*
cte & *contra eum*, id eſt, coram eo, & non ad effe-
ctum hominum bene operatus ſum. Vnde il-
Matt. 6. lud, Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis co-
ram hominibus ut uideamini ab eis. Cum facis
eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſed fac
in abſcondito. & pater tuus qui uidet in abſcon
ſo, reddet tibi. Nota, quia uita fideliũ & dies &
nox poteſt dici. dies, quantum ad uitam fideliũ.
Vnde Paulus, Abijciamus opera tenebrarum,
Roma. 13. & induamur arma lucis. ſicut in die, honeſte am
bulemus. Nox dicitur, quantum ad perfectio-
nem claritatis, quæ eſt in angelica uita. quod ſic
2. Pe. 1. comprobat Petrus: Habemus enim certiorem
propheticum ſermonem, cui uos benefacitis in-
ſiſtentes quaſi lucernæ in obſcuro loco, donec
dies eluceſcat, & uerus ſol oriatur in cordibus
ueſtris, quod dicitur, In die tribulationis meæ
deum exquiſiui manibus meis nocte contra cũ,
& nõ ſum deceptus quærendo deum, iuxta quod
Mat. 7. ipſe ait: Quærite, & inuenietis. Et quomo-
do non ſit deceptus inquirendo deum, ſubiun-
git: *Renuit conſolari*, id eſt, conſolationem habe-
re *anima mea* in terrenis, per q̃d ſcio me non eſſe
deceptum inquirendo deo. uel ſic continuatur,
In die tribulatiõis meæ deum exquiſiui. & ideo
eum tantum exquiſiui, quia renuit cõſolari ani
ma mea in his quæ retro ſunt, omnino cõſolatio
nem hominis reſpuens. Nota quod dicit, renuit
conſolari anima mea. Ipſe enim tranſire uolens
omnia, cõſiderauit conſortes ſuos in terrenis flo
Pſal. 118. rentes. & ibi defectio tenuit eum pro peccatori
bus derelinquentibus legem domini. Vertit ſe
in dexteram patrem, nec ibi uidebatur ei tutũ
laxare habenas gaudii ſui: quia ſi ibi laxaret, &
aliquid aduerſitatis cõtingeret, tanto maior ſe-
queretur triſtitia, quãto maior præceſſit lætitia,
& ideo anima eius omnino recluſit ſe à terrena
Phil. 3. felicitate. quod dicit, renuit cõſolari anima mea
in his qui retro ſunt, extendens me ad ea quæ
priora ſunt. quia *memor fui dei* tãtum, *& delecta*
tus ſum in hoc quod memor fui eius. *&* quia *ex-*
ercitatus ſum in inſtructione aliorũ. ſed *defecit*
ſpiritus meus, id eſt, uirtus mea, uidẽs hoc quia p
me non potui inuenire aliquid quod dignũ erat
dicere. Et unde defecit ſpiritus? Quia *anticipaue*
runt uigilias oculi mei. i. comparabilis factus ſum
homini præ aliis uigilias capiẽti, & pro magna
aſſiduitate uigiliarum caliginoſos oculos habenti,
quia oculi mei interiores obſcurati ſunt. & inde
turbatus ſum, inſufficientem me uidelicet inueni
ens, *& non ſum locutus*, quia timui aliquid dicere

unde calumniarer. & inde calumniatores habe-
rent materiã peccãdi. & ideo tutius mihi uide
bat ſilentiũ habere. & in ipſo ſilẽtio *cogitaui dies*
antiquos. i. mihi propoſui dies antiquorũ paren-
tum, ad quos per inobedientiam deuenerunt,
& annos æternos in mente habui. i. dies æternitatis,
ad quos peruenturi eſſent primi parentes, ſi in
obediẽtia perſtitiſſent, ſemper in mente habui.
quia ex eorũ inobedientia percepi defeciſſe ſpi-
ritum meum, *& illos æternos meditatus ſum no-*
cte, id eſt, interrupta quiete. uel nocte. i. in ipſa
tribulatione, & hoc *cum corde meo*. i. tota inten-
tione. *&* hoc non ad horã. ſed *exercitabar* in aſſi
duitate huius meditationis, *&* ſcrobebam *ſpiri*
tum meum. i. rationabilitatem meam fodi & re-
ſculpſi, euacuando eam a terrenis, ut ſic inue-
nirem quod inueſtigare incepi. uel *ſcopebam*. i.
planabam ſpiritum meum à terrenis. uel ſcobe
bam ſpiritum meum, dicẽs: *Nunquid in æternum*
proijciet deus ſeruos ſuos? Non. uel ſic ſcopebã
ſpiritum meum. Et quid inueniſti? Iſtud uideli-
cet, quod dominus nõ iraſcetur in æternum ſer
uis ſuis. Nũquid remouebit ſeruos, & diſſoluet
compeditos, & in æternum præcludet ira miſe Iſa. 57.
ricordiam? Vnde Iſaias: Non in æternum ero
uindex in uobis, nec per omne tempus ulciſcar
in uos. ſpiritus enim ex me proceſſit, & omnem
flatum eius ego feci. propter peccatum autem
paululum quid contriſtaui eum, & percuſſi eũ,
& auerti faciem meam ab eo. & abiit triſtis, &
ambulauit uias ſuas, & ſanaui eum. quod dicit,
Nunquid in æternum proiiciet deus, & *non ap-*
ponet ut complacitior ſit? id eſt, ut magis ſibi place
at homo quàm modo placet. *aut in finem miſeri*
cordiam ſuam abſcidet a *generatione* hac præſen
ti tendens in *generationem* futuram? *aut obliuiſce-*
tur miſereri deus? aut continebit in ira ſua miſericor
dias ſuas, id ẽ, præcludet ira miſericordiam? Nõ.
Et dixi poſt hãc inquiſitionem, *Nunc cœpi* quod
ſcrobendo ſpiritum meum inueſtigare incepi.
& *hæc mutatio* p quã ego mutatus ſum de igno-
rantia in ſcientiam, eſt *dextera excelſi*, id eſt, im-
putanda potentiæ diuinæ, & non meo merito.
Vt autem hanc mutationẽ aſſequi poſſem, *me-*
mor fui operum domini, diſpoſitionis uidelicet an
tiquæ, reparationis nouæ, felicitatis æternæ. Et
huius operis memoriam duxi tua mirabilia, le
galia uidelicet inſtituta, ad hoc eſſe data, ut ſigni
ficarent opera domini quæ futura erãt, & ſic in
tellexi ſignificata per ſignificantia. et non tãtum
memor fui, ſed etiam *meditabor*, id eſt, frequen-
ter cogitabo *in omnibus operibus tuis*, quàm po-
tens ſis & mirabilis, qui operaris uelle & pro
bona uoluntate perficere. *& in adinuentionibus*
tuis exercebor, id eſt, in tuis præceptis, q̃ tu inue
niſti ad ſalutem omnium, exercẽdo laborabo.
Vnde illud, Adinuenit omnem uiam ſcientiæ Baruch. 3
& diſciplinæ, & tradidit eam Iacob puero ſuo,
& Iſrael dilecto ſuo. Meditabor in omĩbus ope
ribus tuis. & ecce opus tuum mirificũ, quia *uia*

Ioh.14. *tua o deus in ſancto*,id eſt,in Chriſto. Vnde ipſe,
Ibidem. Ego ſum uia & ueritas & uita. Et illud, Nemo
uenit ad patrem niſi per me. Via iſta eſt,qua ue-
nitur de ſeruitute in libertatem, qua de inceſto
fit caſtus, de cõdemnato in regnum aſſumptus.
Quis ergo *deus eſt magnus ſicut deus noſter*? Nul-
lus utiq;,quia *tu es deus qui facis mirabilia*.fecit Eli
as & alii mirabilia,ſed non ſoli,quia tuo adiuto
rio fecerũt. tu autem nullius indiges adiutorio,
ſed ſolus facis mirabilia & in exteriori & in inte
riori.cæci uidẽt,claudi ambulãt,paralytici ſunt
ſanati,mortui reſuſcitati. & interius operaris
mirabilia,quia qui fuerunt ebrioſi,facti ſunt ſo
brij:qui inceſti,facti ſunt caſti:qui fuerunt rapto
res,facti ſunt donatores. Aliter ſuperius legitur,
& dixi,nunc cœpi,quod quæſiui ſcrutando ſpi
ritum,& hæc mutatio,quod deus non proijci-
et nos in æternum, quod non oblitus eſt miſere
ri,quod non præcludit ira miſericordiã,eſt de-
xteræ excelſi,id eſt,filio dei imputãda:quia ipſe
eſt qui nos reconciliauit deo patri. Et unde hoc
ſcio? Quia memor fui operum domini,quæ ſi-
gnificata fuerũt per legalia inſtituta. uel ſic,Scro
bebam ſpiritum meum, & inueni quod non ꝓ
ijciet deus in æternum,quod non præcludet ira
miſericordiam. & his omnibus conſideratis, di
xi,id eſt,apud me propoſui. nunc,id eſt, omni-
bus iſtis inuentis, cœpi, id eſt, in initio tantum
ſum, quantum ad perfectionem ſcientiæ ueræ.
Eccl.18. Vnde illud, cum conſummauerit homo,tũc in
cipiet. Et hæc mutatio,quod in his omnibus me
imperfectum recognoſco,quod modo incipere
me conſidero,eſt dexteræ excelſi,id eſt, poten-
tiæ diuinæ, quæ nõ impotens ſe uindicare in me,
in primo uidelicet parente. Memor fui operum
domini. Quaſi dicat: Licet nunc his omnibus
conſideratis,in initio tantũ ſum, tamen non deſi
ſtam ab inquiſitione: ſed *memor ero* operum do
mini & *mirabilium tuorum* o deus *ab initio* facto
rum. Et meditabor in oĩbus operibus tuis, & in
adinuentiõibus tuis exercebor. Et quantũcunq;
meditor, quãtũcũq; me exercea, nihil ꝑ me poſ
ſum. ſed uia tua q̃ ducit me ad hoc, inueſtigẽ eũ
in ſpũ ſancto,per quẽ habeo incipere & perfice-
re. Quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es de
us qui facis mirabilia. Et quæ mirabilia? *Notam
feciſti in populis uirtutem tuã*, CHRISTVM uide
1.Cor.1. licet. Vnde Paulus: Nos prædicamus CHRI-
STVM crucifixum, Iudæis quidem ſcanda-
lum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem uo-
catis Iudæis & Græcis CHRISTVM dei uirtu
tem & ſapientiam. *Redemiſti in brachio tuo*,id ē,
in potentia tua,uel in CHRISTO. Vnde illud, Iſa.53.
Et brachium domini cui reuelatum eſt? Redemi
ſti in brachio tuo *filios Iacob & Ioſeph*. Populum
uidelicet Iudæorum & gentium, euangelizãdo
pacem his qui prope erãt & q longe, creans du Ephe.2.
os populos in uno corpore. *Viderunt te aquæ de-
us*,id eſt,populus Iudæorum intellige. *uiderunt*
uidelicet *& timuerunt* præterita peccata, & timu
it ſonitus aquarum,id eſt,profunda corda genti
lium. uel profundi intellectores eorum turba-
buntur ad pœnitentiam, & ſic audita eſt *multitu
do ſonitus aquarum*, ſonus uidelicet cõfitentis po
puli & pœnitentis. Et unde hoc? Quia *nubes* de
quibus dictum eſt, Mandabo nubibus meis ne Iſa.5.
pluant ſuper eam imbrem, iſtam *dederunt uo-
cem*,quia in omnem terram exiuit ſonus eorum.
Etenim ſagittæ tuæ,id eſt,uerba apoſtolorum tuo Pſal.18.
rũ corda impugnantia *tranſeunt*,quia nõ in aure
remãſerũt,ſed uſq; ad capacitatẽ cordis penetra
uerunt. & *uox tonitrui tui*,id eſt,uox comminan
tis prædicationis,audita eſt *in rota*,id eſt, in or-
be terræ,quæ pro rotũditate uel mobilitate, ro
tæ comparatur. *Illuxerunt coruſcationes tuæ*,id
eſt,tua ſigna apparuerunt *orbi terræ*. Vnde il-
lud, Domino cooperante & ſermonem confir Mar.16.
mante ſequentibus ſignis. Vnde *commota eſt ter
ra*,uidelicet Iudæorũ,*& contremuit* ſe uixiſſe,in-
de facta eſt *in mari uia tua*,id eſt,CHRISTVS in
notuit gentibus,*& ſemitæ tuæ*,id eſt,ardua præ-
cepta ſunt notificata *in aquis multis*, & tamen *ue
ſtigia tua*,id eſt,ſigna tua *non cognoſcentur* a mul
tis Iudæis,a quibus tamen maxime deberẽt co
gnoſci. quia tu *deduxiſti ſicut oues populum tuum
in manu Moyſi & Aaron*. Nota quod dicit, ſicut
oues: quia non ſunt ueræ oues, quia paſtorem
ſuum uerum non cognouerunt. uel aliter, Com
mota eſt & contremuit terra, populus Iudaicus
uidelicet in malũ. & ideo in mari facta ē uia tua.
Vnde Apoſtolus, Quia repuliſtis uerbum dei, Actu.13.
ecce conuertimur ad gentes. & ſemitæ tuæ in
aquis multis. Et quomodo hoc? Quia tu deduxi
ſti ſicut oues populum tuũ,gentilem uidelicet,
in manu Moyſi ueri & Aaron. CHRISTVS
eſt uerus Moyſes,quia uerus aſſumptus: & Aa-
ron,quia uere eſt montanus, quia ipſe eſt mons
montium. Vnde illud, Erit in nouiſſimis diebus Iſa.2.
præparatus mõs domus domini in uertice mõ-
tium. quod dicit, deduxiſti ſicut oues populum
tuum in manu Moyſi & Aaron. & tamẽ adhuc
non cognoſcuntur ueſtigia tua à Iudæis.

¶ Intellectus Aſaph. LXXVII.

ATtendite popule meus legem meam, inclinate aurem ueſtram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus, ea & patres noſtri narrauerunt nobis. Non ſunt occultata à filijs eorum in generatione altera. Narrantes laudes domini & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit, Et ſuſ-

citauit teſtimonium in Iacob, & legem poſuit in Iſrael. Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filijs ſuis, ut cognoſcat generatio altera. Filij qui naſcẽtur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis. Vt ponant in deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operũ dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua & exaſperás. Generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Filii Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli. Non cuſtodierunt teſtamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ oſtendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos. Interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in utre. Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos uelut in abyſſo multa. Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas. Et appoſuerunt adhuc peccare ei, in iram excitauerunt excelſum in inaquoſo. Et tentauerunt deum in cordibus ſuis, ut peterent eſcas animabus ſuis. Et male locuti ſunt de deo: dixerunt, nunquid poterit deus parare menſam in deſerto? Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Ideo audiuit dominus, & diſtulit: & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael. Quia non crediderunt in deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius. Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. Tranſtulit auſtrum de cælo, & induxit in uirtute ſua africum. Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris uolatilia pennata. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis: & deſideriũ eorum attulit eis, non ſunt fraudati á deſiderio ſuo. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in uanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo ueniebant ad eum. Et rememorati ſunt quia deus adiutor eſt eorum, & deus excelſus redemptor eorum eſt. Et dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Ipſe autem eſt miſericors, & propicius fiet peccatis eorum, & non diſperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram ſuam, & non accendit omnem iram ſuam. Et recordatus eſt quia caro ſunt, ſpiritus uadens & non rediens. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, in iram concitauerunt eum in inaquoſo. Et conuerſi ſunt & tentauerunt deum, & ſanctum Iſrael exacerbauerunt. Non ſunt recordati manus eius die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos. Et conuertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent. Miſit in eos cynomyiam, & comedit eos: & ranam, & diſperdidit eos. Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ. Et occidit in grãdine uineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum, & poſſeſſionem eorum igni. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſſiones per angelos malos. Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, non pepercit á morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. Et percuſſit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham. Et abſtulit ſicut oues populum ſuum, & perduxit eos tanquam gregem in deſerto. Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ, montem quem acquiſiuit dextera eius. Et eiecit á facie eorum gentes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael. Et tentauerunt, & exacerbauerunt deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodierunt. Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactũ: quemadmodum patres eorum, conuerſi ſunt in arcum prauum. In iram concitauerunt eum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt.

Audiuit deus, *&* ſpreuit, & ad nihilum redegit ualde Iſrael. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum ubi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Et concluſit in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuam ſpreuit. Iuuenes eorum comedit ignis, et uirgines eorum non ſunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & uiduæ eorum nõ plorabantur. Et excitatus eſt tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapulatus à uino. Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit. Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Et ædificauit ſicut unicornis ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſecula. Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum. Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatẽ ſuam. Et pauit eos in innocẽtia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

In hoc pſalmo continentur, quæ in ueteri populo facta narrantur. Recentior autem & poſterior populus admonetur, ut caueat ne ſit ingratus beneficiis dei, eiusq; in ſe prouocet iracũdiam, cuius humiliter debet ſuſcipere gratiam. Cum autem hic opera aperte uidentur dici atq; narrari, primitus nos monet atq; attentos facit titulus pſalmi. neq; enim fruſtra ſcriptum eſt, intellectus Aſaph, niſi forſitan non quod ſuperficies literæ ſonat, ſcilicet interius aliquid intelligentem quærunt iſta lectorem. Narraturus autem ea quæ nõ uidentur indigere expoſitore, ſed tãtum auditore: Aperiam, inquit, in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. Quis ergo audet parabolas & propoſitiones quaſi manifeſtas, tranſitorie percurrere, quæ ſuis nominibus indicant ſe altius inueſtigari oportere? Parabolæ enim rerum ſimilitudines præ ſe gerunt. & notum eſt quod in parabolis rerum ſimilitudines quæ dicuntur, rebus de quibus agitur, com-
Matt.13. parantur: ut in illa parabola, Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Semen uerbo dei comparatur, quia eius ſimilitudinem gerit in illa parabola. Propoſitiones autem quas Græci problemata uocant, quæſtiões ſunt, habentes aliqd in ſe magnum, quod diſputatione ſit ſoluendũ. Quis ergo audeat parabolas & propoſitiones tranſitorie legere quaſi manifeſtas, & non potius ſumma uigilantia intendat, ut ad earum fructus perueniat? Dicit autem ſic Aſaph:

A*Ttendite populus meus legem meam*. Aſaph iſte Chriſtus intelligitur, quia ipſe maxime in populo illo ad hoc laborabat, ut ſibi alios aggregaret. & ad nos etiam pertinet admonitio quæ fit in hoc pſalmo, quoniam de nobis dictũ eſt etiam: Salua nos deus ſalutaris noſter, & con-
Pſal.105. grega nos de natiõibus. quõ ſi cauenda erãt priori populo tormẽta ſignificantia, multo magis cauẽda ſunt nobis tormẽta ſignificata. Nos enĩ
1.Cor.10. ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. & quæcunq; illis in figurã contigerunt, ad noſtram correctionem facta ſunt. Et ideo ſi eis fuerunt uitanda mala ſignificãtia, uitãda ſunt nobis magis mala figurata: quia ſicuti ſignificata bona digniora ſunt in nobis q̃ bona ſignificantia, ita in malis ſunt grauiora mala quæ ſignificata ſunt. Attendite populus meus legem meam. Quaſi dicat: Qui attendiſtis legem ſerui, attendite legem domini, uidelicet non ſecundum literam, ſed ſecundum ſpiritum. quia litera occidit, ſpiritus au- 2.Cor.3.
tem uiuificat. *Inclinate aurem ueſtram in uerba oris mei*, id eſt, humiliter attendite. Nota idẽ eẽ legem & uerba. ſed repetit ad cõmendationem, ſic: Inclinate aurem ueſtram in uerba oris mei. Quid eſt, inclinare aurem, niſi humiliter audire? Humiliter autem audit, cuius aurem inclinat charitas, non cuius ceruicem erigit uetus animoſitas. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio.* Quaſi dicat: Ideo dico ut inclinetis aurem, quia ego aperiam os meum in parabolis, id eſt, in ſermonibus rerum ſimilitudinem præ ſe gerentibus. Et utinam qui hic dignatur os aperire in ſimilitudinem rerum, dignaretur os aperire in expoſitionibus ipſarum rerum. q̃a & ſi aliquid dignum ad audiendũ exprimimus, in ſudore tamen panem noſtrum comedimus. Hæc uerba in Auguſtino reperies, in expoſitione iſtius uerſus: Loquar propoſitiones ab initio iſtius congregationis factas. Initium fuit uetus teſtamentum, finis eſt nouum. uel initium iſtius congregationis fuit, quando per Moyſen & Aaron congregati ſunt ut educerentur de terra Aegypti. Nota quia propoſitiones ſunt quæſtiones aliquid habentes in ſe, quod de diſputatione ſoluendum eſt: & in hoc differunt propoſitio & parabola. Parabola ſimilitudinem exprimit, propoſitiones autem ſine ſimilitudine intelligi poſſunt. quod dicit, Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. quia *quanta audiuimus* in ueteri teſtamento promiſſa, *& cognouimus ea* in nouo teſtamẽto impleta. *&* hoc *patres noſtri narrauerunt nobis*. Nota quia licet dominus in euangelio præcipiẽdo dicat, No- Matt.23.
lite uocare uobis patrem ſuper terram, unus eſt enim pater ueſter qui in cælis eſt: tamen non præcipit auferri nomen hoc honoris abuſu loquendi, quod ætate uel ſimilitudine curæ impoſitum eſt. ſed ideo dicit, Nolite uocare uobis patrem ſuper terram, ne alii attribueretur gratia præter illum, cui ſpecialiter attribuendum eſt, illi uide-

liret qui omnia parat. Nota quia hic caput no-
ſtrum ſe in numero populi illius ponit, ut piam
affectionem ſuam ergo illos oſtendat. quod di-
cit, Quanta audiuimus & cognouimus, ea & pa
tres noſtri narrauerũt nobis. & ideo *non ſunt oc
cultata à filijs* hominum, filiis dico, exiſtentibus
in cognatione ſequente, uidelicet per ſurceſſio-
nem prolis, ut altera fuit generario filiorũ, quia
patres in litera ſunt obcæcati, filii per ſpiritum il
luminati. *Narrantes laudes domini & uirtutes eius,
& mirabilia eius quæ fecit.* Quaſi dicat: Patres no
ſtri narrauerunt nobis, patres dico, narrãtes lau
des domini. & ideo narrantes, quia uirtutes an-
nunciauerũt, & non qualeſcunq; uirtutes, ſed mi
rabiles uirtutes quas fecit, iſtas uidelicet: *Et ſuſci
tauit teſtimonium in Iacob*, id ẽ, fidem ſine lege da-
tã ſuſcitauit in Iacob, id eſt, in ſupplantatoribus
& contra uitia luctantibus. *& legem poſuit*, id ẽ,
firmiter ſtabiliuit *in iſrael*. non in Iſrael ſecun-
dum carnem, ſed ſecundum ſpiritum. Vnde il-
Iohan.1. lud, Ecce uere iſraelita in quo dolus non eſt. No
ta quia fides dicitur teſtimonium ideo, quia lege
& prophetis teſtificata eſt. uel idem poteſt intel
ligi per teſtimonium & per legem. lex enim ma
le utentibus, teſtimonium quo cõuincantur pu
niendi: legitime utentibus, eſt teſtimonium quo
demonſtretur ad quem confugiant liberandi.
Et legem poſuit in Iſrael. Illos qui Iſrael ſunt ſe-
cundum carnem, lege quaſi onere graui onera-
uit. quia ueniente mandato, reuixit peccatum.
Roma.7. Nec fruſtra poſitum eſt, ſuſcitauit. quia nihil ſuſ
citatur quod prius ſopitur. in illis uero lex natu
ralis eſt ſopita, ſed p legẽ ſcriptã eſt reſuſcitata.
quod dicit, & ſuſcitauit teſtimonium in Iacob,
in quo teſtimonio *quanta mandauit patribus no-
ſtris*, Moyſi uidelicet & Aaron, uel alijs patribus
carnaliter intelligentibus: mandauit, ſed non in
tellectũ dedit. Et qd mandauit? *nota facere ea fili
is ſuis*. quia licet ipſi non intellexiſſent, ab alijs ta
men carnaliter intelligentibus perceperunt filij
quod intelligẽdum erat. quia ipſi carnaliter ob
ſeruabant legem donec filii per gratiam intelle
xerunt quid lex figuraret. quod dicit, Quanta
mandauit patribus noſtris, nota facere ea filiis
ſuis, *ut cognoſcat generatio altera*, ſubſequens ui-
delicet, uel alterata in ſpiritu. Et quæ eſt genera
tio? *Filij qui naſcentur* ex ipſis patribus, *& exur-
gent*. uel non cor ſuum rum patribus ſuis de le-
ge carnaliter ſapientes ponent, ſed exurgent ani
mo. Cor cum domino ſurſum erigant, myſteri-
um uidelicet in lege inueſtigantes. *& narrabunt fi
lijs ſuis*. iſtud uidelicet, *ut ponant in deo ſpem ſuam*,
ſatagentes circa mandata domini, qa non ſpem
ſuã in deo ponũt, qui nõ circa eius mãdata ſata
gũt. *Et non obliuiſcantur operum dei*, id eſt, nõ ſint
ingrati beneficiis dei, qui operatur uelle & ꝑ bo
na uolũtate perficere. *Et mandata eius exquirant*,
non tantum ut ſciant, ſed ut impleãt. & hoc id-
eo, *ne fiant ſicut patres eorum*, *generatio* uidelicet
praua, id eſt, diſtorta *& exaſperans*, id eſt, deum
amarificans. *generatio* dico, *quæ non direxit cor ſu
um*. Nota quicunque non habent cor directum,
& ſi uideantur eſſe directa, non habent opera. de
us autem rectus eſt, & quicunque uult rectum
cor habere, neceſſe eſt ut complanetur incom-
mutabili iuſtitiæ dei & rectitudini, cui hæc ge-
neratio non fuit complanata. *&* hoc ideo, quia
non eſt creditus cum deo ſpiritus eius, id eſt, non ha
buit fidem quæ impetrat quod lex imperat.
Quando enim cum operante ſpiritu dei coope
ratur ſpiritus hominis, tunc impletur quod de-
us iubet. Hoc autem nõ poteſt fieri, niſi creden
do in eum qui iuſtificat impium. Et uere dicitur
iſtud dictum, ad expreſſionem gratiæ diuinæ,
quæ non tantum operatur remiſſionem pecca-
torum, ſed facit ſpiritum hominis operari cum
ſpiritu dei. & ipſe habet creditum ſpiritũ cum
deo, qui credit ſe non poſſe facere iuſtitiam ſine
deo. & hoc eſt, credere in deum, quod maius eſt
quàm credere. Creditur enim homini, ſed nul-
lus credit in hominem. Credere autem in deum
eſt, credendo adhærere in bene cooperando bo
na operanti deo. *Filij Ephraim intendentes & mit-
tentes arcum, conuerſi ſunt in die belli*. Nota aperte
totum hic intelligi per filios Ephraim, uidelicet
cæteros Iudæos. & ab ea parte a qua potiſſimũ
melius ſperandum fuerat. quoniam cum Ia-
cob caligaſſent oculi, præcepit Ioſeph filio ſuo, Gene.48.
ut adduceret filios ſuos Ephraim & Manaſſen,
ut ab eo acciperent benedictiõem. Ioſeph addu
cens eos, ſtatuit Manaſſen ad dexterã, quia ma
ior erat ætate, & Ephraim ad ſiniſtram. Iacob Matt.20.
autem prophetico ſpiritu uidẽs, quia primi erũt
nouiſſimi, & nouiſſimi primi, uariatis mani-
bus dedit benedictionem, dexteram ponens ſu
per Ephraim. Sic Abel iunior fratri ſuo præla- Ge.4.21.
tus eſt, Iſaac Iſmaeli, Iacob Eſau, Dauid maiori & 27.
bus fratribus cunctis prælatus eſt. in quibus o- 1.Re.16.
mnibus ſignificatur, quia Iudaico populo præſe
rendus erat Chriſtianus. Litera ſic exponitur.
Filij Ephraim, illi uidelicet qui uidebantur meli
ores, intendentes arcum, iactantes uidelicet bo-
na opera ſua, & mittẽtes ſagittas, id eſt, emitten Exo.24.
tes uerba promittentia, quia dicebant: quæcun
que locutus ẽ dñs, audiemus & faciemus. & tñ
conuerſi ſunt in die belli, id eſt, in die tentatio-
nis defecerunt. uel ad ſimilitudinem legamus. Fi
lij Ephraim intendentes & mittentes arcum, cõ
uerſi ſunt in die belli, id eſt, comparabiles facti
ſunt illis, qui in die pacis armis præluderent, &
in die belli, fugam inirẽt: quia ipſi in die auditio-
nis omnia promittebant, & die actionis nihil bo
ni faciebant. quod dicit, conuerſi ſunt in die bel-
li. & ecce qualiter, quia *non cuſtodierunt teſtamen
tum dei*, id eſt, promiſſiones domini in nouo te-
ſtamento factas. *Et in lege eius noluerunt ambula-
re*. quia & ſi exterius oſtenderent ſecundum le-
gem ambulare, tamen interius ei contradiceba
tur. *Et obliti ſunt benefactorum eius, & mirabiliũ eius
quæ oſtendit eis*. quibus admonebãtur a deo non

receſdere. & ecce mirabilia. *Coram patribus eorum* Moyſe & Aaron & alijs ſenioribus Iſrael, *fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos. interrupit mare* rubrũ uidelicet, *& perduxit eos, & ſtatuit aquas*.i. ſtatorias fecit *quaſi in utre*, ſubaudis concludendas. Hæc in nobis myſtice aliquid deſignant, quia ipſa in terra Aegypti intelligũtur. Multa operatus eſt mirabilia in interiori, licet nõ in pluribus operatus ſit in exteriori. & hoc in campo Taneos, id eſt, in illis qui cuſtodientes mandata domini, humiliati ſunt. Tanis enim interpretatur mandatum. cãpus uero humiles deſignat. quia non ſaluabuntur per mãdatum, niſi humiles. Quod mare interruptũ eſt, ſignificat baptiſmũ, in quo oẽs hoſtes noſtri ſubmerguntur quia peccata originalia & actualia abluuntur. ſed interrumpitur poſtea, quia & ſi omnes æqualiter recipiunt in baptiſmate remiſſionem peccatorũ, non tamen oĩbus eſt ad ſalutem: q̃a his qui poſt reſurrectionem baptiſmatis a deo apoſtatant, eſt ad perditionẽ. q̃a melius
2.Pe.2. eſt uiã ueritatis ignorare, q̃ poſt agnitam retrorſum abire. Et ſtatuit aquas q̃ſi in utre, id eſt, fluida carnalia noſtra deſideria ſtatoria fecit, quaſi in utre concludenda: q̃a ſic ea ſub poteſtate noſtra redegit, ut non amplius nos immergãt, niſi eis cõſentire uelimus. *Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatiõe ignis*. Hoc illis hiſtorialiter factum eſt, ut ſecuri irent. nos autem deducti ſumus in nube diei, id eſt, ſub ꝓtectione ſplendidiſſimæ carnis Chriſti, q̃ per nubem intelligi-
Iſa.19. tur. Vnde illud, Aſcendet deus in nubem leuẽ, & ingredietur Aegyptum, & confringet omnia idola eius. Et tota nocte.i. in die tribulatiõis deducet nos dominus in nube diei. & tota nocte in illuminatione ignis.i. in donis ſpiritusſancti. uel in nube præceſſit in die, quoniam iuſtis mitis apparebit q̃ſi in nube leui. Et in nocte præceſſit in igne, quia terribilis apparebit iniuſtis, & hoc igne iuſti illuminabũtur, impij autem ardebunt. *interrupit petram in eremo, & adaquauit eos uelut in abyſſo multa*. Nota quia prius ex aquis ru-
Num.20 pes fecit, hic de rupe aquas produxit. Percuſſit enim Moyſes uirga bis ſilicem, & emanauerunt
1.Cor.10. inde aquæ largiſſimæ. Petra ꝑcuſſa, Chriſtus ẽ. Vñ illud, petra aũt erat Chriſtus. Quod bis percuſſa eſt petra, ſignificat q̃a Chriſtus in duplici ligno crucis extenſus fuit, & in illo extenſo emanauerunt aquæ largiſſimæ. quia prophetica dicta in morte ſua intelligibilia facta ſunt, q̃a uela templi ſciſſa ſunt, omnis obſcuritas prophetici ſermonis deſtructa eſt: ex quibus propheticis dictis multi diuites potati ſunt. Vnde illud, Si
Ioh.7. quis ſitit, ueniat ad me & bibat. quod dicit, Interrupit petrã in eremo, & adaquauit eos uelut in abyſſo multa. Et quomodo hoc? Quia *eduxit aquam de petra*, & deduxit *tanquam flumina aquas*. Et licet hæc omnia his feciſſet, tamen *adhuc appoſuerunt peccare ei*.i. cõtra eum, ſic uidelicet: *in ira concitauerunt* eum *in inaquoſo*. q̃a in arido loco aquã tentando petierunt, q̃ſi impotens eſſet deus aquã in arido loco dare, q̃ mare diuiſum fecit ſtare. In inaquoſo prouocant *excelſum* ad irã, qui in mentis ariditate de terreno commodo inuocant. *Et tentauerunt deum in cordibus ſuis, ut peterent eſcas animabus ſuis*. Nota qualiter deum tentabãt. quia q̃d ore rogabãt, deum nõ poſſe facere in corde dubitabant. Sunt adhuc multi, qui animabus ſuis.i. animalitati ſuæ eſcã petunt, uelut illi qui deum nõ propter ſe, ſed ꝓpter terrena colunt, q̃ſi ſuauius ſit quod dat, q̃ ipſe qui dat. *Et male locuti ſunt de deo. dixerunt, nunquid poterit deus parare menſam in deſerto?* Hic notantur illi, qui non credentes, dixerunt: Nun- Ioh.6.
quid carnem ſuam & ſanguinem ſuum dat iſti nobis per partes ad comedẽdum & ad bibẽdum? *quoniam iã percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrẽtes*.i. doctrinę *inundauerũt*. Et q̃a iſtud fecit, *nũquid &* ideo *poterit dare panẽ aut parare mẽſam populo ſuo?* Hãc murmurationẽ talem *audiuit dominus, & diſtulit* eos, uidelicet in terram promiſſionis ducere, cum per paucos dies illuc poſſent ꝑuenire, niſi eſſent à patria differendi, & in eremo conterendi. uel diſtulit pœnam, ut infidelem ſatiaret eorum cõcupiſcentiam. & prius fecit q̃d infidelis populus eum facere non poſſe credebat, deinde intulit quod eum pati oportebat. quod dicit, audiuit dominus & diſtulit, *& ignis accenſus eſt in Iacob*. in moribus uidelicet. *& ira aſcendit*, id eſt, augmentata eſt *in Iſrael*. Ignis iſte incentiua uitiorum notat, q̃ interius hominem deuaſtant. quod dicit, Et ignis accenſus eſt in Iacob, & ira dei aſcendit in Iſrael. & hoc ideo, *quia non crediderunt in deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius*.i. ſaluari per deũ. *Et dominus audiuit* q̃d? *Mãdauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit*, ut abũdanter mitteret eis quod miſſurus erat. Ecce notat quare diſtulit pœnam, ut per hoc uidelicet quæ ſequuntur, eorum ſatiaret cupiditatem. *Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli*, non in terra elaboratum *dedit illis*. & quis ſit ſubiungit: *Panem angelorum mãducauit homo*. Panem angelorum ideo dicit, quoniam panis ille quem comedebant, ſignificabat panem illum, uerbũ uidelicet patris, unde reficiũtur. Vnde illud, Oẽs 1.Cor.10
eandem eſcã ſpũalem mãducauerunt, & eundẽ potum ſpiritualem biberunt. *Cibaria miſit eis in abundantia*. Et quomodo hoc? *Tranſtulit auſtrum de cælo* in terram, ſubaudis quia malam intemperiem aeris deſtruxit, & temperiem bonã eis dedit. *Et induxit in uirtute ſua aphricum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes*. & non qualeſcunque carnes, ſed *ſicut* arenam *maris uolatilia pẽnata*. Non fruſtra dicit pennata, cum omnia uolatilia ſunt pennata. ſed quia dictu reus erat, *ceciderunt in medio caſtrorum eorum*, permiſit, uolatilia pennata, ut admirationi habeas uolatilia cecidiſſe. *Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorũ attulit eis*: quia *non ſunt fraudati à deſiderio ſuo*. quia refectionem quam petebant, abun-

danter tribuit eis dominus. Et *adhuc eſcæ eorum*, uidelicet carnes, *erant in ore ipſorum*. & tamē in grati beneficijs omnibus, ꝑmeruerunt hoc q̄d *ira dei aſcendit ſuper eos*, qui ſpem ſuam in deo poſuiſſent, ut non tantum miniſtraſſet eis carnalia, ſed ſpiritualia. Nam qui mādauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit, & cibaria miſit eis in abundantia, ut paſceret incredulos: non inefficax eſt nec impotens, credentibus uerum panem de cælo dare, quem ſignifica uit manna, qui uerus cibus eſt angelorum. hoc eſt, uerbū patris, quod incorruptibiliter paſcit.

Ioh. 1. Et panem angelorum manducauit homo, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. q.d. uerbum per angelicas nubes uniuerſo orbi pluitur, & apertis prædicatorum cordibus, tanquā

*tentanti in uaſis cæleſtibus, non murmurāti nec * tēnenti ſynagogæ, ſed eccleſiæ credēti, & in deo ſpem ſuam ponenti prædicatur. Et qui tranſtulit auſtrum de cælo, & induxit in uirtute ſua aphricum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arena maris uolatilia pennata: potēs eſt & non tunc tātum, ſed credentiū paruam fidem carne editis uocum ſignis & per aerem tranſcurrentibus, tanquam uolatilibus paſcere, non tamen ab aquilone uenientibus, & ibi frigus & caligo præualet, id eſt, eloquentia quæ huic mundo fauet, ſed transferendo auſtrum de cælo ad terram, ut qui paruuli ſunt in fide, audiendo terreſtria, nutriantur ad capienda cæleſtia. Vnde dominus in euangelio: Si terrena dixi uobis,

Ioh. 3. & non creditis: quō ſi dixero uobis cæleſtia, credetis? Tranſlatus fuit Paulus de cælo, ubi mente deo exceſſit, ut eis contemperans eſſet quibus

1. Cor. 3. dicebat: Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus lac uobis potum dedi,

2. Cor. 12. & nō eſcam. Ipſe enim Paulus audierat in cælo arcana, q̄ nō licet loqui in terra, ꝑſonantia q̄ſi ꝑ uolatilia. & qui trāſtulit auſtrum, induxit aphricum, id eſt, per meridianos uentos luceſcentes & prædicatorum feruentes ſpiritus, nobis ut eis cōformaremur, inſinuauit. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, quia ipſi de cælo tranſlati, ultro uenientes ad homines, afferebāt eis uerba diuinitus miſſa, ut unuſquiſq; in ſuis ſidelibus *& circa* ſua *tabernacula* cōgregarent huiuſmodi uolatilia, ut ſic omnes nationes gentium deum adorarent. Non tantum miſſi ſunt extranei p̄dicatores, ſed etiam multi ſuos ciues habebunt prædicatores. ſed etiam ſyluestrem & cæteros ſuos ciues. Repetamus literā. quod ſparſim diximus, in oratiōibus literæ cōuenire faciamus. Et mandauit nubibus deſuper uenientes. quia à deo nō recedunt ut deſuper ſint, quia alijs ſunt

Pſal. 47. ſuperiores & digniores. Vnde illud, Narrate in in turribus eius. Et ianuas cæli, id eſt, corda prædicātium aperuit. Et merito apoſtoli ianua cæli dicuntur, quoniam per eos cælos intrarūt. & eorum linguæ claues cæli factæ ſunt, & per illos apoſtolos pluit manna ad manducandum. Manna iſtud non manditur dentibus, ſed auiditate aīæ ſumit. Nec fruſtra poſuit ad mādu can dū, qa multis p̄dicaſ uerbū, q̄ ex eo nō reficiūſ. Vn̄ illud, Et uolucres cæli comederūt illud. Et Mat. 13.

panē cæli dedit eis. De hoc pane dictū eſt: Panē Luca. 11.

noſtrū q̄tidianū da nobis hodie. & ipſe dn̄s, Ego Mat. 6.

ſum panis uiuus qui de cælo deſcendi. Panē an- Ioh. 6.

gelorum mādu cauit hō. Hunc panem ut comederet homo, rex angelorum factus eſt hō, quando quiſq; incarnatione domini & morte reficitur. Cibaria miſit eis in abundantia. Quæ ſunt, in myſterio crucis reſurrectionē habere. Neq; eñ fruſtra uoluit ſic extendi, niſi ut nos moneret extenſam habere charitatem & immobiles eſſe ad cupiditatem. Et quomō hæc omnia ſint, ſubiungitur: quia tranſtulit auſtrum de cælo, id eſt, calidum uentum, apoſtolos uidelicet calore fidei feruentes, & alios ad fidem impellentes, tranſtulit de cælo, id eſt, de alta contuitione cæleſtium, ut in terras flarent, humanæ capacitati condeſcenderēt. Et induxit in uirtute ſua aphricum, id eſt, ſpiritus prædicantium nobis uitā dādo inſinuauit. & in uirtute ſua, & non ex merito prædicantium hoc factum eſt. iuxta illud, ut ſublimitas ſit uirtutis dei, & non ex nobis. Et 2. Cor. 4.

pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes. Carnes ſunt cibi delectabiles, quibus ueſcuntur adulti. Ioh. 1.

ubi intelligimus prædicationem ſubtilem & ſolidam, qua reficiēdi ſunt perfecti: ut, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. De hac tali prædicatione dixit Paulus: Sapientiam 1. Cor. 2.

loquimur inter perfectos. quod dicit, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes. Et quomodo hoc hic notat per uolatilia pennata, ſigna uidelicet uocum per aera uolantia pennata. Per arenam maris, notatur abundātia diuini ſermonis, quod prius notabatur per puluerem. uel ſic, & pluit ſuper eos carnes ſicut pulurrem. quia ſicut puluis uēto rapitur & in aerem deducitur, ita à quibuſdam uēto elationis ſermo diuinus auferebatur. Vnde illud, & exortæ ſpinæ ſuffocauerunt Mat. 13.

illud. Et ſic arenam maris uolatilia pennata. Sicut in arena maris nullus exoritur fructus, ita in cordibus infidelium nullum habet diuinus ſermo prouectum. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, quia unuſquiſque in ſuo loco audiuit fidei prædicatores. Et manducauerunt, id eſt, reficiebātur. & quidam eorum ſaturati ſunt nimis, hæretici uidelicet, ſiniſtra interpretatione interpretando ſcripturas. & deſiderium eorum attulit eis, quia permiſit eos in peruerſo intellectu occæcari. & ſic non ſunt fraudati à deſiderio ſuo, quia intenderūt arcū ſuum, ut ſagittent in occultis immaculatum. Et adhuc eſcæ eo Pſal. 63.

rum erāt in ore ipſorum, id eſt, carnalis intellectus erat eis ſemper in ore. quia & ſi bñ intelligebāt, tñ nō ore hoc oſtendebant. Et ira dei aſcen

dit ſuper eos, Oſtendit ſuperius quare diſtulit
iram,uidelicet quæ aſcendit ſuper eos. *Et occidit
pingues eorum*,id eſt,ſuperbos & alta ſapientes.
Et electos iſrael impediuit, ne prodeſſent quibus
paterno affectu cupiebant prodeſſe. quoniã nõ
defuerunt in populo illo qui corrigerent alios.
ſed impediti ſunt, quoniam non erat ibi aliquis
Iere. 3. qui corrigi uellet. Vnde propheta, Linguam tu
am faciam adhærere palato tuo, quoniam do-
Pſal. 43. mus exaſperãs eſt. Vel electos Iſrael impediuit,
quia cõdoluerunt pereuntibus.unde, confuſio
faciei meæ cooperuit me.uel electi Iſrael ſunt ſa
cerdotes, qui impediuntur aliquando a domi-
no pro peccatis ſubditorũ, quæ iuſte corrigen-
da eſſent. ſed ex nimia compaſſione naturæ hu
manæ,nimium parcent peccantibus, non atten
dentes quia compaſſio debetur naturæ, & recti
tudo culpæ. Debet enim iudicium fieri de uno-
quoque peccante. ſed ſi poſtea uiderit prælatus
qui humiliter agit pœnitentiam, ſuo arbitrio re
linqtur, ut ſui miſereatur. *in omnibus his*, ſubau-
dis correcti præmonitione, ut amplius pecca-
rent. *peccauerunt adhuc*, & hoc ideo, quia *non cre
diderunt in mirabilibus eius*. *& defecerunt dies eo-
rum in uanitate*, cum poſſent proficere in ueritа-
te. *& anni eorum cum feſtinatione*. quia ſemper ad
mortem tendebant, de uitio ad uitium, caden-
tes deſperando in peccatis. hoc oſtendebat qđ
mortem interiorem optabant. *Cum occideret,
quærebãt eum, & reuertebantur, & diluculo*, id eſt,
uigilanter & ſtudioſe *ueniebant ad eum*. *& tunc*
tãdem *rememorati ſunt quia deus adiutor eſt eorum*
in bonis, *& deus excelſus redemptor eorum eſt in*
malis. *Et dilexerunt eum in ore ſuo*, id ē, ore oſten
debant ſe dominum diligere. & *lingua ſua men-
titi ſunt ei*. *Cor autem* ipſorũ *non erat rectum cum
eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius*. quoniã
teſtamentum ſuum adhortatur, ut eum diliga-
mus nõ pro terrenis, ſed pro ſe tantum. huic au
tem teſtamento non erant fideles, quia non faci
endo quæ docuit, fidem ei non habuerunt. &
ideo cor ipſorum nõ erat rectum cum eo. quia
rectum cor habere cum domino, eſt quærere
deum propter deum. Hæc hiſtorialiter apud il
los facta ſunt, fiunt etiã apud nos myſtice. quia
cum occidit, id eſt, iuſto iudicio aliquem punit,
uel nos ipſos flagellat, quærimus eum inuocan-
do eius miſericoediam ut parcat: & reuertimur
ad eum ſub ſpecie humilitatis, quia ab eo diſceſ
ſimus per peccatum elationis. & non qualicun-
que ad eum reuerſione reuertuntur, ſed dilucu
lo .i. multum ſtudioſe ad eum uenimus, & ad
memoriam reducimus, quoniam ipſe tantũ eſt
adiutor in bonis, & redẽptor in malis. & ſic oſtẽ
dimus ore quod eum diligamus. & tamen men
timur, quia cor noſtrum nõ eſt rectum cum eo,
nec fideles ſumus in eius teſtamento: quoniam
eum diligimus tantum pro deuitãdis malis tem
poralibus, uel pro acquirendis bonis, cum tan-
tum diligendus ſit propter ſeipſum. *Ipſe autem eſt*
miſericors & propicius fiet peccatis eorũ in poſte-
ris, etſi nõ in patribus. *Et non diſperdet eos*, qa reli Ro. 9.
quiæ Iſrael ſaluæ fient. Solent hunc locum mul-
ta notare ad impunitatẽ peccati, & ſi tales per-
ſeuerauerint uſq; in finem, q̃les ipſi fuerunt. qđ
fruſtra tamen credunt, quia quod dicit, propici
us fiet peccatis eorum, ad poſteros referendum
eſt, qui in nouiſſimis temporibus conuertendi
ſunt. quod dicit, Propicius fiet peccatis eorũ, &
non diſperdet eos. *& abundauit miſericordia ſua
ut auerteret iram ſuã*. Neceſſe enim fuit ut ſubue
niret abundãs miſericordia in poſteris, quia pri
us multiplex p̃ceſſit ira in patribus, *et non* ac-
cendet in poſteris *omnem iram ſuam* quã prome- Ro. 11.
ruerunt, quia non repulit plebem ſuam quam
p̃ſciuit. *Et recordatus eſt quia caro ſunt*. i. attendit
eos mole carnis eſſe aggrauatos, & reparatiõe
mediatoris habere opus. Quia ſunt *ſpiritus ua-
dens & non rediens*, quia quiſq; ex ſe habet ut a
deo recedat: redire autem non habet, niſi gra-
tia dei eum reuocet. Vnde in libro Sapientiæ:
Omnis qui ambulauerit per uiã iniquitatis, non
reuertetur. per ſe, intelligẽdum eſt. *Quoties ex-
acerbauerunt eum in deſerto*. Repetit quod ſuperi
us dixerat, ut oſtendat eos merito in ſe prouo-
caſſe iram dei, cum ſint ingrati tam beneficijs
ſibi a deo illatis, quã plagis cauſa eorum Aegy
ptiacis illatis. & ſic dicit, Quoties exacerbaue-
runt eum, id eſt, quàm infinito numero eũ ſibi
acerbum fecerunt in deſerto, concitando *eum in
iram in inaquoſo*, ſubaudis loco, ubi aquam peti-
erunt. In inaquaſo dominum in iram prouocãt,
qui in mẽtis ariditate permanẽt. *Et conuerſi ſunt*
ad deum placãdum, *et iterum tentauerunt* eum,
& ſanctum iſrael exacerbauerunt. quia *non ſunt re
cordati manus*, id eſt, potẽtiæ eius oſtẽſæ illa ſub
audis *die qua redemit eos de manu tribulantis*, id ē,
de poteſtate Pharaonis & principum Aegy-
ptiorum. nõ ſunt etiam recordati *ficut*, id eſt, q̃
liter *poſuit in Aegypto ſigna ſua et prodigia ſua in
campo Taneos*. Eſt in hoc myſteriũ tale. Sunt eñ
multi qui in mentis ariditate deum naturaliter
dulcem, ſibi acerbum reddunt, non recordãtes
potentię domini, & diei qua mirabiliter ſangui
ne ſuo eos redemit de manu tribulantis, id eſt,
de poteſtate principis tenebrarum, ſub cuius iu
go tenebantur. nec etiam recordantur quanta ſi
gna & prodigia, minora uidelicet & maiora mi
racula, in Aegypto, id eſt, in hoc mundo, ubi nõ
ſunt niſi tenebræ & afflictio. & hoc in campo
Taneos. i. in illis qui humiliati ſunt per manda
tum eius. *Et conuertit in ſanguinem flumina eorum,
& imbres eorũ ne biberent*. Imbres ſunt aquę in ci
ſternis collectæ, quibus admixtus eſt ſanguis, ut
eſſent impotabiles Aegyptijs. In myſterio flu-
mina conuertuntur in ſanguinem in his, qui de
cauſis rerum carnaliter ſentiũt. uel flumina ſunt
doctrinæ q̃ in ſanguinẽ conuertũtur, qñ prauo
intellectu impotabiles reddũt. imbres ſunt p̃-
dicatores, pprij, q̃s cõuertit dñs in ſanguinẽ, qñ

qſq; excæcatus eos abhorret audire, q̃ſi ſangui
nem bibere. Quod per imbres qui hic in ciſter-
Pro.5. na ponũtur, notãtur p̃dicatores, oſtendit auto-
ritas ſic: Bibe aquam de ciſternis tuis. *Miſit in eos*
cynomyiã, & comedit eos: & ranã, & diſperdidit eos.
Cynomyiæ ſunt muſcæ caninæ, q bus plagabãt
Aegyptij. & q̃ ſignificant homines caninos mo-
res habentes, nullã reuerentiã patribus ſuis im-
Ephe.6. pendentes, cum tamen dictum ſit: Obedite pa-
tribus ueſtris tãtum in domino. uel per caninas
Col.3. muſcas carnalia deſideria notari poſſunt, eo q̃d
infeſtãt hominem. quia lex corporis ſemper re
pugnat legi mentis. Per ranas notatur loquaci-
tas uana, q̃ diſperduntur qui in ea delectãtur. Et
dedit ærugini fructus eorũ, & labores eorũ locuſtæ.
Aerugo eſt occulta aura ſiue uermiculus nocẽs
in fructibus, q̃ deſignat occultam ſuperbiã, mul
tũ fructibus & bonis operibus contrariam. lo-
cuſta, quia lædit ore, teſtimonium notat infide-
le, quo qui nituntur, omnẽ laborem boni ope-
ris perdunt. uel per locuſtã notantur inſtabiles
in fide, q̃a & locuſta inſtabile ẽ aĩal. *Et occidit in*
grandine uineas eorũ, & moros eorũ in pruina. Vine
Iſa.5. am populũ ſignificare, notum ẽ: ut illud, Vinea
enim domini ſabaoth domus Iſrael eſt. Popu-
lus autem tunc grandinatur, quando ex iniqui-
tate auferendi aliena contendit. Mori ſunt arbo
res, uberrime fructum reddentes, inſimul ha-
bentes maturos fructus, & ſemimaturos, & in-
cipientes matureſcere. ubi notatur charitas, in q̃
oĩa bona opera habent radices. & ſic per prui-
nam deſtruentem moros, frigus deſignatur cha
Matt.24 ritatis. quia ubi abundabat iniquitas, refrigeſcit
charitas. *Et tradidit grandini iumenta eorũ, & poſ-*
ſeßionẽ eorũ igni. Iumẽta grandinata, dãnum no
tant pudicitiæ. quia concupiſcentia ex quo ori-
tur, fructus eſt nobis communis cum pecori-
bus. Si autem refrenatur concupiſcentia ut re
galiter fiat, eſt uirtus pudicitiæ. Et nota quia hic
per iumenta poſſunt accipi uxores, q̃a ipſæ ſunt
iumenta, id eſt, quaſi adiuuamenta ad ſeruandã
pudicitiam. quæ ſ. occiduntur in grandine, quan
do quiſque traditus in reprobum ſenſum, tur-
pitudinẽ in maſculos operatur. Vnde Paulus:
Roma.1. Huiuſmodi tradidit deus in reprobũ ſenſum,
ut facerent quæ nõ decerent, in ſe & in alios tur
pitudinem operantes. Et poſſeſſionem eorum
igni. Non habetur in Exodo, quod aliqua poſ-
ſeſſio eorum ſit igni tradita. ſed interpoſuit hic
propheta, ut ſic admoneret lectorem quære-
re myſterium, & non tantum in ſuperficie lite
ræ remaneret. Per poſſeſſionem hic notatur
Luce.21. patientia: quia de ea dictum eſt, In patientia ue
ſtra poſſidebitis animas ueſtras. quia ipſa pati-
Heb.10. entia facit poſſeſſores. Vnde illud, Patientia eſt
nobis neceſſaria, ut reportemus promiſſiones.
Hæc patientia igni comburitur, quando unani-
mitate ira expellitur. *Et miſit in eos iram indigna*
tionis ſuæ, id eſt, ſuæ indignationi competentem.
& ideo *indignationem & iram.* quæ ira fuit tribu

latio immiſſa *per angelos malos*. non quia nõ in-
ferat deus etiam per bonos qualia uult, ſed uti-
tur malis ſicut bonis ad reproborum ultionem.
Bonis uſus eſt in uindictam Sodomorum, quia
legitur Abrahã eos recepiſſe in hoſpitio, per q̃s Gene.18
dominus annunciauit ſuam uindictam. Quod
bonis autem inferat temporalem correctionẽ
per bonos angelos, hoc non inuenitur. ſed uti-
tur tantum malis in corectione bonorum, uelut
de Iob legitur. Immiſſio iſta facta per angelos Iob.1.
malos, eſt obduratio cordis, q̃ fit p̃ angelos ma
los tantum, ut perſiſtentes in peccato, grauiores
pœnas mereantur, quanto grauiora uel ulterio
ra committerent. *Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ.* Semi
ta iræ dei ẽ, quãdo permittit aliquem trahi funi
culis peccatorum, ut committat criminalia pro
quibus interius excæcatur, ut quandoque exte-
rius puniatur. *Et non pepercit à morte animali-*
bus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. Iu
menta in morte cõcluſa, notãt illos qui per con
cupiſcentiam carnis quæ hominibus cum peco
ribus eſt communis, relicta pudicitia uſque ad
mortem ruunt. *Et percußit omne primogenitum in*
terra Aegypti, primitias laborum *eorum in taberna*
culis Cham. Per primogenita occiſa notatur iuſti
tia, in qua humanum genus eſt aſſociabile, quia
nullus eſt qui nõ habeat aliquãtulã iuſtitiã. ſed
perit iuſtitia, quãdo quiſque iuſte uiuere deſinit.
uel põt notari per primogenita percuſſa, amiſ-
ſio fidei, quæ prima ẽ in fidelibus. quia locus ue
ri ſacrificij extra catholicam eccleſiam non eſt.
Per primitias *omnis laboris* notantur bona ope-
ra, quæ in tabernaculis pereũt, id eſt, in illis qui
quadam calliditate quaſi ſub ſpecie religiõis be
ne operantur. Cham enim interpretatur calli-
dus. *Et abſtulit ſicut oues populum ſuum, & per-*
duxit eos tanquam gregem in deſerto. Oſtenſis pla
gis, quas intulit dominus Aegyptiis nolenti-
bus dimittere populum, oſtendit qualiter do-
minus liberauit populum ſuũ de poteſtate eo-
rum, ſic: Et abſtulit ſicut oues populum ſuum.
quod nunc etiam interius nobiſcum agitur,
quando efficimur ſecundum ſpiritualia pa-
ſcua oues dei, ambulantes in hoc ſeculo tanquã
in deſerto. *Et eduxit eos in ſpe* terræ uidelicet
promiſſæ, *& non timuerunt* deduci, quia inimi
cos eorum cooperuit *mare*. Nos etiam deduci-
mur in ſpe, ſalui ſumus. & inimicos noſtros, id
eſt, uitia noſtra *operuit* mare, unda uidelicet
baptiſmatis. *& induxit eos* in poſteris ſuis, *in mon*
tem ſanctificationis ſuæ, montem quem acquiſiuit de
xtera eius. Mons ſanctificatiõis eſt eccleſia, quã
acquiſiuit CHRISTVS dei dextera. *Et eie-*
cit à facie eorum gentes, & ſorte diuiſit eis terram in
funiculo diſtributionis. In hoc notans quia eici-
endi ſunt a facie fidelium ſuorum maligni ſpiri-
tus gentilium errorum; ut inhabitet in eis unus
atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout
uult, quaſi funiculo res ageretur. Sorte diuidi-
tur terra electis. quia quod eliguntur, nõ eſt ex

meritis,ſed ex gratia, quæ eis quaſi per ſortem
euenit. Et *habitare fecit in tabernaculis corũ tribus*
iſrael. Tabernacula iſta ſignificãt cæleſtem Ieru-
ſalem, ubi angeli apoſtatæ quaſi in tabernaculis
ad horã fuerunt,unde expulſi ſunt,ut quandoq;
tribus Iſrael.i.collectio deum uidentium,in eo-
rum loco aſſumatur. Et *tentauerunt & exacerba-*
runt deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodie
runt. Quaſi dicat:licet hæc omnia feciſſet domi
nus cauſa populi illius,ipſi tñ his oĩbus ingrati
fuerũt,quia tentãdo eũ acerbũ fecerũt,nõ cuſto
dientes eius teſtimonia.i.eius ꝓmiſſa,qm̃ eius ꝓ
miſſa fuerunt cæleſtia, quæ ſignificabãtur in ter
renis,quæ cæleſtia non quæſierunt, ſed tantum
terrenis adhæſerunt. ſicut & nos eum tentando
exacerbamus, quando id ab eo petimus quod
Iohan.14 petendum non eſt. Sunt enim eius promiſſa: Pe
& 16. tite, & accipietis:quæ nos non ſeruamus:quia in
eius nomine nihil petimus. Et *auerterunt ſe,& nõ*
ſeruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum.
conuerſi ſunt in arcum prauum. Ecce oſtẽdit quali-
ter teſtimonia eius non cuſtodierunt,quia auer
tendo ſe a deo,pactum illud quod cum domino
Exo.24. pepigerunt,iſtud uidelicet, Omnia quæ locutus
eſt dominus,faciemus: terrenis adhærendo, nõ
ſeruauerunt. Nos etiã quodam pacto cum deo
conuenimus, quia in baptiſmate mundo & o-
mnibus põpis eius abrenunciamus. quod quia
non cuſtodimus,pactum infringimus. Quemad
modum patres eorum conuerſi ſunt in arcum
prauum.i.comparabiles facti prauo arcui.quia
ſicut arcus prauus cito remittitur,ita ipſi in pra
uam intentionem conuerſi,remiſſi facti ſunt cir
ca mãdata dei. uel prauus arcus eſt,qui cum ten
ditur in anteriora,retro percutit. ita mali cũ in-
tendunt alijs nocere, & quaſi ſagittæ iniquitatis
percutere,reuertitur ad eos ſagitta. quia nemo
non prius in ſe q̃ in altem peccat. uel arcus pra-
uus eſt, qui ad iactatum unũ deficit. hi ſunt qui
ad tempus credunt, & in tempore tentatiõis re-
Luca 8. cedunt. *in iram concitauerunt eum in collibus ſuis*,
quia unuſquiſq; excelſum locum ſibi elegit ubi
deum offenderet. & hoc oſtendit, quia *in ſcul-*
ptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt, id
eſt, idolis uanis ſacrificantes,deum ad indignati
onem & inuidentiam prouocabant. Nos etiam
in collibus eum in iram concitamus,qm̃ in ela-
tione mentis eum offendimus: & in ſculptilibus
ad æmulationem prouocamus, quando idolis
mentis ſatisfacimus. Sunt enim plures qui co-
lunt idolum auaritiæ & idolum luxuriæ, quaſi
ceruicoſi tauri ruentes in uenerem. *Audiuit deus*
& ſpreuit.i. hæc oĩa cõſiderauit. & ideo ſpreuit
eos, quia *ad nihilũ redegit ualde Iſrael*, quãdo ab
allophylis & a cæteris uicti ſunt. nũc etiam ſper
nit,quãdo queq; ꝓmerẽtibus peccatis ſuis hoc,
ab interiori inimico uinci permittit. Et *repulit*
tabernaculum Silo, tabernaculum ſuũ ubi habitauit
in hominibus.i. inter homines,nõ quod in manu
Iere.7. factis habitat deus,ſcd̃m illud: Nolite cõfidere
in uerbis mendacii,dicentes: Templũ dñi tem-
plum dñi,templum dñi eſt: Nõ enim templum
in eo,niſi quantum ad uos, cum quibus & in q-
bus habitabo in loco iſto,ſi bñdixeritis uias ue
ſtras. ſed habitare in oĩbus illis dicebatur,pro-
pter manifeſta ſigna q̃ ꝑ eos operatus ẽ. Silo in
terpretatur auulſus uel abruptus. ubi notãtur il
li, qui a mãdatis domini ſunt abrupti & auulſi,
quorũ tabernaculũ ad inhabitãdum nõ elegit. 1.Reg.4.
Et tradidit in captiuitatẽ uirtutẽ eorum,& pulchri- & 5.
tudinẽ eorũ in manus inimici. Virtus & pulchritu-
do eorum fuit arca domini, quam ceperũt allo
phyli,& cũ idolis ſuis in templo poſuerunt. ſed
cũ inſequenti die deus eorũ in medio tẽpli trun
catis manibus iacẽs inueniretur, populuſq; ma
gna plaga afficeretur,remiſerunt eã tandem nõ
ſine muneribus in Iſrael. Nota myſteriũ in iſtis.
arca dei,eccleſiaſtica ſignificat inſtituta,quæ qſq;
ponit cum idolis,qui eis receptis adhuc terrenis
adhæret nimium. Sed qa dictum eſt,oĩa trãſ- Iſa.40.
ibunt, uerbum autem domini manet in æter- Pſal.1.8.
num,merito idolum inuentum eſt truncatis ma
nibus:qa & ſi aliquantulum floris uideantur ha
bere terreni,tamen ad ultimum uidebuntur ni-
hil eſſe:qa omnis caro fœnum, & omnis gloria Iſa.40.
ſicut flos agri. Virtus nr̃a & pulchritudo ſunt
baptiſmus & cætera,quæ in manus inimici tra-
duntur, quãdo quiſque ſe ſaluari putat per fidẽ
tãtum,uelut multi qui negligendo bene opera-
ri dicunt: Qui crediderit & baptizatus fuerit, Mar.16.
ſaluus erit:non attendentes,quia fides ſine operi Iacob.2.
bus mortua eſt. Et *concluſit in gladio populum ſu-*
um,& hereditatem ſuam ſpreuit. Hoc fit & in eccle
ſia, quia multi in gladio cadunt, quando aperte
impugnantur ab hoſtibus & uincuntur. *iuue-*
nes illorum.i. illos qui deberent eſſe ſtrenui, ut
reſiſterent inimicis,armati fide,ſpe,charitate,ut
poſſint reſiſtere aduerſus inſidias diaboli. *come*
dit, id eſt,conſumpſit *ignis* tribulatiõis,uel ignis
incentiuorum. Vel aliter, Iuuenes *eorum* come
dit ignis, ut ꝑ iuuenes accipiamus temerarios,
& ad quodq; malum paratos, quos tales tandẽ
conſumet ignis peccatorum. Hic iterum admo
nemur inſiſtere allegorico ſenſui, quia ignis ali
quos iuuenes ibi conſumpſiſſe, non habetur in
hiſtoria. Et *uirgines eorum non ſunt lamentatæ*, id
eſt, nullus fuit q lamẽtaretur uirgines deſolatas
& corruptas. Nota per uirgines, eccleſiæ ſterili
tatem in bono opere, quamuis aliquis lamenta
tur. uel nota per uirgines, illos q in caſtitate bo
ni operis deberent permanere,ut tandem ſecun
do coniugio caſtiſſimi ſponſi copula copularen
tur: ſed non caſte uiuendo, ab eo fornicati ſunt
diſcedentes. quod uix aliquis deplorat. *Sacerdo*
tes eorum in gladio ceciderunt,& uiduæ eorum non
plorabantur. Sacerdotes iſti fuerunt Ophni &
Phinees filij Eli,qui mortui ſunt in bello,ubi ca
pta eſt arca domini,quod uxor alterius audiẽs, 1.Reg.4.
quæ iã erat in partu,præ triſtitia abortiendo,ce
cidit mortua. Sacerdotes ſunt epiſcopi & cæteri

prælati in eccleſia, qui cadunt in gladio, quãdo
ꝑ timorẽ ceſſant a ſermone diuino. Viduæ eorũ
ſunt eccleſiæ deſolatæ, & a paſtoribꝰ uiduatę, de
q̃rũ cõſolatiõe pauci dolẽt *Et excitatus eſt tãquã*
dormiẽs dominus. Oñſis malis quibus afflictus po
pulus domini, ſequitur uindicta inimicorum.
quod dicit, excitatus eſt tanquam dormiens do
minus, Videtur dominus dormire, quando dif-
fert ſubuenire. ſed excitatus eſt *tanquam potens*
crapulatus à uino, ſubaudis excutitur, quia tales
firmiter dormiunt & uix excitantur. ubi nota-
tur, quia dominus diu diſtulit ſubuenire ſuis,
Sed tandem excitatus eſt, *& percußit inimicos ſu*
os in poſteriora, opprobriũ ſempiternum dedit illis.
uel aliter, Excitatus eſt tanquam dormiens, tan
quam potens crapulatus a uino. quia licet firmi
ter & diu obdormiuiſſet, tamen excitatus potẽs
fuit inferre uindictam inimicis ſuis. quod ſequi
tur, Et percuſſit inimicos eorum in poſteriora.
1.Reg.5. legitur in hiſtoria, quod allophyli dum habe-
rẽt arcam in captiuitate, in ſedibus ſuis magnas
paſſi ſunt plagas. qua de plaga ut liberarentur,
fecerunt anos aureos, & in arca poſuerũt, ut ſic
remitterent illam filijs Iſrael. Hoc etiam nũc agi
tur in eccleſia in illis, qui in poſteriora ſe exten-
dunt, & quæ anteriora ſunt dimittunt: quia ma
lorum poſteriora, in plagis & in miſerijs tãtum
erunt. Et opprobrium ſempiternũ erit eis, quo-
niam æternali pœna torquebuntur, qui hic tem
poralibus proſperãtur. *Et tabernaculũ Ioſeph re*
pulit, & tribum Ephraim non elegit. Per Ioſeph &
Ephraim (qui maioris meriti uidebantur in po
pulo illo, quorum unus in Aegypto ſublimiter
fuit exaltatus, alter in accipiẽda benedictione
fratri fuit præpoſitus) notantur illi, qui pro ma-
gno a domino terrena petunt, & ſic a domino
reprobantur. *Sed elegit tribũ Iuda, montem Sion*
quem dilexit, id eſt, humiliter confitentes. Tribus
Iuda electa eſt propter Dauid .i. ꝓpter Chriſtũ,
quia ex eius progenie Chriſtus ſecundum car-
nem natus eſt. quod dicit, ſed elegit tribum Iu-
da, humiliter uidelicet cõfitentium montem Si-
on quem dilexit, id eſt, eminentes in contempla
tione futurorum. *& ſic ædificauit in terra*, id eſt,
in eccleſia *ſctĩficium ſuum*, id eſt, ſanctificationem
ſuam. ſanctificiũ dico, exiſtens *ſicut* unicorniũ,
illorum uidelicet qui in uno cornu, id eſt, ſingu
lari ſpe ad ſuperna ſe erigunt. Vnde illud, Vnã Pſal.26.
petij a domino, hanc requiram. Terram iſtã fun
dauit in ſecula. ſemper eſt manſura, licet alij diſ
cedant, & alij ſuccedãt. uel ſic, Aedificauit ſancti
ficium ſuum .i. populum ſuum in terram, quam
fundauit in ſecula, id eſt, mittendo illum in ſimi-
litudinem terræ, quantum ad id quod terra nõ
mouetur. *Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit*
eum de gregibus ouium, qa de paſtorali officio pe
corum aſſumptus eſt in regnum. *de poſt fœtantes*
accepit eum, id eſt, de illo qui erat poſt fœtantes,
id eſt, fœtas oues, aſſumptus eſt, & in priori lo-
co hominũ poſitus ẽ. Dauid iſte Chriſtum ſigni
ficat, qui ablatus fuit de regno iudæorum, & ad
regnum gentium tranſlatus. ſed tamen non ſic
eſt ablatus iudęis, ut nullos ibi haberet fructus.
ſed ablatus de illis, poſtquã quidam eorum fœ-
tantes inuenti ſunt in fide & in bona operatiõe.
quia ex illo populo erant apoſtoli, cæteriq; fide
les fide pleni, & infidelitate uacui. *Paſcere Iacob*
ſeruum ſuum, & iſrael hæreditatem ſuam. Ecce q̃re
elegit Dauid, ut paſceret Iacob, uidelicet ſeruũ
ſuum .i. attendentes futura, & poſtponentes p̃-
ſentia. & iſrael hæreditatem ſuam .i. illos q con
templantur non ea q̃ uidentur, ſed q̃ non uiden 2.Cor.4.
tur. uel per Iacob notantur populi gentium, &
per Iſrael populus iudæorũ. *& pauit eos in inno-*
centia cordis ſui. Quaſi dicat: Elegit Dauid paſce
re .i. ad hoc ut paſceret Iacob & Iſrael Dauid, et
factum eſt quia pauit .i. refecit eos in innocentia
cordis ſui, Dauid uidelicet, ut eius cordis inno-
centiã imitãdo, reficerentur: *& in intellectibus ma*
nuum ſuarũ deduxit eos. i. nõ tm̃ in innocentia cor
dis ſuperauit eos, ſed etiã deduxit eos in intelle-
ctibus manuum operum ſuoꝝ: ut ſicut ipſe ui-
delicet prius fecit & docuit, ita & ipſi poſtea fa-
cerẽt, uel in intellectibus manuum ſuaꝝ dedu-
xit eos, in tali uidelicet intellectu, quem ſuæ ma
nus operatæ ſunt in eis, quia eos fecit in imaginẽ
& ſimilitudinem ſuã: quia ſic eſt deus, ut hõ ſit.
Nota, uideretẽ cõuenĩẽtius ſi ſic dixiſſet, & pauit
eos in innocentia manuũ, & in intellectu cordis
deduxit eos. ſed qa multi ſunt q habent manus
innocentes, & nõ habẽt cor innocẽs, ideo ſic di-
cere noluit, ut innocẽtiã cordis cõmendaret.

Pſalmus Aſaph. LXXVIII

DEus, uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctũ
tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morti-
cina ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum
beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circui-
tu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Facti ſumus opprobrium uici-
nis noſtris, ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Vſq; quo domine ira-
ſceris in finem, accendetur uelut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes quæ te
non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Ia-
cob, & locum eius deſolauerunt. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum,

cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, et propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Ne forte dicãt in gentibus, ubi eſt deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt, introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui, poſſide filios mortificatorum. Et redde uicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum, improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſeculum. In generatione & generationem annunciabimus laudem tuam.

Prophetiã iſtam quam hic uidemus promiſ
ſam, manifeſte nouimus impletam, non tamen
cum hoc a Dauid diceretur, legimus aliquid ta
le ex aduerſitate gentium contigiſſe ciuitati illi
Ieruſalem, quale hic dicitur: & templo domini,
quod iam tum adhuc nõ fuit ædificatum. Mor
tuó nanq; Dauid, Salomon filius eius templum
ædificauit. dicit ergo Dauid quaſi præteritum,
quod in ſpiritu uidit. Vidit futurum, nec eſt mi
randum, quod hoc ideo dicitur, quia non ignoranti
dicitur, quo reuelante patiuntur. ſed amat
fidelis anima ex affectu cordis cum deo loqui,
quæ a deo didicit: & ei dicere quæ nouit, tanquã
diſcipulus magiſtro non ignoranti, ſed indicanti:
ac per hoc uidelicet probanti quod docuit,
uel reprehendenti quod non docuit. Solẽt enim
in orationibus deo dici, quæ uindicans fecit. &
adiũgit pia petitio, ut miſereatur & parcat. Hoc
enim modo iſta deo dicuntur, a quo dicũtur, tã
quam ipſi quibus acciderunt talia, loquerentur.
& eſt hæc deploratio & deprecatio, prophetatio:
quia propheta præuidit in ſpiritu perſecutionem
illam, quam paſſi ſunt Iudæi a Tito &
Veſpaſiano poſt reſurrectionem domini noſtri
Ieſu Chriſti, & ideo deplorat eã in hoc pſalmo.
Sed poteſt alicui in mente occurrere, quod
populus ille non eſſet hæreditas Chriſti eo tempore
quo hæc facta ſunt: quia eum morti tradidit,
& reſurgenti non credidit, alios ſanctos mar
tyres ſuos interfecit. Sed quoniam non defuerunt
in populo illo qui reputandi eſſent in ſemine,
poteſt ſecundum illos populus hæreditas
domini dici. Hinc enim fuit Ioſeph nutritius do
mini, hinc ipſa beatiſſima uirgo Maria, hinc ipſe
dominus, hinc Simeon iuſtus, & Anna uidua,
hinc & alius Ioſeph, quia & ipſe expectauit redemptionem
Iſrael: hinc beatus Iohannes & pa
rentes eius: hinc turba præcedentium & ſubſequentium
dominum, hinc pueri illi qui in lau
dẽ domini clamabant: Oſanna, benedictus qui
uenit in nomine domini. hinc tria millia homi
Act. 2. num, qui una die crediderunt. hinc quinque mil
lia, qui alia die crediderunt. hinc multi cæteri
Act. 4. fideles, ſecundum quos populus ille hæreditas
dei dicitur non incongrue. Poteſt etiam hæc
prophetatio eſſe de perſecutione illa, quam paſ
ſus eſt Iſraeliticus populus ſub Antiocho re
ge, ubi ſeptem Machabæi crudeliſſime ſunt paſ 2. Mac. 7
ſi, ſed glorioſiſſime ſunt coronati. uel poteſt eſſe
prophetatio iſta de perſecutione, quam poſt re
ſurrectionem domini noſtri IESV CHRISTI
paſſa eſt ſancta eccleſia, ex præputio & circun
ciſione collecta, & in angulari lapide in ſaluato
re noſtro IESV CHRISTO coniuncta, qui du
os populos quaſi duos parietes ex diuerſo ueni
entes, in ſe nouũ hominem uniuit, in cuius cor
pore clamamus, abba pater: abba, quantum ad Roma. 8.
ipſos: pater, quantum ad nos. Hæc hæreditas nõ
tantum eſt patris, ſed etiam filij: non quod pa
ter moriẽs ſibi eam reliquit, ſed quod eam mo
riendo redemit. & reſurgendo eam maieſtatiue
poſſedit, quam ex utroque populo collegit.
quia licet dixiſſet, Non ſum miſſus niſi ad oues Matt. 15.
quæ perierunt domus Iſrael: ipſe tamen alibi di
xit, Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc oui Iohan. 10
li. ubi gentes deſignauit. Paulus etiam hoc idem
confirmat. Dico autem Chriſtum miniſtrũ fuiſ Roma. 15
ſe circunciſionis, gentes autem ſuper miſericor
dia honorare deum. & utroſque coniungens, di
xit: Lætamini gentes cum plebe eius. Dicit au Ibidem.
tem ſic Aſaph.

DEus, *uenerunt gentes in hæreditatem tuam*, id eſt, contra Iudaicum populum, quia tua hæreditas dicitur. *Polluerunt templum ſanctum tuum*, quia ubi deberet nomen tuum, ibi idola ſua poſuerunt. *Poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam*, id eſt, comparabilem fecerunt Ieruſalem cuſtodiæ pomorum. quia ſicut tugurium factum ad cuſtodiam pomorum, collectis pomis, deſeritur: ita & Ieruſalem quibuſdam ſuis interfectis, facta eſt deſolata & deſerta. *Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus cœli.* Ecce magnam notat occiſionem, quia tanta erat quod uolatilia quæ per aera uolabãt, fœtore corrumpebant. & attrahebant, ut ipſis corporibus paſcerentur. *Carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ*, id eſt, non tantum poſuerunt corpora ſanctorum tuorum eſcas uolatilibus cæli, ſed beſtijs terræ, porcis uidelicet immũdis, tradiderunt corpora ſanctorum tuorum deuoranda. Et ecce quomodo. quia fuderunt *ſanguinẽ ipſorum tanquã aquam*. i. abundãter uel iugiter, & ſine reſpectu peccati. q̃a non plus curabant in effuſione ſanguinis ſanctorum, quàm ſi aqua

effunderetur, ubi peccatum non timeretur. & hoc non ſolum in Ieruſalem, ſed *in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* quia tot interficiebantur, quod ſepeliri non poterant. uel non fuit aliquis qui curaret eos ſepelire, ut ſic notetur magna immanitas & crudelitas eorum: quia in ſepelitione ſ. notatur pietas, in nõ ſepelitione notatur immanitas & crudelitas. *Facti ſumus opprobrium uicinis noſtris*, gentibus uidelicet, quæ nobis erant uicinæ. Et ut magnum oſtendat opprobrium, ſubiungit: *Subſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.* Taliter poſſunt hæc legi, ſi de perſecutione Iudæorum pſalmus accipitur. Si autem de perſecutiõe eccleſiæ, pſalmus legatur ſic, dicens: Deus, uenerunt gẽtes in hæreditatem tuam, id eſt, eccleſiam ad deſtruẽdam eam, non imitandam. Polluerunt templum ſanctum tuum. Polluitur tunc templum domini, quando aliquis initiatus ſacramento fidei, ab hac compellitur ut CHRISTVM neget. Poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam, id eſt, eccleſiam ſuam deſertam fecerunt, ſicuti collectis pomis deſertum fit tugurium, in quo prius cuſtodiebantur poma: quia perſequentibus gentibus deſerta eſt eccleſia collecta, uidelicet ſanctorum martyrum ſpiritibus quaſi dulciſſimis pomis a dominico horto in cæleſtem menſam collatis. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum, quia receptis ſpiritibus ſanctorum ab agricola, tradita ſunt corpora uolatilibus cæli deuoranda. uelut de Stephano legitur, qui poſt interfectiõem eiectus eſt extra ciuitatẽ. uel ſic, Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus cæli, id eſt, corpora ſanctorum tuorum fuerunt eſca, id ẽ, refectio uolatilibus cæli, mobilibus uidelicet & in te elatis, qui in occiſione ſanctorum delectabantur quaſi in eſca, uelut tortor ille Laurentij, cui dictum eſt: Iam uerſa & mãduca, quia licet iſtud aliter poſſet intelligi, poteſt tamen ſic intelligi, quod tormentatio beati martyris ſibi eſſet refectio. Carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, id eſt, beſtialiter uiuentibus & terrenis adhærentibus, datæ ſunt carnes ſanctorum ad refectionem. *Effuderunt* ſanguinem ipſorum tãquam aquam uidelicet in littore, uel abũdanter, uel ad lapſum. quia in effuſione aquæ ſolet fieri lapſus. uel tanquam aquã, id eſt, ad lauationem quibuſdam, quia non defuerũt qui conſtantiam illorum imitarentur. Sed tamen licet quidam eſſent qui meorum interfectione allucrentur, tamen ad comparationem perſecutorum, non erat qui ſepeliret, id eſt, qui in ſe reconderet interfectionem ipſorum, imitãdo eos. Nota per circuitum Ieruſalem, exaggeratiõem interfectionis. quia non in uno loco tantum hæc erat interfectio, ſed ubiq; circuibat eccleſiam interfectio gentium. & ſic facti ſumus opprobriũ uicinis noſtris, his uidelicet qui prope nos erant, a quibus eſt tanto grauius, quanto ſit crebrius, his qui patiuntur. & non tãtum his qui prope nos erãt, facti ſumus opprobrium, ſed etiã ſubſannatio & illuſio ſumus his qui in circuitu noſtro ſunt. quia & interius nos derident, & geſtu corporis nos ſubſannant. quia ſubſannatio fit, quando in deſpectu alicuius naſus & frons in rugam cõtrahuntur. *Vſquequo domine iraſceris in finem, accendetur uelut ignis zelus tuus?* Iſta & cætera quæ ſequuntur, indifferenter dicuntur de utraque lectione. quaſi dicat, Tu domine, in cuius præſentia hæc omnia fiunt, uſquequo, id eſt, quandiu durabit ira tua in finem? Et uſque quo accendetur zelus tuus, id eſt, indignatio tua uelut ignis? Quaſi d. Accendetur uelut ignis incinerans, & nõ purgans. potius accendatur ut purget, quã ut incineret. Ira non eſt perturbatio diuinæ mentis, ſed uindicta iniquitatis. quia dictum eſt, Tu domine Sabaoth qui omnia cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis. Zelus domini eſt indignatio uel exactio caſtitatis. quia conſtringitur fidelis anima, ne fornicando a domino diſcedat. & hoc fit ad ſimilitudinem uiri, uiriliter habentis uxorem ſub ſua poteſtate, ne ſi ſui iuris uxor fiat, aliquid turpe faciat contra maritum. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.* Quaſi dicat: Contra tuos accendetur zelus tuus, ut ignis purgans & non incinerans: in gentes autem quæ te non nouerunt, effunde iram tuam. i. plenarie oſtende eis te eſſe iratũ. Et in regna q̃ nomẽ tuũ nõ inuocauerunt, plenarie effunde irã tuã. & merito effundes irã tuã, *quia cõederunt Iacob*, id eſt, ſibi fideliter incorporabãt quoſdam interius, cogendo eos in ſuam ſententiam tranſire. *& locum eius*, id eſt, ſingula loca ſanctorum tuorum *deſolauerunt*. uel locum eius, id eſt, eccleſiaſtica inſtituta, in quibus firmiter ſtare & locari deberent fideles, deſolatas reddiderũt, quia interfectis ſanctis, quaſi eccleſiaſtica inſtituta deſolata ſunt. Nota exaggerationẽ iræ, ubi dicit, in gẽtes quæ te non nouerũt quia ſeruus qui nouit dominum ſuum & committit digna, plagis uapulabit paucis: quia quodammodo ſe recognoſcit eſſe de familia domini, cum eum cognoſcere nõ ſpernit, & ſic minus in commiſſis caſtigari promeruit. Seruus autem qui uoluntatem domini cognoſcere dedignatur, multis uapulabit. uelut hic de gentibus dicitur, Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerũt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt, quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt. *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.* Quaſi dicat: Illis appareas iratus, nobis autem placatus, non reducendo uidelicet ad memoriam iniquitates antiquorum patrum, non ut punias uidelicet, ſed ignoſcas pro quibus tamẽ potius deberemus dãnari quàm corrigi. *& cito anticipent*, id eſt, ante capiant *nos miſericordiæ tuæ*, quàm ad lapſum perueniamus. Et opus eſt, *quia pauperes facti ſumus nimis*. i. nos ipſi non ſufficimus ad ſalutem noſtrã, quia ſumus infirmi, nimis imbecilles. ſed adiuuet

Sapi. 12.

miſericordia tua debilitatem noſtram, imbecil-
litatem noſtram, ut intelligamus præcepta tua,
ne damnādi ueniamus ad iudicium. *Adiuua nos*
Pro.16. *deus ſalutaris noſter*. Nota, quia iſte nec gratiæ in
gratus, nec libero arbitrio cōtrarius. Nam qui
adiuuari rogat, aliquam ſcintillulam liberi arbi
Iere.10. trij in ſe retinet, ex q̄ habet ut incipiat. Sed quia
non eſt hominis dirigere uiam ſuam, rogat adiu
uari per gratiam. quod dicit, Adiuua nos deus
ſalutaris noſter, *& propter gloriam nominis tui*, id
eſt, ut glorificetur nomen tuum, *libera nos de ma*
lis. & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen
tuum, dando uidelicet ut tribulationes quas pa-
timur, nobis ſint propiciatio peccatorū, ne pec
catis exigentibus cedamus idololatris. *ne forte*
dicant in gentibus, ubi eſt deus eorum, negando de
um ex toto eſſe. uel nobis improperādo dicāt,
ubi ille quem futurum promittebatis? Quaſi di
cat: Ecce apparet quia de uobis nullam curā ha
bet. Et ne illud dicant, *innoteſcat in nationibus co-*
ram oculis noſtris ultio ſanguinis ſeruorum tuorum,
qui effuſus eſt, id eſt, manifeſta fiat ultio ſangui-
nis ſeruorum tuorum, facta in nationibus, id eſt,
in gentibus coram oculis noſtris, & ſi ipſos late-
at. quia non recognoſcunt ſe eſſe interius excæ-
catos. *Et introeat in conſpectu tuo gemitus cōpedito-*
rum. illorum uidelicet, qui cōpediti & aggrauati
ſunt mortalitate carnis. Nam illi ſe compeditos
dolent, quibus uita mortalis ē mœrori, & mors
Phil.1. honori. iuxta illud, Cupio diſſolui & eſſe cum
Chriſto. uel ſic, Introeat in conſpectu tuo gemi
tus compeditorum, id eſt, ſapientiæ præceptis
aſtrictorum. Hic quæritur, cum dominus dicat, Di
Matt.5. ligite inimicos ueſtros, bene facite his qui ode-
runt uos, qualiter ſancti optent uindictam de ini
Apo.6. micis, ut in Apocalypſi, Vindica ſanguinem no
Pſal.57. ſtrū deus noſter. Et illud, lætabitur iuſtus cum
uiderit uindictam. Sed dicendum eſt, quia licet
boni quærant uindictam de inimicis, nō tamen
ad hoc quærunt, ut gaudeant de pœna inimici.
ſed ideo, quia uolunt eum corrigi ad correctio-
nem aliorum. ut illud, lætabitur iuſtus cum ui-
derit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine
peccatoris. Etiam ſi uindicta reſeruatur uſq; in fi
nem, non gaudet bonus de pœna inimici, ſed de
iuſtitia domini: ut qui in hac uita uolunt eſſe par
ticipes malorum, ibi non ſint in præmio bono-
rum, mali autem ē contrario optāt uindicari ab
inimicis ſuis: quia ad hoc quærunt non ut gaude
ānt de dei iuſtitiā, ſed de inimicorū pœnā. *Secun-*
dum magnitudinem brachij tui poßide filios mortifi-
catorū. Quaſi dicat: Sic introeat in cōſpectu tuo
gemitus compeditorum, ut poſſideat magni-
tudo brachij tui filios mortificatorum: quia in
te, non in ſe poſſunt, ſicut Apoſtolus: Omnia,
inquit, poſſum in eo qui me confortat. Filij mor
tificatorum, ſunt imitatores martyrum. quia
ipſi martyres interius mortificant ſe cum uitijs
& concupiſcentijs, & exterius a perſecutoribus Phil.4.
mortificantur. *Et redde uicinis noſtris ſeptuplum in*
ſinu eorum. Quaſi dicat: Poſſideat magnitudo po
tentiæ tuæ filios mortificatorum, uicinis autem
noſtris retribue ſeptuplum, uidelicet plenariam
retributionem, ut per ſeptiformem gratiam ſpi
ritusſancti ſe confuſos recognoſcant, & in ſinu
tuo gratiam quærant. & ſic redde *improperium*
ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine, ut illud
uidelicet quod aliis improperabant, eis im-
properetur cauſa tui. Vel aliter, Redde uicinis
noſtris ſeptuplum, id eſt, plenariam uindictam,
in corpore uidelicet & anima: quæ per partes ſe
ptenarij, quaternarium uidelicet & ternarium,
intelliguntur. Nam corpus quod elementis qua
tuor conſtat, per quaternarium intelligitur. ani-
ma uero per ternarium propter tres uirtutes ſu
as, rationem uidelicet, iram, concupiſcentiam.
quod dicit, Redde uicinis noſtris ſeptuplum in ſi
nu eorū, firmiter uidelicet, nō cadat ab eis. & red
de eis improperium ipſorum quod exprobra-
uerunt tibi domine, ut ipſi uidelicet perdātur in
hoc, quod putant nos perdere. *Nos autem popu-*
lus tuus & oues paſcuæ tuæ confitebimur tibi in ſe-
culum. & tandem *annunciabimus laudem tuam in ge*
neratione & generationem. ibi uidelicet, ubi oēs
gentes quæ hic ſuccedunt & diſcedūt, quaſi una
generatio erunt.

¶In finem pro his qui commutabuntur, Pſalmus
pro Aſſyrijs, teſtimonium Aſaph. LXXIX

QVi regis Iſrael, intende: qui deducis uelut ouem Ioſeph. Qui ſedes ſu
per cherubim, manifeſtare corā Ephraim, Beniamin & Manaſſe. Ex-
cita potentiam tuam, & ueni ut ſaluos facias nos. Deus, cōuerte nos,
& oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Domine deus uirtutū, quo-
uſq; iraſceris ſuper orationem ſerui tui? Cibabis nos pane lachryma
rum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. Poſuiſti nos in
cōtradictionē uicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannauerūt nos. De
us uirtutum, conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Vineam de Aegypto
tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & planta
ſti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros
dei. Extendit palmites ſuos uſq; ad mare, & uſq; ad flumen propagines eius. Vt quid
deſtruxiſti maceriam eius, & uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam? Ex-

terminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Deus uirtutum, conuertere: reſpice de cælo, & uide, & uiſita uineam iſtam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. Incenſa igni & ſuffoſſa, ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua ſuper uirum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. Et non diſcedimus à te: uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine deus uirtutum, conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

In hoc pſalmo cantatur de aduentu domini
noſtri Ieſu Chriſti, & de uinea eius. & cantat eũ
Aſaph correctus & illuminat⁹, plenus uidelicet
ſpiritu ſancto. & eſt pſalmus pro his qui com-
mutabũtur. Commutatio eſt uel in peius, uel in
melius. De hac aũt cõmutatione q̃ ẽ in peius, nõ
loquitur hic Pſalmus, cum de aduentu domini
loquitur, qui fuit cauſa commutationis in meli
us. quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita &
in Chriſto omnes uiuificabuntur. & eſt teſtimo
nium, quia teſtatur de rege & plebe, de paſtore
& ſacerdote & de grege, de Chriſto & de uinea
eius, totũ uidelicet myſterium diuinarũ ſcriptu-
raꝝ. Chriſtũ uidelicet & eccleſiam, quia omnis
ſcriptura uel de Chriſto uel de eccleſia eſt. & pro
aſſyriis, id eſt, pro dirigentibus, ut qui prius fue
runt generatio praua & exaſperans, deinceps di
rigant ſe ſecundum uoluntatem domini. Dicit
autem ſic:

Qui *regis Iſrael, intende*, id eſt, intẽſum te fac
huic regimini, regendo uidelicet Iſrael, id
eſt, Iudaicum populum. *Et qui deducis uelut ouem
Ioſeph*, populum uidelicet gentium, qui per Io-
ſeph intelligitur, quia augmentatus eſt in priori
populo, ut ex utroq; fieret unum. Vel poteſt ali
cui occurrere in mente, q̃liter Ioſeph a fratribus
ſuit uenditus, & in Aegypto exaltatus. & ſic ad
memoriã ducamus ſub quo ſumus, & cum qui
bus, uidelicet Iſrael. i. cum Iudaico populo pri-
Ioh. 4. us credẽti, quia ſalus ex Iudæis eſt. & ideo tu ole
Ro. 11. aſter noli altum ſapere, ſed time. non tu enim ra
dicem portas, ſed radix te. *Qui ſedis ſuper cheru
bim, manifeſtare*. Cherubim eſt eccleſiæ dei, & in
terpretatur plenitudo ſcientiæ. ſed tamen non
Sap. 7. ut deſperet humana fragilitas: quia quiſque fide-
uolunt. lis eſt ſedes dei, ſicut ſcriptum eſt: Anima iuſti, ſe
des eſt ſapientiæ. Habeat etiam quiſque charita
Ro. 13. tem, & habet plenitudinem ſcientiæ. quia ple-
1. Ioh. 4. nitudo legis eſt charitas. qui manet in charitate,
in eo deus. quod dicit. Qui ſedes ſup cherubim,
manifeſtare. I. manifeſtus appareas *coram Ephra
im*. i. coram fructificantibus in bono opere. *&
Beniamin*. I. coram illis qui ſunt filii dexteræ, non
quærentes uidelicet terrena q̃ ad ſiniſtram per-
tinent, ſed cæleſtia ad dexteram pertinentia. uel
coram Beniamin. i. coram illis qui bene operan
tur, nõ ad fauorem, quod ad ſiniſtram pertinet.
& Manaſſe. Manaſſes interpretatur obliuio. ubi
intelliguntur illi, qui obliuiſcuntur ea quæ re-
tro ſunt, in ea ſe extendunt quæ anteriora ſunt.
& in iſtis omnibus intelliguntur illi, qui reputan
di ſunt in ſemine. Quaſi dicat: Manifeſtare illis
qui annumerandi ſunt granis, licet non manife-
ſtus illis qui dimittendi ſunt inter paleas. *Exci-
ta potentiã tuam, & ueni, ut ſaluos facias nos*. Qua
ſi dicat: Sopita fuit potentia tua, quando perſecu
tor tibi præualuit, non quod perſecutor uoluit,
ſed quia conſenſiſti. quod etiam præfiguraſti, qñ
Iacob luctatus eſt cum angelo. Ipſe enim Iacob
præualuit, non quod ipſe uoluit, ſed quia ange
lo conſentit. Iacob etiam a uicto angelo benedi Ge. 32.
ctionem petiit. & angelus eundem benedixit.
& latitudinem femoris eius tangens, claudum
eum dimiſit. ita dominus eundẽ Iudaicũ popu-
lum benedixit, & claudũ eum fecit. benedixit,
quantũ ad apoſtolos & cæteros fideles: claudũ
fecit, quantũ ad incredulos. q̃d dicit, excita po-
tentiã tuam. Q. d. Mortuus es ex infirmitate, re
ſurge ex maieſtate. & ueni in notitiã noſtram,
quem prius non nouimus. Vidimus enim mira
cula te facientem, & tamen morientem. & ideo Iſa. 53.
nõ putabaris illis eſſe q̃d eras. Vnde illud, Vidi
mus eũ nõ habẽtem ſpeciem neque decorẽ. Sed
nũc uideamus te reſurgentem & aſcẽdentem, &
in dextera dei ſedentem. Et ueni ut ſaluos facias
nos. *deus, conuerte nos*. Q. d. Inimici tui quærunt
auertere a te, ſed tu cõuerte eos ab errore idolo
latriæ, *& oſtẽde faciẽ tuã, & ſalui erimus*. Quia pri
us obtegiſti potentiã tuã nube carnis, & uelamẽ
to infirmitatis, & ægrotauimus. nũc aũt oſtende
faciem tuã, ut intelligam⁹ ſup egenũ & pauperẽ.
& ſalui erimus, iuxta illud, Poſt hęc ĩ terris uiſus
eſt, & cũ hoĩbus cõuerſatus eſt. Et quia ſicut ora Baruch. 3
ui facies, filiũ tuũ mittendo uidelicet, ut nos con
uertat, tu *domine deus*, nõ tñ hoĩm, ſed etiã cæle
ſtiũ *uirtutũ, quouſq; iraſceris*. i. quã diu remanebit
ira tua *ſuper orationẽ ſerui tui*. i. ſuper hoc quod
orat ſeruus tuus. uel iraſceris in orationem ſerui
tui, ſuper. i. deſuper uenientẽ. q̃a q̃d orat ſeruus
tuus, hoc nõ habet ex ſe, ſed a te. Q. d. Ecce iam
nõ orãt inimici tui, ſed ſerui & de carcere educti.
& adhuc iraſceris, nõ tñ ut uindex ſæuiens, ſed
ut pater corrigens, quia ſcriptũ eſt: Fili mi, acce Eccl. 2.
dens in ſeruitutẽ dñi, ſta in iuſtitia & tremore, &
p̃para animã tuã ad tentatiõem. & illud, flagel- Heb. 12.
lat deus oẽm filiũ quem recipit. Et ideo tu quiſ-
que ſi detractes flagellari, cur deſideras recipi?
quod dicit, Dñe deus uirtutũ, quouſq; iraſceris
ſuper orationẽ ſerui tui? quouſq; uidelicet cibã
di ſumus? quod ſequitur ſic, *Cibabis nos pane la-
chrymarũ*. Q. d. licet tu nobis iraſceris, tñ in ipſa
ira cibabis nos pane lachrymaꝝ. i. reficies nos
lachrymis noſtris tanq̃ pane. *Et potũ dabis nobis
in lachrymis in menſura*. quia & ſi patiaris noſtri-

Ephe. 4. bulari, nō tñ ſine mēſura. Vnde illud, Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram.
1. Cor. 10. Et illud, Fidelis eſt deus qui nō patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis. *Poſuiſti nos in contradictionem uicinis noſtris.* Ecce q̄liter cibaſti nos pane lachrymarum, quia poſuiſti nos in contradictionem uicinis. Ecce aperte nouimus impletū, quod hic eſt prophetatū. quia multi ex illo populo cæleſti ſunt prædicatores, qui prædicabāt Chriſtum incarnatum, mortuū & rediuiuum. rem incredibilem, ſed rei incredibili fidem ſigna fecerunt. Contradicebatur, ſed contradictor uincebatur. quia q̄ prius perſecutor erat, factus eſt poſtea humilis imitator. Sed quia præceſſit flamma furoris & flamma perſecutionis, quæ tamen ipſis prædicatoribus refectio fuit, ideo dicit: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. Poſuiſti nos in contradictionem uicinis noſtris. *&* in tantum quod *inimici noſtri ſubſannauerūt nos*, ſed tu *deus uirtutum, conuerte nos* ad te, quos ipſi moliuntur auertere. *& oſtende faciem tuam*, filium tuum uidelicet, *& ſalui erimus.* Et debes ſaluos facere, quia iam cœpiſti quando *uineam*, id eſt, Iudaicū populum *de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam*, uidelicet in terram promiſſiōis. Et hoc etiam referri poteſt ad eccleſiam, quia ipſa eſt uinea de Aegypto translata, id eſt, de poteſtate tenebrarum in regnum lucis aſſumpta. eieciſti gentes, id eſt, gentium errores, & plantaſti eam, in fide uidelicet catholica. Et *dux itineris fuiſti in conſpectu eius*: quia in die præceſſiſti in nube, & in nocte in igne, ſignificans filium tuum incarnatum, eccleſiæ præceſſurum in nube carnis & in donis ſpiritusſancti. *Et plantaſti radices eius, & impleuit terram*, intantum quod *operuit montes umbra eius*. Vt magna multitudo populi denotetur, comparauit populum ipſum uineæ plantatæ. & intantum extenſa, quod umbra eius montes operiret. uel ſic, Plantaſti radices eius, patriarchas uidelicet, in quibus q̄ſi fructus in radice p̄notabatur eccleſia. & operuit montes umbra eius. montes ſunt prophetæ, quos operuit umbra eccleſiæ, quia ipſi umbratice & figuraliter eccleſiam prædicabant. *Et arbuſta eius cedros dei.* Arbuſta ſunt palmites, de uiti uera procedētes, minores uidelicet in eccleſia, q̄ operiunt cedros dei, ſupeminentes uidelicet in uirtutibus. operiunt. i. circundant, qñ ipſi eminentes conſcendendo illis qui ſunt arbuſta, dimittunt altam contuitionem mentis, & eis prædicant quæ capere poſſunt, inſtruendo eos per carnalia, quia non poſſunt capere ſpiritualia. Vel operuerunt arbuſta cedros dei, quia plures qui ſunt arbuſta, ſuſtentantur ab unoquoq; qui cedrus eſt. & eſt dictum ad ſimilitudinem, quia ſicut unus truncus ſuſtentat plures palmites uitium, ita ab uno prædicatore ſuſtentantur plures: quia circuncīſio a Petro, & præputium in Paulo. *Extendit palmites ſuos*, id eſt, generationes populi *uſque ad mare. & uſq; ad flumen*, ſubaudis Iordanis, *propagines eius*: quia ultra Iordanem non leguntur habitaſſe Iudæi. uel ſic, Extendit palmites, id eſt, generationes eccleſiæ uſq; ad mare gentium, & uſq; ad flumen, Iudæorum uidelicet, extendit propagines eius. *Vt quid deſtruxiſti maceriam eius, & uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam?* Aſaph uidēs tāta feciſſe dñm, ut populus Iudaicus exaltaret, admirat, & q̄ſi admirādo q̄rit: Vt qd. i. ad quā utilitatē eorū, deſtruxiſſet deus macerīā eius .i. munitionē eius, regnū uidelicet & ſacerdotiū, unde muniti eſſe putabant. & uindemiant eam, id eſt, diſſipāt & decipiunt omnes qui prætergrediuntur uiam, Chriſtum uidelicet, qui uera eſt uia. Et oſtendit qualiter uinea diſſipata ſit, quia *exterminauit eam aper de ſylua*, id ē, Veſpaſianus. de ſylua, id eſt, de gentili populo miſſus, qui ſyluæ comparabatur, quoniam nullam receperūt diuinæ prædicationis culturam. Nota quod dicit, exterminauit. quia extra terminum ſuū poſiti ſunt, quia extra ciuitatem ſunt eiecti & ubiq; diſperſi. *Et ſingularis ferus*, Titus uidelicet, ſingulariter ſæuiēs, depaſtus eſt eam. Nota, depaſtus: quia ipſe exercuit adhuc in eis maiorem ſæuitiam, quàm pater ſuus Veſpaſianus. Poteſt etiam ad eccleſiam referri quod dicit, Vt quid deſtruxiſti maceriam eius? ut maceriam intelligamus ſanctos martyres, quib' munitur eccleſia, quos uindemiant & diſſipant omnes qui per uiam nō incedunt, id eſt, Chriſtum non imitātur, quos exterminat aper de ſylua, quiſq; uidelicet immundus, & uomere prædicationis incultus. & nota hoc per aper de ſylua, quia porc' eſt animal immundum, & ſylua terra inculta. *Deus uirtutum, conuertere.* Quaſi dicat: Sic deſtructa eſt maceria uineæ, ſic ipſa uinea exterminata. ſed tu deus uirtutum, cæleſtium ſubaudis, conuerte ab ira ad miſericordiā, *reſpice de cælo*, id eſt, de filio tuo. *& uiſita uineam iſtam.* uiſita, dico, eam perficiendo non aſſumendo aliam. quod dicit, *& perfice eam quam plantauit dextera tua*, id eſt, potentia tua. *&* perfice eam fundatam *ſuper filium hominis*, Chriſtum uidelicet, qui uere fundamentum eſt. Vnde illud, Nemo poteſt fundamentum ponere p̄ter id quod poſitum eſt, quod ē Chriſtus Ieſus. 1. Cor. 3. *quem confirmaſti tibi*, id eſt, immunem a peccato feciſti. *incēſa igni & ſuffoſſa, ab increpatione uultus tui peribunt.* Quaſi dicat: Dixi ut perficeres uineam. & tu perficies, ita ut neq; altitudo, neq; profundum ſeparent ipſam uineam a te. Nam ab increpatiōe uultus tui peribunt incenſa igni, id ē, peccata malo amore commiſſa, quia amor malus inflammat opera mala. & ſuffoſſa, id eſt, timore malo commiſſa, q̄a * timor malus, humiliatur a bonis. timet & eſt dictum ad ſimilitudinē; quia ſicuti murus cum ſuffoditur, caſum minatur: ita quiſq; timore malo percuſſus, eſt pronus ad lapſum: quia ſicut eſſe bonum procedit a timore bono & amore, ita omne malū procedit ex malo timore & amore. Solent enim aggredi deuo-

catores quos deuocare uolunt, blanditijs, pro-
miſſiõibus. & multi amore malo excæcati, cor
rumpuntur. ſed felix anima, quæ contra promiſ
ſiones illas proponit ſibi medicinam ſalutis.
Matt.16. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mun-
dum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum pa
tiatur? Felix eſt etiam illa anima, quæ nec minus
corrumpitur, proponendo ſibi hoc diuinum p̃-
Matt.10. ceptum: Nolite timere eos qui occidũt corpus,
animam autem non poſſunt occidere. attendẽs
etiam diligenter, quia mũdus nulli iniuſto plus
promittit, quàm deus iuſto. Nam quid maius
Mat.25. hac promiſſione, Venite benedicti patris mei?
Nec poteſt mundus iuſtis tanta minari, quanta
minatur deus iniuſtis, quibus dicturus ẽ: Ite ma Ibidem.
ledicti in ignem æternum. *Fiat manus tua ſuper ui*
rum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem con-
firmaſti tibi. Quaſi dicat: Da ei poteſtatem omnis
carnis, quia filius hominis eſt: & confirmaſti ti-
bi, quãdo uox tua paterna audita eſt, in quo be Mat.3.
ne complacui. *Et non diſcedemus à te,* quia tu *ui*
uificabis nos, hoc faciendo, ut gratis te colamus.
mortui enim eramus, quando imaginem primi
hominis portabamus, & deum coluimus pro-
pter terrena. *& nomen tuum inuocabimus.* Et ut in
uocemus, *domine deus uirtutum, conuerte nos, &*
oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

¶ In finem pro torcularibus, pſalmus ipſi Aſaph, quinta ſabbati. LXXX.

EXultate deo adiutori noſtro, iubilate deo Iacob. Sumite pſalmum, et date tympanum: pſalterium iucundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba, in inſigni die ſolẽnitatis ueſtræ. Quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium deo Iacob. Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguam quam nõ nouerat, audiuit. Diuertit ab oneribus dorſum eius, manus eius in cophino ſeruierunt. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te: exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, probaui te apud aquam contradictionis. Audi populus meus, & conteſtabor te: Iſrael, ſi audieris me, non erit in te deus recẽs, neq; adorabis deum alienum. Ego enim ſum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud. Et non audiuit populus meus uocem meam, & Iſrael non intendit mihi. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuẽtionibus ſuis. Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in uijs meis ambulaſſet. Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam. Inimici domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.

Pſalmum iſtum cantat Aſaph alijs qui ſunt
Aſaph. & agit de rebus ſignificatis, p̃ res factas
quinta ſabbati. Nam legitur quod in quinta ſab
bati dominus dixiſſet, Producant aquæ omne
Ge.1. reptile. ubi ſignificantur illi qui per fontem ba-
ptiſmatis ſunt regenerati. & ẽ pro torcularibus.
In torculari fit preſſura & conculcatio, & diſcer
nuntur ibi duo: uinum, quod eliquatur in cellari
um: & uinacea, quæ contemplanda proijciũtur
in triuium. Diſcernitur etiam oleum ab amur-
co: oleum in apothecis recondendum, & amur
ca in triuium ad conculcandum. & eſt expoſi-
tio tituli talis. In finem referuntur hæc uerba, di
cta pro torcularibus, id eſt, pro preſſura. preſſu
ra dico, diſcernente res ſignificatas per res crea-
tas quinta ſabbati. & eſt pſalmus Aſaph, ſic di-
centes: Intremus, inſpiciamus, timeamus, gaude
amus, appetamus, fugiamus. quia hæc omnia in
pſalmo inuenire poterimus.

E*Xultate deo adiutori noſtro.* Quaſi d. Vos
qui uſq; modo exultauiſtis in mundo dece
ptore ueſtro, & diabolo deſertore ueſtro, & uen
tre ſeductore ueſtro: deinceps exultate deo ad-
iutori noſtro. Et ſi non ſufficiant uobis uoces, nõ
tamen deſinat exultatio, ſed *iubilate deo Iacob.*
Quaſi dicat: Quod poteſtis proferre, exultate:
quod non poteſtis, iubilate. Iubilus enim eſt tan
ta lætitia mentis, quanta non poteſt exprimi ſo
no uocis. *Sumite pſalmum & date tympanum.* Pſal-
mus ponitur hic pro pſalterio, effectus uidelicet
pro cauſa. pſalteriũ uero quod ſuperius ſonat,
ſpiritualia deſignat, tympanum uero quod infe
rius ſonum reddit, carnalia opera deſignat. &
hortatur nos hic propheta, ut diuinis uerbis re-
ſpondeamus carnalibus operibus. quod idem
Apoſtolus exhortatur, condolens & reprehen-
dẽs dicit, quod nemo ſibi communicauerit in ra Phil.4.
tione dati & accepti. Quod idem manifeſtius
alibi dicit: Si uobis ſpiritualia ſeminamus, ma- 1.Cor.9.
gnum eſt ſi ueſtra metamus carnalia? Tanq̃ ſi di
ceret: Si auidi eſtis in ſpiritualibus ſumendis, de
uoti ſitis in carnalibus erogandis. & deſideratis
ſuſcipere ſpiritualia? ne ſitis pigri erogare carna
lia. ſumite uoces noſtras, & exhibete manus ue
ſtras. quod dicit, Sumite pſalterium, id eſt, ſpiri-
tualia a bore prædicantis, & date tympanum ex
hibendo carnalia. Et quare hoc? Quia *pſalterium*
cum cithara eſt iucundum deo. Nam qui ſumit ſpi

ritualia & præbet carnalia, dulce melos reddit
deo. *Buccinate in neomenia tuba.* In ſuperioribus
egit de dilectione dei, hic autem hortatur dilecti
oni dei ſubinferre dilectionem proximi, ut qui
diligit deum, diligat & proximum. Q. d. Sumi-
te pſalmum, buccinate in neomenia. i. prędicate
nouã uitã aperte & cũ fiducia. Nota p neomeni
am nouã uitã. Neon enim nouum dicitur, mene
luna. unde menſis dicitur. & ſic in ſimul neome-
nia nouã uitã deſignat. Tuba autem quia groſ-
ſam uocem habet, apertam fiduciã notat, quia
noua uita aperte & confidenter debet prædica
ri. & hoc ĩ *inſigni die ſolẽnitatis ueſtræ*, ſolẽnitatis,
uidelicet nouæ reparationis, antiquæ diſpoſitio
nis, æternæ felicitatis. In hac ſolennitate bucci-
nandum eſt cuique fideli, *quia præceptum in iſra-
el eſt, & iudicium deo Iacob.* Nota quia poſt præce
ptum neceſſarium ſequitur iudiciũ, quia ipſe da
Ioh. 9. tor p̃cepti dixit: Ego in iudiciũ ueni in hũc mun
dum, ut qui non uident, uideant: & qui uident,
cæci fiant. Et quid hoc niſi ut elati humilientur,
& humiles exaltentur? *Teſtimonium in Ioſeph po-
ſuit illud.* i. præceptum datum Iſrael, eſt teſtimo
niũ Ioſeph, populi uidelicet augmentati. i. genti
lis. teſtimonium dico ſaluationis, impletum: da
mnationis, neglectum. Vel poteſt menti noſtræ
occurrere, qualiter Ioſeph uenditus a fratribus,
ſit exaltatus, ut Chriſtum intelligamus a popu
lo ſuo contemptum, & in gentibus poſt paſſio-
nes ſanctorum martyrum exaltatũ, *cum exiret
de terra Aegypti.* Conuenit & populo multipli
cato quod dicit, cum exiret de terra Aegypti,
Myſtice nõ addidit terram, qm̃ & ipſi ad quin
tam ſabbati pertinent. Ipſi etiam de Aegypto
exierunt, quando de poteſtate diaboli & tene-
brarũ liberati ſunt. quia nihil aliud populi iſrae
litici tranſitus per mare rubrum in figura præ-
cẽdebat, niſi tranſitum fidelium per baptiſmũ.
1. Cor. 10. Vñ teſtis eſt Apoſtolus: Nolo enim uos fratres
ignorare, quia patres noſtri omnes ſub nube fu
erunt, & per mare trãſierunt, & omnes in Moy
ſe baptizati ſunt. Quid ergo aliud ſignificabat
tranſitus per mare rubrum, niſi ſacramentũ ba
ptizatorũ? Quid aliud inſequẽtes Aegyptii, niſi
abundãtiã pc̃torum. Premunt Aegyptii, urgẽt
uſq; ad mare. inſtãt & peccata uſq; ad baptiſmũ,
ſed deſperas tu aliquis propter conſcientiã ma
lam tibi non remitti peccata? time ne remaneat
aliquid peccatorum, ſi uixit aliquis Aegyptio-
rum. *linguam quam non nouerat, audiuit.* Quid au
diuit populus baptizatus, niſi mundum debere
contemnere, & corda ſurſum erigere? quia di-
1. Ioh. 2. ctũ eſt eis, Trãſit mundus & cõcupiſcẽtia eius.
Diuertit ab oneribus dorſum eius. Quis diuertit ab
Mat. 11. oneribus dorſum, niſi ille qui dixit: Venite ad
me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego
reficiam uos. Onera iſta, ſarcina ſunt peccatorũ.
Pſal. 37. Vnde alibi. Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſu
per me. Quod dicit, diuertit ab oneribus dor-
ſum eius. & quaſi diceres, quibus oneribus? *Ma
nus eius in cophino ſeruierunt.* Per cophinũ ſigni-
ficantur opera ſeruilia. Mundare enim, ſterco-
rare, terrã portare, cophino fit. illi autem quaſi
in cophino terram portant, qui in corde ſuo ſar
cina peccatorum aggrauãtur. Nam omnis qui Ioh 8.
facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Diuertit ab
oneribus dorſum eius, dicens: *in tribulatione in-
uocaſti me.* Quæ eſt maior tribulatio, quàm pec-
catorum ſarcina? Quod enim in eis fuit afflictio
Aegyptiorum, hoc in nobis facit ſarcina pecca
torum. quod dicit, in tribulatione inuocaſti me,
& liberaui te. Recognoſcat unaquæque Chriſti
ana conſcientia, ſi deuote trãſierit mare rubrũ.
ſi cum fide credendi & obſeruandi linguã quã
non nouerat, audiuit: cognoſcat ſe in tribulati-
one eſſe exauditam. Ipſa enim magna tribula-
tio erat, premi ſarcinis peccatorum. ſed releua-
ta eſt inde conſcientia, & gaudet, quia conſcien-
tia quæ heri premebatur, hodie gratulatur. In
tribulatione inuocaſti me, & liberaui te. Et quo
modo hoc? Quia *exaudiui te in abſcondito tempe-
ſtatis*, non in tempeſtate magna, ſed in anguſtia
cordis, ubi tempeſtas peccatorum te opprime-
bat. Sed quia aliquis poſtquã exauditus & ba-
ptizatus, multos exaltare patitur hoſtes, ſubiũ
git: *Probaui te* ad aquas *contradictionis*. Aqua con
tradictionis ſunt, inſultatores, detractores, de-
hortatores, minantes etiam ubi poſſunt, ut quen
que fidelem à fide deuocent. Apud iſtos proba
tur quiſque, quãdo non erubeſcit p̃dicare quod
poteſt defendere, & inter blaſpemias peccato-
rum, ore enunciat quod corde credidit. Si enim
exauditur in abſcondito tempeſtatis, corde cre
ditur ad iuſtitiam: quando autem apud aquam Ro. 10.
contradictionis probatur, ore confeſſio fit ad
ſalutem. Quanta fuit contradictio apud aquas,
ſenſerunt maiores noſtri, quando uerbo dei &
miniſterio CHRISTI acriter reſiſtebant gen
tes: quia tunc fremuerunt gentes, & populi me- Pſal. 2.
ditati ſunt inania. Tunc leo ille forti uiro Samſo
ni ueniẽti ad deducendam ſibi ſponſam de Phi
liſtæis, Chriſto uidelicet deſcendenti ad haben-
dam eccleſiam de gentibus, fremens ibat ei ob-
uiam. Sed quid egit? Accepit & tenuit, fregit & Iudic. 14.
diſſipauit leonem illũ, & factus eſt in manibus
eius tanquam hœdus caprarum. Quid enim ali
ud fieret populus ille, niſi languidus peccator?
Occiſa aũt illa feritate, iã nõ ſic fremit regia po-
teſtas, non ſic fremit populus gentium, non ua-
dit obuiam leo. ſed quod dignum eſt, iam inue-
nitur in ore eius fauus mellis. quia etiam a prin
cipibus gentium cõſtructæ ſunt leges pro Chri
ſtiana religione defendenda, & ſic aquæ contra
dictionis exiccatæ ſunt. In tribulatione inuoca
ſti me, & liberaui te, dicens: *Audi populus meus,
& cõteſtabor te.* Quod ab initio pſalmi uſque ad
hũc uerſum audiuimus, ad oleũ pertinebat. q̃d
reſtat, ad amurcam torcularis pertinet. & ma-

giſ eſt dolendum & cauendum, ſed tamen au-
diendum, ut qui oleũ ſe recognoſcit, gaudeat: &
qui adhuc periclitatur, timeat ne amurcam in-
currat. Quod dicit, audi populus meus, & con-
teſtabor te, id eſt, te ipſum habeo teſtem, & tibi
loquor. Non enim populo alieno loquor, non
populo non pertinenti ad torcular. Iudicate, in
Iſa. 5. quit, inter me & uineam meam. Quod dicit, au-
di populus meus, & conteſtabor te. iſtud uideli
cet, *Iſrael, ſi me audieris, non erit in te deus recens.*
Quid recentius deo illo, qui nouiter allatus de
officina in templum, nouiter fuſus, & ideo con
fuſus? Huiuſmodi deos faciunt ſibi pagani. alij
uero, hæretici ſcilicet, multi faciunt recentes de
os, affirmantes filium inæqualem patri, conueni
entes in uanitate cum paganis. Manichæi etiam
alio modo recentem deum faciunt ſibi, dicen-
tes deum pugnantem contra gentem tenebra-
rum, timentem ne inuadatur, ſatagẽtem ne cor
rumpatur. hoc modo ſe ſibi fictitio confunden-
tes, etſi non in templis, tamen (quod peius eſt) in
corde ſuo idola poſuerunt, & falſorum riden-
dorumq; ſimulacrorum ipſi templa facti ſunt.
Hæc idola, intus eſt magnum opus, & locum
deo uenienti, non recedenti, mundare. Omnes
autem qui ſic ſibi deos faciunt, diſſentientes ſe-
cundum diuerſa ſimulacra, & fidem falſitate ua
riantes, in uno ad ultimum cõueniunt, quia a ter
renis cogitationibus nõ recedunt. opinio eorũ
eſt diuerſa, uanitas tamen una: quia ad ea quæ
poſteriora ſunt, ſe extendunt, obliuiſcentes ea
Iudic. 15. quæ anteriora ſunt. ideo Samſon caudas uulpi-
um colligauit, & ibi ignem alligauit, ut incen-
deret ſegetes Philiſtinorum. Vulpes iſtæ hære-
ticos & doloſos ſignificant, qui in poſterioribus
conuenientes quaſi cauda colligati, ignem tra-
hunt corrumpentem ſegetem Philiſtinorum,
alienigenarum uidelicet, non filiorum. quia no
2. Tim. 2. uit dominus qui ſunt eius. & non permittit ſege
tes, id eſt, bona opera ſuorum hæreticorum in
cendi. Iſtæ etiam uulpes ſignificantur in Canti-
cis canticorum, ubi dicitur: Capite nobis uulpe
Cant. 2. culas exterminantes uineas, latentes in cauernis
tortuoſis. Capiunt uulpem, qui de falſitate con-
uincunt hæreticum & doloſum. Vulpes autem
ſolent habere foueas, ut ex una parte intrent, ex
alia exeant. & ideo neceſſe ẽ ut qui uulpes cape-
re deſiderat, ad utrunque foramen retia ponat.
Sic agendum eſt cum doloſis, qui in duplici in-
tellectu quaſi in cauernis morantur, uelut illi,
qui quaſi uulpes doloſæ ad dominum acceſſe-
runt, dicentes: In qua poteſtate hæc facis? Sed
quia nouit eos eſſe uulpes & doloſe quærentes,
ad utrunque foramen uelut rete eis tetendit, di-
cens: Et uos reſpõdete mihi unum ſermonem.
Mat. 21. Baptiſmum Iohannis unde eſt? de cælo, an ex
hominibus? Sed ipſi ex utraque parte ſentiẽtes
tetendiſſe unde caperet eos, dixerunt intra ſe:
Si dixerimus, de cælo, dicturus eſt: quare ergo
non creditis? Ille enim CHRISTO teſti-
monium perhibuit. Si dixerimus, de terra, lapi
dabit nos populus, quia ut prophetam eum ha
bent. Sentientes ergo hac atque hac eſſe unde ca
perentur, reſponderunt: Neſcimus. & domi-
nus: Neq; ego dico uobis in qua poteſtate hæc
facio. Quaſi dicat: Quia dicitis uos neſcire quæ
ſcitis, neque ego dico uobis quod quæritis. quia
ex nulla parte exire auſi eſtis, in ueſtris tenebris
remanſiſtis. Obtemperemus ergo & nos, ſi poſ
ſumus, uerbo dei, dicenti: Capite nobis uulpes
illas exterminantes uineas. Videamus & nos ſi
quaſdam uulpeculas capere poſſumus. propo-
namus ad utrunque foramen rete, ut unde uul-
pes exire uoluerit, capiatur. Verbi gratia: Mani
chæo facienti ſibi dominũ recentem, dicamus,
& interrogemus eum: Subſtantia dei corrupti-
bilis eſt, an incorruptibilis? Elige quod uis o Ma
nichæe, & exi q̃ uis. ſed nõ effugies. ſi reſpõdes,
corruptibilis: non ab Apoſtolo tãtum, ſed a te
ipſo merito lapidaris. Si autem incorruptibilẽ,
quomodo ergo timuit gẽtem tenebrarũ? Quid
factura erit incorruptibili gens corruptionis?
Quid ergo reſtat, niſi dicamus, neſcimus? Sed ta
men ſi hoc non dolo, ſed ignorantia dicitur, nõ
remanet in tenebris, ſed ex uulpe fit ouis. Audi
populus meus & conteſtabor te, id eſt, te ipſum
teſtem faciam in hoc. ſi audieris me, non erit in
te deus recens, id eſt, in corde tuo, in imaginem
phantaſmatis tui, in deceptione erroris tui, non
erit deus recens, ſed deus ſempiternus ſecundũ
deitatem patris, recens ſecũdum hominem, nul
lis egens bonis, nulla timens mala. Hic deus an-
tiquus nouũ facit hominem, recens deus facit
uetuſtum. Non *adorabis deum alienum.* quia ſi
in mente non cogitas deum falſum, non adora-
bis deum fabricatum. Et quare non adorabis de
um alienũ? Quia *ego dominus deus tuus* ſum tan-
tum. Vnde illud, Ego ſum qui ſum. Et, Qui eſt, Exo. 3.
miſit me ad uos. *Qui eduxit te de terra Aegypti.*
dilata os tuum, & implebo illud. Q. d. Anguſtias
pateris in corde tuo propter recentem deum.
Frange ſimulacrum uanum, deijce de conſcien-
tia tua idolum fictum, dilata os tuum confiten-
do & amando: & implebo illud lumine uerita-
tis & amore dei ueri, non ficti: amore ſempiter-
ni dei, non recentis. hoc dixi ego dominus po-
pulo meo. *Et non audiuit populus meus uocem me-*
am, & iſrael non intendit mihi, id eſt, nõ intenſum
ſe fecit mihi clamanti ad eos, ut dilatarent os,
& adimplerem illud, & ideo *dimiſi eos ſecundum*
deſideria cordis eorum, id eſt, ſecundum terrena
& carnalia, non ſecundum ſpiritualia. & ideo à
me dimiſſi, *ibunt in adinuentionibus ſuis,* id eſt, ſe-
cundum affectionem cordis eorum. Ecce tor-
cular. aperta ſunt foramina, & exit etiã amur-
ca. Vnde illud dictum eſt, ibunt in adinuentio-
nibus ſuis. Et quare ſic ibũt? Quia me audire no
luerunt. Nam *ſi populus meus audiſſet me, iſrael*

ſi in uijs meis ambulaſſet, id eſt, in pceptis meis non
deuiaſſet, ego *humiliaſſem inimicos eorũ forſitã pro
nihilo*, ſubaudis habendos. Forſitã, hic poſitum
eſt obiurgatiue, non dubitatiue. *Et ſuper tribulan
tes eos miſiſſem manum meam*, id eſt, potentiam ex
ercuiſſem contra tribulationes eorum. Nota, li-
cet dominus dicat, ſuper tribulantes eos miſiſ-
ſem manum meam, tamẽ nihil fieri poteſt, niſi
quod ab eo permittitur tam in bonis quàm in
malis. Sed quia in filiis diffidentiæ inimicus dia
bolus licentius operatur quàm in bonis, quia in
illis quaſi in proprio boue arat, in nullis tamen
niſi permiſſus, ideo ſic dicitur: Si populus meus
audiſſet me, & ſi in uiis meis ambulaſſet, pro ni
hil forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſu-
per tribulantes eos miſiſſem manum meam. &
nõ audiuit populus meus. Quia ipſi *facti inimici
domini, mentiti ſunt ei*, id eſt, ad honorem eius. *&
erit tempus eorum*, id eſt, dies dominatiõis corũ
erit in ſeculo hoc præſenti, non in futuro. quia
hic dominantur, ibi torquebuntur. uel tempus
animaduerſionis, pœnæ eorum uidelicet, erit in
ſecula. quia hic incipiet, ibi nunquã finiet. hic ex-
cæcantur interius, ut tandem ibi crucientur ex
terius. quod dicit, Inimici domini mentiti ſunt
ei. *& tamen licet eſſent inimici, cibauit eos ex adi
pe frumenti*, id eſt, ex ſacramentis fidei, *& de pe-
tra melle ſaturauit eos*. Mel unde ſaturati ſunt, ſa-
pientia Chriſti fuit, in qua multi delectantur, in
cogitatiõe uidelicet ſacramentorum, & in ſolu-
tione parabolarum eius. & clamant, Nihil meli
us, nihil dulci⁹ intelligi uel dici potuit. Hoc mel
nõ de quolibet homine, ſed de petra profluxit: 1.Cor.10.
petra autem erat Chriſtus.

¶Pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi, dij eſtis, & filii excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis. Surge deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Propheta in hoc pſalmo cõtra Iudæos loqui
tur, minores & maiores: exhortando maiores,
ut ſi iniuſte iudicauerunt in ſeruis ad uineam miſ
ſis occidẽdis, & minores iniuſte cõſenſerũt: ſaltẽ
miſſo hærede, maiores nõ iniuſte iudicẽt, uel mi
nores iniuſti eis conſentiant. & dicit ſic Aſaph:
D*Eus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem
deos dijudicat*. Quaſi dicat: Vos laboratis
ad hoc, ut hæredem miſſum ad uineam, interfici
atis. Deus autem, uerbum uidelicet caro factũ,
ſtabit in ſynagoga deorum, non idolorum, non
falſorum deorum ſed illorũ de quibus in ſequen
tibus dicit, Ego dixi, dii eſtis. Nam ſic dii ſunt,
omnes qui imitando eum, participes facti ſunt
eius diuinitatis, ſicut & ipſe particeps factus eſt
noſtræ hũanitatis. Nota quod dicit, deus ſtetit:
nõ quia ẽ dei ſtare, uel accubare, uel locale eſſe:
ſed quia qui ſtat, erectus eſſe uidetur: ideo ſem-
per eſt incommutabilis rectitudo, & ideo quaſi
ſtare deus deſcribitur. In medio autem deos di
iudicat, alios faciens apoſtolos, alios faciens pro
phetas. uel diiudicat deos inter deos, faciẽdo alia
uaſa in honorem, alia in cõtumeliam. Nota ꝙd
dicit. Nam qui eſt in medio, æqualiter ſe circun
ſtãtibus uidetur. & quia deus communis eſt o-
mnibus, recte in medio poſitus dicitur. Vnde il
Iob.1. lud, Medius ueſtrum ſtetit quem uos neſcitis.
Vſquequo iudicatis iniquitatem? Quaſi dicat: Si iu-
dicatis iniquitatem in ſeruis occidẽdis miſſis ad
uineam, tamen ne iniuſte iudicetis miſſo hære-
de. Præmiſſi enim fuerunt prophetæ ut uineã
colerent, ꝗs uel cõtumelijs affeciſtis, uel omnino
occidiſtis. Miſſo aũt hærede, tãdem cauete iniu
ſte iudicare uos o maiores. Vos autem minores
uſqquo *facies peccatorum ſumitis*. i. uſquequo pa-
tribus ueſtris cõformamini, inique eis cõſentien
do? *Iudicate egeno & pupillo*. Pupillus eſt qui pa-
tre caret, licet matrem habeat. Qđ cõuenit do-
mino, quia ſicut æternaliter uoluit eſſe ſine ma-
tre, ita temporaliter uoluit eſſe ſine patre. qđ di
cit, iudicate egeno & pupillo. i. ad honorem ege
ni & pupilli. & *humilem* in hoc iudicio factũ, *&
pauperem*, cum diues eſſet, ꝓ nobis factum, *iuſtifi
cate*. i. iuſtum alijs pdicate. *Eripite pauperẽ, & ege
num de manu peccatoris liberate*. Hoc dictũ eſt ad
minores, q. d. cũ tot eſſent de minoribus, ut prin
cipes eos timerent, non debuiſſent cõſentire, ut
principes iniuſte Chr̃m occidẽdum traderent:
quia quoties aliquis iniuſte uindicatur a princi
pibus, debet a populo liberari, ſi hoc uidet po-
pulus qđ ſine rixa poſſit fieri. *Neſcierunt neque in
tellexerunt*. Q. d. Ego ſic adorſus ſum maiores,
ne iniuſte iudicarent: & minores, ne iniuſte con
ſentirent. ipſi tamen maiores neſcierunt, neque
minores intellexerũt. quia ſi maiores cognouiſ
ſent, nunꝗ dñm gloriæ crucifixiſſent. uel ſi intel- 1.Cor.2.
lexiſſent minores, nunꝗ Barrabã petiiſſent di-
mitti, & Ieſum crucifigi. qđ dicit, neſcierũt neq;
intellexerunt. Et hoc q̃re? Quia *in tenebris ambu
lant*, repellẽtes a ſe uerã lucem, ꝗ illuminat oẽm
hoiem. Vnde illud, Lux in tenebris lucet, & te- Iob.1.
nebræ eã nõ cõprehenderũt. *Mouebuntur omnia
fundamenta terræ*. Oẽs in omni ꝑlati terra, moti
ſunt uel ad fidem, uel ad ꝑturbationẽ. Vel mo

uebũtur fundamenta terræ,ſpes uidelicet terrenorũ,in quibus cõfidebant terreni principes. Vnde illud, Tranſit mundus & concupiſcentia eius. 1.Ioh.2. Vel ad literã dicamus,mouebũtur oĩa fundamẽta terræ.quia dño pendente in cruce, terræmotus factus eſt magnus. *Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi omnes*. Superius cõtinuatur ſic: Deus ſtetis, dicẽs:Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi oẽs. Q.d. Vos oẽs ſi imitati me eſſetis, deos facere propoſui,aſſumendo uos mecũ,ut mihi eſſetis cohæredes. Vos oẽs uocaui filios excelſi,filios nõ a ſubſtantia eius genitos,ſed p gratiã aſſumptos. *Vos aũt ſicut hoĩes moriemini*.i.in peccatis ueſtris p̃maneẽtes, imitãdo primos parẽtes ueſtros,qui p inobedientiam a deo apoſtatauerunt. *& ſicut unus de principibus cadetis*. Vnus fuit de principibus Iſa.14. qui dixit,Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Sed quia nimis ſe extollere uoluit,ideo cadere meruit. cuius exẽplo oẽs cadũt,q p elationẽ ſe extollũt. *Surge deus, iudica terrã,quoniã tu hæreditabis ĩ oĩbus gẽtibus*. Ipſi imitãdo primos parẽtes,moriũtur:tu aũt ſurge ut iudices terrã.i. patere te iudicari ſecundũ humanitatẽ,reſurge ſecundũ diuinitatẽ.& ſic iudica terrã.i.gentẽ iudaicã q̃ ſtatuit oculos ſuos declinare in terrã.q̃d facturus es,quia reſurgẽs hæreditabis in omnibus gentibus. quoniam deus pater dabit tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

❡Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXII.

DEus,quis ſimilis erit tibi?ne taceas neque compeſcaris deus. Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt:& qui oderunt te,extulerunt caput.Super populum tuum malignauerunt conſilium,& cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.Dixerunt,uenite & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael ultra. Quoniam cogitauerunt unanimiter ſimul aduerſum te, teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum & Iſmaelitæ. Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalech,alienigenæ cũ habitantibus Tyrum.Etenim Aſſur uenit cum illis,facti ſunt in adiutorium filijs Loth.Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſon.Diſperierunt in Endor,facti ſunt ut ſtercus terræ.Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb,& Zebee & Salmana. Omnes principes eorum,qui dixerunt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium dei.Deus meus,pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem uẽti.Sicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburẽs montes. Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia,& quærent nomen tuum domine.Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi,& confundantur,& pereant. Et cognoſcant quia nomen tibi dominus,tu ſolus altiſſimus in omni terra.

Propheta præuidens tribulatiões,q̃s ab impijs paſſurus erat Chriſtus in corpore ſuo,& maxime in ultimis temporibus,quãdo antichriſtus ſæuiet contra infideles, p̃dicit eas, ne fideles cũ uiderint imminere tribulatiões,ad mirãdo deterreãtur, cũ tãto tẽpore p̃dictũ ſit eis, q̃d eos tribulari oporteret: quia iacula p̃uiſa minus nocẽt. & ſic dicit:

DEus,quis ſimilis erit tibi?ne taceas, neq; cõpeſcaris deus. Quaſi dicat: Deus,q inter impios cõputari uoluiſti,cũ latronibus crucifigi. ſed tamẽ qs priorũ erit tibi ſimilis, cũ in gloria apparueris?Nullus utiq;. Vel aliter: Miſerũ humanũ genus tibi aſſimilari ſtudet, dũ erigit agi ex ꝓpria diſpoſitiõe, q̃d ſit tua p̃deſtinatiõe & uolũtate,ſed tñ qs tibi ſimilis?Nullus utiq;.& tñ pateris ſimilari tibi impios,nõ ſubijci tibi. Vel põt pſalmus iſte cõtinuari ſic: Tu hęreditabis in oĩbꝰ gẽtibus.ſed priꝰ ĩ infirmitate cũ ĩpijs deputaberis, inter latrones crucifixus eris. Cũ aũt apparueris in gloria, qs priorũ erit tibi ſimilis?Ne taceas,neq; cõpeſcaris deus. Tacuit prius,qñ ſicut ouis ductus eſt ad occiſionẽ,& nõ apuit os ſuũ. tacuit a Iſa.53. iudicio,licet nõ a p̃cepto. Secũdo aũt ueniẽs,ne taceas a iudicio,licet taceas a p̃cepto,neq; compeſcaris deus. Compeſcuiſti te, quando dixiſti te poſſe habere a patre duodecim legiões ange Mat.26. lorũ,qui te defenderent. & tamen capi,cõſpui, flagellari,crucifigi te permiſiſti. *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt*. Ecce,cur dico,ne taceas. quoniam inimici tui compreſſo oĩni metu,ſonuerũt aduerſus tuos. & ideo dico,ne compeſcaris, quoniam *qui te oderunt,extulerunt caput*,id eſt,potentiam ſuam exercuerunt contra tuos. Et quoniã extulerunt,ſubiungitur: *Super populum tuum malignauerunt conſilium*, id eſt, deliberato conſilio uoluerũt ſe extollere ſuper populum tuum,minores uidelicet. & non tãtum contra populum malignauerunt conſilium,ſed etiam *cogitauerũt aduerſus ſanctos tuos*, dicentes unuſquiſque alij: *Venite & diſperdamus eos de gente,& non memoretur nomen Iſrael ultra*. Et quare hoc?. *Quoniam cogitauerũt unanimiter ſimul* aduerſus te, *teſtamentũ diſpoſuerũt*,id ẽ, pactũ inierunt cõtra tuos. *tabernacula Idumæorũ*.i. terrenorũ. & *Iſmaelitæ*.i. ſibi & deo obediẽtes. *Moab & Agareni,Gebal & Ammon & Amalech,alienigenæ cũ habitantibus Tyrũ. Etenim Aſſur uenit cum illis,facti ſunt in adiutoriũ filijs Loth.*

per hebræa nolá intelliguntur oẽs inimici Chriſti, a quibus ſui tribulantur. & ut qui ſint uideamus, interpretationes horum nominum inquiramus. Moab interpretatur, lege abutens: Agareni, alienigenæ: Gebal, uallis uana, id eſt, fallaciter humilis. ubi intelliguntur hypocritæ, qui ſe humiles oſtendunt exterius, cum tamen elatio mẽtis extollat eos interius. Ammon, populus turbidus: Amalech, lingẽs terrã. alienigenę ſunt Philiſtæi, potione uidelicet cadentes, q̃s inebriauit felicitas ſecularis. & hi omnes uenient cum habitantibus Tyrum. Tyrus interpretatur anguſtia, ubi notãtur terreni, anguſti uel amore acquirendi, uel timore perdẽdi. Quare omnes iſti ſic pactum inierunt? Etenim Aſſur uenit cum illis. facti ſunt in adiutorium filijs Loth. Aſſur interpretatur elatus. Quis iſte elatus, niſi diabolus, qui operatur in uaſis ſuis, ut oppugnent populum dei? & hi iuuant filios Loth. Loth interpretatur, declinans. per quem intelliguntur angeli apoſtatæ, qui declinauerunt a non eſſe in infimã miſeriam. Filij Loth ſunt, qui declinantes à uera diſcretione, in ſatellitium illud angeli apoſtatæ ſe contulerunt. Mali enim inſtrumenta ſunt diaboli, quibus impugnat ſanctos. *Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſon. Diſperierunt in Endor, facti ſunt ut ſtercus terræ. Pone principes eorum ſicut Oreb, Zeb & Zebee & Salmana.* Iſtud nõ eſt maledictio, ſed eſt cõfeſſio & congratulatio diuinæ iuſtitiæ. & hi omnes quorum nõia hic audiuimus, ab iſraelitico populo ſunt diſperſi & uicti. Põt etiã hodie fieri hæc diſperſio, ſi ad interpretationem nominũ recurramus. Interpretatur enim Madian, declinãs iudicium. ubi intelliguntur illi, qui iuſtitiã ſuã ſtatuere uolunt, ut iuſtitiæ dei nõ ſint ſubiecti. Siſara eſt excluſio gaudij, quoniã ab impiis tãdem omne excludetur gaudium. Iabin eſt ſapiens in generatione ſua. ubi deſignantur illi, qui in mundanis ſapientiis ſtudent, cum tamẽ ſapientia huius mundi ſtultitia ſit apud deum. Ciſon interpretatur duritia eorum. ubi notãtur illi, qui in mentis ariditate permanent. Vnde illud, tentauerunt deũ *Pſal. 77.*
in inaquoſo. quod dicit, fac illis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſon. Et quoniã rogat & prophetat Moab & cæteris qui malignauerunt conſilium domini, id fieri quod factũ eſt Madian & cæteris, ſubiungit quid paſſi ſint. quia diſperierunt in Endor, facti ſunt ut ſtercus terræ. Vnde illud, Computruerunt iumenta in *Ioel. 1.*
ſtercore ſuo. Endor interpretatur, fons carnalis generationis. Pone principes eorum ſicut Oreb, Zeb, Zebee & Salmana. Oreb interpretatur, ſiccitas: Zeb, lupus: Zebee, uictima lupi: Salmana, umbra commotionis. Hi omnes uicti ſunt à filiis iſrael. Ad quorum ſimilitudinem, prophetat hic propheta, interituros perſecutores fidelium. Et ut breuiter eos comprehendat, ſubiũgit: *Omnes principes eorum, qui dixerunt, hæreditate poſſideamus ſanctuariũ dei. tu, deus meus pone illos ut rotã*, ut in circuitu uidelicet ambulent. Rota in anterioribus deponitur, & in poſterioribus ſurgit. ubi intelliguntur illi, qui obliuiſcentes ea quę anteriora ſunt, in poſterioribus ſe, extolluntur. uel pone illos ut rotã, id eſt, inſtabiles redde eos, deijciendo eos in hoc quod putant eleuari. *Et ſicut ſtipulam ante faciem uenti*, id eſt, cõparabiles fiant ſtipulæ quæ facile uẽto cedit, uelut illi facile tentationi cedunt. Vnde illud, Et tanquam puluis *Pſal. 1.*
quem proijcit uẽtus a facie terræ. *Sicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens mõtes. ita perſequeris illos in tẽpeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.* Quaſi d. Dico ut ponas eos ſicut rotã. & hoc fiet, qa facile erit tibi perſequi illos in tempeſtate tua, in tremẽdo tuo iudicio, & in ira tua turbare, dicens: Ite maledicti in ignem æternũ. *Mat. 25.*
Facile igni, comburere ſyluam propter ſterilitatem. & ſicut facile eſt flammæ, cõburrere montem, id eſt, herbam ſiccã in montibus poſitam. Et quomodo hoc? Quia implebis *facies eorum ignominia*, qui hic neglexerunt faciem ſuã decoram & glorioſam. *& tunc quærent nomen tuum domine*, ſed tarde. quia inutilis erit eis ibi pœnitẽtia. *Erubeſcant* de conſcientia mala, *& conturbentur* ſe ſegregari a conſortio bonorum, qđ erit *in ſeculum* huius *ſeculi* ſubſecutiuũ. *& confundantur & pereant. &* ſic tandem *cognoſcant* datum *nomen tibi dominus*, cum dicẽt: Nos inſenſati exiſtimauimus uitam illorum eſſe inſaniam, & re- *Sap. 5.*
liqua. & cognoſcant quia *tu ſolus altiſſimus in omni terra*, quia boni & mali tibi ſubiecti ſunt, utens etiam malis ad ſalutem tuorum. ut illud, Virga furoris mei Aſſur, ipſe uero nõ cognouit. *Iſa 10.*
Vel aliter, imple facies eorum ignominia. & tamen aliqui ex illis q̃rent nomen tuum, quia erubeſcent de conſcientia mala, & conturbabũtur ad pœnitentiam. & peribunt in hoc quod erãt, quia ex impijs pij efficientur. & ſic cognoſcent quia nomen eſt tibi dominus. q̃d tantum illi cognoſcũt, quia ſe uoluntarie facient ſeruos, & cognoſcent quia tu ſolus altiſſimus in om̃i terra, tam infructifera quàm non infructifera.

¶In finem pro torcularibus filijs Core pſalmus. LXXXIII.

QVàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum? concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos. Altaria tua domine uirtutum, rex meus & deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te, Beatus uir cuius eſt auxiliũ

abs te.aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit,in ualle lachrymarum,in loco quē poſuit.Ete-
nim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deo-
rum in Sion. Domine deus uirtutum, exaudi orationem meam:auribus percipe deus
Iacob. Protector noſter aſpice deus,*&* reſpice in faciē Chriſti tui. Quia melior eſt di-
es una in atrijs tuis ſuper millia.Elegi abiectus eſſe in domo dei mei,magis quàm habi
tare in tabernaculis peccatorum.Quia miſericordiam et ueritatem diligit deus,gratiam
& gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia:domi-
ne uirtutum,beatus homo qui ſperat in te,

Pſalmus iſte,cuius titulus habet,in finem pro
torcularibus, nihil uidetur agere de prælo, uel
a.fiſcinis de .fixinis,uel de lacu,uel de cæteris inſtrumen
tis quæ pertinent ad uiſibilia torcularia:ſed ad-
monet ſpiritusſanctus, quatenus ea intelligam⁹
in hoc pſalmo,quæ myſtice intelliguntur p hæc
uiſibilia torcularia. quapropter quid agatur in
his uiſibilibus recordemur,& p hoc uideamus
qualiter illa myſtice fiant in eccleſia. Vua certe
pendet in uitibus,& oliua in arboribus.& libe-
ro aere,dum ſic pendent,fruuntur.His duobus
fructibus ſolent parari torcularia,quia uua non
eſt uinum,nec oliua oleum, antequam in torcu
lari premuntur.Sic & homines quos prædeſti-
nauit deus conformes fieri imaginis filii ſui, qui
magnus in paſſione expreſſus eſt botrus, ante-
quam accedant ad ſeruitutem,delicioſa fruun-
tur libertate.Sed quoniam ſcriptum eſt,fili, ac-
Eccl.2. cedens ad ſeruitutem dei,ſta in iuſtitia & tremo
re, & præpara animam tuam ad tentationem:
unuſquiſq; accedens ad ſeruitutem dei, recogno
ſcat ſe ad torcularia acceſſiſſe: quia ibi tribulabi
tur,ibi cōprimetur & affliget,nō ut in hoc mun
do pereat,ſed ut in apothecas dei diffluat. Et q̄-
niam hoc non fit niſi per preſſuram, merito ec-
cleſia huius temporis cōparatur torcularibus.
Seqtur, filijs Core. Core interpretatur, caluus.
Caluus iſte Chriſtus in caluariæ loco crucifixus,
& a quodam caluo præfiguratus,Eliſeo uideli-
cet propheta. Vt huius calui filii ſimus, nos ad-
hortatur pſalmus iſte, ne inſultemus ei uelut pu
4.Re.2. eri ſtultæ garruli,inſultabant caluo illi,calui iſti-
us typū gerētī,qui a beſtiis deuorati ſunt. Qua
re cauendum eſt nobis,ne inſultātes,a beſtiis de
uoremur, principibus uidelicet tenebrarum.q̄-
re ſimus eius filii, id eſt, imitatores, non mundi
amatores.Neq; enim fruſtra pecunia quæ in hoc
mundo amatur, rotunda formatur: ut ſcilicet
oſtendat ſe mobilem & inſtabilem,ut ſic deſer
rat amatores ſuos.Dicit autem ſic Aſaph:

Q*Vàm dilecta tabernacula tua domine* non tan
tum hominum,ſed etiam *uirtutum* cæleſti
um,id eſt, caſtra tua in quibus recipies dilectos
tuos, quàm incomparabiliter ſunt dilecta. Et
quia dilecta ſunt, *concupiſcit anima mea in atria do
mini*, cæleſtem uidelicet Ieruſalem, quæ atriis
comparatur, quoniam omni delectatione ple-
na inuenitur,ſicut atria in quibus plantātur her
bæ dulces,flores pulchri,ut homines ibi dele-
ctentur. Concupiſcit anima mea, *&* concupiſcē
do *deficit*,a terrenis uidelicet, quia alibi, defecit
ſpiritus meus. Illa in ſe defecit, & ideo in te profi Pſal.76.
cit, quia nullus in te proficit, niſi qui defectum
ſuum attendit. Nota,quia tabernacula,licet ali-
bi accipiantur domus militiæ, hic tamen non in
congrue accipiuntur pro cæleſti habitatione:q̄a
ibi quiſq; tutus erit quaſi forti caſtro munitus,
ibi nulla erit ſolicitudo, ibi neq; nubunt neq; nu
bētur. Vel ſic,Quàm dilecta tabernacula tua do
mine uirtutum,id eſt,domus tuæ militiæ,in q̄-
bus tuos quaſi in tabernaculis affligis, eccleſiæ
uidelicet iſtius temporis, quàm dilectæ ſunt tu-
is.quia non ſolum tribulamur, ſed & in tribula
tionibus gloriamur. Concupiſcit & deficit ani-
ma mea in atria domini.Quaſi dicat:Ideo dile-
cta ſunt tabernacula tua, in quibus modo affli-
gimur,q̄a anima mea in illis ſub audis poſita,con
cupiſcit cōſcendere in atria domini:quia ex iſtis
tabernaculis ad illa atria ſuſpiramus. hic ſemi-
namus,ibi metimus.quia ubi ploratur,ibi ſemi
natur. Vnde illud,Euntes ibant & flebant, mit-
tētes ſemina ſua. Sed q̄d in fletu ſeminātur,illud in Pſal.125.
exultatiōe metūt. Vn̄ illud: Venientes aūt ueni Ibidem.
ent cū exultatione, portantes manipulos ſuos.
Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum.
Quaſi dicat: Ideo quia tabernacula tua dilecta
ſunt,cor meū,id eſt,interior mens,&caro mea,
id eſt,exterior mens,exultauerunt in deum ui-
uum,per quem uere uiuitur,per quem om̄e q̄d
eſt,eſt.Et merito exultauerunt caro mea & cor
meum. *etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur
nidum ubi reponat pullos ſuos.* Paſſer eſt auis que-
rula,ſignificans fideles animas, quæ attendūt in
hac peregrinatione omnia eſſe caduca & tranſi-
toria.& ideo queruntur ſibi prolongari exiliū,
& ſe differri a patria. quia qui in hoc deſiderio
ingemiſcunt,ipſi quaſi domum inuenerunt, ubi
iam in ſpe inhabitant, & ad quam quandoque
peruenturi ſunt. Turtur eſt auis gemens,ſignifi-
cans homines bene operātes, famelicos ſaturan
tes,nudos ueſtientes,infirmos uiſitantes. Et quo
niam multi hoc faciunt,ſed fruſtra,quia fide ca-
rent:ideo dicit,quia inuenit nidum,id eſt,fidem
& eccleſiaſtica inſtituta, ubi reponat pullos ſu-
os,id eſt, bona opera ſua:quia ueri ſacrificii lo-

cus non eſt extra catholicam eccleſiam. Nota
quod bene dicit, quod paſſer inuenit ſibi do-
mum & turtur nidum: quia fidelis anima quæ
hic nunc eſt in amore ſupernæ habitationis, in
qua iam per ſpem inhabitat, quandoq; habitu-
ra eſt maiorem cum illuc peruenerit. ideo quaſi
domum inueniſſe dicitur, quia eius amor nun-
quam deficiet: quia cum pulchritudo ſit inſatia-
1. Cor. 13. bilis, charitas erit indefectibilis. q̃a cũ tria ſint,
fides, ſpes, charitas, fides & ſpes tranſibunt, cha
ritas tãtum remanebit. & quoniam fides eſt ad
tẽpus permanſura, ideo nido cõparatur. Nota
quia caro turturi comparatur, propter dolores
plurimos quibus affligitur. quod dicit, & turtur
nidum ubi reponat pullos ſuos. Et quid nidum
uocet, ſubiungit: *Altaria tua domine uirtutum, rex
meus*, id eſt, recreans. *deus meus*, creans me. Per al
taria fides & eccleſiaſtica inſtituta denotantur,
quoniam ſicut in altari fiunt oblationes, ita in fi
de bonorum operum confirmationes: quia im-
poſſibile eſt ſine fide quẽquam ſaluari. *Beati qui
habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt
te*. Nota quod omnis beatus, uel habendo uel
agendo beatus eſt. Ille autem qui habitat in do-
mo domini, beatus eſt & habendo & agendo:
habẽdo, quia deum poſſidet qui eſt ei omnia in
omnibus: agendo etiam eſt beatus, quia in æter
num deum laudabunt. Laus iſta non eſt ex ne-
ceſſitate, ſed ex uoluntate & ſumma uoluptate.
Omnis autem diſpoſitio humanorum actuũ fit
ex neceſſitate: in domo autem domini nulla eſt
neceſſitas, ſed pulchritudo inſatiabilis, quam co
mitatur amor indefectibilis, & ideo laus indefe
ctibilis. Poteſt ſic continuari uerſus iſte, Quàm
dilecta tabernacula ſunt tua domine. ideo bea-
ti qui habitant in domo tua domine: ideo nec
tantum beati qui ſunt in peruentione, ſed etiam
qui ſunt in itinere. quod dicit, *Beatus uir cuius eſt
auxilium abs te*, hoc eſt, qui in hac peregrinatione
à te habet auxilium, ut à peregrinatione ſuſcipe
retur ad patriã. Et unde ſit beatus, ſubiungitur:
Diſpoſuit aſcenſiones in ualle lachrymarum, ubi dif-
ficile eſt aſcendere. ſed ſi uis aſcendere, neceſſe
eſt amare in hac lachrymabili ualle. Vallis la-
chrymarum eſt uita iſta miſera, in quam decidi
mus per lapſum primi parentis. Eramus enim in
ipſo in mõte gaudij. ſed apoſtatauit primus pa
rens, & eiectus eſt de ſummitate uirtutum, in ꝓ
funditatem uitiorum & in uallem lachrymarũ.
In qua ualle quis poſitus, ſi non uult ſubmergi,
neceſſe eſt ut diſponat aſcenſiones, eundo in lo
cum quem poſuit deus primo homini ad inha-
bitandum. Vel ſic, Diſpoſuit aſcenſiones in ual-
le lachrymarum, poſitus *in loco quem* ipſe ho-
mo ſibi *poſuit*, & ad quem culpa ſua eum deſcẽ
dere coegit. Et quomodo diſponit homo *in cor
de ſuo aſcenſiones*? Nam qui dedit legem depri-
mentem, dabit & gratiam ſubleuantem. quod
dicit, *Etenim legiſlator dabit benedictionem*, id eſt,
gratiam ſubleuantem, & quenque bonum mul
tiplicantem. quod impoſſibile erat facere legi,
quia lex neminem iuſtificauit, ſed om̃ia ſub pec
cato concluſit. Venit mandatũ, & reuixit pec
catum. Neſciebatur enim concupiſcentia eſſe
peccatum, donec lex diceret: Noli concupiſce Ro. 7.
re. Vnde Apoſtolus, Lex ſubintrauit ut abun-
daret delictum. ubi autem abundauit delictum, Ro. 5.
ſuperabundauit & gratia. quia qui per legem
fuerunt deiecti & ægrotati, per gratiam ſunt ere
cti & ſanati. quod autoritate euangelii compro
batur. Erat Hieroſolymis probatica piſcina, Ioh. 5.
quinque porticus habens, ubi iacebat multitu-
do infirmorum &c. Aqua illa habens quinque
porticus, notat iudaicum populum quinque li-
bris Moyſi circunſeptum. ubi iacebant ægroti,
quia omnes qui carnaliter legem intellexerunt,
per quinque libros Moyſi adminiſtratam iacu
erunt ęgroti, ſed uenĩẽte angelo, mouebatur aq̃
& ſanabatur unus. Angelus iſte eſt CHRI- Iſa 9.
STVS, magni uidelicet conſilii angelus. quo
ueniente, mota eſt aqua, id eſt, turba iudaica in
mortem ipſius. ad quam mortem quiſquis cre-
dendo acceſſit, ſanatus eſt, uidelicet a peccatis
mũdatus. Sed unus tãtum ſanatus eſt. quia mul
tiplicitatem reiecit, unitatem elegit. Omnes em̃ Ephe. 4.
electi unum debent eſſe in CHRISTO, quia
unus Chriſtus, una fides, unum baptiſma. Ec-
ce qualiter gratia ſubleuauit quos lex depreſ-
ſit. quod hic dicit, Etenim legiſlator dabit bene-
dictionem. non recens deus uidelicet, ſed prio-
rum temporum, dabit benedictionem, id eſt, gra
tiam ſubleuantem. & ſic *ibunt de uirtute* ad *uirtu
tem*, de uirtute uidelicet operationis, in uirtutem
contemplationis. Virtutes operationis ſunt, for
titudo, temperãtia, prudentia, iuſtitia. Quæ ceſ-
ſabunt, quando *uidebitur deus deorum in Sion*, id
eſt, in contemplatione, quia non erit ibi hoſtilis
inuaſio, cõtra quam neceſſaria ſit fortitudo: nul
la ſurgent ibi incentiua, quæ refrenanda ſint tem
perantia: nullus erit ibi egens, cui per iuſtitiam
communicandæ ſint res aliquæ præ inopia ſua:
nullum erit malum, quod per prudentiam a bo
no ſit diſcernendum. quia ibi uidebitur deus de
orum in Sion, deus uidelicet Chriſtianorum, &
per gratiam, ut dii ſint, aſſumptorũ. *Domine deus
uirtutum, exaudi orationem meam*. Videns Aſaph
qui hic loquitur, quia adhuc gauderet in ſpe, nõ
dum in re, rogat perſeuerantiam bonorum ope
rum, ne a ſpe illa decidat. Quaſi dicat: Vt uide-
am deum deorum, tu domine deus uirtutum,
exaudi orationem meã, factã pro incremento
uirtutum. & *auribus percipe deus Iacob*, ut ſicut
ex Iacob feciſti Iſrael, ita ex me facias deum ui-
dentem. & tu *protector noſter aſpice* per grati-
am, qui deſpexiſti per iram. & *reſpice in faciem
Chriſti tui*, id eſt, innoteſcere fac nobis Chriſtum

tuum, ut per illum eamus de uirtute in uirtutē. uel reſpice in faciem Chriſti tui. id eſt, in illos in qbus apparet facies & uolūtas Chriſti tui. & ideo rogo ut exaudias & aſpicias, *quia in atrijs tuis*, id eſt, in cæleſti Ieruſalem, *eſt melior dies una*, id eſt, continua, quam nulla nox interpolat, quam non præcedit dies heſternus, quā nō urget craſtinus, quia dies eſt ſine fine manſura. & hæc dies eſt melior *ſuper millia* dierum noſtrorū, ſecūdum tempora diſpoſitorum: quia ibi pulchritudo inſatiabilis, lux indefectibilis. In iſtis ſunt oīa mobilia & cito tranſitoria. & ideo *elegi abiectus eſſe in domo dei*, ubi nullus eſt tamen abiectus: qa ſi poſſet eſſe ut illic aliquis uilis & eiectus haberetur, ego tñ mallē ibi eſſe uilis & abiectus, *quàm habitare cū dominio in tabernaculis peccatorum*. uel ſic, Quia melior eſt dies una, ideo elegi abiectus eſſe in domo dei, id eſt, in hac eccleſia, ubi deſpiciuntur fideles, *magis quàm cum dominio* uerſari in tabernaculis peccatorum, conſentiendo prauis operibus eorū. & hoc idio, quia ſcio quod non repellet dominus humiliātes ſe: quia hic eos adiuuat, ibi remunerat. *quia diligit miſericordiam*, qua uocat ad fidem, & iuſtificat impiū. Diligit *& ueritatem*, qa remunerat operatorem per dilectionem. uel diligit ueritatem, quia uerax eſt in promiſſis. *Dabit gratiam*, id eſt, perſeuerantiam bonorum operum, *& gloriam*, id eſt, immortalitatē carnis. Et uere dabit gratiam & gloriā, quia *non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia*, id eſt, illos qui uiuūt innocenter. Et quandoquidem non ſunt priuandi bonis qui ambulant in innocentia *domine uirtutum, ergo beatus homo qui ſperat in te*.

¶In finem filijs Core Pſalmus. LXXXIIII.

BEnedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis. Nūquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Deus, tu conuerſus uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniā loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius, ut inhabitet gloria in terra noſtra. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo pſpexit. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in uia greſſus ſuos.

In hoc pſalmo loquitur quidam ex filijs Core, alijs filijs Core, propheiando eis aduentum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. & exhortatur eos, ut non tantum de aduentu eius congratulentur, ſed etiam paſſionem eius imitentur. Dicit autem ſic:

B*Enedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob*. Quaſi præteritum dicit propheta, quod in ſpiritu præuidet futurum. Quaſi dicat: Domine, uerbum tuum benedixiſti, id eſt, benedicēs terram tuam, humanam uidelicet naturam, perſonaliter eam tibi uniēdo. Nota hāc terram eſſe benedictā, in omnibus uidelicet uirtutibus multiplicatam, quia in ea habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalit & ſolide. Auertiſti captiuitatem Iacob. Captiuitas iſta non eſt in exteriori, ſed in interiori. Non enim nos liberauit a barbaris nationibus, quas nōdum incurrimus, ſed a mortuis operibus. De hac captiui-
Ro.7. tate dicit Paulus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati & mortis. Quis etiā liberator ſit iſtius captiuitatis, ipſe
Ibidem. Paulus ſub hac captiuitate clamans, oſtendit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum. Vel ſic, Benedixiſti domine terram tuam, id eſt, humanam naturam à te creatam, quæ maledicta fuit in primo parente. cui dictum eſt, Maledicta terra in opere tuo. Auer- Ge.3.
tiſti captiuitatē Iacob. Et quomodo hoc? Quia *remiſiſti iniquitatem plebis tuæ*, quæ inienſa fuit in primo parente, quia omnes inuoluit, & nulli remittitur niſi illi qui inienſam eam intendit. Confiteris ergo te eſſe in captiuitate, ut dignus ſis liberari à captiuitate. Nam qui hoſtem ſuum non intelligit, quomodo inuocat liberatorem? *Operuiſti omnia peccata eorum*. operuiſti, dico, ut non uideres, id eſt, illa in plebe tua non uindicares. Et ecce qualiter operuiſti peccata eorum, *quia mitigaſti omnē iram tuā*, tā in originali peccato quàm in actuali. Nota iram domini mitigatam, non penitus ablatam: quia etſi condonata ſunt peccata, tamen adhuc in nobis manet peccatorū pœna: etſi ceſſauit ira, quantum ad damnationem, non deſijt adhuc ad probationem. *Auertiſti ab ira indignationis tuæ*. Quaſi dicat: Nunc mitigaſti iram, & quandoq; auertes te ab ira indignationis tuæ, eam penitus auferendo. & tuos glo-

ria incorruptibilitatis coronando. *Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte irã tuã à nobis.* Qm̃ de futuro iſta dicuntur, quãuis uerba præterita ſonãt, ſequitur & dicit. Conuerte nos deus auerſos a te. tu dico, ſalutaris noſter. & auerte irã tuam a nobis. Ecce conſtat nondum factum eſſe, quod dicebat eſſe factum, quia orat ut fiat. Nã cum prius dixit, auertiſti captiuitatem, operuiſti pctã: ut de futuro dicere ſe oſtenderet, ad orationem ſe cõuertit, ſic: Cõuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuã a nobis. Ex ira dei mortales ſumus. de ira dei in iſtam terrã in egeſtate & labore uultus noſtri mãducauimus panem. Hoc enim audiuit Adã, quando in illo oẽs eramus, quia in Adam omnes moriuntur. quod ille audiuit, uſq; ad nos peruenit. Nõdum enim nos eramus, ſed in Adam eramus. & ideo quicquid in eo diuina ſententia ſancitum eſt, hoc uſq; ad nos peruenit, ut moreremur. Ea aũt peccata parentum nõ pertinent ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filiis. Iã enim filii nati ad ſe pertinent, & parentes ad ſe. Itaq; illi qui nati ſunt, ſi tenuerint uias parẽtum ſuorum malas, neceſſe eſt ut portent & merita illorum. Si autem mutauerint ſe, & non fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum ſuum, non meritum parentum. Viſque adeo non obeſt tibi peccatum patris, ſi te immutaueris: ut nec patri tuo obſit, ſi ſe immutauerit. *Nunquid in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem?* Quaſi dicat: Dico ut conuertas nos auerſos à te, & auertas iram tuam a nobis, conformãdo nos illi quem miſſurus es. quod & tu facies, quoniã nõ permanebit ira tua in æternum. q̃d dicit, nunquid in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione carnali in generationem ſpiritualem, ut ſicut ira tua permanſit in ueteri populo, ſic permaneat in populo gratiæ? Fuit enim prima generatio mortalis de ira tua, erit altera generatio immortalis de miſericordia tua. *Deus, tu uiuificabis nos.* Quoniã promiſit iram domini mitigandã, & nõ in æternum manſuram, ne hoc ſibi quiſque putaret ex merito fieri, ſubiungit: Deus, tu conuertis, id eſt tu uocas nos ad uerſionẽ, tu uiuificabis nos, ut ſic intelligamus qꝫ nõ ſolum uiuificatio noſtra ex te ſit, ſed etiam iuſtificatio ac conuerſio, ut uiuificemur. *& plebs tua*, non amplius ſua, *lætabitur in te*, et nõ in ſe. Malo eñ ſuo lætabitur in ſe, bono autẽ ſuo lætabitur in te. Nam quãdo uoluit habere gaudia de ſe, inuenit luctũ in ſe. Nũc uero quia totum gaudium noſtrum deus eſt, quiuis, ſecure in illo gaudeat qui non poteſt perire. Omnia enim terrena, in quibus homo gaudium ſibi proponit, peritura ſunt, & hominem ad perditionem ſecum trahunt. Gaude ergo in illa luce, quam non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus. Quæ ſit illa lux, ipſemet oſten-
Ioh. 8. dit: Ego ſum, inquit, lux mundi. Ecce, dicendo, ego ſum lux mundi, uocat te ad ſe: cum uocat te, conuertit te: cum cõuertit te, ſanat te: cum ſanauerit te, uidebis conuerſorem tuum, cui dicitur: & plebs tua lætabitur in te. Et ut lætetur in te, *oſtẽde nobis domine miſericordiã tuã, & ſalutare tuum da nobis*, id eſt, hominem oſtende hominibus, & ſalutare tuum da nobis, deum uidelicet in maieſtate ſua nobis diis factis, contemplari. Ecce magna miſericordia, quia ut panem angelorum manducaret homo, redemptor angelorum factus eſt homo. Ecce materna affectio, qa cum indigni eramus in ſoliditate maieſtatis ſuæ comedere, à ſe ipſo nobis lac præbuit & effudit, cum nobis inuiſibilis in humana natura apparuit: & fecit ſe talẽ, q̃lis poſſit ab hominibus capi. Deum enim CHRISTVM nullus hominum capere poterat. ſed factus eſt hominibus homo, ſeruauit ſe deum diis, de quibus di-
ctum eſt: Vos autem dii eſtis, & filii excelſi omnes. Iſti dii uidebunt ipſum ſicuti eſt, ſi permanent in eo qui nunc in domino deo credunt. qa qui nunc gaudet in ſpe, quandoque gaudebit in re, quia uidebit eum ſicuti eſt. Hoc enim ipſe ꝓmiſit, & manifeſtabo ei me ipſum. Quare ergo non uidemus adhuc patrem noſtrũ? Quia nondum apparuit quod erimus. Et quid erimus, Iohannes in epiſtola ſua manifeſtat: Scimus, inqt, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt. *Audiam quid loquatur in me dominus deus.* Quaſi dicat: Oraui dominum ut oſtenderet nobis miſericordiam ſuam. quod ſeuera faciet. quia intus audio quid loquatur in me dominus deus. Et quid audio? *Quoniã loquetur pacem in plebem ſuam.* Vnde Apoſtolus: Veniens, inquit, dominus euangelizauit pacem his qui prope erant. pacem de qua dicitur, In me pacem habebitis, in mũdo autem preſſurã. uel illam qua erit deus omnia in omnibus. uel aliter, Oſtende nobis domine miſericordiam tuã. Et ut oſtendas, ego inquantum poſſum me idoneum faciam. quia cohibebo me ab omni ſtrepitu mundi, & obturans aurem contra tumultuantem huius uitæ inquietudinem, uertã me ad interius meum, ut audiam non aure exteriori, ſed aure interiori. aure uidelicet audiendi, quid in me loquatur dominus deus. Et merito audiam, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam futuram. Pax quidem ubi nullum bellum eſt, ubi nulla contradictio, ubi nullus reſiſtit, nulla aduerſitas eſt. hæc talis pax, non eſt hic quærenda. quia nullus eſt ſanctorum, cui nõ ſit conflictus cum diabolo, & qui non luctetur cum uitijs & concupiſcentiis, refrenando uidelicet illicitos motus. Et quia in hoc mundo nõ põt eſſe pax uera, amemus illã quæ futura eſt, & in illo mundo per ſpem reficiamus: qa cũ uenerit, erit finis totius pugnæ, ſine q̃ mõ nec ſctũs eſt. Nam null⁹ iuſtus ẽ alienus a pœnis peccati, fame, ſiti, laſſitudine: cõtra q̃ pugnãdũ eſt, qa ab illis impugnamur. Pugnat em̃, & q̃rimus cibo refici: itern ipſa cibi defectio, erit nobis refectio. Si ad ſug-

Pſal. 81. Ioh. 14. I. Ioh. 3. Ephe. 2. Ioh. 16.

fluitatem eum capimus,fatigamur.ſedere quæ-
rimus, & iterum deficimus,ſi in ſeſſione diu per
ſeueramus.Quare cum non ſit refectio uera,cõ
temnamus ea quæ nos impugnant & amemus
ea quæ loquitur dominus,ueniens in plebem ſu
am.Et ne Iudaicus populus ſibi applaudens di-
ceret,nos ſumus populus eius,nobis tantum an
nunciabitur pax illa, determinat ſuper quos ſit
uentura pax illa,ſic: *Et ſuper ſanctos ſuos,& in eos*
qui conuertuntur ad cor. Non tantum ſola Iudæa
erit plebs eius, ſed ex omnibus colligetur plebs
ſua: quia ex omnibus erunt aliqui ſancti, & ex
omnibus conuertentur aliqui ad cor. Conuertũ
tur autem ad cor,qui attendunt ſe ad imaginem
dei eſſe creatos, & qui reſculpunt cor ſuum ab il
licitis & uarijs cogitationibus terrenorum, qui
bus impediũtur,ne cęleſtia tantum contemplen
Iſa.46. tur.quibus ſæpe dicitur,Redite præuaricatores
ad cor. *Verũtamen prope timentes eum ſalutare ipſi*
us. Quaſi dicat: Licet omnibus conuertentibus
ad cor pax illa futura ſit,tamen prope timentes
eum,id eſt,qui ei ſeruiunt ex timore, nõ ex amo
re, prope Iudæos uidelicet,erit ſalus ipſius,quo
Ioh.4. niam ſalus eſt ex Iudæis. Et qualiter ſalutare ſit
prope eum,ipſe exponit: *ut inhabitet gloria*,id ẽ,
uerbum caro factum , *in terra noſtra* , Iudæo-
rum uidelicet: quoniam ibi corporaliter habita
uit,inde prædicare cœpit,inde apoſtoli,& illuc
prius miſſi,ibi templum,ibi ſacrificabatur:inde
uidelicet uirgo Maria , quæ Chriſtum peperit:
ibi mirabilia fecit. poſtremo tantum honorem
illi genti detulit,ut cum eum interpellaret quæ-
dam mulier Chananæa , ſalutem quærens filiæ
Mat.15. ſuæ,diceret ei: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ
perierunt,domus Iſrael. Hoc ergo propheta in
ſpiritu præuidens,ait: Verũtamen prope timen
tes eum ſalutare ipſius. A Iudæis enim tantum
timebatur,quia ipſi ab eo carnalia petebãt.time
batur ab eis,ne daret illos in captiuitatẽ , ne ter
ram illis auferret,ne in grandine contunderet ui
tes eorum,ne faceret ſteriles uxores eorũ. Hæc
enim carnalia promiſſa dei tenebant, & ideo eũ
timebant. Gentes autem ſimiliter terrena pete-
bant,ſed non a deo: quia ab idolis ſuis omnia ſi-
bi dari crediderunt. Vt inhabitet gloria in terra
noſtra,in qua gloria omnia condonãtur delicta.
Miſericordia & ueritas qua implentur promiſſa,
obuiauerunt ſibi, quia hæc duo in Chriſto conue
niunt. Veritas in eo fuit,quantum ad iudæos: q̃a
eis promiſſus fuit,ibi diuina eloquia fuerũt. Mi
ſericordia ubi? In illis qui dimiſerant deum ſuũ,
& conuerterant ſe ad dæmonia. ſed nunquid &
eos deſpexit? Non,quia per miſericordiam eos
uocauit. Quomodo ſi diceret,uoca & iſtos lon-
gę fugitiuos,qui multum a me receſſerunt. Vo
ca,& inuenient me quærentem ſe,quia ipſi nole
bant quærere me. Ecce qualiter in Chriſto miſę
cordia & ueritas obuiauerunt ſibi. Sequitur. *Iu*
ſtitia & pax oſculatæ ſunt. Hoc ad nos pertinet,q̃a
ueniente Chriſto, iuſtitia & pax per gratiã eius
in hominibus cõuenerunt. Nota quia ſi nõ ama
ueris pacem, non habebis. Amant enim ſe duo
iſta,iuſtitia & pax, & oſculantur ſe: ut qui fecerit
iuſtitiam,inueniat pacem. Oportet ergo ut præ
cedat iuſtitia, & ſequatur pax. Iuſtitia dicit, Nõ
furtum facies,non adulterabis, non facias alteri
quod pati non uis. Hæc forſitan contemnis, &
dicit tibi pax: Quid me quæris? Amica ſum iu-
ſtitiæ. quemcunq; inuenero inimicũ amicæ meæ,
ad illum nõ accedo. Vis ergo uenire ad pacem?
fac iuſtitiam. Vnde alius Pſalmus dicit: Declina Pſal.36.
a malo, & fac bonum. Hoc enim facere eſt iuſti-
tia. & ſic inquire pacem, & ſequere eam & iuſti-
tiam. & iuſtitia & pax ſe oſculantur ſic. Quod
autem ut fiat, *ueritas de terra orta eſt*, id eſt, Chri-
ſtus qui de ſemetipſo dicit, Ego ſum uia & ueri Ioh.14.
tas & uita. De uirgine Maria naſcetur. *& ſic iu-*
ſtitia, id eſt, fides iuſtificans: *de cęlo proſpexit*, ſcili-
cet de homine dominico nos proſpiciet. Et un-
de hoc? *Etenim dominus dabit benignitatem.* i. abun
dãtiem grauam. *& ſic terra noſtra* quæ prius ger-
minauit ſpinas & tribulos, *dabit fructum ſuũ.* fru
ctum uidelicet bonæ operationis. & hoc nõ ex
merito,ſed ex gratia det. quia *iuſtitia*, Chriſtus ui
delicet, a quo proceſſit omnis iuſtitia, *ante eũ am*
bulabit. fungitur uidelicet uice legati,reconcilia
tionem faciens inter ſumma & ima. *& ponet greſ*
ſus ſuos, id eſt, affectiones ſuas *in uia*, id eſt, in hoĩ
bus iã uia ſua factis. Poſſunt ſuperius quædam
aliter legi,ſic: Et ſuper ſanctos ſuos, id eſt, grana
in Iudaico populo . & in eos qui conuertuntur
ad cor. Hoc de gentibus dictum eſt, quæ auerſæ
erant a corde : quia uim rationis amiſerant, deũ
ignorabant, idola adorabant, creaturas creato-
ri præponebant. conuerſæ fuerunt ad cor, id eſt,
ad rationem inſiſtendam, quando ſe immundos
& quaſi porcos intellexerunt. peccata attende-
runt, medicum ſibi neceſſarium putauerunt. Ve
runtamen prope timentes eum. Quaſi dicat:
Licet pax domini, ſiue pax futura, uita ſcilicet
æterna, ſiue reconciliatio ipſa , per ſapientiam
dei patris humano generi exhibita, futura ſit ſu-
per eos qui conuertuntur ad cor: tamen ſuper-
eſt ut qui ſtat, uideat ne cadat : ut illi uidelicet q̃
conuerſi ſunt ad cor ſuum, timeant ne iterum p̃
præuaricationem ſuam a corde recedant: quia p̃
pe taliter timẽtes eſt ſalutare ipſius, ad hoc uide-
licet, ut inhabitet gloria, Chriſtus uidelicet, in ter
ra noſtra. i. in corpore noſtro ſibi conformato.
Vnde Paulus, Vt ſciat unuſquiſq; poſſidere uas 1.Theſ.4.
ſuum in ſanctificatione & honore, non in paſſio
ne deſiderii, ſicut gentes quæ ignorãt deum. Vel
ſic, ut inhabitet gloria immortalitatis, relinqui-
tur ut per inobedientiam quam ſeruamus homi
ni dominico, reuertatur gloria incorruptibilita
tis ad terram noſtram. Miſericordia & ueritas
obuiauerunt ſibi. Quaſi dicat: Sic loquetur do-
minus pacem ſuper ſanctos ſuos & in eos q̃ con
uertũtur ad cor: quia miſericordia & ueritas cõ
uenient in ipſo, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt in

Roma.5. nobis: quia iuſtificati per ipſum, pacem cum deo
habebimus per ipſum. Et quomodo hoc? Quia
ueritas de terra orta eſt, id eſt, uera cõfeſſio ori
etur ex hominib⁹, quia nihil uerius quàm ut ho
mo confiteatur ſe eſſe peccatorem. Quod atten
dens publicanus, percutiebat pectus ſuum, di-
Luce.18. cens: Deus, propicius eſto mihi peccatori. Ecce
ueritas de terra orta eſt, quia confeſſio peccato-
rum ab homine facta eſt. Sed quid ſequitur?
Ibidem. Amen dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in
domum ſuam ab illo. Vt autem cognoſcamus
quia ueritas confeſſiõem ſignificat, audiamus Io
1.Ioh.1. hannem dicentem: Si dixerimus quia pecca-
tum non habemus, noſipſos ſeducimus, & ueri-
tas in nobis nõ eſt. Quoniã autem facta confeſſi
one, fides iuſtificans de cælo, id eſt, de diuinitate
nos proſpiciat, ille idem Iohannes ſubiungit, di
Ibidem. cens: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt &
iuſtus, ut remittat nobis peccata, & purget nos
aß omni iniquitate. tãquam ſi diceret diuina ſci-
entia, Parcamus huic homini, quia ipſe non par
cit ſibi. ignoſcamus, quia ipſe ſe agnoſcit. Con-
uerſus eſt ad ſe puniendum, conuertar ego ad
eum liberandum. Ecce qualiter iuſtitia de cælo
proſpexit. hoc autem non ex merito, ſed ex gra
tia. Etenim dominus dabit benignitatem, id eſt,
gratiam abundantem, ut incipiat delectare iuſti
tia, quem primo delectabat iniquitas: & qui pri
mo gaudebas ebrietate, gaudeas ſobrietate:
quem primũ delectabat aliena rapere, delectet
nunc propria largiri. & ſic terra noſtra dabit fru
ctum ſuum. & hoc ideo, quia iuſtitia, id eſt, con-
feſſio noſtra, quæ eſt hominem iuſtificans. Vnde
illud, Corde creditur ad iuſtitiã. Ante eum am Ro.10.
bulabit, id eſt, domino beneplacita erit. quia ſic
ponet greſſus ſuos in uia, id eſt, affectiones ſuas
in hominibus.

¶Oratio Dauid. LXXXV.

INclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper ſum ego. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te. Miſerere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu domine ſuauis & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. Auribus percipe domine orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudiſti me. Non eſt ſimilis tui in dijs domine, & non eſt ſecundũ opera tua. Omnes gentes quaſcunque feciſti, uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus ſolus. Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuũ in æternum. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierũt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo. Et tu domine deus, miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & uerax. Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum in bonũ, ut uideant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.

Nullum maius donum præſtare poſſet hominib⁹ deus pater, quàm quod uerbũ ſuũ per quod omnia cõdidit, illis caput faceret, & ipſos homines tanquã membra ei coaptaret, & cum patre deus eſſet, & cum hominibus homo: qui & orat pro nobis, & orat in nobis, & adoratur a nobis. Orat pro nobis, quia ſacerdos & uictima eſt, quotidie apud deum patrem interpellans pro nobis. Orat in nobis, quia caput noſtrũ eſt. Nec hoc mirum, ſi ſunt in una uoce Chriſtus & eccleſia ſua, quia ſunt in uno corpore. Oratur a nobis, ut deus noſter. oratur in forma dei, orat in forma ſerui. hic creator, ibi creatura. eius oratiõe titulatur pſalmus iſte. Ipſe enim orat in hoc pſalmo, nõ ex neceſſitate, ſed ut nos doceat orare, & formam orandi nobis inſtituat. Dicit autem ſic:

I*Nclina domine aurem tuam, & exaudi me.* Caput noſtrũ ex forma ſerui ſic dicit: Domine uerbum, inclina aurem tuam & exaudi me. tu ſerue, in forma domini tui, ſic. Inclina domine aurem tuam, & exaudi me. Ipſe uere inclinat aurem, ſed tu non erigis ceruicem. humiliato enim appropinquat, & ab elato ſe elongat. Nota quia humano modo loquitur, cum dicit: Inclina domine aurem tuam, & exaudi me. Quia ſolent homines, cum rogantur ab amicis, quandam affectionem præmonſtrare, & ſic amicos exaudire. quod dicit, Inclina domine aurem tuam, & exaudi me. Quaſi dicat: Aeger ſum, & nõ poſſum me

Iere.10. erigere ad te, quia nõ eſt hominis dirigere uiam
ſuam. tu autẽ more fidelis medici inclina ad me
aurem tuam, & exaudi me. Et debes me exaudi
re, *quoniam inops*, id eſt, ſine ope, nullum adiutori
um habens niſi in te. *& pauper ſum ego*, id eſt, in
omnibus mihi inſufficiens. Nota quia inops &
pauper, id eſt, humilis & confitens, tantum ex-
audiuntur. non enim ad ſaturatum & ad iactan
tem ſe quaſi nihil ſibi deſit, inclinatur auris dei.
Luce.18. Diues enim pharisæus iactabat multa, inops
publicanus confitebatur, hic exauditus eſt, ille
damnatus. Nec tamen dicendum quod nullo
modo deus exaudiat diuites. quia ſi diuites na-
ti ſunt, in amplo uidelicet patrimonio & in ma-
gna familia, uel ad eum locum humanarum re-
rum aſcenderunt, ubi ditati ſunt, poſſunt exaudi
ri. tantummodo de diuitijs nõ præſumãt, ſed ab
ijciant à ſe omnia quæ circunfluũt ad præſum-
1.Tim.6. ptionem, attendentes Paulum dicentem: Præci
pe diuitibus huius ſeculi, nõ ſuperbe ſapere, nec
ſperare in incerto diuitiarũ. Hoc attendit Abra
am, quem ſcriptura plurimum auri & argenti
habere, & diuitem in terra eſſe annunciat. Ipſe
enim intantum pro nihilo habebat diuitias, ut
Ge.22. iuſſus a domino, immolare filium non dubita-
Iob.1. ret cui diuitias ſeruabat. hoc etiam attendit Iob,
qui in magnis diuitiis innocenter uixit: & amiſ-
ſis omnibus, deo benedixit. Imitentur ergo di-
uites ſeculi hos duos patres, & inclinabit eis do
minus aures uelut inopibus & pauperibus. q̃a
nouit contribulatum cor eorum, & non obe-
runt eis diuitiæ, niſi peccent in præſumptione.
ſicut ad ſalutem non prodeſt paupertas, ſi deſit
humilitas. quia Lazarus pauper & hulceroſus,
merito inopiæ ſuæ non eſt ab angelis ſuſceptus,
neque diues peccato diuitiarum ſuarum ad tor
menta miſſus, ſed in paupere humilitas eſt glori
ficata, & in diuite ſuperbia damnata. *Cuſtodi ani
mam meam, quoniam ſanctus ſum.* Fuerunt quidam
qui dixerunt, uerbum patris ſumpſiſſe carnem,
& non animam. quorum errorem ut non imi-
temur, audiamus ipſum deum orantem & dicen
tem: Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus
ſum. Hanc cauſam nullus poteſt prætendere ut
exaudiatur, niſi ille qui ſine peccato erat in hoc
mundo, peccatorum non commiſſorum, ſed o-
mnium dimiſſorum. Ipſe enim eſt ſanctus, non
ab aliis ſanctificatus, ſed omnes alios ſanctifica-
tos ſanctificans. & ideo ſecure dicat, Cuſtodi ani
mam meam, quoniam ſanctus ſum. Si autem
in uoce membrorũ dixerimus, dicemus: Cuſto
di animam meam, id eſt, meorum quoniam ſan
ctus ſum, id eſt, ſancti ſunt mei, ſcilicet per grati-
am ſanctificati. Vnde Paulus: Sed hoc quidem
1.Cor.6. fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Et hoc
modo poteſt accipi quoniam ſanctus ſum, ut ſit
confeſſio nõ ingrati, nec ſuperbia elati: quia ſi di
xeris te ſanctum eſſe ex te, mendax es & ſuper
bus. Hanc ſuperbiam redarguit Apoſtolus:
1.Cor.4. Quid enim habes quod non accepiſti? Rurſus,
fidelis in Chriſto & membrum Chriſti, ſi dixe-
ris te non eſſe ſanctum, ingratus es. Dicat ergo
quiſque, non de ſe præſumat: Cuſtodi animam
meam quoniam ſanctus ſum. *Saluum fac ſeruum
tuum deus meus ſperantem in te*, non præſumẽtem
de ſe. Ecce hic apparet quia ſanctus ille non eſt
ſuperbus, quia in domino ſe ſperare dicit. *Miſe-
rere mei domine, quoniam ad te* clamabo *tota die*.
Clamabat corpus Chriſti tota die, id eſt, omni
tempore, quia uſque in finem ſeculi durabunt
preſſuræ, pro quibus clamandum eſt & gemen
dum unicuique in ſuis diebus, ut nunc uidelicet
clamet, qui nunc uiuit: quo mortuo, ſuccedit hę
reditas. & clamet ſic, ut clamor ſit tota die, id
eſt, uſque in finem ſeculi extendatur. uel *clamaui*
tota die, id eſt, tota mentis claritate, abiiciendo
omnes cogitatiões tenebrarum. *lętifica animam
ſerui tui*, qui contriſtaſti animam ſerui tui, uel po
tius liberti tui, Adam uidelicet, q̃ ab egregia &
glorioſa ſeruitute tua deſcendit ad infimam &
turpiſſimam libertatem ſuam. quod dicit, lætifi-
ca animam ſerui tui. Et debes facere, quia *ad te
domine animam meã leuaui*. Nota quia ut animam
tuam leues ad dominum, non indiges funibus
uel machinis alijs, quibus leues animam tuã ad
dominum, ſed affectiões bonæ ſunt tibi gradus
ad dominum. iter tuum, uoluntas tua eſt. aman
do aſcendis, negligendo deſcendis. ſtans in terra,
in cælo es ſi diligis deũ. Nõ enim ſic leuatur cor,
quõ corpus: q̃a corpus ut leuetur, locũ mutat.
cor autem ut leuetur, uoluntatem mutat. Quo-
niam ad te domine animam meã leuaui. & me
rito ad te, quoniam in mundo nihil habet anima
mea niſi preſſuram & amaritudinem, & unde
dulceſcat non habet, niſi ſe ad te leuet. *Quoniam
tu domine es ſuauis*, id eſt, dulcis *& mitis*, patiẽter
tolerando nos donec perficias. Quomodo autẽ
deus nos patienter tolerat, leue eſt unicuique in
ſpicere, ſi ad ſe ipſum uelit deſcendere: quia uix
eſt aliquis, qui beatiſſimam illam orationem, in
qua deo familiariter & attẽte loqui deberet, ſic
finire poſſit, ut phantaſmata & illuſiones uanæ
non incurrant. Vnde alibi, Quoniã lumbi mei Pſal.36.
impleti ſunt illuſiõibus. Sed in his omnibus pati
tur nos deus donec p̃ficiat, & donec cor noſtrũ
inueniamus, ut digne eũ oremus. Vnde Dauid
Inueni domine deus cor meum ut orarem ad
te. Tolerat in nobis hoc deus, quod nemo iudi 2.Re.7.
cum uel amicorum pati uellet: quia non eſt ami
cus qui nõ indigne ferret, ſi collocutorem ſuum
ad alium ſe uertere uideret, & uelle confabulari
alii, poſtquã ſecum loqui diſpoſuit. Nullus eſt
etiam iudicum qui non indignaretur, ſi alicui lo
cum ſecum loquendi conſtituit, & ille ſe ſubito
ad alium uerteret, & cũ eo loqui inciperet. Quo
niam tu domine ſuauis & mitis, *& multæ miſeri
cordiæ*: quoniã gratis uocas, & uocatos gratis iu
ſtificas. uel multæ miſericordiæ, quia in nobis
tua dona remuneras, qui das bona uelle, & pro
bona uoluntate bene operari. uel contra mul-

cas iniquitates es tu multum miſericors *omnibus*
inuocantibus te.i.qui te uocant in ſe. Non repu-
Pro.1. gnat iſtud ſcripturæ alibi dicenti: Inuocabũt, &
non exaudiam eos: quia non exaudiuntur niſi
deum in ſe uocãt, ſed pecuniã & cætera q̃ amãt,
in ſe uocãt. Illi aũt qui deum in ſe uocãt, ſemper
Mat.7. exaudiuntur. Vnde in euangelio, Petite, & acci-
Pſal.26. pietis. Et illud, Vnam petij a domino, hanc re-
quirã. Pete ergo quid petendum eſt, & accipies.
ne petas mortem inimici tui, quia in hac petiti-
one non es dignus ut exaudiaris. ſed dices, non
petam mortem inimici, ſed uitam filij. Quid er-
go mali petam? Nihil mali petebas, ſicut tu ſen-
tiebas. Nam quid ſi ille raptus eſt, ne malitia mu
taret intellectum? ſed peccator iniquus erat, &
ideo uolebã eũ uiuere, ut corrigeretur. tu uole-
bas eum uiuere ut melior eſſet. Quid ſi deus no
uerat peiorem futurum ſi uiueret? Vnde ergo
noſti quod illi ꝓdeſſet mori an uiuere? Si ergo
non noſti, redi ad cor tuum. dimitte deo conſili-
um tuum. inuoca ergo deum tanquam deum.
ama eum tanquam deum. illo nihil melius eſt.
in illo tantum gaudium & ſecuritas, quia homi
ni nullum eſt gaudium certũ, nec in ſeipſo, nec
in alio: quia omnes aut mali ſunt, & neceſſe eſt
eos pati: aut boni, ſed timẽdũ eſt ne mutẽtur in
malitiam. Sic ergo nihil eſt ex quo ſit certũ gau
dium niſi deus. Ipſe eſt enim perfecte bonus, &
in bonitate permanſurus ſemper. quod dicit,
Quoniã tu domine ſuauis & mitis, & multæ mi
ſericordiæ omnibus inuocantibus te. Et quia tu
es deus ſuauis & mitis, ideo *domine auribus perci*
pe, id eſt, pia exauditione percipe *orationem me-*
am, id eſt, meorum, factam pro incremento uir-
tutum, *& intende uoci deprecationis meæ*, id eſt, in
tenſum te fac meis deprecãtibus ꝓ delicto ſuo.
Et ecce quare tu exaudire debes: quia *in die tri-*
bulationis meæ, id eſt, in tempore peregrinationis
meæ, in hac uita uidelicet, quia quiſque a deo pe
regrinatur, & affligitur. *clamaui ad te*, ſubaudis
promerendum, quod effectus indicat, *quia tu*
exaudiſti me. quia non poteſt non exaudiri, qui
ad te reuera clamauerit. Et merito ad te clama-
tur, quia *non eſt ſimilis tui in dijs*. Fingãt ſibi deos
quos uolunt pagani, & conducãt fabros argen
tarios, aurifices, expoſitores, ſculptores, ut faci-
ant ſibi deos. in his omnibus non eſt ſimilis tui
domine, qa ipſi ſunt oculos habẽtes, & nõ uiden
tes, &c. Nota quia dixit, non eſt ſimilis tui. hoc
quidem dici poteſt, ſed in quanto ſit deus ſimi-
lis, dici non poteſt: quia quod non ſit deus, intel-
ligi poteſt, quia nõ angelus, uel creatura aliqua.
quid autem ſit deus, explicari non poteſt: quia
non uidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor ho-
1. Cor. 2. minis aſcendit. Ipſe enim eſt ineffabilis & incir-
cunſcriptum lumen. quod dicit, Non eſt ſimilis
tui in dijs domine, id eſt, in dijs quos colunt pa-
gani. uel in dijs, id eſt, in illis qui non ex natura
tua, ſed ex gratia tua dij facti ſunt. quia licet mul
ti in humano genere admirandi ſint, ut Abrahã,
Iſaac, & Iacob, & cæteri patriarchæ & prophe-
tæ, apoſtoli, ſancti, martyres plurimi & excellen
tiſſimi, tamen non eſt ſimilis tui in dijs domine.
& hoc ideo, quia *non eſt* aliquis agens *ſecundum*
opera tua. & ecce quæ opera, quia *omnes gentes*
quaſcunque feciſti, id eſt, ex omnibus gentibus
a te factis. *uenient* aliqui *& adorabunt coram te do*
mine, id eſt, in interiori ſuo ubi tu uides, nõ tan-
tum in tẽplo hieroſolymitano. *& glorificabunt*
nomen tuum, nõ amplius ſuũ. Vel ſic, Nõ ẽ ſimilis
tui domine in dijs gẽtium. & hoc probat a ma-
iori, quia non eſt agens ſecundum opera tua tibi
ſimilis. & ideo omnes gentes quaſcũq; feciſti, ue
nirnt & adorabunt coram te domine. Attẽden
dum eſt quod dicit, domine: quia in eadem per
ſona ſeruus & dominus: dñs, in eo quod uer-
bum: ſeruus, in eo quod homo. Chriſtus ergo
ad ſe ipſum loquitur, quia homo ad uerbum ſi
bi perſonaliter unitum. Et glorificabitur nomẽ
tuum in æternum. & merito, quia *magnus es tu*,
ita ut nullus magnus in humano genere tibi poſ
ſit cõparari. iuxta illud, Propheta magnus ſur- Luca. 7.
rexit in nobis. Tu *faciens mirabilia*, etſi alij facere
uideantur, & *tu es deus ſolus*. & ideo *deduc me do*
mine in uia tua poſitum, & fac me perſeuerare in Ioh. 6.
præceptis tuis. quia non ueni ut faciam uolun-
tatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me,
patris. *& ingrediar*, id eſt, ingrediantur mei, id
eſt, uiuant *in ueritate tua*, id eſt, in præceptis tuis.
& *lætetur cor meum*, id eſt, cor meorum, ita *ut ti-*
meant etiam *nomen tuum*. quia qui ſtat, cauendũ
eſt ei ne cadat. Vel ſic, Deduc me domine in uia
tua, id eſt, meos iam poſitos in uia tua, imitan-
do CHRISTVM uidelicet, qui ſum uia tua.
deduc me, id eſt, perſeuerare fac me in manda-
to tuo. & ſic ingrediantur in ueritate tua, appe-
tendo quod appetendum præcipis, nõ illud q̃d
contradicis. uel ut Adam, quem poſuiſti in uia,
id eſt, in mãdato tuo. cui dixiſti, de ligno illo nõ Ge. 3.
comedas. ſed nõ deduxiſti, quia in obediẽtia nõ
perſtitit. lætetur cor meum ut *timeat* nomen tu
um. Quod reuera fiet, quia futurum eſt quod
confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo,
id eſt, mei cõfitebũtur tibi, laudãtes te ex omni
corde. *& glorificabo nomẽ tuum* eundo *in æternũ*.
& hoc iuſte, *quia miſericordia tua magna eſt ſuper*
me, id eſt, ſuper meos. *&* ecce quomodo, quia
eripuiſti *animam meam*, id eſt, animam meorũ *ex*
inferno inferiori. Nota quia eſt infernus ſuperior
& inferior. Vita enim iſta quantum ad dignita-
tem illã in qua ſunt angeli, infernus dici poteſt:
ſed infernus inferior, pœna quæ cõſequitur poſt
hanc uitam, à qua eruuntur animæ ſanctorum.
quod hic dicit, *eruiſti* animam meam ex inferno
inferiori, id eſt, ex pœna infernali, licet non eru-
iſſet animas eorum ex hac uita, in qua paſſi ſunt
multas tribulationes & miſerias. uel eruiſti ani
mam meam ex inferno inferiori, id eſt, ex pec-

cato criminali,licet non ex peccato ueniali. Vel
ad literam dicamus. Eruiſti animam meam ex
inferno inferiori,id eſt, à loco tormentorum,li-
cet non a loco tenebrarum. legitur enim quod
omnes ſancti ante reſurrectionem domini mor-
tui, deſcenderent ad inferos: ubi erant in tene-
bris,ſed non in pœnis, non in illo loco unde di-
ues reſpexit Lazarum in ſinu Abrahæ repoſitũ.
Luce.16. quod dicit, eripuiſti animam meam ex inferno
inferiori. Et opus fuit ereptione,quia *iniqui o de*
us inſurrexerunt ſuper me,id eſt,meos. *& ſynago-*
ga,id eſt, congregatio *potentium quæſierunt ani-*
mam meam ad deprimendam. nõ ad imitandam,
& non propoſuerunt deum in conſpectu ſuo. Deum
non proponit in conſpectu ſuo, qui nõ cogitat,
ſeruum dei quàm iniquum ſit ab obedientia re-
uocare. Poteſt legi in perſona capitis quod di-
cit, eruiſti animam meam ex inferno inferiori,
ex peccato uidelicet, etſi non ex pœnis peccati.
uel eruiſti animam meam ex inferno inferiori,
id eſt,ex corruptione carnis in ſepulchro. Vn-
de alibi, Non dabis ſanctum tuum uidere cor-
Pſal.15. ruptionem. Ipſe enim ſicut naſcendo uenit in
mundum,ita moriendo deſcendit in infernum.
ſed non ibi remanſit, quia ſuis inde liberatis, cũ
poteſtate rediit. Deus,iniqui inſurrexerunt in
me. Iſtud continuatur ad ſuperius, quaſi dicat:
Deduc me domine in uia tua. & opus eſt, quia
iniqui inſurrexerunt ſuper me.uel ſecundum ali
am tranſlationem,prætereuntes iniqui inſurre-
xerunt ſuper me. Si de capite hoc legimus,iu-
dæos prætereuntes legem accipiemus.quia ipſi
legem acceperunt, & prætereundo præuarica-
ti ſunt.pagani autem qui legem non acceperũt,
prætereuntes legem non ſunt.nemo enim præ
terit quod non accipit. Si autẽ de corpore Chri-
ſti uerſus legitur,accipiemus legem prætereun-
tes,malos Chriſtianos,qui quotidie inſurgunt in
corpus CHRISTI,de quibus quotidie tribu
lationem patitur. Et ſynagoga potentium quæ
ſierunt animam meam,id eſt congregatio prin-
Ioh.19. cipum, clamãtium & dicentium: Crucifige cru
Pſal.56. cifige eum. Quæſierunt animam meam. De qui
bus alibi: Filii hominum, dentes eorum arma
& ſagittæ,& lingua eorum gladius acutus. Non
percuſſerunt,ſed clamauerunt, clamando cruci
fixerunt. Et non propoſuerunt deum in conſpe
ctu ſuo, quia nõ intellexerunt ſuper egenum &
pauperẽ. et ideo *tu domine deus miſerator* in ex-
hibitione, *& miſericors* in affectione, *patiens*,quia
portas donec perficias. *& multæ miſericordiæ* p̃-
deſtinando, *& uerax* in actum ducendo. *reſpice*
in me & miſerere mei, dãdo *imperiũ tuum* mihi *pu*
ero tuo. tranſeat uidelicet patiendi tempus, &
ueniat tempus iudicandi. Pater enim non iudi-
Ioh.5. cat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio.

Ipſe enim uidebitur terribilis, qui uiſus eſt con-
tẽptibilis. demonſtrabit in iudicio potẽtiã, qui
oñdit in cruce patiẽtiã: apparebit in iudicio hõ,
ſed in claritate: qa ſicut uidiſtis eũ ire, dixerunt
angeli, ſic ueniet. Forma hominis ueniet ad iudi Act.1.
cium, ideo uidebũt illum & impii: ſed nõ in for
ma dei eum uidebunt, quem ſoli mundo cor-
de uidebunt. Apparens ergo in hominis for-
ma, dicet: Ite maledicti in ignem æternum, ut Mat. 25.
impleatur quod dixit Iſaias: Tollatur impius Iſa.26.
ne uideat gloriam dei. quia in forma qua æqua
lis eſt patri, eum uidebunt. *Da imperium tuum*
puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ, uirginis
uidelicet Mariæ, quæ ſe ancillam nominare non Luce.1.
erubuit, dicens: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſe
cundum uerbum tuum. uel ſic, Da imperium
tuum puero tuo, id eſt, pueris tuis, apoſtolis ui- Mat.19.
delicet, quibus dictum eſt: In regeneratiõe cum
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſe-
debitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudican-
tes duodecim tribus Iſrael. Et ſaluum fac fi-
lium ancillæ tuæ, id eſt, eccleſiæ tuæ, quia li-
cet ex paganis matribus nati ſunt, tamẽ inquan-
tum regenerati ſunt, ſunt filii eccleſiæ, quæ eſt an
cilla domini. *Fac mecum ſignum in bonum*. Quaſi
dicat: Vt des imperium puero tuo, fac mecum
ſignum in bonum futurum, ſignum uidelicet re
ſurrectionis, quod ideo in bonum futurum eſt,
quia multis erit ad ſalutem: quia ſpe iam ſalui
facti ſumus, ut quãdoque exterius reſurgamus. Ro.8.
Hoc ſignum promiſit dominus iudæis ſignum Matt.12.
quærentibus, dicens: Generatio praua & adul-
tera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei
niſi ſignũ Ionæ prophetæ. hoc iã in capite factũ
eſt. Dicat enim unuſquiſq;, fac mecũ dñe ſignũ
in bonum. quod fiet in aduẽtu domini, quia tũc
canet tuba, & mortui reſurgent incorrupti. 1.Cor.15.
Fac mecũ dñe ſignũ in bonum, *ut uideant qui me*
oderunt, quoniã tu domine adiuuiſti me in certami-
ne, *& conſolatus es me* in tribulatione. uel adiu-
uiſti me, reducendo animam meam de infer-
no: & conſolatus es me, corpus meum reſuſ-
citando de ſepulchro. & ideo confundentur
qui me oderunt, uel nunc ſalubriter, uel quan-
doque inutiliter. Salubris confuſio eſt, uere-
cundiam habere de præteritis peccatis: & per
pecuniam corrigere, quod fuit commiſſum per
negligentiam. Præbet modo nobis deus adi-
tum ſalubris confuſionis, ſi non contemnamus
medicinam confuſionis. Qui autem ſalubriter
nolunt confundi, confundentur quandoque in-
utiliter, quandoque deducent eos ex tranſuerſo
iniquitates eorum, & dicturi ſunt: Quos aliquan Sap.5.
do habuimus in deriſu & in ſimilitudine impro
perii. nos inſenſati, uitam illorum æſtimabamus
inſaniam & cætera.

¶Filijs Core Pſalmus cantici. LXXXVI.

FVndaméta eius in montibus ſanctis, diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei. Memor ero Rahab & Babylonis, ſcientium me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus æthiopum, hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus? Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum, horum qui fuerunt in ea. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.

Quoniam qui ſint filij Core, & quid pſalmus cãtici, ſatis audiuimus & notauimus, ea quaſi nota prætereamus, & quid intendat pſalmus explicemus. Ciuitas quædam in hoc pſalmo præponitur & commendatur, cuius ciues ſumus, & unde peregrinamur quandiu mortales ſumus. ad quam tãdem perueniemus, ſi uiam eius inſiſtimus, quæ omnino quaſi dumetis & ſentibus intercluſa nõ inueniebatur. Rex ipſius ciuitatis ſe uiam fecit, ut ad eã perueniremus. ambulantes ergo in Chriſto, & adhuc peregrinantes donec perueniamus, toto deſiderio ſuſpiremus, eã amemus, optemus, nunquam lingua mentis de eius amore taceamus. & qd de ea quidã eius ciuis plenus ſpiritusancto dicat, audiamus. cuius uox talis eſt:

F*Vndamenta eius in mõtibus ſanctis.* Nota quia nihil præmiſſum eſt in litera, ad quod poſſit referri id q̃d dicitur in principio pſalmi, fundaméta eius in mõtibus ſanctis. Sed quoniã fundamenta alicuius ciuitatis ſolent cõſtrui in montibus, non dubium eſt quin hic uelit intelligi ciuitatem quandam qui hic loquitur, cuius amore repletus, ſpũſancto captus, & multa de eius pace, de communiõe, de æterna quiete, de indefectibili laude ſecum in mente uoluens, erumpit in hoc: Fundamenta eius in mõtibus ſanctis, quaſi iã de ipſa ciuitate aliquid dixiſſet, ut ſic cõtinuaretur uerbis, platis quæ interius acceperat. & quaſi dicerent aliqui & quærerent, cuius ciuitatis fundamenta dixiſſet in mõtibus poſita, ſubiungit: *Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Quaſi dicat: Ciuitas iſta cuius ciuitatis fundamenta in montibus ſita prænotaui, eſt Sion, cuius portas diligit dominus ſuper omnia tabernacula Iacob. Quæ ſint iſtius ciui- *Ephe. 2.* tatis fundamenta, oſtẽdit ſic Paulus: Superædificati ſuper fundamentum apoſtolorũ & prophetarum. Et ne quis ipſos apoſtolos & prophetas, in quibus eſt fundamentum ciuitatis, puta- *Ibidem.* ret p̃ ſe poſſe ſtare, ideo ſubſecutus ait: ipſo ſummo exiſtente lapide angulari Chriſto Ieſu. quia in eo cõnectũtur duo populi. populus uidelicet ex circumciſione & præputio, uelut duo parietes ex diuerſo uenientes, angulari lapide coniuncti, in unam conſtructionem domus conuenirent. In huius ciuitatis cõſtructione non eſt quærendum, quod in ædificijs noſtris inuenitur: quia ibi aliud eſt fundamentum quàm porta, ibi quod ẽ in imo, non erit in ſummo: quia corpora ex quibus conſtruũtur ædificia noſtra, non ubique eſſe poſſunt, nec ſemper. In hac autem ciuitate quam commendat nobis pſalmus iſte, angularis qui ẽ in fundo, eſt in ſummo: quia diuinitas nullas patiens anguſtias corporis, ubique præſto eſt. & ideo ad eam undique ſimilitudo duci poteſt. & totum poteſt eſſe in ſimilitudinibus, quia nihil horũ eſt in proprietatibus. Ipſa enim diuinitas eſt mons montium, fundamentum fundamentorum, porta portarum. Sunt etiam fundamenta apoſtoli & prophetæ huius ciuitatis, quia eorũ autoritas infirmitatem noſtrã ſuſtentat. ipſi etiã ſunt portæ, quia p̃ ipſos intramus in regnũ dei. ipſi enim prædicãt in nobis, ut uiam nobis aperiant. Vnde illud, linguæ eorum claues cæli factæ ſunt. ipſi etiam ex quibus ædificatur ciuitas, ſunt lapides uiui, quadrati artificioſa manu domini. Non enim fruſtra ex quadratis lignis ædificata eſt arca Noæ, quia ipſa geſſit figurã eccleſiæ, cuius parietes debẽt eſſe quadrati homines. Quare quadrati? Vt in omni tentatione ſint ſtabiles & firmi. & ſi impellantur & q̃ſi uertantur, non cadant. Quadratus enim lapis in quacũq; parte uertitur, ſtat firmiť. Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob, id eſt, ſuper omnia legalia inſtituta, quia alibi dicitur, *Pſal. 68.* Et placebit deo ſuper uitulum nouellum. Notãdum eſt tamen, quod ijdem qui ſunt in tabernaculis Iacob, erunt in Sion. Sed quia tabernacula figuram gerebant illius futuræ ciuitatis, p̃ceſſit enim ciuitas carnalis, ut ſequeretur ſpiritualis, ideo dixit: diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei.* Proſequitur commendare ciuitatem iſtam, quaſi dicat: O ciuitas dei, q̃ glorioſa .i. quàm digna admiratione ſunt dicta de te ab ipſo conditore tuo, quia dixit: *Memor ero Rahab & Babylonis, ſcientium me*, id eſt, memores faciam ſcientes & intelligentes me Rahab, populi uidelicet cum diabolo fornicantis, & Babilonis, id ẽ, cõfuſi. Audiamus quomodo ſit memor Rahab & Babylonis. Dixit enim: Mando nubibus meis, ut pluant ſuper meretricem iſtam, ſuper eccleſiam uidelicet ex gentibus. Vel ſic, Memor ero Rahab & Babylonis, ſcientibus me, id eſt, apud ſcientes me, ducam in memoriam Rahab & Babyloniam, ut ipſi in ædificium huius ciuitatis aſſumantur. Vnde Paulus: Nobis, inquit, reuela- *1. Cor. 2.* uit deus per ſpiritumſanctum, ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Rahab fuit meretrix in

Ioſ. 2. Iericho, quæ ſuſcepit exploratores filiorum Iſrael, & per feneſtram ſubmiſit quãdo quærebantur ab inimicis ſuis, cui p̄ceperunt, ut ingruente perſecutione ciuitatis, ſuſpenderet funem coccineum, ut hoc ſigno ſaluaretur & familia ſua. q̃d factum eſt, & in figura myſterij: quia qui uult ſanari ab hoſtili perſecutione, neceſſe eſt ut in feneſtra, id eſt, in frõte ſua funem coccineum ſuſpendat, id eſt, ſignum ſanguinis Chriſti habeat, quo ipſe quaſi fune trahitur, & in charitate domini ligatur. *Ecce alienigenæ & Tyrus & populus æthiopum, hi fuerunt illic.* Oſtendit quæ glorioſa dicta ſunt de ciuitate dei. quia qui in Babylone fuerũt peregrini de ſpectiſſimi, uenientes intra ædificium huius ciuitatis, facti ſunt pulcherrimi & ſplẽdidiſſimi. Ecce alienigenæ, philiſtæi uidelicet potiõe cadentes, & Tyrus, id eſt, anguſtiati in terrenis. & populus æthiopum, id eſt, nigerrimi moribus. hi fuerunt illic, id eſt, in ædificio huius ciuitatis. Et hoc quomodo? Quia ut ipſi in hac ciuitate comprehendantur, *homo natus eſt in ea*, id eſt, Chriſtus naſcetur homo factus. *& ipſe qui natus eſt in ea, fundauit eam ens altiſſimus.* Nota quia idem qui naſcitur in ciuitate, erit fundator ciuitatis: quia naſcetur in ea ſecundum hominem, fundauit eã ſecundũ diuinitatem. *Et nũquid o Sion di-*
1.Cor.1. *cet hoc homo* .i. nunquid humanus intellectus ea expediet? non, quia quod ſtultũ eſt dei, ſapiẽtius eſt hoĩbus. Quis ergo tunc dicet? *Dominus narrabit in ſcripturis populorum*, id eſt, in ſcripturis factis ad inſtruẽdos populos. *& in ſcripturis principum horum qui fuerunt in ea*, id eſt, in ſcripturis quæ ab ipſis principibus nunciandæ ſunt alijs. Nota ænigma inſolubile, ſi non eluxiſſet in tenebris lumen cordis. quia dixit, nunquid Sion dicet homo? & tamen dicit, Dominus narrabit in ſcripturis populorum, non quas ſcripſerunt populi, ſed quæ populis ſuccedẽtibus & diſcedentibus paſſim innotuerunt. Vel ſic, Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus: & hoc o Sion, nũquid dicet homo? id eſt, audet homo hoc dicere? Audet utiq;, quia dominus narrabit & innotuit hoc in ſcripturis populorum, id eſt, in ſcripturis quas ſcripſerunt illi, qui potiores erant in ſignificante Sion, id eſt, in temporali, in qua natus ẽ deus, in eo quod dicit, homo. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Quaſi dicat: Merito glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, quia habitatio omnium habitantium in te, erit habitatio ſicut lætantium, id eſt, uere lætantium. Sicut lætantium dicit, ne ſi ſimpliciter diceretur, lætantium: occurreret talis iucũditas, qualem habere ſolent homines in poculis, in prandijs, in honoribus ſeculi. Extolluntur enim homines, & lętitia quadam inſaniunt. in illa autem habitatione eſt quædam iucunditas, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- 1.Cor. 2.
nis aſcendit.

¶Canticum Pſalmi filijs Core in finem pro Maeleth ad reſpondendum, intellectus Hemã Ezrahitæ. LXXXVII.

DOmine deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conſpectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta eſt malis anima mea, & uita mea inferno appropinquauit. Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Sicut uulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & in umbra mortis. Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi. Traditus ſum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te domine, tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabũt & confitebũtur tibi? Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & ueritatem tuam in perditione? Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te. Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me? Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus. In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me ſicut aqua tota die, circundederunt me ſimul. Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria.

Quoniam quid ſit canticum pſalmi, qui ſint filij Core, ex ſuperioribus pſalmis ſatis audiuimus & ſcimus, in cæteris exponẽdis moremur. pro Maeleth ad reſpondendum Iezraelitæ. Maeleth uerbo Hebræo, chor⁹ ſignificatur. Quid autem in choro fiat, attendendum eſt. Ibi enim maxime cauendum eſt, ut præcentori in choro canenti, ſuccentores cõcorditer in choro rñdeant. Chorus aũt q hic notatur, eccleſia eſt, in qua Chriſtus præcentor eſt, & chorus martyrũ, ſuccẽtores & reſpondẽtes cõcorditer præcentori. Quod ipſe autem præcinit, Petrus oſtendit, di-

1.Pe.2. cens: Chriſtus pro nobis paſſus eſt. Ecce p̄cento
rem habemus. Notat etiam ſuccentores, Vo-
bis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſti-
1.Iohã.3. gia eius. Nam in hoc ſibi reſpondetur. Vnde Io
hannes, Sicut Chriſtus pro nobis animã ſuã po
ſuit, ita & nos debemus animam pro fratribus
ponere. hoc enim eſt ſibi reſpõdere. Cauendum
etiam unicuique, ut ſi uelit eſſe æmulator domi
nicæ paſſionis, charitatem habeat: quia ſine cha
ritate non concorditer ei reſpondet. Vnde Pau
1.Cor.13. lus: Et ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam,
charitatem autem non habuero, nihil mihi pro-
deſt. Intellectus Heman. Heman interpreta-
tur frater eius. Eos enim fratres ſuos Chriſtus fa
cere dignatus eſt, qui ſacramentum crucis intel
ligunt: & non ſolũ de illa non erubeſcũt, uerum
etiam in illa fideliter gloriãtur. ut unicuiq; dica-
Iohan.1. tur, Ecce uere iſraelita in q̃ dolus nõ eſt. Vel in-
tellectus Iezraelitę. Iezraelita interpretatur ori-
entalis aduena. Hæc enim quiſq; Heman debet
attendere, quod ab oriente, ſplendidiſſima uide-
licet regiõe, per primum parentem depulſus ſit,
& in occidentem miſſus, ubi ſunt caduca & trãſi
toria. & ideo ſtudeat unuſquiſq; concorditer re
ſpondere, ut illuc redeat per concordiam, unde
decidit per inobedientiam. Cõſtructio tituli, ta
lis eſt. Canticum pſalmi propoſitum filijs Core
in finem perſeuerãtibus, ad reſpondendum ꝓ
maeleth.i. ꝓ choro, quia hoc cauendũ eſt cuiq;
reſpondenti, ut concordiam & charitatem re-
ſpondeant: ut qui diligit deum, diligat & proxi
mum: ut ſic exigãt qui reſpondeant bonis eorũ,
1.Cor.4. & 11. iuxta illud: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego
Chriſti. & iſte eſt intellectus Hemã.i. fratris. &
iſraelitæ.i. uere uidentis deum. uel Heman iez-
raelitę, id eſt, attendentis ſe eſſe orientalem adue
nam. Vox eſt in hoc pſalmo dominici hominis,
commendantis nobis paſſionem ſuam, & ex-
hortantis fratres ſuos non ſperare niſi in deo,
in quo ſolo eſt ſalus, ad quem ſolũ clamandum
eſt ſine intermiſſiõe. & q̃ritur, cum pſalmus iſte
idem habet negocium cum ſuperioribus, qua-
re ſic ſit intitulatus, pro maeleth ad reſponden-
dum, cum ipſe ſolus non hortatur concorditer
reſpondere, quia plures alij de paſſione dñi tra-
ctãt. & forſitan huic pſalmo diuerſus titulus ap
poſitus eſt, ne ſi omnes pſalmi qui idem habent
negocium, eiſdem titulis intitularẽtur, faſtidio
caperetur lector. Dicit autem ſic Chriſtus:

DOmine *deus* autor *ſalutis meæ, clamaui* ad te
in die.i. in tempore proſperitatis. *& nocte*,
id eſt, in ipſo tempore paſſionis. & hoc *coram te*
.i. in beneplacito tuo, & non in fauorem homi-
num. & ideo *intret*.i. nõ repellatur *oratio mea* cõ
fuſa *in conſpectu tuo*. Sed introitus orationis, eſt
acceptio orationis. & eſt dictũ ad ſimilitudinem
qua ſolent potentes, legatos amicorũ quos amãt,
intromittere in conſpectu ſuo. *inclina aurẽ tuã ad
precem meam*, id eſt, meorum. & opus eſt ut in-
tret oratio mea in conſpectu tuo, *quia repleta eſt
malis anima mea*. Animam Chriſti repletam uitijs
non tantum dicere, ſed etiam nefas eſt cogitare.
Quibus ergo malis eſt repleta? Niſi malum for-
te accipiamus dolores carnis, in quibus compa
tiebatur anima corpori ſibi iuncto. Vnde illud, Mat.26.
Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Hos au-
tem humanæ infirmitatis affectus nõ ſuſcepit do
minus ex conditione neceſſitatis, ſed ex uolun-
tate miſerationis, ut trãsfiguraret ſe in corpus ſu
um, quod eſt eccleſia. cui caput eſſe dignatus eſt,
id eſt, membra ſua in ſanctis & fidelibus ſuis, ut
ſi alicui eorum inter humanas tentationes con-
triſtari & dolere contingeret, non ideo ab eius
gratia ſe putaret alienum: & nõ eſſe iſta peccata,
ſed humanæ infirmitatis indicia. Vel aliter, Re
pleta eſt malis anima mea, malis uidelicet iudæ
orum, pro quibus in paſſiõe dixi: Pater, ignoſce Luce.23.
illis, quia neſciunt quid faciunt. Et alibi de eiſdẽ
malis dicitur: Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur, Pſal.68.
& nõ inueni. His talibus malis Paulũ apoſtolũ,
præcipuum membrum in corpore Chriſti, legi
mus & audiuimus cõfitentem animã eſſe reple-
tam, cum diceret triſtitiã ſibi eſſe magnã & con
tinuum dolorem cordi ſuo pro fratribus ſuis ſe
cundũ carnẽ, qui ſunt iſraelitæ, ꝓ quibus dixit: Ro.9.
Optabã anathema eẽ ꝓ fratribus meis carna-
libus. Et *uita mea inferno appropinquauit*.i. deſtru
ctioni prope fuit, uel ſimilis habita eſt uita mea
uitę illorum, qui inferno digni ſunt. uel ipſis qui
ſunt infernus, nihili habita eſt uita mea. Vel de
mẽbris dicamus, ſic: Inclina ad p̄ces meas, id eſt,
meorũ. & opus eſt, quia repleta eſt anima meo
rũ malis, uitijs uidelicet carnalibus, & uita mea
inferno appropinq̃uit. & ego ipſe *æſtimatus ſum*
ab illis *cum deſcendentibus in lacum*, id ẽ, ſimilem
me putabãt alijs hominibus deſcendentibus in
lacum, id eſt, in huius uitæ miſeriã. & *factus ſum*
inquantum ipſi exiſtimabãt, *ſicut homo ſine adiu* Pſal.70.
torio. quia dixerunt, comprehendite eum, quia
non eſt qui liberet eum, cum ego tamen ſolus
inter mortuos.i. in ſocietate uidelicet mortuorũ
reputatus, *liber* eſſem, id eſt, ſine peccato. quod Ioh.8.
ſumma libertas eſt. quia omnis q facit peccatũ,
ſeruus eſt peccati. liber dicitur dñs inter morta
les, quia in ſimilitudine carnis peccatricis appa-
ruit, ſed non peccator. Ipſe etiam non coactus,
ſed ſpontaneus mortem ſubijt. Vnde illud, Po- Ioh.10.
teſtatem habeo ponendi animam meam, & ite
rum ſumendi eam. quod dicit, factus ſum ſicut
homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. & ta
men æſtimatus ſum ab illis *ſicut uulnerati*, id eſt,
ſicut cæteri qui uulnerati ſunt ſagittis domini,
mortalitate uidelicet & paſſibilitate. Vnde il-
lud, Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Et æſtimatus Pſal.37.
ſum ab illis, ſicut illi qui dormiunt *in ſepulchris,
quorum* deus non eſt *memor amplius*, quantum ad
hanc uitam, quos uidelicet in ſepulchro poſitos
expectare oportet uſq; ad communem reſurre
ctionem. Et *ipſi de manu tua repulſi ſunt*, id eſt, il-
los qui me talem exiſtimabant, ita a te reiecisti,

ut amplius eos reuocãdo, non ſupponas eis ma
num miſericordiæ: quia ipſi exiſtentes in ꝓfun
do iniquitatis, contemnunt. uel de manu tua, id
eſt, de potentia tua uidentur eſſe repulſi, quia li-
cite operantur quod uolunt, ac ſi nullã potentiã
ſup eos haberes. uel *dormientes* in ſepulchris acci
piuntur illi, qui in ſepulchris. i. in corpore illo &
in deſiderijs corporalibus, q̃ ſunt q̃ſi ſepulchrũ
animæ, tantam habent delectationem, quantã
haberent in dormitione. quorum nõ eſt memor
amplius deus, ut eos reuocet, quia iam tradidit
eos in reprobum ſenſum. uel nõ eſt memor am
plius eorum, quantum ad exiſtimationem: quia
ita libere peccant, quaſi dominus omnia pecca-
ta eoꝝ eſſet oblitus, ut amplius nõ puniret eos.
Poſuerunt etiam *me* exiſtimatiõe ſua *in lacu infe-
riori*. i. inter illos qui in profundum iniquitatis
ceciderunt. & *in tenebroſis*, id eſt, non ſolum po-
ſuerunt me in lacu inferiori. ſed etiam tenebro-
ſis me cõparauerũt, id eſt, in illis qui ſunt in in-
teriori homine mortui. *& in umbra mortis*, id ẽ,
in ignorantia ueritatis, quæ mortem infert. &
hoc non merente, ſed te uolente: nec eorum uo
luntate; ſed tua permiſſione. quia *ſuper me confir
matus eſt furor tuus*. i. ira tua non tãtum eſt com-
mota, ſed etiam confirmata ſuper me. quia fir-
miter quoſdam opinari feciſti, me eſſe derelictũ
a te. *& omnes fluctus tuos*, id eſt, omnia pericula q̃
extra ſolẽt procedere, *induxiſti ſuper me*. Quod
Pſal. 41. alibi dicitur, Omnia excelſa tua & fluctus tui ſu
per me tranſierunt. Et oſtendit qualiter induxit
fluctus dominus, dicẽs: *Longe feciſti notos meos à
me*, id eſt, parentes meos, a quibus natus fui, lon-
ge a me fuerunt affectione, licet nõ corpore. *Po-
ſuerunt me abominationem ſibi*. quia abominando
Iohã. 9. me, dixerunt cæco a me illuminato: Tu diſcipu
lus illius ſis. & tandem *traditus ſum* a diſcipulo
meo, *& non egrediebar*. i. non manifeſtaui diuini
tatem meam, ſed patienter tuli eos in carne mea
Pſal. 34. ſæuire. Quod alibi dicitur, induebar cilicio. *Ocu
li mei* exteriores *lãguerunt*. i. in morte claudeban
tur. & hoc *præ inopia*. i. humana imbecillitate q̃
eſt in me. uel oculi mei. i. apoſtoli mei, qui præci
pui fuerũt in corpore meo, lãguerunt. i. debiles
facti ſunt. præ inopia ſubaudis ſpei, quia in ſpe de
fecerunt, cum me mortuũ in cruce uiderunt. Nota
quia ſolent exteriores oculi languere ſubtracto
cibo. ita & apoſtoli languebãt præ inopia quan
do eorum uiſui dominus ſubtrahebatur, a quo
aſſidue ſpiritualiter reficiebantur. Ipſe enim de
ſe dixit: Ego ſum panis uiuus q de cælo deſcen-
Ioh. 6. di. Oculi mei lãguerunt p̃ inopia. ego tñ ab obe
dientia nõ deſtiti, ſed ſemper *clamaui ad te* deũ ꝓ
merendum. *tota die expandi ad te manus meas*. Si
accipimus expanſionem manuũ in cruce, nõ po
teſt dici quod tota die expandiſſet: quia in ſexta
hora fuit crucifixus, & in ueſpere ſepultus. unde
uidetur cõuenientius, ut per manus accipiamus
bona opera, q̃ ipſe ſemper expandit, quia nunq̃
a bene operãdo ceſſauit, ſed ſemper opus bonũ
opere bono continuauit. q̃d dicit, expãdi ad te
manus meas. & hoc tamen non prodeſt oĩbus,
quia mortuis in anima nõ prodeſt. quod dicit,
Nunquid mortuis facies mirabilia, ſ. ualere. *aut* nun
quid *medici ſuſcitabunt* illos, id eſt, doctores uel
prædicatores mei, quorũ doctrina ſanantur uul
nera mentis. *& confitebuntur tibi*? Non, quia a Eccl. 17.
mortuo perit confeſſio tanquã non ſit. *Nunquid
narrabit aliquis in ſepulchro*, id eſt, illis quos iã in
ſe clauſit profunditas peccatorum, *miſericordiã
tuã* per me mundo exhibitam? Et nunquid nar
rabit aliquis *ueritatẽ tuam in perditione*, id eſt, illis
qui iam iuerũt in perditionem peccatorum? Et
q̃a poſſunt narrari mirabilia domini inter pec-
catores, ſed inutiliter eis, quia non aure audien-
di audiunt, ſubiungit: *Nunquid cognoſcentur in te
nebris*, id eſt, in tenebroſis hominibus, luce ſapi
entiæ carentibus, *mirabilia tua* quæ per me facta
ſunt? *&* nunquid cognoſcetur *iuſtitia tua* qua iu
ſtificas impium, *in terra obliuionis*, id eſt, in illis q
iam terra ſunt, & obliti ſunt ſe fuiſſe rationabi-
lem creaturam? Non. Et quia uideo non pro-
deſſe talibus mirabilia tua, ideo auerti me ab il-
lis, & *ad te domine* cõuertor pro reliquijs ſaluan
dis. *&* hoc non fruſtra, quia *oratio mea præueniet
te*, uim exauditiõis apud te obtinebit. quod ap
parebit *mane*. i. in reliquiarum ſaluatione, uel in
cõmuni ſaluatione, omnium reſurrectione, q̃n
omnis caligo noctis diſcedet, & uerũ mane ori-
etur. quod dixit, & mane oratio mea præueniet
te. Et quãdo quidem ante te ueniet oratio mea,
ut quid domine repellis, id eſt, repellere uideris *ora
tionem meã*. id eſt, meorum? & ut quid *auertis fa
ciem tuam à me*, id eſt, a meis, quaſi eis iratus? Non
ad eoꝝ dãnationem auertis, ſed ad ſaluatiõem:
quia per hoc *pauper ſum ego*. i. mei pauperes effi
ciuntur & humiliantur. *& in laboribus à iuuentu
te mea*, id eſt, mei laborant a tempore innouatio
nis eoꝝ. *Exaltatus autem*. i. mei exaltati ſunt in
proſperitatibus, ne deficiant in labore. & iterũ
humiliatus ſum. i. humiliati ſunt mei per aduerſa,
ne ſuperbirent in proſperitatibus. *& ſic contur-
batus* ſum in membris meis, ad hoc uidelicet,
ut *in me*. i. in meis trãſirẽt *iræ tuæ*, q̃ manẽt in infi
delibus, & in illis q noluẽt ſe mihi incorporari. *&
terrores tui*. i. terrores futuri iudicij. *conturbaue
runt me*. i. meos. *Circũdederunt me ſicut aqua tota
die*. Ad hoc cõtinuatur qđ dixit, exaltatus aũt,
humiliatus ſum & cõturbatus. Et quõ? Quia cir
cũdederũt me. i. meos infideles, ſicut aqua q̃ un
diq; inuoluit, & hoc tota die. i. aſſidue. & *circun
dederunt me ſimul* tã interiores inimici, q̃ exterio
res. & *elõgaſti à me*. i. a meis *amicũ*. i. quẽlibet q de
beret eis eſſe amicus. *& proximũ* quẽlibet ſecun
dũ carnem, *& notos meos*. i. illos q deberent noti
eſſe meis, eãdem uidelicet fidem cũ illis partici-
pãtes, elõgari permiſiſti a meis. & hoc *à miſeria*
. i. ꝓpter miſeriã quã ipſi paſſi ſunt ab inimicis
eccleſiæ. legũtur hæc eadẽ in pſona capitis q̃ di
cta ſunt ſuperius, ſic: Clamaui ad te dñe, tota die

expandi ad te manus meas. pro quo clamore,
& manuum expanſione, de morte me reſuſcita
bis: quia cum conſtat quod per me facturus es
mirabilia, aut per me mortuum facies mirabi-
lia mortuis, aut per me uiuum uiuis. ſed per me
mortuum nō facies mirabilia mortuis. quod di
cit, Nunquid mortuis (ſubaudis in corpore) fa-
cies mirabilia, id eſt, reparationem humani gene
ris? Aut nunqd medici, id eſt, prædicatores mei
ſuſcitabūt illos mortuos, ſi hoc eſt quod non re
ſurrexero, & confitebuntur tibi? Nunquid nar-
rabit aliquis eorum miſericordiam tuam, id eſt,
reparationē humani generis illis qui ſunt clauſi
in ſepulchro, & ueritatem tuam in perditione,
id eſt, illis qui peccatis ſuis exigentibus, ad locū
perditionis deuenerunt? Vel ſic, Nunquid nar-
rabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam,
id eſt, in conſideratione mei ſepulti & non reſuſ
citati? Et quis narrabit ueritatem tuam in per-
ditione, id eſt, præcepta tua uera, ſiue remunera
tionem tuam, ſi periero? Et nunquid cognoſcen
tur me manente in tenebris mirabilia tua, & iu
ſtitia, id eſt, fides iuſtificans, nunquid cognoſce-
tur in terra obliuionis, id eſt, in corpore meo ob
liuioni tradito, ſi non reſuſcitatus fuero? Vel
ſic, Nunquid cognoſcentur in tenebris, id eſt, in
illis qui iam ſunt in loco tenebrarum, & iuſtitia
tua in terra obliuionis, id eſt, in illis qui iam ſunt
in illo loco, ubi digne deberēt tradi obliuiōi? &
ego ad te domine clamaui. Quaſi dicat: Ego ui-
dens quia per me mortuum nulla eſſent futura
mirabilia, ideo clamaui ad te domine ut me re-
ſuſcitares, & oratio mea præueniet te, id eſt, præ
cedet, ut exauditio tua ſubſequatur. quod appa
rebit mane, id eſt, in reſurrectione mea facta ma
ne. uel oratio mea mane, id eſt, in ſedulitate fa-
cta, præueniet te, id eſt, placebit tibi. Et quia præ
ueniet te oratio mea, ut quid repellis, id eſt, re-
pellere uideberis orationem meam, qua in cru-
ce ad te clamabo, dicens: Domine deus meus,
reſpice in me. & ut quid auertis faciem tuam à
me? Ideo uidelicet, qa ego ſolus uideor tibi ido-
neus ad reparationem humani generis. quod di
cit, Pauper ſum ego, id eſt, humilis appareo, ut
per me humilē humana ſuperbia recipiat medi
cinam. & ſum in laboribus à iuuentute mea, id
eſt, ex eo tempore quo quiſq; pronior eſt ad la-
pium. Exaltatus autem ſum apud te, humilia-
tus apud homines, & conturbatus eorum per-
ſecutione. Ad quid autem ſit conturbatus, ſub-
iungit: In me *tranſierūt* iræ tuæ, id ē, ira tua quæ
aſſenſu fuit contracta in humanum genus pro-
pter peccatum primi hominis, iuxta quod pro- Iſa. 53.
pheta dicit: Propter peccata populi mei percuſ
ſi eū. Hæc ira in me poſita tranſiit: quia per me
placata eſt, & terrores tui, non à te facti, ſed à te
permiſſi, cōturbauerūt me. Et quomodo? Quia
circundederunt me ſicut aqua, q̄ undique inuol
uit tota die, id eſt, aſſidue. & circundederunt
me ſimul, minores uidelicet & maiores: mino-
res, male conſentiendo: maiores, male iudican
do. & ideò elongaſti à me amicum, id eſt, quem
libet qui deberet eſſe amicus meus, & ꝓximum
ſecundum carnem, & notos meos ſecundum fi
dem. & hoc à miſeria, id eſt, propter miſeriam
à Iudæis mihi illatam.

¶ Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII.

MIſericordias domini in æternum cantabo. In generatione & generatio-
nem annunciabo ueritatem tuam in ore meo. Quoniam dixiſti, in æter-
num miſericordia ædificabitur in cælis, præparabitur ueritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, uſque in
æternum præparabo ſemen tuum. Et ædificabo in generatione & ge
nerationem ſedem tuam. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine, ete
nim ueritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur domi
no, ſimilis erit dño in filijs dei? Deus qui glorificatur in conſilio ſanctoꝝ, magnus & ter-
ribilis ſuper omēs qui in circuitu eius ſunt. Domine deus uirtutum, quis ſimilis tibi? po
tens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris poteſtati maris, motum au-
tem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliaſti ſicut uulneratum ſuperbum, in brachio
uirtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra. orbem terræ & ple-
nitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Thabor & Hermon in nomi-
ne tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, & exaltetur de-
xtera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Miſericordia & ueritas præcedent
faciē tuam, beatus populus qui ſcit iubilationem. Domine, in lumine uultus tui ambula
bunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur. Quoniam
gloria uirtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum. Quia do
mini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael regis noſtri. Tunc locutus es in uiſione ſanctis
tuis. & dixiſti, poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. Inueni
Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, &
brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis

non apponet nocere ei. Et concidam à facie ipſius inimicos eius, & odientes eũ in fugam conuertam. Et ueritas mea & miſericordia mea cũ ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipſe inuocabit me, pater meus es tu: deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli. Si autem dereliquerint filii eius legem meã, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iuſtitias meas prophanauerint, & mãdata mea nõ cuſtodierint. Viſitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. Neque prophanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis, nõ faciam irrita. Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis. Tu uero repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum. Auertiſti teſtamentum ſerui tui, prophanaſti in terra ſanctuarium eius. Deſtruxiſti omnes ſepes eius, poſuiſti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes uiam, factus eſt opprobrium uicinis ſuis. Exaltaſti dexteram deprimentium eum, lætificaſti omnes inimicos eius. Auertiſti adiutoriũ gladii eius, & non es auxiliatus ei in bello. Deſtruxiſti eum ab emundatione, & ſedem eius in terra colliſiſti. Minoraſti dies temporis eius, perfudiſti eum confuſione. Vſquequo domine auertis in finẽ, exardeſcet ſicut ignis ira tua? Memorare quæ mea ſubſtantia: nunquid enim uane conſtituiſti omnes filios hominum? Quis eſt homo qui uiuet, & non uidebit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi. Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, ſicut iuraſti Dauid in ueritate tua? Memor eſto domine opprobrii ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui. Benedictus dominus in æternum, fiat fiat.

Ethan, interpretatur robuſtus. Iezraelita, orientalis aduena. Qui autem uult eſſe robuſtus, neceſſe eſt ut robur ſuum & fortitudinem ſuã nõ ſibi ipſi, ſed deo tribuat. Nam qui ſibi attribuit quod fortis ſit, ipſe amiſſa fortitudine debilis efficitur. Quod attendebat ille qui dixit: fortitudinem meam ad te cuſtodiam. (Pſal. 58.) Hic taliter robuſtus loquitur in hoc pſalmo, commendans nobis miſericordiam domini dei, quæ in ſuis fidelibus in æternum manſura eſt. Dicit aũt ſic:

M*iſericordias domini in æternũ cãtabo.* Quaſi dicat: Audite, attendite, patienter expectate: quia cantabo miſericordias domini, in æternum uos ducturas, uel in æternum manſuras. Quaſi dicat: Ira in Adam temporalis, miſericordia autem domini quæ præcludet iram, erit æternalis. Nota quia pluraliter dicit, miſericordias: quia cũ multæ p̃cedant iniquitates noſtræ, neceſſe eſt ut ſubſequãtur eius multæ miſericordiæ. quod dicit, miſericordias domini, id eſt, reparationem humani generis, in æternum cantabo. & non tñ cantabo miſericordias, ſed etiam *annunciabo ueritatem tuam*, id eſt, completionem miſericordiæ promiſſæ, duraturam *in generatione & generationem.* & hoc annunciabo *in ore meo*, id eſt, in ore cordi conſono: quia non diſſimulabo ore, quod concipio corde. Nota quod dicit, annunciabo ueritatem tuam in ore meo. Quaſi dicat: Duo ſunt. unum tuum, aliud meum. Tua eſt ueritas, meum eſt os. & ideo annunciabo ueritatem tuam, quia niſi annunciauero, ſeruus non ero, ſi autem ex meo annunciauero, mendax ero. quia omne bonum à te proceſſit. quod dicit, annunciabo ueritatem tuam in ore meo. & hoc ſecure faciam, *quoniam tu dixiſti, miſericordia*, id eſt, reparatio humani generis, ædificatur in æternum mãſura. Et hoc ita fiet, quia *in cælis præparabitur ueritas tua in eis*, id eſt, ueritas præceptorum meorum præparabitur in cælis, id eſt, in apoſtolis tuis, in quibus promiſſio tua complebitur, ita ut in eis ſit: quia non erit eis erubeſcentia prædicare ueritatem tuam, quam poterunt ſignis & rationibus defendere. *Diſpoſui teſtamentum electis meis. iuraui Dauid ſeruo meo, uſq; in æternum præparabo ſemen tuum.* Non tantum miſericordia ædificabitur in æternum, ſed etiam dixiſti: diſpoſui teſtamentum, nouum uidelicet per gratiam datum electis meis, id eſt, filiis meis, qui propoſui uetus teſtamentum ſeruis. Vnde iſtud, Quos prædeſtinauit, hos & uocauit. (Roma. 8.) quod dicit, diſpoſui teſtamentum electis meis. & dixiſti etiam, Iuraui Dauid. Fuit certus Dauid quando dixit, & certior fuit quando iurauit. quia iuratio deitatis, eſt firmatio promiſſionis. Aedificabo in generatione & generationem ſedem tuam, id eſt, in æternum. Nota ſemen Dauid præparatum in æternũ. quia imitatores Chriſti, qui naſciturus erat de ſemine Dauid, in æternũ manebunt, & eius ſedes ædificata ẽ in generatiõe & generationẽ. & ſic quod Dauid

carnali fuit promiſſum, in Dauid ſpirituali, qui
ex ſemine eius fuit, eſt completum. *Confitebũtur
cæli mirabilia tua domine.* Quaſi dicat: Veritas tua
præparabitur in cælis, & ideo ipſi cæli confite-
buntur mirabilia tua, id eſt, laudabunt mirabi-
lia tua. Quid mirabilius, quã qui heri fuit ebri-
us, hodie eſt ſobrius: qui heri fuit inceſtus, nunc
caſtus: qui heri fuit damnatus, nunc in regnum
aſſumptus? In his mirabilibus tu quiſque lau-
da deum, lauda eum, quia mortui ſunt reſuſci-
tati. plus lauda eum, quia perditi ſunt redem-
pti. quod dicit, confitebuntur cęli mirabilia tua
domine. Quaſi dicat: Quid mirabilius q̃ quod
Iob.3. deus ſic dilexit mundum, ut filium ſuum unige
nitũ daret? hoc promiſit, & nõ eſt mentitus. Ni
hil mirabilius effectu hoc de hoc facto. *Etenim
ueritatem tuam in eccleſia ſanctorum.* Quaſi dicat:
Vere confitebuntur cæli mirabilia tua, quoniã
annunciabũt ueritatem tuam in eccleſia ſancto-
rum, id eſt, in congregatione fidelium. Et meri-
to tuam annunciant ueritatem, & non ſuã: quo
niam nullus tibi comparari poteſt ex omnibus
quos tu feciſti ſanctos. quod dicit, *quoniam quis in
nubibus æquabitur domino* nubium? Nota q̃ eos
deus uocat nubes, qui prius appellati ſunt cæli.
Cæli dicti ſunt, q̃ ſplẽdore ſuæ ſanctitatis nos
irradiant: nubes dicuntur, quia ſanctitas eorum
carne quaſi nube tegitur, ne nos uideamus eorũ
interiora. Qđ enim a nube deſcendit, uidemus:
quod autem ſit in nube, nõ uidemus. ita imbrẽ
ſanctæ prædicationis ab apoſtolis manãtem ui
demus. quod autẽ intra eos contineatur, niſi eis
nobis reuelantibus, ſcire non poſſumus, quoniã
non eſt hominis ſcire occulta alterius cordis. &
q̃s *ſimilis erit domino*, filio dei uidelicet *in filijs* ho
minum? Nullus utique, quia ipſe eſt natus, cæte
ri adoptiui. Ipſe eſt filius per naturã, alij per gra-
tiam. ipſe eſt *deus qui glorificatur in conſilio ſancto
rum.* Conſilium ſanctorum eſt, nõ quærere quæ
ſua ſunt, ſed quæ dei: non terrenis inhiare, ſed
cæleſtia deſiderare. In hoc conſilio glorificatur
merito ipſe ſolus, quia ipſe ſolus eſt *magnus*, alij
parui: ipſe *terribilis ſuper oẽs qui in circuitu eius
ſunt.* Hic quæritur, cum deus ſit incircunſcriptũ
lumen, & nullo loco comprehendi poteſt, quo
modo aliquid circa ſe habeat. Sed quia ex gen-
te iudaica matrem unde carnem aſſumeret, ha
buit. ibi habitare corporaliter uoluit, ibi etiam
p̃dicare uoluit: nõ incõgrue quãtum ad gentẽ il
lã, dicitur habere circa ſe aliquid. quia gẽs iudai-
ca a gẽtibus circundabatur, & eorũ perſecutiõe
opprimebatur, quia gentibus uidelicet dñs fuit
terribilis, quia in eius noĩe plura eorũ idola, inq̃
bus cõfidebãt, ſunt cõfracta. & ipſę gentes eius
timore cogebãtur ſectã ſuã dimittere. Vel alit,
Terribilis ſuper oẽs qui in circuitu eius ſunt .i.
ſuper eos qui circũeunt ut eius imitatores fiant.
Et q̃nquidem tu ſolus es magnus, tu ſolus terri
bilis, o *domine deus*, nõ tãtum hoĩm, ſed etiã *uir-
tutum* cæleſtiũ, *quis ſimilis* eſt *tibi*? Nullus utiq̃,
quia tu *potens es domine, & ueritas tua in circuitu
tuo.* i. circuit te ſemper, quia a te ipſo habes ueri
tatem, cæteri habent non a ſe, ſed a te. Vñ illud,
Orõ mea in ſinũ meum cõuertetur. Vel ueritas Pſal.34.
.i. cõpletores ueritatis tuę. ſunt in circuitu tuo. i.
in tuo aſſeclatu. & te circundant, ut imitatores
tui exiſtãt. *Tu dominaris poteſtati maris.* Q. d. Ve-
re tibi in nubibus nullus æq̃bitur. nullus tibi ſi
milis, quia tu dñaris ptãti maris .i. amaritudini
gentium. *Motũ autẽ fluctuũ eius tu mitigas.* i. com-
minationes principum, qui cum q̃dam impetu
q̃ſi fluctus ſæuiunt, mitigabis, nõ ex toto diſſi-
pabis, quia etſi aperte nõ ſæuiat leo, ſæuit tamẽ
occulte draco. Potẽs es domine, & ueritas tua
.i. p̃cepta tua uera erũt in circuitu tuo: quia licet
in gente iudaica naſci uoluiſti, nõ tamen in genti
bus q̃ ſunt in circuitu tuo, notificari renuiſti. &
tunc, uidelicet quãdo ueritas tua annũciabitur
in circuitu tuo, fiet quod dictum eſt: Venit leo Iudic.14.
obuiam Samſoni, ad deſponſandã ſibi uxorem
de philiſtæis uenienti. Tunc fremet leo, id eſt, ma
re amaritudo gentium. ſed quæ cura? Tu domi-
naris poteſtati maris, motum autem fluctuum
eius tu mitigas. & *tu* humiliatus, humilis bis *ſu-
perbũ ſicut uulneratũ*, id eſt, ſicut quẽlibet qui pro
graui uulnere cederet inimico. Nam quis, dato
tanto humilitatis exemplo, nõ deponeret ſuper
biã? Nullus utique. leuabis manum brachij *uir
tutis tuæ*, id eſt, in forti uirtute tua diſperdes *ini-
micos tuos*, ut fiant tibi amici, qui ceſſabunt cole
re creaturam, & adorabunt uerum creatorem.
Tui ſunt cæli & tua eſt terra. Quaſi dicat: Merito
dico eos diſperdi in brachio uirtutis tuæ: quia
cæli per quos fiet diſperſio, tui ſunt. & tua ẽ ter-
ra quam colunt, id eſt, ipſi qui diſpergentur per
cælos, tui erunt: quia *orbem terræ*, id eſt, terram
orbiculatã, infra perfectos uidelicet in uirtute,
& plenitudinem eius terræ, id eſt, adhuc perfecti-
ores quàm illi qui ſunt orbis, *tu fundaſti*, id eſt,
ſuper fundamentum, Chriſtum uidelicet, qui ue
rum eſt fundamentum. *aquilonem & mare tu cre
aſti.* i. deſperatiſſimos in quibus refrixit charitas,
qui per aquilonem intelliguntur & mare, id eſt,
amarificantes ſe ipſos & alios, tu confirmaſti ad
hoc, ut fierẽt orbis terræ & plenitudo. Et ipſi au
tem quid? *Thabor & Hermon exultabunt in nomi-
ne tuo*, id eſt, illi qui aliquando fuerunt tenebræ,
nunc autem lux in domino, abnegantes impie-
tatem & ſecularia deſideria, exultabunt in noĩe
tuo glorificãdo. Thabor & Hermon ſunt mõtes
duo, ſignificantes iudæã & gentilitatẽ. Thabor,
quis interpretatur ueniens lumen, nõ incõgrue
iudæos deſignat, ex q̃bus p̃ceſſit Chr̃s lumẽ ue
rũ, illuminans omnem hoĩem uenientẽ in hunc
mũdum. Hermon interpretatur anathemati-
zatio, ubi intelliguntur gentes, ſe ipſas anathe
matizãdo, a cultura idolorũ recedẽtes, & Chri
ſtũ imitantes. q̃d dicit, Thabor & Hermon .i. iu
dęi & gẽtes exultabũt in noĩe tuo. Et merito, q̃a
tuum brachiũ. i. tuũ robur, erit *cum potentia.* i. po-

tentia tua erit potens potētia, quia in æternum
manſura: aliorum utro infirma, quia ad tempus
manſura. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera
tua.* Quaſi dicat: Thabor & Hermon exultabūt
in nomine tuo. quod ut fiat, *firmetur*, id eſt, con
ſolidetur in eis *manus tua*, id eſt, poteſtas tua. q̃
faciat eos hic in nomine tuo exultare. & tādem
exaltetur dextera tua, quando uidelicet agni
ſeparandi ſunt ab hœdis. Nota quia hic firma-
tur manus ut ibi exaltetur dextera: quia hic fi-
deles innocenter uiuunt cum nocentibus, meri-
to dicitur manus ſimpliciter firma eē. ibi autem
quia ſeparandi ſunt boni a malis, merito exalta
bitur dextera: quia nunc uenit mitis, tunc ueni-
et terribilis. *Iuſtitia & iudiciū præparatio ſedis tuæ.*
Quaſi dicat: Vere exaltabitur dextera tua, quia
iuſtum iudicium præparabit tibi ſedem. Inte-
rim autem quid? *Miſericordia*, id eſt, remiſſio
peccatorum. *& ueritas*, id eſt, completio pro-
miſſionis. *præcedent faciem tuam*, quia tu uidelicet
uenturus es in maieſtate patris. Et quandoqui-
dem tu tantus es, *beatus* ergo *populus qui ſcit iubi
lationem*, id eſt, qui probat tibi eſſe iubilandum
ineffabili affectione cordis, per quam digne fit iu
bilus. quia iubilare eſt tantam lætitiam mentis
habere, quantam nullus poteſt uerbis exprime
re. Alia continuatio: Miſericordia & ueritas præ
cedent. & quia præcedent, ergo beatus ille qui
attendendo miſericordiam ipſam & ueritatem,
ſcit iubilare, ſicut & prius *Domine, in lumine uultus
tui ambulabunt.* Quaſi dicat: Vere ſunt beati qui
ſciunt iubilare, quia ipſi ambulabunt, id eſt, dele
ctabunt in lumine uultus tui, id eſt, tua cognitio
ne illuminati. *& in nomine tuo exultabunt tota die*,
id eſt, continue. *& in iuſtitia tua exaltabuntur*,
non quærentes ſuam ſtatuere iuſtitiam, ſed tu-
am. & merito tuam, quia uirtus *eorum tu es*. & id-
eo attendunt ſe eſſe uirtuoſos non a ſe, ſed a te.
& ideo non in ſe, ſed in te gloriabuntur. *& in be
neplacito tuo*, id eſt, in bona uoluntate tua, non in
meritis noſtris. *exaltabitur cornu noſtrum*, id eſt,
ſublimitas noſtra uel defenſio noſtra. *Quia do-
mini eſt aſſumptio noſtra.* Quaſi dicat: Vere in tuo
beneplacito exaltabitur cornu noſtrum. quia aſ
ſumptio noſtra qua aſſumpti ſumus de maſſa p
ditorum, eſt domini: quia ipſe nos aſſumpſit, &
non ipſi nos. *& eſt ipſa* aſſumptio *regis noſtri*, id
eſt, hominis dominici in omni bonitate nos re-
gentis. *Tunc locutus eſt in uiſione ſanctis* ſuis. Qua
ſi dicat: Vere aſſumptio noſtra erit domini, quia
hominis uidelicet, uerbo patris aſſumpti. q͞a tu
deus pater locutus *es* in uiſione, id eſt, manifeſte
uel multiplici reuelatione ſanctis *tuis*. tunc uide-
licet quando dixiſti, miſericordia ædificabitur
in æternum. locutus es dico, *& dixiſti* per facta
patriarcharum & dicta prophetarum. Et quid
dixiſti? *Poſui adiutorium* illorum uidelicet qui ſal
uandi ſunt, *in* quodam *potente*, id eſt, in filio meo
qui omnia potenter aget, ſpoliās principatus &
poteſtates, confidenter trāſduxit eos, triūphans
in ſemetipſo. *& exaltaui electum*, id eſt, filium me
um ſuper omnia mihi dilectum, naſciturum *de
plebe mea*, id eſt, de gēte Iudaica, quia ſalus ex Iu Iob. 4.
dæis eſt. *inueni Dauid ſeruum meum.* Quaſi dicat:
Dixiſti, poſui adiutorium in potente. & dixiſti
etiam, inueni Dauid ſeruum meum, Dauid uide
licet ſpūalem, non carnalem. Vnde alibi, Inue- 1. Re. 16.
ni Dauid uirum ſecundum cor meum. & *unxi* Actu. 13.
eum oleo ſancto meo, ſpirituali uidelicet iucundita
te. Vnde alibi, Vnxit te deus deus tuus oleo læ Pſal. 44.
titiæ præ conſortibus tuis. quod & hic dicit,
Oleo ſancto meo unxi eum. Quod inde appa-
ret, quia *manus mea*, id eſt, potentia *auxiliabitur ei*
in ſuis. *& brachium meum*, id eſt, robur meum *cō-
firmabit eum* intantum, quod mihi erit coæqua-
lis. *& nihil proficiet in eo*, id eſt, ad nullum effe-
ctum ueniet, & ſi incipiat. *inimicus*, id eſt, per-
ſecutor. *& filius* uidelicet *iniquitatis*, id eſt, ſer-
pens malignus, *non apponet nocere ei*. Nocuit ue
ro primo homini, ſed non addet nocere huic.
Tentabit eum, ſed non apponet hoc ut noceat.
quia eum tentando non ſuperabit. *Et concidam*,
id eſt, concidi faciam *inimicos eius à facie*, id eſt, a
cogitatione eius. quia qui prius erāt inimici eius,
a ſanctis prædicatoribus præcidentur a corpo-
re infidelium, & coaptabūtur corpori fidelium.
& hoc totum erit a facie *ipſius*, id eſt, præcogita
tione ipſius. Hoc enim præfigurabatur, quando
Moyſes caput uituli in puluerem redegit, & Iu-
dæis ad bibendum dedit. Caput uero uituli infi Exo. 32.
deles ſignificabat. & q͞ in humilitate per cogni-
tionem domini contriti, fidelibus erant concor
porandi, quod dicit, & concidam a facie ipſius
inimicos eius, *& odientes eum in fugam conuertam.*
quia qui nunc ſunt inimici, ad eum confugiendo
fiēt amici. *& ueritas mea*, id eſt, impletio promiſ
ſiōis. Vnde Apoſtolus: Per ipſum, inquit, amen 2. Cor. 1.
deo. *Et miſericordia mea*, id eſt, reparatio humani
generis erit *cum ipſo*. *& in nomine meo*, ſubaudis
glorificando, *exaltabitur cornu eius*, id eſt, ſubli-
mitas eius. *Et ponam in mari manum eius*, id eſt, in
gētibus erit eius poteſtas, *& in fluminibus ponam
dexteram eius*. quia principes maiori potētia ſub
di debent deo quàm ſubditi, quia maior uis do
mini apparuit in conuerſione regum, quàm in
conuerſione pauperum. Quod dicit, Ponam in
mari manum eius, & in fluminibus dexterā eius.
Et merito, quia ipſe & non alius, *inuocabit me*, di-
cens: *Pater meus es tu* ſecundum diuinitatem, *de
us meus* ſecundum humanitatem, *ſuſceptor ſalu-
tis meæ*, quia uerbum tuum me hominem in ho-
mine a peccato ſuſcepit. *Et ego primogenitum
ponam illum, excelſum præ regibus terræ.* Quaſi di-
cat: Ipſe inuocabit me, & hoc non fruſtra: quia
ego ponam eum primogenitum, id eſt, dignio- Ro. 8.
rem omni creatura. Vnde Paulus, ut ſit ipſe pri
mogenitus in multis fratribus. Solebāt antiqui
tus primogeniti filii eſſe maioris dignitatis in do
mibus patrum cæteris filiis, ſecūdum quod ho
mo dominicus merito dicitur primogenitus, q͞a

ſuper omnem creaturam exaltatus, & per eum
omnis qui eſt exaltatus, eſt eleuatus. Excelſum
Pſal. 71. præ regibus terræ. Vt illud, Adorabunt eũ oẽs
reges. *In æternũ ſeruabo illi miſericordiam meam* in
Mat. 28. ſuis. Quod alibi, Ecce ego uobiſcum ſum uſ-
que ad conſummationem ſeculi. *Et teſtamentum
meum*, id eſt, pactum meum. quod promiſi hæ-
reditatem meam fidelibus dandam, erit *fidele*, id
eſt, probabile *ipſi*, uidelicet in ſuis, q̃a nullus cre
det ꝑmiſſionibus meis, niſi huic capiti quaſi mẽ-
brum adaptetur. *Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen
eius*, id eſt, firmiter ſtatuam imitatores eius, ſub-
audis duraturos. *& thronum eius*, illos uidelicet,
qui ſunt eius ſedes, ponam *ſicut dies cœli*, id eſt, in
claritate eos permanere faciam, deterſa om̃i no-
ctis caligine. uel ponam illos ſicut dies cœli, id
eſt, æternaliter manſuros. Nota eos dies acci-
pi per ſedem & per thronum, quia qui imitan-
tur eum, ipſi eius ſemen ſunt & thronus, quia in
eis eius ſedes ẽ. Sed q̃a faſtidiũ gñaret idem uer
bum bis repetitum, ideo diuerſis uerbis idem
oſtẽdit. uel poſſunt accipi per thronum maiores,
per ſedem minus perfecti. *Si autem dereliquе-
rint filij eius legem meam.* Quaſi dicat: Ego promiſi
me poſiturum ſemen in ſeculum ſeculi. ſed ſi de
reliquerint filij eius legem meã hoc modo, quod
in iudicijs meis non ambulauerint, id eſt, ſi non dele
ctantur in iudicio meo, id eſt, in diſcretione mea
uera, ut multi monachi ſunt, quos prius grauat
ſeruitium domini, licet perfecti ſint filij futuri,
de quibus hic dicitur: Si in iudicijs meis non am
bulauerint, & *ſi iuſtitias meas prophanauerint*, por
ro a phano, id eſt, a ſanctitate fecerint, *& manda-
ta mea non cuſtodierint*, id eſt, dilectionem dei & ꝓ
ximi non habuerint. *uiſitabo in uirga* correptio
nis *iniquitates eorum*, *& in uerberibus* paternis,
non ſeruilibus, *peccata eorum*. His uerberibus nõ
dedignetur quiſq; flagellari: quia melius eſt cor-
rigi flagello patris, quàm perire blandimento p̃
Heb. 12. donis. Vnde Paulus: Si extra diſciplinam, ait,
eſtis, cuius omnes participes ſunt, ergo non filii,
ſed adulteri eſtis. *Miſericordiam autem meam non
diſpergam ab eo.* Quaſi dicat: Quanquam filios Da
uid uiſitaturus ſim in uirga, ſi deliquerint, tamen
miſericordiam meam, id eſt, promiſſiones me-
as non diſpergam ab eo, id eſt, non auferam ab
ipſo Dauid. *neq; nocebo ei.* & hoc *in ueritate mea*,
ſubaudis dico. uel nõ nocebo ei in ueritate mea,
id eſt, in uero iudicio meo, quo in uirga correpti
Pſal. 1. onis uiſito iniquitates eorum. Vnde alibi, Om̃ia
quæcunq; faciet, proſperabũtur. Exerceat ergo
diſciplinam domini, nõ auferat miſericordiam.
cædat contumacem, dum tamen filio ſeruet hæ
reditatem. Neque nocebo in ueritate mea. *neque
prophanabo teſtamentum*, id eſt, pactum *meum. &
quæ procedunt de labijs meis*, id eſt, quæ promiſſa
ſunt per labia præconum meorum. *non faciam ir-
rita.* Nota quia prophanaret teſtamentum, ſi nõ
adimpleret promiſſum. *Semel iuraui in ſancto meo.*
Quaſi dicat: Ideo non faciam irrita quæ proce-
dunt de labijs meis, quia ſemel iuraui in ſancto
meo, ſubaudis conſtituendo, ſancto uidelicet ſan
ctorum. uel in ſancto meo. i. in ſanctitate mea, ſe-
cundum quod iuramentum impoſſibile eſt men
tiri. Vnde illud, Per memetipſum iuraui, dicit Ge. 22.
dominus. Et quid iurauit? *Semen eius in æternum
manebit, & thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo*, id
eſt, ſedes illius erit in conſpectu meo, id eſt, in in-
teriori ſuo, id eſt, in anima, ubi ego ſolus conſpi
cio, ibi erit ſicut ſol fulgens uidelicet in uirtuti-
bus. & hoc quantum ad animam, quæ hic reſur
get in reſurrectione prima, ut tandem refulgeat
in conſpectu dei. Quantum autem ad corpus,
erit thronus eius *ſicut luna*, non luna quæ ſuſci-
pit cremẽtum & detrimentum, ſed luna quæ *per
fecta eſt in æternum*, id ẽ quæ perfectionem ſuam
æternaliter habebit. Vnde Paulus, Oportet, in 1. Cor. 15.
quit, corruptibile hoc induere incorruptionem,
& mortale hoc induere immortalitatem. Nota
quod dicit, ſicut luna perfecta in æternum: quia
etſi hoc ſit quod luna non ſit duratura in æternũ,
non minus ualet ad ſimilitudinem, quia ſolet ab
impoſſibili ſimilitudo trahi: ut illud, colatis culi Mat. 23.
cem, & ſorbetis camelũ. quod dicit, ſicut luna ꝑ
fecta in æternũ. *& huius rei ẽ teſtis in cœlo fidelis*,
Chriſtus uidelicet. quia nec fallit, nec falli poteſt.
Ipſe enim, inquit apoſtolus, ſuſcitauit nos per uir
tutem ſuam. Hoc iuraui Dauid in ſancto meo. *ſi
autem Dauid mentiar*, i. nũquid alicui uerũ dicam,
quantum ad uerbum ſuum, cum quo omnia diſ
poſuit. Neque enim opus eſt ut ſecundo iuret:
quia ſemel iurãdo omnia ſtabiliuit, nec aliquem
unquam fefellit. *Tu uero repuliſti & deſpexiſti.* Vſ.
q; huc uerba fuerunt domini, promittentis Da-
uid mirabilia, quæ ſuperius ſunt notata. hic uero
iam redit propheta ad uerba ſua. quaſi ſic dicat:
Tu domine deus, promiſiſti mihi quod non au
ferres miſericordiam tuam a me, neq; prophana
res teſtamentum meum, & cætera multa. & ta-
men nõ exhibes quod promiſiſti mihi, quod nõ
auferres miſericordiam tuam a me, quia tu uero,
id eſt, reuera repuliſti. Præteritum dicit pro fu-
turo, quaſi repellere uideberis. & deſpicere, id
eſt, deſerere uideberis populum tuum cui præ-
ſum. Repulſus fuit Dauid carnalis, quando per
Abſalonem ſuum multas paſſus eſt tribulatio-
nes. deſpectus etiam fuit populus cui præfuit,
quando in captiuitate detentus fuit. Sequitur:
Diſtuliſti Chriſtum tuum, id eſt, me unctum tuum
differes a promiſſionibus tuis. quia quæ mihi ꝓ-
miſiſſe uideris, complebis in Dauid filio meo, cui-
us typum gero. Ecce nota Dauid cum dicit, repu
liſti & deſpexiſti, eundem eſſe ad alium Dauid,
ut in eo uideamus completa quæ hic uiden-
tur eſſe promiſſa. ſed etiam faciendum eſt in ali
is, ut prophetia uera ſit. Prophetatum fuit duo- Ge. 25.
bus fratribus filiis Rebeccæ, maior ſeruiet mi-
nori: cum tamen nunquam legitur quod maior
frater Eſau ſeruiſſet Iacob, ſed potius legitur
quod Iacob reuerſus cum uxoribus ſuis de Me-

ſtis cum paleis, mixius conſtitue agendum cū granis, ut ſeparata palea, grana recondantur in horrea. *Exardeſcet ſicut ignis ira tua*, ſicut ignis incinerans & non purgans? Nequaquam domine. ſed *memorare quæ mea ſubſtantia*, id eſt, quàm ſancta & quantæ dignitatis ſit ſubſtantia, Chriſtus uidelicet, qui ex carne mea naſciturus eſt, cui uelut capiti adaptandi ſunt homines uelut membra eius, ſicut ignis conſumptionis, ſed potius ſicut ignis conſummationis. Nota Chriſtum proprie dici ſubſtantiam, quia ab eo ſuſtentatur quiſq; qui in fide fideliter operatur. quod dicit, Memorare quæ mea ſubſtantia. quod reuera facies, qa non uane conſtituiſti filios hominū. Vani enim eſſent conſtituti, ſi nōn ipſi capiti mēbra coaptarentur. quod dicit ſub interrogatione, *Nunquid uane conſtituiſti omnes filios hominum?* Non. Sed memorare potius in illis, *quis eſt homo*, id eſt, qualis & quàm ſanctus ſit homo, *qui uiuet, & ita*, q̄d *non uidebit* interiorem *mortem*, & *eruet animam ſuam de manu inferi*, id ē, de poteſtate tenebrarum, quia morietur in carne, ſed reſurget in maieſtate. *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine*, id eſt, in eo replebuntur tuæ miſericordiæ, id eſt, ante mundi conſtitutionem diſpoſitæ a te. *ſicut iuraſti Dauid in ueritate tua*. Nam firmiter promiſiſti te redempturum per eum humanum genus. *Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum*, opprobrii dico *multarum gentium*, *quod continui in ſinu meo*. quia illud occulte per ſpiritum prophetiæ præuidi futurum in ſeruis tuis. uel ſic. Memor eſto domine opprobrii ſeruorum tuorum, id ē, illorum qui patiuntur opprobrium quod continui in ſinu meo, id eſt, illud opprobrium uideo futurum in illis, qui in ſinu meo ſunt, id eſt, in illis qui adhuc ex carne mea naſcituri ſunt. Vel ſic, Memor eſto domine opprobrii ſeruorum tuorum, opprobrii dico multarum gentium, id eſt, quod multæ gentes improperant. illius opprobrii memor eſto, ut ipſæ gētes illud opprobrium patiantur pro te, quod opprobrium continui in ſinu meo, id eſt, in occulto cordis mei, ubi uideo gentes adhuc incorporandas fidelibus, ut impleatur corpus Chriſti. uel ſic, Memor eſto ſeruorum tuorum, id eſt, illorum qui patiūtur opprobrium, quod opprobrium, id eſt, quos patientes opprobrium continui in ſinu meo, id eſt, ſignificari uideo per manum reductam in ſinum. uel continui in ſinu meo, id eſt, quod mihi placitum, intus apud me repoſui: quia uideo in ſpiritu quod non reputabitur illis, qui paſſuri ſunt opprobrium illud pro opprobrio, ſed pro magna gloria. Memor eſto opprobrii *quod exprobrauerunt inimici tui*, Iudæi uidelicet. *quod exprobrauerunt commutationem*, id eſt, mortem *Chriſti tui*. Mors enim dicitur commutatio, quia per mortem commutatus eſt de morte in uitam, de corruptione in incorruptionem: ex qua commutatione ſit *benedictus dominus in æternum. Fiat* ei benedictio in priori populo, *fiat* & in poſteriori.

Oratio Moyſi hominis dei. LXXXIX.

DOmine, refugium factus es nobis à generatione in generationem. Priuſquā montes fierent aut formaretur terra & orbis, à ſeculo et uſque in ſeculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem, et dixiſti, conuertimini filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos tāquam dies heſterna quæ præteriit. Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat et tranſeat: ueſpere decidat, induret, et areſcat. Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione uultus tui. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, et in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, dies annorum noſtrorum, in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor. Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia. Conuertere domine uſquequo, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus uidimus mala. Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarū dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige.

Diſtinguitur nobis in hoc pſalmo uita ueteris hominis & noui, uita mortalis & uita uitalis, pœna uidelicet ueteris hominis, & gloria noui hominis. & intitulatur pſalmus iſte nomine Moyſi, non quod Moyſes feciſſet eum, ſed quia ipſe erat miniſter ueteris teſtamenti & propheta noui, in ipſo miniſterio diſcreuit nobis uitā ueterē, & uitā nouā. Vitā em̄ nouā inſinuauit myſterio ſuo, ſi ſpiritualit̄ intelligit̄. Ad ueterē aūt ptinet uitā, ſi carnalit̄ intelligatur. & dicit̄ oratio Moyſi, qa hō ille dei amabat ad deū orare, & frequēter cū deo familiarit̄ cōfabulari. Dī etiā

oratio hominis dei, non ſerui dei: quia quos uocat ad uitam æternam dominus, non iam duriter uocat eos ut ſeruos, ſed admonet ut filios &
Iob.16. amicos. Vnde illud, Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos dei. Audiamus ergo quid in hoc pſalmo diſtinguatur. Fugiamus, appetamus. fugiamus pœnam ueteris hominis, & appetamus gloriam noui hominis. Dicit autem propheta ſic:

D*omine, refugium factus es nobis à generatione in generationem.* Quaſi dicat: Domine uerbum, factor omnium, tu factus es nobis refugium: quia aſſumendo hominem, certum dediſti nobis ad te refugium. & hoc à generatione carnali in generationem ſpiritualem. quia æternale nobis es refugium, & ad te confugientibus ſuſtentaculum. *Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a ſeculo & in ſeculum tu es deus.* Quaſi dicat: Merito dico, ad te confugiendum, non ad hominem: quia ante omnem creaturam tu es deus. non dicit, tu fuiſti; ſed, tu es deus. quia non conuenit fuiſſe, cui omnia ſunt præſenua. Vnde ipſemet, Ego ſum qui ſum. Vel ſic:
Exo.3. Dixi, tu factus es refugium. & tamen licet te factum nominaui, tu es deus priuſquam montes fierent, id eſt, priuſquam rationabilis ſupercæleſtis creatura à te fieret, id eſt, priuſquam formaretur terra, id eſt, homo, & priuſquam formaretur orbis, id eſt, priuſquam ipſa terra orbiculata fieret, id eſt, antequam homo in abundantia uirtutum poſitus eſſet. quia à ſeculo & uſque in ſeculum, id eſt, ab æterno & uſque in æternum tu es deus. Nota, quia in creatione angelorum nulla præceſſit materia, bene eum dixiſſe, priuſquã montes fierent. in creatione autem hominis quia terra materia præceſſit, bene dixit, formaretur terra. quia tũc terra q̃ſi formoſitatẽ recepit, quando ad eſſe hominis deducta fuit. *Ne auertas hominem in humilitatem.* Factus es nobis refugium. & ideo ne auertas, id eſt, ne auerti permitas hominem, in hoc ſubaudis poſitum. Auertiſti eum, permiſiſti uſurpantem ſibi nomen quaſi futurus deus eſſet, ne auertas eum in neceſſitate deiectionis ſuæ, quia in humilitate, id eſt, humilem ſe erga te fecit. Ceſſauit enim a culpa, & ideo tu ceſſa ab ira. Auertiſti elatũ, ne auertas eum humiliatum. uel ſic, Ne auertas hominem, id eſt, ne permittas auerti a ſublimitate tua in humilitatem, id eſt, in hæc infima. ut relictis cæleſtibus, terrena concupiſcat. & ideo dico, ne auertas, quoniã tu dixiſti: *Conuertimini* ad me *filij hominum*. & opus eſt ut ad te conuertantur, quia quantumcũq; uitam longæuam duxerint, quãtumcunq; opus ꝓlixum extenditur, tamen æternitati tuæ comparatum, nihil reperitur. quod dicit, *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna quæ præterijt.* Quaſi dicat: Ideo dico quod conuertendum ſit filiis hominum ad te, quoniam anni iſti temporales, & ſi mille, ante oculos, id eſt, comparati annis illis qui ſunt ante oculos tuos, id eſt, qui tibi placent, ſunt tanquã dies heſterna quæ præterit, id eſt, quæ iam non eſt, quia omnia temporalia ſunt tanquam non ſunt. *& cuſtodia in nocte quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Quaſi dicat: Comparaui annos iſtius uitæ diei heſternæ. ut autem adhuc magis tranſituros oſtendam, dico quia anni iſti ſunt ſicut cuſtodia in nocte, id eſt, tanquã quarta pars noctis. & adhuc minus dicam, anni iſti erunt eorum, id eſt, computati inter illa quæ pro nihilo habentur. Ecce magnam oſtendit deiectionem, cum oſtendit nos agere dies finiendos, & annos pro nihilo habendos. *Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, ueſpere decidat, induret & areſcat.* Ecce propheta iam aggratulatur diuinæ iuſtitiæ, quæ uindicat ſe iuſte in hominem. Quaſi dicat: Luat homo quod commiſit, qui peruẽturus erat ad æternitatem completa obediẽtia. experiatur corruptiõem, qui cecidit per ignorãtiam. tranſeat mane, id eſt, infantia cuiuſque, quę eſt ſicut herba quæ nunc uidelicet uiret, & eras areſcet. mane floreat, & infantia in adoleſcentiam uel iuuentutem ueniat. & tranſeat, ibi conſiderando quia nihil ſunt dies uitæ iſtius. & ueſpere decidat, & in ſenectutem cadat, & induret in ſenio, & areſcat in decrepita ætate, quoniã eum fatigat tuſſis indeſinenter. Vel ſic, Mane floreat & tranſeat, ueſpere decidat, id eſt, in ſenectutem moriẽdo cadat, & induret in cadauere, ubi mẽbra uniuſcuiuſque rigida fiunt, & areſcat in puluere. Vel ſic, Mane ſicut herba tranſeat, id eſt, uoluntas cuiuſque bona tranſeat ſicut herba, & non perueniat ad actum bonum. Voluntas mane cooperatur, quia in uoluntate primum refulget lux iuſtitiæ. Mane floreat, id eſt, bona uoluntas ad actum deducatur, & tranſeat, non habendo perſeuerantiam in bono opere: ſed ueſpere decidat, id eſt, in peccatis cadat, non relucente ei ſole iuſtitiæ: quia tunc quiſque quaſi ueſpere cadit, quando declinat a bonis, & incurrit mala. Induret in peccatis ſuis, iam in reprobum ſenſum traditus. & areſcat, id eſt, inutilis fiat ſicuti puluis, quem præ nimia ariditate ꝓiicit uentus à facie terræ. *Quia defecimus in ira tua.* Quaſi dicat: Quare hoc dicat ut tranſeat mane ſicut herba? quia defecimus in ira, id eſt, talem defectum exigebat ira tua. Quam commeruimus. quia hæc omnia ex pœna peccati habemus: quia propter peccatum in ira tua defecimus, & infirmi facti ſumus. *& in furore tuo turbati ſumus,* in tantum quod infirmitatem noſtram morte finire trepidamus. Et quia defecimus, ex hoc conſtat, quia *poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo*, id eſt, quod nõ es oblitus peccatorum noſtrorũ, quæ commiſimus in primo parente. *& ſeculum noſtrũ* .i. illud ſeculũ q̃d nosipſi nobis fecimus, poſuiſti *in illuminatione uultus tui*.i. in claritate tuæ p̄ſentiæ, ubi ſemper cõſpiceres, & nos q̃ſi ꝓ illo corrigeres. Quod effectus indicat, *quoniã oẽs dies gẽtiũ defecerunt. &* ideo apparet q̃d *in ira tua defeci*

mus .i.q̃d ꝑpt irã tuã in defectũ uenim⁹. *Anni no-
ſtri ſicut aranea meditabũtur. dies annorũ noſtrorũ in
ipſis ſeptuaginta annis.* Nota q̃a ſicut aranea inu
tilit laborat in tela ꝑficiẽda, in q̃ tãdẽ ipſa inter-
ficit. huic cõparantur anni noſtri, in q̃bus inutili
ter meditamur quomodo terrena acquiramus,
in quibus acquiſitis irretimur & ad mortẽ trahi
Eccl. 10. mur. Vnde illud, Quid ſuperbit terra & cinis?
Ibidem. Quoniã in uita ſua proijcit intima ſua. Dies an-
norum noſtrorum. Quaſi dicat: Non tantum an
ni noſtri, id eſt, diuturnus labor noſter erit inuti-
lis, ſed & dies noſtri, id eſt, quiſque labor noſter
erit inutilis, breuis eſt & comparatur araneæ &
inutili. In ipſis ſeptuaginta annis. Quaſi dicat:
Quia dies noſtri & anni ſunt ſicut aranea, id eſt,
meditãtur ſicut aranea, ideo abbreuiata eſt uita
noſtra, quod in ipſis diebus in q̃ibus robur cre
ſcit, inueniuntur tantum ſeptuaginta anni, cum
in uita anteceſſorum noſtrorum fuerint anni plu
Ge. 5. res. Mathuſalem enim uixit nõgentis & ſexagin
taquinque annis. Nota quia licet præceſſores
noſtri eandem pœnam peccati in primo parente
commeruerint quam nos cõmeruimus, tamen
non ita dominabatur in eis ſicut in nobis, quia
nõ tantum dediti fuerunt terrenis ſicut nos ſu-
mus. *Si autem in potentatibus, octoginta* anni. dici
tur quia robur hominis creſcat uſque ad ſeptua
ginta annos, & ſic ſtat uſque ad octoginta annos,
& poſtea decreſcit. q̃d dicit, Si in potentatibus
conſiderãtur anni, ita uidelicet, ut robur nõ de-
creſcat, erũt octoginta anni. *&* quod *amplius* eſt
.i. q̃d ſupereſt ultra octoginta annos, eſt *labor et
dolor eorum*, q̃ agunt tranſitorios annos. & hoc
unde proceſſit? Quia *ſuperuenit manſuetudo*, *&
corripiemur*.i. manifeſta correptio. & ſic corripie
mur manſuete, ne tandem corripiamur ſeuere.
Vel aliter, in ipſis ſeptuaginta annis. Septuagin
ta qui cõſtat ex ſecunda unitate, denario uideli
cet per ſeptenariũ multiplicato, pertinet ad ue-
terem uitã, q̃ uoluitur circulo ſeptenarij nume-
ri. & ſic poſſumus accipere per ſeptuaginta, ſtu-
dium terrenoꝝ. quod dicit, q̃a anni noſtri ſicut
aranea meditabuntur. ideo in ipſis ſunt ſeptua-
ginta. i. appetitus temporaliũ, q̃ ſeptem dieꝝ cir
culo notãtur. Nota q̃a idem accipitur ꝑ ſeptua
ginta & ſeptem, hac uicinitate: q̃a ſeptenarius
multiplicatus per denariũ, ſeptuaginta facit, &
hoc iterꝫ cõueniunt, q̃a ſicut in ſeptenario ſunt
ſeptẽ primæ unitates, ita et in ſeptuaginta ſunt ſe-
ptẽ unitates. Vel per ſeptenariũ põt accipi ma-
le ſabbatizãtium ſtudium. ideo q̃a iudæi literæ
inſiſtentes, ſeptimã diem, ſabbati uidelicet, cele-
brarunt. Vel põt accipi per lxx. luctus & mœ-
ror in captiuitate cõuerſantium: q̃m iudæi per
ſeptem decades. i. per lxx. annos in ciuitate de-
tenti fuerunt. ubi ꝑfigurabatur luctus & mœror
noſter, q̃s patimur quãdiu uitã in hoc ſeptena-
rio ducimus. & hoc eſt q̃d dicit, in ipſis ſeptua-
ginta *anni*. Si aũt in potẽtatibus agamus annos
noſtros .i. ſi regno cæloꝝ uim faciamus, erunt
lxxx anni. Regno dei uim facimus, q̃n carnali-
bus deſiderijs reſiſtimus, cæleſtibus adhęremus.
Vnde illud, A tempore Iohãnis regnum cælo- Mat. 11.
rum uim patitur, & uiolenti rapiũt illud. Nota
per octoginta ſtudium æternoꝝ, q̃ octauõ die
uentura ſunt, in fine uidelicet mundi, quãdo ſe-
ptenarius numerus finietur. uel q̃a octaua die
dñs reſurrexit, quã octauã diem celebramus in
ſigno uenturæ celebrationis, q̃ uentura eſt poſt
cõem reſurrectionem, põt accipi per octoginta
ſtudium uere ſabbatizantium. Nota idẽ acci-
pi per octogiuta, quod per octo. ideo, quoniam
ex octo decies multiplicato, cõſtituitur octogin
ta: & ſicut octo in ſe habet octo primas unita-
tes, ita octoginta in ſe habet octo ſecundas uni-
tates. Põt etiã accipi per octoginta felicitas ad
patriam redeuntium: quoniam iudæi qui deten
ti fuerunt in captiuitate, per ſeptem decades (.i.
per ſeptuaginta annos) detenti ſunt in captiuita
te, & in octaua decade reuerſi in patriã. ubi no-
ſtra reuerſio præfigurabatur, quãdo induta im-
mortalitatis tunica, ad patriam reuertemur. q̃d
dicit, Si in potentatibus annos noſtros agamus,
erunt anni noſtri octoginta, id eſt, aguntur tunc
anni noſtri in ſtudio æternorum, uel in ſtudio ue-
re ſabbatizantium, uel in felicitate ad patriam
redeuntium: quoniam quicũque regno dei uim
facit, hoc attendit & quod eſt amplius eorum an
norum, id eſt, quod amplius cõſideratur in iſtis
annis, eſt ſanctis labor & dolor. Amplius conſi
deratur in iſtis annis à ſanctis, quando ſolicitudi
nem gerunt pro his quæ neceſſaria ſunt uictui
& ueſtitui, quibus nullus ſanctus carere poteſt,
ſed eſt eis labor pro talibus ſolicitudinem gere
re, & dolent q̃a eos oportet ꝑ talibus eſſe ſoli-
citos. Vel aliter, Quod amplius eſt annorũ eo-
rum .i. quod amplius attendit quiſque in annis
iſtis, quàm quod hæc temporalia q̃ ad ſeptena-
rium pertinent, ſunt tranſitoria, & illa quæ futu
ra ſunt æterna: & quod amplius iterum quiſq;
attendit in iſtis terrenis, quàm quod ipſa fuerũt
data ad hoc, ut futura in iſtis intelligantur, illud
labor hic, & dolor in futuro. Nam qui hic adhę
ret terrenis bonis quaſi ueris, laborat pro eis ac
quirendis: & cum de hac uita migrauerit, erit ei
dolor perpetuus. Et quomodo hoc? Quia corri
piemur graui correptiõe quãdo ſuperuenit mã
ſuetudo. i. quãdo apparebit in maieſtate, uideli
cet terribilis qui nũc eſt oĩbus mitis. *Quis nouit
poteſtatẽ iræ tuæ?* q. d. Q̃m quidem ira tua q̃ nos
corripis, tãta eſt o dñe, quis eſt ille qui nouit di
gne irã tuã potentem, q̃ tu parcendo punis, &
puniendo parcis? Parcendo parcit dominus, q̃a
quos exterius ditat, interius excæcat: & flagel
lãdo parcit, q̃a quos exterius tribulari permit-
tit, interius inuincibiles cuſtodit. q̃d dicit, Quis
nouit poteſtatẽ iræ tuæ. *&* quis *dinumerare iram
tuã præ timore tuo*, ad hoc uidelicet, ut te timeat.
uel irã tuã præ timore tuo dinumerare. i. copiã
proſperitatum quam in ira tua quibuſdam con

cedis, qs digne dinumerat p̄ timore tuo, ut cōparet uidelicet copiā ꝓſperitatū numero pœnarū? Nā ad hoc exaltat deꝰ q̄ſdam, ut deiiciat: & ad hoc q̄ſdā ꝓſperat, ut capiantur. *Dexteram tuam ſic notā fac, & eruditos corde in ſapientia.* Quaſi dicat: Vt dinoſcamus iram tuam, notam fac nobis dexteram tuam, id eſt, filium tuum, ſic uidelicet, ut eum imitando, dinumeremus iram tuam præ timore tuo. & notos fac nobis eruditos corde in ſapientia, id eſt, illos quos tu exterius ſapientia tua erudiſti, ut eorum exemplo dinumeremus quæ dinumeranda ſunt, inter copiam proſperitatum & numerum pœnarum. Quod ut fiat. *cōuertere domine uſquequo,* id eſt, quo uſq; opus eſt conuerſione tua. *& deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos,* qui fuiſti exorabilis ſuper liberos tuos. Quod reuera facies. quia *repleti ſumus,* id eſt, replebimur *mane,* id ē, trāſacta nocte huius uitæ, *tua miſericordia: & exultauimus* exterius, *& delectati ſumus,* id eſt, delectabimur in interiori noſtro *in omnibus diebus noſtris,* diebus uidelicet ſempiternis, quando te uidebimus facie ad faciem. Et unde hoc nobis? Quia *lætati ſumus,* id eſt, lætabimur *pro diebus quibus nos humiliaſti,* id eſt, in quibus nos tribulari permiſiſti. & *pro annis quibus uidimus mala*. quia nullus ibi lætatur, niſi qui hic tribulatur: nulli patria eſt dulcis, niſi cui peregrinatio eſt grauis. *Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum.* Quaſi dicat: Vt ibi lætemur, hic interim reſpice in ſeruos tuos. reſpice dico in opera tua. quia quod tui ſerui facti ſunt, hoc eſt tuum opus, nō eorū. & ideo dirige filios eorum, id eſt, bona opera eorum. uel filios, id eſt, imitatores eorum in bonis operibus. & ut hoc fiat, *ſit ſplendor,* id eſt, imago *domini dei noſtri*, ratio noſtra uidelicet, per quam eum imaginari debemus. illa ſit *ſuper nos,* id eſt, dominetur nobis, non deprimatur a ſenſualitate. *Et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos,* ut ad ſuperna uidelicet tendant, & non pro mercede terrenorum fiant. Et quia omnia opera bona unū debent eſſe in radice charitatis, ideo & ſingulariter dicit: *Et opus manuum noſtrarū dirige.* Quaſi dicat: Sic dirigas opera noſtra, ut ſint unum opus, id eſt, ad unum finem charitatis tendant.

❡Laus cantici ipſi Dauid. XC.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cæli commorabitur. Dicet domino, ſuſceptor meus es tu & refugium meum: deus meus, ſperabo in eum Quoniam ipſe liberabit me de laqueo uenantium, & à uerbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta uolante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniā angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.

Canticum ponitur pro exultatiōe. Sed quia neq; in hoc pſalmo aliquis uellet exultare de humana infirmitate, appoſitum eſt laus cantici: ut laudabile canticum intelligatis, canticum uidelicet quod pertinet ad diuinam uirtutem, & non ad humanam infirmitatem. Nam propheta ſicut incarnationem domini, mortem & reſurrectionem præuidens, ad inſtructionem omnium dixit: ita etiam præuidens eius tentationem, aperuit eam ad noſtram utilitatem, ut per eius tentationem inſtructi, non cedamus tentatori. nihil tamen de nobis præſumētes, ſed totum gratiæ ſuæ attribuentes. Hoc enim exemplum humilitatis reliquit nobis, quia licet eſſe homo immunis a peccato, licet uerbū patris perſonaliter eſſet unitum, non tamen ad uindictam contra tentatores inſurrexit. Sed cum dictum eſt ſibi, dæmonium habes: humiliter reſpondit, dæmonium non habeo. Iohan. 8. Ipſe etiam tentatus eſt: idq; ideo, ne a tentatore uinceretur Chriſtianus, nō fuit ſibi tentatio neceſſaria, ſed fuit noſtra doctrina. Ambulemus ergo in illo, qui ſe pro nobis uiam fecit: quia ſi in illo ambulamus, ducet nos ad ſe uitam per uiam. Dicit autem ſic propheta:

QVi *habitat in adiutorio altiſſimi, In protectione dei celi commorabitur.* Quaſi dicat: Præceſſit quidā in humano genere, poſitus in abundātia uirtutū. ſed in ſe confidens, non permāſit. homo aūt ſecundus qui uenturus ē, habitabit. i. in obedientia perſeuerabit, nō in ſuo adiutorio

confidens ut Adam, ſed in adiutorio altiſſimi, & ideo in protectiõe dei, non q̃uiſcunque, ſed cæli cõmorabitur, id eſt, ſimul morabitur, interius uidelicet & exterius, quia nec cogitatione à domino deo ſuo apoſtatabit. hic talis *dicet domino, ſuſceptor meus es tu*.i. defenſor meus. *& refugium meum deus meus*. non ego mihi deus, ut Adam, q ſibi uoluit eſſe deus. hoc dicet domino, dicet ad exhortationẽ ꝓximi: *ſperabo in eum*. & hoc ideo, *quoniam ipſe liberauit me* in meis *de laqueo uenantium, & à uerbo aſpero*. Venatores iſti ſunt diabolus & angeli eius, qui ſemper q̃ſi uenando hominem inſequuntur ut capiant. tendunt etiam ſibi laqueos quibus capiantur. Nã ſuggerit ei amorem & cupiditatem rerũ temporalium. ſed dominus ab his laqueis ſuos liberat, dando eis ut claudant oſtium cordis cõtra ſuggeſtionem cupiditatis. Nota quia ſolent laquei & retia tendi non in uia, ſed iuxta uiam. ita diabolus illis qui ſunt in uia.i. qui perfecte Chriſto adhærent, nõ tendit laqueum: quia Chriſtus illos ducit per ſe uiam ad ſe uitam. illis uero qui ſunt iuxta uiam, id eſt, minus in fide perfectis, tenditur rete ut capiantur. quos tamen dominus liberat, ducẽdo eos ad perfectionem. quod dicit, q̃m ipſe liberauit me de laqueo uenantium. Verbum aſperum eſt, omne uerbum detractionis. uel inſultationis male uiuentium, etiã ſi ſibi blandiendo loquãtur, dũmodo ut ſeducãt, aſperum uerbũ dicitur, a quo uerbo aſpero liberat deus ſuos, dãs eis fortitudinem, ut neq; blanditijs cedant, neq; minis. Nota, quia ſicuti tenſis laqueis uel retibus ſolent lapides in ſepes mitti, ut ſic deterreantur aues, ut ad laqueum ueniant: ſic ſolet proponi fidelibus uerbũ aſperum in minis & blãditijs, ut uel timore perterriti cadant in laqueos, uel amore eorum q̃ ſibi blandis uerbis proponuntur, pedem uinciãt laqueis. *Scapulis ſuis obumbrauit tibi, & ſub pennis eius ſperabis*. q.d. Dicet domino, dicet proximo, dicet etiã ſibi aggratulando. Merito ſperabis in eũ, quoniã obumbrabit tibi, id eſt, proteget te interius ſcapulis ſuis, in præſentia ſua te cuſtodiens ſcilicet. & dictum eſt ad ſimilitudinem: quia qui inter ſcapulas tenet aliquem pectori ſuo cõiunctum, q̃ſi præſentem habet. ſic dominus q̃ſi ſcapulis obumbrauit, quem ſibi p̄ſentem facit. quod dicit, ſcapulis ſuis *obumbrabit* tibi, & ſub pẽnis eius ſperabis. protectus tã in te q̃ in tuis, Hæc dicuntur de ſimilitudine, nõ de proprietate: quia ſolent aues, & maxime gallinæ, pullos ſuos ſub alis ꝓtegere, & ibi fouere. Gallina etiã pro nimia affectione quam habet erga pullos ſuos, ſe hiſpidã & debilem facit. ita dominus ſuos quaſi ſub pennis fouet, quos nimia affectiõe ſua cuſtodit, ne fiant præda diaboli. Vel aliter, Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Solent aues quædam ut aquila, pullos ſuos ſcapulis portare, & ſic circunducere donec diſcant uolare: ne cum primitus uolare incepęrint, caſum patiantur. ita dominus dum infirmi ſumus, portat nos donec nos perficiat: ne ſi nos dimiſerit, caſum pro imperfectione patiamur. quod dicit, Scapulis ſuis obumbrabit tibi, id eſt, defendet te in tuis, & ſub pennis eius, id eſt, ſub charitate dei & proximi obumbratus ſperabit in tuis. Vel aliter: Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Solet fortitudo notari in ſcapulis. Fortitudo autem domini notatur in eis miraculis, quibus ipſe obumbrat ſuos & ſuſtentat. q̃a cum uerbis eorũ ſigna fidem ſubminiſtrãt, ipſi prædicatores per miracula quaſi fortitudine quadam ſuſtentantur: quia feruentiores fiunt in fide, quando per miracula ueri p̄dicatores comprobantur. & ſub pennis eius ſperabis.i. in p̄ceptis mandatorum tuorum, quibus fideles in aurã libertatis q̃ſi per pennas deportantur. *Scuto circundabit te ueritas eius*. & ideo non timebunt, qui tuti erunt a timore. *A ſagitta uolante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano*. Hic proponit duo, & illa geminat, ut fiant q̃tuor quibus impugnãtur fideles, quos circundat ueritas domini. Impugnantur enim leui perſecutione & graui, quibus cedunt illi qui adhuc ſunt quaſi nox, neſciẽtes reddere chriſtianiſmi ſui rationem: impugnantur etiam leui & graui perſecutione, quibus iterum cedũt quidã qui q̃ſi dies ſunt, ſciẽtes uidelicet reddere rationẽ chriſtianiſmi ſui, Sed quia ueritate q̃ſi ſcuto ſunt circundati, his omnibus tentati permanent illæſi. quod dicit, *Non timebis* interius *à timore nocturno*.i. a perſecutione leui q̃ fit ignorãtibus. qui quaſi nox ſunt adhuc propter ignorantiam rationis, quam deberent reddere ꝓ fide ſua. In timore notatur perſecutio leuis, quoniã timor ſolet p̄cedere factum. Non timebis etiam a ſagitta uolante in die. Per ſagittã notatur perſecutio leuis. quia ſagitta leuius uulnerat quàm gladius. quod dicit, uolante in die, notat eam fieri in illis qui ſunt quaſi dies, ſcientes rationem reddere fidei ſuæ. quod dicit, Non timebunt tui a ſagitta uolante in die, id eſt, a perſecutione leui quæ fit ſcientibus. Non timebis etiam in tuis a negocio perambulante in tenebris.i. a perſecutiõe uehementi, q̃ pro magnitudine negocium quaſi negans ocium dicitur, quę perambulat in tenebris.i. quæ fit in illis qui adhuc ſunt in tenebris, neſcientes temporalia eſſe contẽnenda, & æterna tantum ſperanda. non timebis etiam ab incurſu & dæmonio meridiano.i. ab inſtantia uehementis perſecutionis, quæ fit ſcientibus ſe ad æterna uocatos, cedunt tamen nimijs moleſtiis. Per dæmonium notatur tribulatio, per incurſum inſtantia tribulationis per meridianum duo notantur, & feruor tribulationis, & illi quibus fit ipſa tribulatio: quoniã & ipſi quodammodo feruere uidebantur ideo, quia ſciebant reddere rationẽ chriſtianiſmi. *Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis*. q. dicat: propheta: Merito dicis tibi aggratulãdo, nõ timebis a dæmonio meridiano. quia multi p dæ-

monium meridianum uicti ſunt. Nã illi etiã qui
quãtum ad opinionem ſuã, tecum in iudiciaria
ſede ſeſſuri erãt ut alios iudicarent, uemente fer
uore tribulationis, perdiderunt id quod præ-
Mat. 19. ſumptuoſe ſibi ꝓmitrebãt. Nota quia Petro in-
terrogãte & dicente, ecce nos reliquimus oĩa,
& ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? reſpon
dit dominus: In regeneratiõe cum ſederit filius
hois in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos, iu-
dicantes duodecim tribus Iſrael. Hoc attenden
tes plurimi, ſua reliquerunt, & ſe ſeſſuros cũ do
mino ad iudicandũ ſperabãt. Sed quia in bono
quod faciebãt, nõ de deo, ſed de ſe p̃ſumebant,
ceciderunt a latere domini, a iudiciaria ſede. nõ
q̈ ibi fuerunt, ſed quia ſibi p̃ſumptuoſe ꝓmit-
tebant. q̈ dicit, Cadent a latere tuo mille, & de
cem millia a dextris tuis. Sunt etiã multi qui at-
Ibidem. tendẽtes deũ p̃cipientem, Vende omnia quę ha
bes, & da pauperibus: uendũt oĩa quæ habent,
& largiſſimas eleemoſynas faciũt. ſed quia hoc
non in cõſpectu dei, ſed ad fauorem hominũ fa
ciunt, ideo cadent a dextris domini, nõ q̈ ibi fu
erunt, ſed quia ſe uenturos putabãt. Nota, quia
plures ſunt qui in dextris iudicãdi ſunt, q̃ illi qui
in latere ſeſſuri ſunt iudicãtes: ideo dixit, Cadẽt
a latere tuo mille, & decẽ millia a dextris tuis,
ad te autẽ .i. ad tuos *non appropinquabit* caſus il-
le. quia etſi appropinquat tormẽtũ carni, tamẽ
nõ lædit locum fidei. *Veruntamẽ oculis tuis cõſide
rabis, & retributionẽ peccatorũ uidebis.* Illi cadent
a latere tuo ꝓpter iniuſtitiã perſecutiõis perſe-
quentiũ te. ſed tamen illi perſecutores licet flo-
reant, nõ impune perſecuti ſunt eos. Quoniam
oculis tuis .i. tua diſcretiõe cõſiderabis hoc non
impune factũ eſſe, & uidebis .i. uideri facies hoc
eſſe ad tribulationem pctõrum, q̈ alios perſe-
qui permittuntur. Vel ſic, Illi uidentur cadere à
latere tuo & a dextris tuis. ueruntamen oculis
tuis cõſiderabis .i. tua diſcretio hoc attendet, il-
los non fuiſſe a dextris tuis, neq; ad latus tuũ. &
uidebis .i. alios uidere facies, hoc eſſe eis retribu
tionem pctõrum, quod cadũt: quia nõ in te, ſed
in ſe, in benefactis ſuis gloriati ſunt. Vel aliter,
Cadent a latere tuo mille. q.d. propheta: Merito
aggratulãdo dicis tibi, in tuis non timebis. quia
cadent a latere tuo .i. ab his qui uere ſunt in late
re tuo. mille ſ. pericula. uel mille tẽtatiões & de
cem millia tentationum uel periculorum cadẽt
a dextris tuis. quia quãtũcunq; geminentur pe-
ricula ſiue tentatiões, nõ nocebunt tuis. Hoc au
tem ideo, quia tibi, id eſt, tuis nõ appropinqua-
bit periculum aliquod. quia etſi perſecutores
tormentum inferant carni, tamen nõ lædunt lo
cum fidei. Fruſtra ergo tribulãtur? Non. quia li
cet ipſi nõ uincuntur a tribulatiõe, tu tamen ocu
lis tuis cõſiderabis eos non fruſtra tribulari, qm̃
eſt eis tribulatio ad probationem: & tu uidebis
hoc eſſe ad retributionem pctõrum eis, qui infe
rant tribulationem aliis. q.d. In tua diſcretione
eſt, quia nõ fruſtra infertur tribulatio, quia infer
tur ad ꝓbatiõem patientiũ, & ad dãnationẽ infe
rentiũ. *Quoniã tu es domine ſpes mea, altiſsimũ poſu
iſti refugium tuum.* Hic iterũ uox capitis eſt. Qua
ſi dicat: Merito mihi aggratulor in meis, & meri
to nõ timeo in illis. quoniam tu domine factus
es ſpes mea, id eſt, ſpes meorum, dando eis pee
me quid ſperare debeant. quia reſurrectio quæ
præceſſit in me capite, ſubſequetur & in mem-
bris, & ita factus es ſpes meorũ. Nouerat enim
humanum genus mori poſſe, ſed nõ nouerat re
ſurgere poſſe. & ſic habebat quod timeret, non
habebat quod ſperaret. Vt autem ſpes eis adde
retur, ille qui dedit propter diſciplinã timorem
mortis, dedit propter p̃mium ſpem reſurrectio
nis. q̈ dicit, Tu es domine ſpes mea, & poſuiſti
me refugium tuum. quia quod humanũ genus
ad me ueniens, certum habet refugium, hoc ex
tuo ẽ, quia altiſſimũ me feciſti. Quid altius q̃ de
carne mortali facere carnem immortalem, &
de corruptibili incorruptibilem? Vel ſic, Poſui-
ſti altiſſimum refugium tuũ, quia per me deleta
ſunt peccata hoim, iuxta illud Pauli: Quẽ po- *Roma. 3*
ſuit ꝓpiciatorem per fidem in ſanguine ipſius,
ut ipſe ſit uerax, iuſtificãs eum q ex fide eſt Ieſu.
Vel ſic altiſſimum poſuiſti refugiũ, iuxta illud:
Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.
Nõ accedet ad te malũ, & flagellũ nõ appropinquabit *Philip. 2.*
tabernaculo tuo. Vox ꝓphetæ q̃ſi ſic dicẽtis: Ve
ce dominus factus es ſpes in tuis, quoniam non
accedet ad te, id eſt, ad tuos malum. quia licet ex
terius ſæuiat perſecutor, interius factus eſt deus
adiutor. flagellum non appropinquabit taber-
naculo tuo. Tabernaculũ iſtud eſt corpus Chri
ſti, in quo ipſe ſecundũ carnem militauit, in quo
multa paſſus eſt flagella: quia capiebatur, fla-
gellabatur, cõſpuebatur, & ad ultimum in cru-
ce ſuſpendebatur. Sed quoniam reſurrexit,
& incorruptibile corpus aſſumpſit, huic taber-
naculo non amplius appropinquabũt flagella.
quod dicit, & flagellum nõ appropinquabit ta
bernaculo tuo. *Quoniam angelis ſuis mãdauit de te*
deus pater, id eſt, propter te, ut tibi ſubminiſtra *Luc. 22.*
rent obſequium ſeruitutis. Vnde illud, Et appa
ruit angelus confortans eum. Hæc confortatio
non fuit ad neceſſitatem, ſed ad ſeruitutis exhi-
bitionem. fuit etiam ad noſtram doctrinã, quia
unuſquiſque fidelium habet angelum confor-
tantem ſe in bonis operibus. Vnde illud, Ange *Matth. 18*
li eorum ſemper faciem patris uident. quod di-
cit, quoniam angelis ſuis mandauit de te, iſtud
uidelicet, *ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis.* &
ideo quia mandauit, *in manibus portabunt te*, id
eſt, exhibitionem ſeruitutis tibi impendent, *ne
forte offendas ad lapidem pedem tuum*, id eſt, ne pe
des tui, id eſt, apoſtoli & cæteri quibus ingreſ-
ſurus es quaſi pedibus in notitiam gentium, of-
fendant ad lapidem, id eſt, ad legis duritiam,
ut illud uidelicet quod deberent facere ex amo
re, faciant ex timore, uelut iudæi qui deo ſer-
uierunt ex timore, non ex amore. & ideo legem

in tabulis lapideis ſcriptam receperũt, quia du-
ra corda eorum ad amorem non erexerunt, ſed
in timorem depreſſerũt. Vt autem charitas dei
diffunderetur in cordibus fidelium, ab angelorum
manibus deportatus eſt in cælum dominus, ut
ſic ad diſcipulos mitteretur ſpiritusſanctus, qui
auferret timorem, & præſtaret amoris plenitu-
dinem: ut illud uidelicet quod prius fuit difficile ti
Ro.8. mentibus, facile fieret amãtibus. Vnde Apoſto
lus: Non accepiſtis, inquit, ſpiritum ſeruitutis ite
rum in timorẽ, ſed libertatis ſpiritum in amorẽ.
quod dicit, In manibus portabunt te ab conſpe
ctu hominum in cælum. & quis fructus inde?
Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, id
eſt, ne prædicatores tui ſimiles efficiantur illis,
qui offendunt ad lapidem offenſionis, uelut Iu-
dæi qui in legem tabulis lapideis cõſcriptam of
fendebant, facientes bona quæ faciebant, nõ ex
amore, ſed ex timore. Nota quia non erat domi
nus ab angelis deportatus, quod neceſſe erat
ei deportari ab eis. ſed ipſa deportatio, fuit ſer-
uitutis exhibitio. *Super aſpidem & baſiliſcum am-
bulabis.* Baſilicos interpretatur regalis unde ba
ſiliſcus rex ſerpentium dicitur. & ſic per baſili-
ſcum diabolus intelligitur, qui caput eſt totius
ſerpentinæ malitiæ: per aſpidem intelliguntur
quiq; hæretici & cæteri ueneno ſi, qui ueneno
ſuo fidelium animas mortificant, ſuper quos ta
men dominus ambulabit in ſuis. *& conculcabis
leonem & draconem*, id eſt, tui conculcabunt aper
te ſæuientes, & occulte inſidiantes. *Quoniam in
me ſperauit, liberabo eum.* Quaſi dicat: Deus pater
mandauit de te angelis ſuis, dicens: liberabo eũ
tam in ſe quàm in ſuis. & ideo quoniam ſperauit
in me, id eſt, ancoram ſpei ſuæ in me fixit, *pro-
tegam eum* in ſuis ab æſtu uitiorum. & hoc ideo,
quoniam cognouit nomen meum, hoc ſcilicet quod
eſt dominus. quod cognoſcũt illi, qui bonis ope
ribus profitentur ſe eſſe ſeruos domini. Clama
bit *ad me*, *& ego exaudiam eum* tam in ſe quàm in
ſuis. *cũ ipſo ſum in tribulatiõe* ſuorum. Vñ illud, Ecce Matt.28.
ego uobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationẽ ſeculi.
eripiam eum a perſecutione tẽporali, *& glorifica-
bo eum* gloria æternali. eripiã eum nõ ut audiat
uerba aſpera, ſed ne erubeſcendo ea, cadat in
muſcipulam diaboli. & tandem glorificabo eũ,
qa *longitudine dierũ* æternaliũ *replebo eũ, & oſten
dã illi ſalutare meũ.* ut illud, oſtendã illi meipſum. Iohã.14.

¶Pſalmus cantici in die ſabbati. XCI.

BOnum eſt confiteri domino, *&* pſallere nomini tuo altiſſime. Ad annunci-
andum mane miſericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. In de
cachordo pſalterio, cum cantico in cithara. Quia delectaſti me domine in
factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quàm magnificata
ſunt opera tua domine? nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Vir
inſipiens non cognoſcet, & ſtultus nõ intelliget hæc. Cum exorti fuerint peccatores ſic-
ut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in ſeculum
ſeculi: tu autem altiſſimus in æternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine, quo
niam ecce inimici tui peribunt, & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et
exaltabitur ſicut unicornis cornu meum, & ſenectus mea in miſericordia uberi. Et de-
ſpexit oculus meus inimicos meos, & *ab* inſurgentibus in me malignantibus audiet au-
ris mea. Iuſtus ut palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo
domini, in atrijs domus dei noſtri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta ube
ri, & bene patientes erunt ut annuncient. Quoniam rectus dominus deus noſter, & nõ
eſt iniquitas in eo.

Propheta uidens Iudæos literam attenden-
tes, & nõ ſpiritum: ſabbatum groſſum celebra
re, & nõ delicatum, hortatur nos in hoc pſalmo
ſabbatum delicatũ celebrare. Quod ſabbatum
delicatum, eſt ſerenitas conſcientiæ, tranquilli-
tas mentis, requies cordis, ceſſatio ab operibus
malis. quia nõ prodeſt manus abſtinere ab ope
re, niſi mens etiam ceſſet a crimine: quia melius
eſt arare quàm ſaltare, & fodere quàm uſq; ad
crapulam bibere. Iudæi uero ſabbatum groſ-
ſum celebrantes, hoc non attendebant: ſed ma-
nus eorũ feriabatur ab opere, mens eorũ prom
ptior erat in perpetrando ſcelere. Non atten-
debant quia illud ſabbatum ſignum erat futu-
ræ requiei, ad quam nullus perueniet, niſi quem
conſcientia liberum eſſe defendit. Quod autem
ſabbatum illud, quod Iudæis fuit iniunctum ad
celebrandum, ſit ſignum futuræ requiei, notat
liber Geneſeos: qui cum præcedentes dies per
mane & ueſpere determinet, ſeptimã illã diem
uidelicet ſabbatum, in quo dominus ab opere
requieuit, per ueſperum nõ determinauit: quia
requies illa quæ per hoc ſabbatum futura deſi-
gnatur, nullis tenebris obfuſcatur, ſed in puriſſi
ma claritate æternaliter agitur. Quod dicit do-
minus ab operibus requieuiſſe, non ideo dicitur
quod laborẽ aliquẽ paſſus ſit in opere, ſed præfigura
bat quod futurum, uidelicet in fideliũ cõgregatiõe. qa
ad requiem uerã quæ per ſabbatũ futura denotatur, a
nullo fideliũ ſine labore peruenitur: ut hoc figura
ret, quaſi ab ope ſeptima die requieuit. Titulus ſic ex
ponit. Pſalmus, id eſt, hæc operatio eſt cantici. i. ex
ultationis. cantici dico, habendi in die ſabbati,
id eſt, in conſideratione ueræ requiei, quæ eſt

in ſerenitate conſcientiæ. & quoniam ſerenitas
conſcientiæ procedit ex confeſſione, ideo in cō
feſſione habet pſalmus initium. Confeſſio au-
tem eſt duplex, uel quando dominū laudamus
ex benefactis noſtris, uel quando noſipſos accu
ſamus in confitendo quod male fecimus. Dicit
autem ſic:

B*Onum eſt confiteri domino.* Cōfitere ergo do
mino, accuſando teipſum in malefactis tu
is, laudando eum in benefactis ſuis. Quod dicit,
bonum eſt confiteri domino, *& pſallere nomini
tuo* ſcilicet glorificando. O *altißime*, in hoc uideli
cet pſallendū eſt nomini tuo, ut annunciet unuſ
quiſq; eſſe miſericordiæ tuæ quod conſolaris in
proſperis, & eſſe tuæ iuſtitiæ quod corrigis in
aduerſis. Quod dicit, bonum eſt pſallere nomi-
ni tuo *ad annūciandum miſericordiā tuam* eſſe in *ma
ne*, id eſt, in proſperis ne deficiant tui. *& ueritа-
tem tuam*, id eſt, iuſtitiam eſſe *per noctem*, id eſt, in
aduerſis, ne impune peccetur a tuis. *In decachor
do pſalterio.* Quaſi dicat: Bonum eſt pſallere no
mini tuo. Pſallendum autem eſt in decachor-
do pſalterio, ita uidelicet, ut in anima noſtra quę
in ſuperiori noſtro ad modum pſalterij ſonum
reddit, decem pcepta legis obſeruemus: & hoc
non ex triſtitia, ſed *cum cantico*, id eſt, cum men-
tis hilaritate, quia coactum ſeruitiū non eſt deo
2.Cor.9. placitum. Unde illud, Hilarem datorem diligit
deus. Pſallendum eſt etiam *in cithara*, id ē, in car
nis mortificatione, quia neceſſe eſt quęque ut be
ne pſallat, crucifigere carnem cum uitijs & con
cupiſcentiis. uel in cithara, id eſt, in officio corpo
ris, in exhibitione uidelicet eleemoſynarū & cæ
terarum uirtutum, quæ corpore adminiſtrātur.
Quia delectaſti me domine in factura tua. Quaſi di-
cat: Merito tibi pſallēdum eſt, quia cum in mea
factura eſſem contriſtatus, delectaſti me domi-
ne in factura tua, cū per te uidelicet regnaturus
Ephe.2. ſum. Unde Apoſtolus: Ipſius, inquit, factura ſu
mus, creati in operibus bonis. Et quia delectaſti
me in factura tua, ideo *in operibus manuum tua-
rum* exercebor, id eſt, tibi attribuam quod boni
operor, quia non ego operor, ſed manus tuæ,
id eſt, potentiæ tuæ in me operantur ſi quid bo
ni operor. *Quàm magnificata ſunt opera tua domi-
ne?* Delectaſti me domine in factura tua, & hæc
opa tua quod me delectari facis in factura tua,
quàm magnificata ſunt, id eſt, quàm magna ha
benda ſunt. Et *nimis profundæ factæ ſunt cogitatio
nes tuæ*, id eſt, quod exaltando alium deijcis, &
alium humiliando exaltas, non eſt humanæ mē
tis inueſtigare. Vel ſic, Pſallendum eſt nomini
tuo in cithara. Quod autem pſallentes in citha-
ra permittis laborare, & non pſallentes florere,
bona opa tua domine quàm magnificata ſunt,
& nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ,
in quibus hæc omnia apud teipſum diſponis.
quod enim *uir inſipiens*, id eſt, ille qui neſcit ſibi
cauere in poſterum, ſolam uitam temporalem
exiſtimans, *non cognoſcet, & ſtultus non intelliget
hæc.* Stultus eſt ille, qui cum ſit in ſumma miſe
ria, putat ſe eſſe in maxima felicitate, uelut plu
res qui ad hoc exaltantur, ut deijciantur. Quod
dicit, Stultus non intelliget hæc. & dicit quæ.
Cum exorti fuerint peccatores, id eſt, extra alios Mat.6.
orti *ſicut fœnū*, quod hodie uiret & cras in cliba
nū mittitur. *& non intelliget* quod cum *apparue
rint omnes qui operantur iniquitatem, ut*, id eſt, qua
liter *intereant in ſeculum ſeculi*, id eſt, æternaliter.
Hoc autem ex hoc procedet, quia *tu domine in
æternum* ſcilicet regnaturus ueniens *altißimus* ut
fœnum ſicces, id eſt, ut exicces eos uelut ſol, qui
ab alto ueniens, cū feruore fœnum exiccat. Vel
ſic ſimpliciter. Ipſi interibunt æternaliter. *tu au
tem* domine quem hic humilem contēnunt, *eris*
altiſſimus, & hoc in æternum. *Quoniam ecce ini-
mici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.*
Quaſi dicat: Non attendunt ut intereant, cum
tamen reuera peribunt. Quoniam ecce inimici
tui peribunt. Et ecce futurum eſt, quia tempus
breue eſt, & ut confirmet eos perituros, repetit,
ecce peribunt. & hoc ideo, quoniam inimici tui
ſunt, *& diſpergentur omnes qui operantur iniquita
tem*, quia ſeparabuntur agni ab hœdis. *&* illis di
ſperſis, *exaltabitur cornu meum*, id eſt, ſublimitas
mea *ſicut unicornis*. Vnicornes ſunt illi, q una ſpe
q̄ſi uno cornu ſe erigunt ad cæleſtia. Vnde illud, Pſal. 26.
Vnā petij a dn̄o, hanc requirā. *Et ſenectus mea in
miſericordia uberi*. Per ſenectutem notantur no
uiſſima fidelium, q̄ erūt in miſericordia uberi,
id eſt, abundāti. qa cū nunc miſericordia in uoca
tiōe & iuſtificatiōe, tūc erit abundās qn̄ tempo
rali labore æterna dabitur requies. Merito no-
uiſſima fideliū, ſenectus dicuntur: qa ſicuti in ſe-
nectute capilli q prius fuerūt nigri, fiunt albi: ita
& ibi qui prius laborauerāt tēporali certamine,
gaudebūt æterna requie, ubi nulla nigritudo erit
morū peruerſorū. *Et deſpexit oculus meus inimicos
meos.* Quaſi dicat: Quia ſenectus mea erit in miſe
ricordia uberi, ideo oculus meus, interior ui-
delicet, deſpicit inimicos meos. *Et inſurgentes
in me malignātes*. i. quādo malignātes inſurgūt,
ut in me forma eorū appareat, ut me ſibi cōfor
mēt, audiat *auris mea* à ueritate intus ſibi pſiden
te, q̄d nō ſit fidelis ex tempore florere. ſed *iuſtus
ut palma florebit*, tarde uidelicet: quia neceſſe eſt
poſt multas tribulationes quenq; fidelē intrare
in requiem. Notat etiā in palma, quia inferius
circa radicē ſit hiſpida, & ſuperius florib⁹ ador-
nāda ſit. Et *ſicut cedrus Libani multiplicabitur*. quia
plantati in domo domini, in eccleſia, uidelicet in cha
ritate fundati, *florebunt in atrijs domus dei noſtri*. i.
in cæleſti Ieruſalē, ubi recōdita ſunt q̄q; delecta
bilia. & hoc *adhuc* expectandū eſt. & ſic *multipli
cabūtur in ſenecta uberi, & interim erunt* hic *bene
patientes*: quia patiētia neceſſaria eſt, ut reporte- Heb.10.
mus repromiſſiōes. Quod dicit, Et erūt bene pa
tientes, *ut annuncient quoniā rectus eſt dominus de
us noſter* in correctione filiorū ſuorū, *& non eſt ini
quitas in eo*, cum parcit ſeruis fugitiuis.

¶Laus cantici Dauid,in die ante ſabbatū, quando fundata eſt terra. XCII.

DOminus regnauit,decorem indutus eſt:indutus eſt dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.Etenim firmauit orbem terræ,qui non commouebitur.Parata ſedes tua ex tunc,à ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uocem ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, à uocibus aquarum multarum. Mirabiles elatiões maris,mirabilis in altis dominus, Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum.

Terra quæ dicitur fundata, ſignificat genus
humanum. quod *in die ante ſabbatum*, id eſt,
in ſexta mundi ætate, in fide a domino eſt ſtabi
litum & fundatum. Dies ante ſabbatū, ſexta ſe
ria dicitur,in qua hominem creauit,quem etiam
per inobedientiā a ſe diffluxum, in ſexta mun-
di ætate per fidem regenerauit, & in ſexta hora
diei ſanguine ſuo redemit. Vt autē ſciamus quæ
ætas hic ante ſabbatū per fidem deſignatur, ab
initio ipſa tempora mūdi diſtinguamus. Eſt ſau
tem prima ætas quaſi prima dies, ab Adā uſq;
ad Noe. Secunda ætas q̄ſi una dies,a Noe uſq;
ad Abraā.Tertia ætas q̄ſi tertia dies ,ab Abraā
uſque ad Dauid. Quarta ætas quaſi quarta di-
es,a Dauid uſque ad tranſmigrationem Baby-
lonis. Quinta,a tranſmigratione Babylōis uſq;
ad prædicationem Iohannis.Sexta,a prædicati
one Iohānis uſq; ad finem mundi.Septima erit
dormientium,octaua reſurgētium. In ſexta ue
ro ætate fundata eſt terra, quia genus humanū
per p̄dicationem Iohannis & cæterorum in fide
eſt fundatum, quod diffluxit per inobedētiam
primorum parentum.De hac fundatiōe loqui-
tur propheta in hoc pſalmo,exhortans tā ſuos
cōtemporaneos,quàm præteritos,ut in fide fun
dari a domino & a ſuis non renuant. Dicit ſic
propheta:

D*Ominus regnauit*. Quaſi d. Qui ante ſecu-
la regnauit in diuinitate,nūc regnat in car
nis humilitate. Et quomodo regnauit? *Decorem
indutus eſt*,id eſt, ſobrietatem & decoroſitatem
induit. *indutus eſt fortitudinem, & præcinxit ſe* ad
firmandum orbem terræ. Nota quia ad diuer-
ſos refertur quod dicitur, Indutus eſt decorem
& fortitudinem. Decorem induit,quantum ad
illos qui dixerunt,quia bonus eſt. Quantum ad
Ioh.7. ad illos qui dixerūt,nō,ſed ſeducit turbas,indu
tus eſt fortitudinem,quia patienter eos tulit. Nos
etiā induamus decorē & fortitudinē. Si aliquis
eſt cui placēt bona opera noſtra,induamus de-
corem,gratias deo referendo.quod a nobis ex-
emplū bonæ operatiōis capi pōt. Si aūt aliquis
eſt cui diſplicent bona noſtra opera, induamus
cōtra illū fortitudinē, patienter eum tolerādo.
Vel ſic,Dñs regnauit.i.ſibi regnum obtinuit. &
ideo regum more ornatus eſt, quia induit deco
rem & fortitudinē.i.decoros & fortes. & ſic p̄-
cinxit ſe in ſuis, ut expeditus eſſet ad operandū.
Pſal.17. q̄d alibi,& p̄cinxit ſe uirtute ad bellū. uel indu
tus eſt ſobrietatem & patientiā. *Etenim firmauit
orbem terræ*.q.d. Indutus eſt dñs fortitudinem,
& p̄cinxit ſe:& hoc effectus indicat, quia per il-
los uirtuoſos firmauit orbem terræ.i.in fide ſta
biliuit, faciendo quoſdā orbes,rotūdos uideli-
cet uirtutibus,*qui* orbis *non commouebitur*.i.non
amplius patietē inſtabilitatē & receſſum a deo.
Quia in eo orbe *parata eſt ſedes tua* o deus *ex tūc*
.i.ex tempore Iohannis Baptiſtæ, ex quo hoīes
in fide cœperūt fundari. Sed nūquā ſedem tuā
dicā a tempore illo præparari,tñ *tu es* deus *à ſe
culo*.i.ab æterno in æternum. *Eleuauerūt flumina
domine*. Oſtendit qualiter ſit parata ſedes domi-
ni,quia flumina.i.prædicatores ſeculi,de q̄bus
dictū eſt:q biberit aquā quā ego do ei,flumina
de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hæc flumina Ioh.4.
eleuauerunt ſe in ſublimitate mentis.*Eleuauerūt* & 7.
eadē *flumina uocē ſuā*, ad exhortationem aliorꝗ.
eleuauerūt flumina illa & *fluctus ſuos*.i.cōminatio
nes,dicentes:Niſi pœnitentiā egeritis,peribitis. Luce.13.
Et hi fluctus proceſſerunt *à uocibus aquarū mul-
tarū*:q̄a alij prædicatores multi cōſonabāt apo-
ſtolis prius prædicātibus. & ſic factæ *elationes
maris mirabiles*,q̄a elati inter gentes, intumuerūt
cōtra prædicationē ſedis dñi & fluctus prædica
torū. Qḋ tamen non fuit curandū, q̄a *dominus
fuit mirabilis in altis* fluctibus maris deprimēdis.
& hoc mō per elationē maris,*teſtimonia tua cre-
dibilia facta ſunt nimis*, q̄a hoc qḋ tu teſtatus es,
in mundo preſſurā habebitis, in me uero pacē, Ioh.16.
in ſe ipſis experti ſunt p̄dicatores tui.& nō hoc
cōturbet aliquē.quia *ſanctitudo* talis .i.q̄ per tri-
bulatiōem talis efficit, *decet domū tuā* .eccleſiā ui
delicet, tēdentē *in* lōgitudinē *dierū*.i.in æternita
tē. Vel alit:Parata ſedes tua ex tūc, a ſeculo tu
es:& tūc qñ ſedes tua o deus p̄parabatur, eleua
uerunt flumina.i. mundani philoſophi exaltati
ſunt in elatiōe mētis.eleuauerūt etiā uocē ſuā ut
diſputatiōibus uanis cōtrairēt p̄dicatoribꝰ tuis.
Eleuauerūt & flumina.i.pricipes gentiū fluctus
ſuos.i. uerba cōminatia. & hoc ꝓceſſit a uoci-
bus aquarꝗ multarꝗ.i.a conſonātia multorꝗ po-
pulorꝗ.et factæ ſunt mirabiles elatiōes maris.et
ecōtra dñs mirabilis factus ē in altis illis elatiōi
bus deprimendis & ſic q̄ſi illis depreſſis,teſtimo
nia tua.i. miracula tua q̄ teſtabātur tui,nimis fa
cta ſunt credibilia. Nimis,ideo quia ſigna cōfir-
mabāt dicta eorꝗ. Vnde illud, Dño cooperāte Mar.16.
& ſermonem confirmāte ſequentibus ſignis. Et
hæc talis ſanctitudo decet domū tuā .i. eccleſiā
tuā,tendentem in longitudinem dierum.

in ſerenitate conſcientiæ. & quoniam ſerenitas
conſcientiæ procedit ex confeſſione, ideo in cō
feſſione habet pſalmus initium. Confeſſio au-
tem eſt duplex, uel quando dominū laudamus
ex benefactis noſtris, uel quando noſipſos accu
ſamus in confitendo quod male fecimus. Dicit
autem ſic:

Bonum eſt confiteri domino. Cōfiteri ergo do
mino, accuſando teipſum in malefactis tu
is, laudando eum in benefactis ſuis. Quod dicit,
bonum eſt confiteri domino, *& pſallere nomini
tuo* ſcilicet glorificando. O *altiſsime*, in hoc uideli
cet pſallendū eſt nomini tuo, ut annunciet unuſ
quiſq; eſſe miſericordiæ tuæ quod conſolaris in
proſperis, & eſſe tuæ iuſtitiæ quod corrigis in
aduerſis. Quod dicit, bonum eſt pſallere nomi-
ni tuo *ad annūciandum miſericordiā tuam* eſſe in *ma
ne*, id eſt, in proſperis ne deficiant tui. *& ueritа-
tem tuam*, id eſt, iuſtitiam eſſe *per noctem*, id eſt, in
aduerſis, ne impune peccetur a tuis. *In decachor
do pſalterio*. Quaſi dicat: Bonum eſt pſallere no
mini tuo. Pſallendum autem eſt in decachor-
do pſalterio, ita uidelicet, ut in anima noſtra quę
in ſuperiori noſtro ad modum pſalterij ſonum
reddit, decem pcepta legis obſeruemus: & hoc
non ex triſtitia, ſed *cum cantico*, id eſt, cum men-
tis hilaritate, quia coactum ſeruitiū non eſt deo
2.Cor.9. placitum. Vnde illud, Hilarem datorem diligit
deus. Pſallendum eſt etiam *in cithara*, id ē, in car
nis mortificatione, quia neceſſe eſt quēque ut be
ne pſallat, crucifigere carnem cum uitijs & con
cupiſcentiis. uel in cithara, id eſt, in officio corpo
ris, in exhibitione uidelicet eleemoſynarū & cæ
terarum uirtutum, quæ corpore adminiſtrātur.
Quia delectaſti me domine in factura tua. Quaſi di-
cat: Merito tibi pſallēdum eſt, quia cum in mea
factura eſſem contriſtatus, delectaſti me domi-
ne in factura tua, cū per te uidelicet regnaturus
Ephe.2. ſum. Vnde Apoſtolus: Ipſius, inquit, factura ſu
mus, creati in operibus bonis. Et quia delectaſti
me in factura tua, ideo *in operibus manuum tua-
rum* exercebor, id eſt, tibi attribuam quod boni
operor, quia non ego operor, ſed manus tuæ,
id eſt, potentiæ tuæ in me operantur ſi quid bo
ni operor. *Quàm magnificata ſunt opera tua domi-
ne!* Delectaſti me domine in factura tua, & hæc
opa tua quod me delectari facis in factura tua,
quàm magnificata ſunt, id eſt, quàm magna ha
benda ſunt. Et *nimis profundæ factæ ſunt cogitatio
nes tuæ*, id eſt, quod exaltando alium deijcis, &
alium humiliando exaltas, non eſt humanæ mē
tis inueſtigare. Vel ſic, Pſallendum eſt nomini
tuo in cithara. Quod autem pſallentes in citha-
ra permittis laborare, & non pſallentes florere,
bona opa tua domine quàm magnificata ſunt,
& nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ,
in quibus hæc omnia apud teipſum diſponis.
quod enim *uir inſipiens*, id eſt, ille qui neſcit ſibi
cauere in poſterum, ſolam uitam temporalem
exiſtimans, *non cognoſcet, & ſtultus non intelliget*
hæc. Stultus eſt ille, qui cum ſit in ſumma miſe
ria, putat ſe eſſe in maxima felicitate, uelut plu
res qui ad hoc exaltantur, ut deijciantur. Quod
dicit, Stultus non intelliget hæc. & dicit quæ.
Cum exorti fuerint peccatores, id eſt, extra alios Mat.6.
orti *ſicut fœnū*, quod hodie uiret & cras in cliba
nū mittitur. *& non intelliget* quod cum *apparue
rint omnes qui operantur iniquitatem*, ut, id eſt, qua
liter *intereant in ſeculum ſeculi*, id eſt, æternaliter.
Hoc autem ex hoc procedet, quia *tu domine in
æternum* ſcilicet regnaturus ueniens *altiſsimus* ut
fœnum ſicces, id eſt, ut exicces eos uelut ſol, qui
ab alto ueniens, cū feruore fœnum exiccat. Vel
ſic ſimpliciter. Ipſi interibunt æternaliter. *tu au
tem* domine quem hic humilem contēnunt, eris
altiſſimus, & hoc in æternum. *Quoniam ecce ini-
mici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.*
Quaſi dicat: Non attendunt ut intereant, cum
tamen reuera peribunt. Quoniam ecce inimici
tui peribunt. Et ecce futurum eſt, quia tempus
breue eſt, & ut confirmet eos perituros, repetit,
ecce peribunt. & hoc ideo, quoniam inimici tui
ſunt, *& diſpergentur omnes qui operantur iniquita
tem*, quia ſeparabuntur agni ab hœdis. *& illis di
ſperſis, exaltabitur cornu meum*, id eſt, ſublimitas
mea *ſicut unicornis*. Vnicornes ſunt illi, q una ſpe
q̄ſi uno cornu ſe erigunt ad cæleſtia. Vnde illud, Pſal. 26.
Vnā petij a dn̄o, hanc requirā. *Et ſenectus mea in
miſericordia uberi*. Per ſenectutem notantur no
uiſſima fidelium, q̄ erūt in miſericordia uberi,
id eſt, abundāti. qa cū nunc miſericordia in uoca
tiōe & iuſtificatiōe, tūc erit abundās qn̄ tempo
rali labore æterna dabitur requies. Merito no-
uiſſima fideliū, ſenectus dicuntur: qa ſicuti in ſe-
nectute capilli q prius fuerūt nigri, fiunt albi: ita
& ibi qui prius laborauerāt tēporali certamine,
gaudebūt æterna requie, ubi nulla nigritudo erit
morū perueſorū. *Et deſpexit oculus meus inimicos
meos*. Quaſi dicat: Quia ſenectus mea erit in miſe
ricordia uberi, ideo oculus meus, interior ui-
delicet, deſpicit inimicos meos. *Et inſurgentes
in me malignātes*. i. quādo malignātes inſurgūt,
ut in me forma eorū appareat, ut me ſibi cōfor
mēt, audiat *auris mea* à ueritate intus ſibi pſiden
te, q̄d nō ſit fidelis ex tempore florere. ſed *iuſtus
ut palma florebit*, tarde uidelicet: quia neceſſe eſt
poſt multas tribulationes quenq; fidelē intrare
in requiem. Notatē etiā in palma, quia inferius
circa radicē ſit hiſpida, & ſuperius florib' ador-
nāda ſit. Et *ſicut cedrus Libani multiplicabitur*. quia
plantati in domo domini, in eccleſia, uidelicet in cha
ritate fundati, *florebunt in atrijs domus dei noſtri*. i.
in cæleſti Ieruſalē, ubi recōdita ſunt q̄q; delecta
bilia. & hoc *adhuc* expectandū eſt. & ſic *multipli
cabūtur in ſenecta uberi, & interim erunt* hic *bene
patientes*: quia pacietia neceſſaria eſt, ut reporte- Heb.10.
mus repromiſſiōes. Quod dicit, Et erūt bene pa
tientes, *ut annuncient quoniā rectus eſt dominus de
us noſter* in correctione filiorū ſuorū, *& non eſt ini
quitas in eo*, cum parcit ſeruis fugitiuis.

¶Laus cantici Dauid, in die ante ſabbatū, quando fundata eſt terra.

XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Parata ſedes tua ex tunc, à ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uocem ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, à uocibus aquarum multarum. Mirabiles elatiões maris, mirabilis in altis dominus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum.

Terra quæ dicitur fundata, ſignificat genus
humanum. quod in die ante ſabbatum, id eſt,
in ſexta mundi ætate, in fide a domino eſt ſtabi
litum & fundatum. Dies ante ſabbatū, ſexta fe
ria dicitur, in qua hominem creauit, quem etiam
per inobedientiā a ſe diffluxum, in ſexta mun-
di ætate per fidem regenerauit, & in ſexta hora
diei ſanguine ſuo redemit. Vt autē ſciamus quæ
ætas hic ante ſabbatū per fidem deſignatur, ab
initio ipſa tempora mūdi diſtinguamus. Eſt ſau
tem prima ætas quaſi prima dies, ab Adā uſq;
ad Noe. Secunda ætas q̄ſi una dies, a Noe uſq;
ad Abraā. Tertia ætas q̄ſi tertia dies, ab Abraā
uſque ad Dauid. Quarta ætas quaſi quarta di-
es, a Dauid uſque ad tranſmigrationem Baby-
lonis. Quinta, a tranſmigratione Babylōis uſq;
ad prædicationem Iohannis. Sexta, a prædicati
one Iohānis uſq; ad finem mundi. Septima erit
dormientium, octaua reſurgētium. In ſexta ue
ro ætate fundata eſt terra, quia genus humanū
per p̄dicationem Iohannis & cęterorum in fide
eſt fundatum, quod diffluxit per inobedētiam
primorum parentum. De hac fundatiōe loqui-
tur propheta in hoc pſalmo, exhortans tā ſuos
cōtemporaneos, quàm præteritos, ut in fide fun
dari a domino & a ſuis non renuant. Dicit ſic
propheta:

DOminus regnauit. Quaſi d. Qui ante ſecu-
la regnauit in diuinitate, nūc regnat in car
nis humilitate. Et quomodo regnauit? Decorem
indutus eſt, id eſt, ſobrietatem & decoroſitatem
induit. indutus eſt fortitudinem, & præcinxit ſe ad
firmandum orbem terræ. Nota quia ad diuer-
ſos refertur quod dicitur, Indutus eſt decorem
& fortitudinem. Decorem induit, quantum ad
illos qui dixerunt, quia bonus eſt. Quantum ad
Ioh.7. ad illos qui dixerūt, nō, ſed ſeducit turbas, indu
tus eſt fortitudinem, quia patienē eos tulit. Nos
etiā induamus decorē & fortitudinē. Si aliquis
eſt cui placēt bona opera noſtra, induamus de-
corem, gratias deo referendo, quod a nobis ex-
emplū bonæ operatiōis capi pōt. Si aūt aliquis
eſt cui diſplicent bona noſtra opera, induamus
cōtra illū fortitudinē, patienter eum tolerādo.
Vel ſic, Dn̄s regnauit. i. ſibi regnum obtinuit. &
ideo regum more ornatus eſt, quia induit deco
rem & fortitudinē. i. decoros & fortes. & ſic p̄-
cinxit ſe in ſuis, ut expeditus eſſet ad operandū.
Pſal.17. q̄d alibi, & p̄cinxit ſe uirtute ad bellū. uel indu
tus eſt ſobrietatem & patientiā. Etenim firmauit
orbem terræ. q.d. Indutus eſt dn̄s fortitudinem,
& p̄cinxit ſe: & hoc effectus indicat, quia per il-
los uirtuoſos firmauit orbem terræ. i. in fide ſta
biliuit, faciendo quoſdā orbes, rotūdos uideli-
cet uirtutibus, qui orbis non commouebitur. i. non
amplius patietē inſtabilitatē & receſſum a deo.
Quia in eo orbe parata eſt ſedes tua o deus ex tūc
. i. ex tempore Iohannis Baptiſtæ, ex quo hoīes
in fide cœperūt fundari. Sed nūquā ſedem tuā
dicā a tempore illo præparari, tñ tu es deus à ſe
culo. i. ab æterno in æternum. Eleuauerūt flumina
domine. Oſtendit qualiter ſit parata ſedes domi-
ni, quia flumina. i. prædicatores ſeculi, de q̄bus
dictū eſt: q̄ biberit aquā quā ego do ei, flumina
de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hæc flumina Ioh.4.
eleuauerunt ſe in ſublimitate mentis. Eleuauerūt & 7.
eadē flumina uocē ſuā, ad exhortationem alioꝝ.
eleuauerūt flumina illa & fluctus ſuos. i. cōminatio
nes, dicentes: Niſi pœnitentiā egeritis, peribitis. Luce.13.
Et hi fluctus proceſſerunt à uocibus aquarū mul-
tarū: q̄a alij prædicatores multi cōſonabāt apo-
ſtolis prius prædicātibus. & ſic factæ elationes
maris mirabiles, q̄a elati inter gentes, intumuerūt
cōtra prædicationē ſedis dn̄i & fluctus prædica
torū. Q̄d tamen non fuit curandū, q̄a dominus
fuit mirabilis in altis fluctibus maris deprimēdis.
& hoc mō per elationē maris, teſtimonia tua cre-
dibilia facta ſunt nimis, q̄a hoc q̄d tu teſtatus es,
in mundo preſſurā habebitis, in me uero pacē, Ioh.16.
in ſe ipſis experti ſunt p̄dicatores tui. & nō hoc
cōturbet aliquē. quia ſanctitudo talis. i. q̄ per tri-
bulatiōem talis efficit, decet domū tuā. eccleſiā ui
delicet, tēdentē in lōgitudinē dierū. i. in æternita
tē. Vel alr̄: Parata ſedes tua ex tūc, a ſeculo tu
es: & tūc q̄n ſedes tua o deus p̄parabatur, eleua
uerunt flumina. i. mundani philoſophi exaltati
ſunt in elatiōe mētis. eleuauerūt etiā uocē ſuā ut
diſputatiōibus uanis cōtrairēt p̄dicatorib⁹ tuis.
Eleuauerūt & flumina. i. pricipes gentiū fluctus
ſuos. i. uerba cōminata. & hoc p̄ceſſit a uoci-
bus aquarꝝ multarꝝ. i. a conſonātia multoꝝ po-
puloꝝ. et factæ ſunt mirabiles elatiōes maris. et
ecōtra dn̄s mirabilis factus ē in altis illis elatiōi
bus deprimendis & ſic q̄ſi illis depreſſis, teſtimo
nia tua. i. miracula tua q̄ teſtabātur tui, nimis fa
cta ſunt credibilia. Nimis, ideo quia ſigna cōfir-
mabāt dicta eoꝝ. Vnde illud, Dn̄o cooperāte Mar.16.
& ſermonem confirmāte ſequentibus ſignis. Et
hæc talis ſanctitudo decet domū tuā. i. eccleſiā
tuā, tendentem in longitudinem dierum.

ℭ Pſalmus Dauid quarta ſabbati. XCIII.

DEus ultionum dominus, deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis. Vſquequo peccatores domine, uſque quo peccatores gloriabuntur? Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam. Populum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam uexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Et dixerunt, non uidebit dominus, nec intelliget deus Iacob. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurē, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam uanæ ſunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet. Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem? Niſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Si dicebam, motus eſt pes meus, miſericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt. Et factus eſt mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutorium ſpei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos dominus deus noſter,

Solent minus eruditi, id eſt, minus perfecti in corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, peruerſe cogitare, tacite dolere, in uocē etiā aliquādo murmurando prorumpere, uidentes florem malorum & laborem bonorum: illos regnare, iſtos ſeruire: illos exaltari, iſtos deprimi: illos abundare, iſtos egere: & dicūt ſe fruſtra credidiſſe, & ſic incitantur ad malitiam eorum. uel ſi nō audent propter infirmitatem, quia timent humanū iudicium, licet ſeruent manus innoxias, mentem tamen coinquinant: & inter cæteras iniquas cogitationes habent caput iniquarum cogitationum, dicentes quod deus auerterit oculos ſuos à fidelibus, & dicūt ꝗd deus non curet gubernare hæc infima, uel dicunt eum æqualiter diligere bonos & malos: uel quod peius eſt, bonos inſectari, malis fauere. & cum ſic murmurant, nulli damnum faciunt, ſibi tantū maximum malum inferunt, quia non habent ueram innocentiam. Vera enim innocentia eſt, quæ nec ſibi nec alteri obeſt. Hanc innocentiam illi obſeruabant, de
Eccl.31. quibus dictum eſt: Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus: & facere malū, & nō fecit. Hos dolores & iniquas cogitationes procurat pſalmus iſte, exhortando ipſos murmurantes, ne contra florem malorum habeant inuidiam & in labore bonorum habeant patientiam. Nam unuſquiſq; qui uere eſt Chriſtianus, cum uidet taliter murmurātes, dolet & irridet, & dicit: Non eſt hominis inueſtigare cur deus patiatur bonos laborare & malos florere. Sufficit mihi ſcire, laborem bonorū eſſe temporalem, & florē malorꝫ. Et hæc dicēdo, ꝓponit ſibi patientiā cōtra felicitatē malorꝫ & miſeriā bonorꝫ. Quam patientiam docet pſalmus iſte, cui talis p̄ponit̃ titulus: Pſalmus Dauid quarta ſabbati,

In quarta ſabbati legitur deus feciſſe luminaria in firmamento, ſolem in poteſtatem diei, lunam Pſal.135.
& ſtellas in poteſtatem noctis. Hæc luminaria, quātumcunq; homines mentiuntur de eis, quātæcunq; cadant grandines, quantacunque fiant pericula, a ſtatu ſuo non mouentur: ſed curſum ſuum q ſibi eſt a deo diſpoſitus, peragunt. Per hæc talia luminaria ſignificantur illi, de quibus dicit Apoſtolus: Omnia facite ſine diſceptatione Phil.2.
& murmuratione, ut ſitis irrep̄henſibiles & ſynceri, immaculati filij dei in medio nationis prauæ & peruerſæ, ubi lucetis uelut luminaria fixa in firmamēto, uerbum uitæ continentes. Lucēt illi uelut luminare in firmamento, qui in ſcripturis ſacris promiſſiones domini attendūt. Nam qui eas attendunt, ipſi quaſi in firmamento curſum ſuum peragunt, habentes undiq; patientiam & in hoc, uidelicet quod uident malos florere, bonos laborare. Qui uero hoc impatienter ferunt, ipſi quaſi in firmamēto cadunt, nō recte ſtatum curſus ſui perficientes. Et quoniam pſalmus iſte patientiam proponit, merito intitulatus ē quarta ſabbati, non quod pſalmus agat de rebus creatis quarta ſabbati, ſed de rebus ſignificatis per res creatas quarta ſabbati. Nam uox eorum eſt in hoc pſalmo, qui ſignificantur per luminaria, quarta ſabbati in firmamento poſita, & dicunt:

D*Eus ultionum dominus, deus ultionum libere egit.* Quaſi dicat: Nullus inuideat malis in flore ſuo, nec doleat ſi boni laborant. ſed cor ſurſum ſemper habeat, quia deus ē dominus ultionum, ſcilicet agendarꝫ, à ꝗ non erit impunitum omne malū. Deus eſt ultionū dico, qa libere egit in uerbo, & ideo libere aget in iudicio. Libere Mat.7.
egit in ỽbo, ut ſcriptū ē: & erat loquēs tanq̃ uir

poteſtatem habens, non tanquã ſcribæ & phariſæi eorum. Libere egit, paſſurus: & ideo nemi nem timebit, cum ueniet iudicaturus. Vt autẽ libere agas in iudicio, naſcere, morere & exurge. & ſic *exaltare qui iudicas terram*, id eſt, qui iudicas eos qui terra ſunt. & *redde retributionem ſuperbis*. Superbi ſunt, qui nolunt peccata ſua confiteri: quibus reddet dominus ſecundum opera ſua. Vel ſic cõtinuatur. Libere egit in uerbo: & ideo libere agit in iudicio. Populus uero malignus non intellexit cum libere egit in uerbo. Vt autem intelligat populus te libere acturum in iudicio, exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis, qui te noluerunt hic humilem cognoſcere. uel libere agit in iudicio, quia apud eum non erit perſonarum acceptio, ſed unicui-
Ro.2. que reddet ſecundum opera ſua. *Vſquequo peccatores domine, uſquequo gloriabũtur?* Artificioſe agitur in hoc pſalmo contra minus eruditos & murmurantes contra dominum: quia qui hic loquitur, ut competentius ad gaudium & ad patientiã ſecum ducat, prius uocem eorũ in ſe trãſfert, & ſic eis quaſi condolendo repræſentat uocem illorum, ut & ipſi poſtea aſſumant uocem iſtorum. Qui conſolatur amicum, non competentius hoc faciet, quàm ſi cum amico ſe dolere oſtendat, quoniã ſic leuius ſecum dolentem ad gaudiũ ducere poteſt. Quod ſic dicit, uſquequo peccatores domine gloriabuntur? id eſt, quouſque patieris peccatores agere quæ uolũt? & ꝗuſque gloriabuntur in felicitate ſua? Et ecce apparet in quo gloriantur. *Effabuntur & loquentur iniquitatem*. Ordo eſt ꝑpoſteratus, quia prius apud ſe loquentur, & poſtea alijs extra loquẽtur. Quid loquentur? Cogitãt apud ſe quod deo non diſpliceat mala uita eorum. q̃a ſi diſpliceret, uel penitus eos a uita auferret, uel ſic eos florere nõ permitteret. & hæc cogitando, ſurgunt cõtra alios in defenſionem peccatorum. Quod dicit, effabuntur & loquentur iniquitatem. *loquentur*, dico, *omnes qui operantur iniuſtitiam*, quia operando loquentur. Et ecce iniquitas quam loquũtur: Quia *populum tuum domine humiliauerunt* in fide, ſibi conformãdo humiliandos reddiderunt. *& hæreditatem tuam*, ꝑfectos uidelicet, qui a te uſque ad perfectionem culti ſunt, quos non potuerũt humiliare, *uexauerũt*, id ẽ, multis tribulatiõibus afflixerunt. Et quæ ſit hæreditas quam uexauerunt, ſubiũgit: *Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt*. Vidui ſunt omnes illi, qui ſe à copulatione diaboli ſeparant. cui quiſque copulatur, quando in peccatũ cadit. Aduenæ ſunt illi, qui intelligunt ſe non habere hic manentem ciuitatem, ſed futurã inquirunt. Pupilli ſunt, q̃ relinquunt parentes mundanæ ciuitatis. Hi tales ſæpius uexati ſunt ab impijs, *& dixerunt* in ipſa uexatione contra dominum murmurãtes: *non uidebit dominus* ſuos ſic plagari ab impijs. q̃a ſi uidet, cur patitur? & ſi patitur, non eſt iuſtus, & ſic poſſent ad hoc uenire, ut nõ eſſet deus. q̃a qui aufert iuſtitiam, aufert & deitatem. Quod dicit, nõ uidebit dominus, *nec etiam intelliget deus iacob*. quod adhuc maius eſt, *intelligite inſipientes in populo*. Propheta præuidens eos ſic iniuſte contra dominum murmurare, redarguit eos de murmuratione ſua. Quaſi dicat: Vos q̃ eſtis inſipientes populi, attẽdentes florẽ malorũ tẽporalem, nõ pœnã æternalem: & laborem bonorum temporalem, non gloriam ſempiternam. Intelligite inſipientes, id ẽ, intelligẽter agite, oculos uidelicet ad futura leuate, & intelligetis quia uidet dominus & intelliget. Quod dicit, intelligite inſipientes in populo, *& uos ſtulti aliquando ſapite*: qui hic floretis, & qui uobis bene putatis eſſe cum male eſt, aliquãdo ſapite, id eſt, tãdem recognoſcite florem ueſtrum ex tempore eſſe, ut futura bona inquiratis quæ æterna ſunt. *Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui finxit oculum, non conſiderat?* Quaſi dicat: Intelligite uos inſipientes iſtud. Qui plantauit aurem in alijs, non audiet ipſe? aut qui finxit oculum, non conſiderat omnia? *Qui corripit gentes* per ꝓphetas, per apoſtolos, martyres quoque zelum dei habentes, *nõ arguet* ipſe in futuro. Vel qui corripit gentes in parte, nõ arguet in toto. Et *qui docet hominem ſcientiam*, id eſt, qui facit hominem ſcientem, non neſcit omnia. Scit utique. Quia *dominus* non tantum *ſcit* opera, ſed etiam *cogitationes hominum*. ſcit dico, non ut probet, ſed ut uanas eas attendat. Quod dicit, *quoniam uanæ ſunt*. & ſi ſcit, conſequitur ut animaduertat, alioquin iuſtus non eſſet. *Beatus homo quem tu erudieris domine*, quaſi dicat: Dominus ſcit cogitationes hominum. hõ aũt neſcit cogitationes dei. & ideo relinquat hõ cogitationes ſuas uanas, & perſcrutetur cogitationes dei ueras. Nam homo ille quem tu erudieris domine, ut attendat quod uis attendi, beatus eſt. *& de lege tua docueris eum*. Lex domini docet hic pati quenque tribulatiões & preſſuras in hoc mundo, ut in ſe ueram pacem inueniat, regnum ſuũ uenale habeat, pro quo laborare pręcepit. Et eſſet laborandum æternaliter pro regno illo. ſed quia ſi labor eſſet æternalis, nulla eſſet gloria quã habituri eſſent laborãtes, ideo ex tempore laborare præcepit, quibus æternã gloriam promiſit: nec etiam pro magna gloria & æterna, magno tempore laborare præcepit. Nõ enim dixit, labora per mille annos uel per centum, ſed labora quandiu uixeris. quod tamẽ poteſt contingere ut poſt tres dies non uiuas, ut poſt æternam gloriam recipias. Vel ſic, dominus ſcit cogitationes hominum. & tamen permittit bonos laborare, malos florere. Quẽ autem o domine tu laborem erudiri permittis, & de lege tua docuens eum, ad quid doces? *Vt mitiges ei à diebus malis*, id ẽ, mitigationem facias ei, pœnitentiam et reddendo. *donec fodiatur peccatori fouea*, id eſt, perficiatur iniquitas peccatorum, quæ ipſi peccatori erit fouea. quia ipſe peccator qui non uult attendere deũ ad pœnitentiam uo-

cantem, theſaurizat ſibi iram in die iræ iuſti iudicij dei. *Quia non repellet dominus plebem ſuam.* Quaſi d. Vere mitigabitur dominus in ſe credenti a diebus malis, quia nō repellet dominus plebem ſuam. quid uidetur malis dum ſæuiunt in ea. & quia flagellat dominus oēm filiū quem recipit, *& hereditatem ſuam non derelinquet*, conſeruando ab impugnantibus eam, quoadusq; iuſtitia, id eſt, iuſtus & perfectus quiſque cōuertatur ad hoc, ut ad iudicium ueniat cum domino, uel iudicandus, uel iudicaturus. Iudicaturus, ſecūdum hoc: Sedebitis ſuper thronos, iudican- Luc.22. tes, &c. Vel ſic, *quoadusq; iuſtitia*, Chriſtus uidelicet, qui nunc eſt abſconditus, *conuertatur in iudicium*, id ē, in manifeſto ueniet ut iudicet alios. *Et qui iuxta illam*, id eſt, qui erunt illi qui in iudicio ſuo ſeſſuri ſunt in latere Chriſti, qui hic nobis eſt iuſtitia. *Omnes* uidelicet *qui recto ſunt corde*, id eſt, omnes illi quorum cor hic complanatur incommutabili regulæ iuſtitiæ eius. Vel ſic, Quādoquidem iuſtitia conuertetur in iudiciū, qui ſunt hic iuxta illam, id eſt, qui ſunt illi qui iuſte uiuunt? Omnes qui recto ſunt corde. *Quis cōſurget mihi aduerſus malignantes. aut qs ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?* Ecce ille qui in hoc pſalmo loquitur, cum ſuperius ſe poſuiſſet in uocem murmurantium, iā ipſos murmurantes in uoce ſecum aſſumit ſua, ut nunc ſecum gaudeant, quibus ipſe ſuperius condoluit. Quaſi dicat ſic unuſquiſq;: Intelligo ita eſſe faciendū malos tolerandos, ſed hoc per me non poſſum. & quis mihi erit auxilio interim? Quod dicit, quis conſurget mihi, id eſt, quis conſurgere me faciet aduerſus malignātes? Aut quis ſtabit mecum, id eſt, quis me immobilem facit, ut non cadam aduerſus omnes qui operantur iniquitatem? Dominus qui adiuuit me. Et quomodo adiuuit? Nam *anima mea* habitauit *in inferno*, conſentiendo illis quibus florem temporalem deus permiſit habere. & *paulominus habitaſſet*, id eſt, multum parum diſtabat, quod non ibi perſeueraſſet, *non quia dominus adiuuit me*. Et quomodo audiuit? Dixi, motus eſt pes meus, id ē, afflictio mea mota eſt ab optatione floris malorum. & ipſe audiuit me &. nō tantum audiuit me poſt confeſſionem, ſed etiam ſi *dicebam, motus eſt pes meus*, id eſt, mox ut fragilitatis meæ mobilitatē recognoſcebam, *tua miſericordia domine adiuuabat me*, quia ſimilis erat tua miſericordia cū mea confeſſione. Ecce habes. quia ſi tu agnoſcis q̄d deus ignoſcit, & eatenus ignoſcit quatenus tu agnoſcas. Quod ſubſequens uerſus demonſtrabit. *Secundum multitudinem dolorū meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Quaſi d. Miſericordia tua adiuuabat me, & hoc nō modicū, quia multi fuerūt mei dolores. & ſecutæ ſunt multæ tuæ miſerationes uel conſolationes. Præceſſerunt uulnera mea amariſſima, ſecuta ſunt medicamenta tua ſuauiſſima. & ſic lætificauerunt animam meam In hoc uidelicet, q̄d intelligo qua nullus impius erit tibi ſedes. Quod interrogando dicit: *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?* id eſt, nunquid tādem eliges tibi ſedes, illos qui operantur iniquitatem? Tu dico, *qui fingis laborem in præcepto*, id eſt, qui facis laborare in præcepto tuo manentes. Vnde Petrus: Tempus eſt ut incipiat iudicium a domo dei. Et ſi initium a nobis, qui finis erit in illis 1.Pe.4. qui non obediunt euangelio? Si iuſtus uix ſaluabitur, impius ubi parebit? Vel aliter: Qui fingis laborem in p̄cepto, id eſt, ipſum laborem quem patiuntur, tu facis eſſe pręceptum tuum, quia in labore eorum præceptum tuū intelligitur. Et ecce qualiter in præcepto fingis laborem. Quia *captabant in animam iuſti*, id eſt, inſidiāter egerūt cōtra animam iuſti, Chriſti uidelicet. & ideo captabant in animam iuſti cuiuſq; membri, uidelicet Chriſti. *& ſanguinem innocentem condemnabāt* id eſt, ſanguinem Chriſti. Quantum in ſe fuit, cōdemnabant. & ideo condemnabant ſanguinem cuiuſque iuſti ex corpore Chriſti. ſed inde non eſt curandum, quia *factus eſt dominus mihi in refugium* tādem. & interim donec ſuperatus ab inimicis ad eum refugiam, eſt *deus meus in adiutorium ſpei meæ*, adiuuans me uidelicet, ut non deficiam in ſpe mea. *& tunc quando ad eum refugiam, reddet illis iniquitatem ipſorum*, non ſecūdum hoc quod mihi eſt præſtitū a malitia ipſorum, ſed ſecundum quod ipſi intendebant: quia licet ex iniquitate Iudæ magna gratia ſit nobis præſtita, ipſe tamen precium ſuæ recipit malitiæ: quia nō intendebat facere ad noſtram ſalutem, ſed ad domini ſui perditionem: & ideo illi & complicibus eius reddet dominus iniquitatem ipſorū. Et quō reddet? *in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos*, dico, *dominus deus noſter*.

Laus cantici ipſi Dauid. XCIIII.

VEnite, exultemus domino, iubilemus deo ſalutari noſtro. Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus ſuper oēs deos. Quia in manu eius ſunt oēs fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerūt. Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum qui fecit nos, quia ipſe eſt *dominus* deus noſter. Et nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, Sicut in irritatione, ſecundū diem tentationis in deſerto. Vbi tentauerūt

me patres ueſtri, probauerũt me, & uiderũt opera mea. Quadraginta annis offenſus fui generationi illi, & dixi, ſemper hi errant corde. Et iſti non cognouerunt uias meas, ut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Canticum, ſicuti ſcitis ponitur pro exultatione. Ne autem de humana uirtute in hoc pſalmo exultare uellet aliquis, appoſitũ ē laus cãtici, ut per hæc duo intelligamus de diuina uirtute in hoc pſalmo exultãdum eſſe. Eſt uox capitis noſtri in hoc pſalmo, reuocantis diſperſos Iſrael, filium uidelicet illum, qui accepta parte ſubſtantiæ ſuæ, abiit in regionem diſſimilitudinis. ubi luxurioſe uiuendo diſſipauit bona ſua, & ad ultimum tãta neceſſitate coactus eſt, ut porcos paſceret. [Luce. 15.] Filius iſte qui accepta portione ſua a patre diſceſſit, genus humanum ſignificat. quod accepta portione .i. ratione, in qua illud deus ad imaginẽ ſuã formauit, diſceſſit a deo in regionẽ diſſimilitudinis. i. in diſſimilẽ uitã, quãuis nõ potuit ab eo diſcedere corpore, quia ubiq; præſens fuit diuinitate. ſed diſceſſit ab eo affectione, & diſſimiliter ſtuduit uiuere a deo. & coactus neceſſitate, porcos pauit & dæmonia coluit, quæ per porcos deſignantur. quoniam nullum animal immundius porco reperitur. Humanum genus ſic a deo apoſtatatum, reuocauit homo dominicus in hoc pſalmo, ſic:

V*Enite, exultemus domino.* Quaſi dicat: Qui uſq; modo exultauiſtis diabolo, mũdo deceptori ueſtro, deinceps exultate deo, qui per me mundum ſibi reconciliari uoluit & a me moneri, ut qui dei ſunt, iungantur mihi. & uenite, non inceſſu pedum, ſed affectionũ. Exultemus domino, *iubilemus deo ſalutari noſtro.* meo uidelicet & ueſtro. meo, per naturam: ueſtro, per gratiam. & *præoccupemus*, id eſt, præueniamus *faciem eius* ſcilicet uenturi ad iudicium, & hoc *in confeßione*, id eſt, in laude eius. Confeſſio eſt duplex: quia eſt confeſſio uel gementis, uel laudantis. quæ utraque ad laudem domini pertinet. Nam laudabilem confeſſionem ad laudem domini pertinere non dubium eſt. Confeſſio etiam gementis fit ad laudem domini. quia quanto maior eſt exaggeratio in peccato confitentis, tãto maior eſt laus ignoſcentis. Quod dicit, præoccupemus faciem eius in confeſſione, *& in pſalmis iubilemus ei*, id eſt, in bonis operibus. Iubilat in pſalmis, qui in bonis operibus maiorem habet uoluntatem, quàm poſſit oſtendere per actionem. *Quoniam deus magnus dominus.* Quaſi dicat: Huic iubilandum eſt, quoniam cum alii falſo magni dicũtur, ipſe eſt deus magnus dominus, *& rex magnus ſuper omnes deos.* non deos gentium quibus præferri nihil eſt, ſed ſuper illos qui per gratiam ſuam dii facti ſunt, quibus præferri magnum eſt. Et uere ipſe eſt rex magnus ſuper omnes deos, *quia in manu eius*. i. in poteſtate eius *ſunt omnes fines terræ*, id eſt, iudæi qui terrenitati ſuæ finem poſuerunt. *& altitudines maris*, id eſt, qui q; eminentes in illo populo uirtutibus, ipſius ſunt: quoniam quicquid boni operantur, ex ipſo habent. Unde Apoſtolus: Deus, inquit, operatur in nobis & uelle & perficere. [Phil. 2.] Ecce iam ædificatus eſt paries unus in domo domini, populus uidelicet ex circunciſione. Notatur etiam ille alius paries, id eſt, populus ex præputio: ſic, *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.* Quaſi dicat: Vere eſt rex magnus, quoniam ipſius eſt mare. i. gentilis populus, ſale amaritudinis plenus, & ipſe fecit illud, nõ ut mare remaneret, ſed ut arabilis terra fieret. *Et ſiccam manus eius formauerũt.* i. ex eius potẽtia factũ ē hoc, quod mare illud fieret terra ſicca, ſemper ſitiens imbrẽ ſalutis ſuper ſe uenientem. Ecce collecti ſunt duo parietes. adiungatur ergo lapis angularis, & ex illis fiat unũ ædificium. *Venite, adoremus.* q. d. Quandoquidem magnus eſt dominus, ergo uenite paſſibus fidei. adoremus. i. ueneremur eum. *& procidamus*, humiliando noſmetipſos, ut eum digne adoremus, & ſi aliquem conſcientia praua grauat, ploret corã domino, pro peccato perpetrato. Quod dicit, procidamus *& ploremus ante dominũ qui fecit nos.* me quidem. i. humanã naturã verbo perſonaliter unitã, ipſe caput, uos membra. Vel qui fecit nos. i. qui nos recreauit in operib9 bonis. Unde Apoſtolus. Ipſius, inquit, factura ſumus, creati in operibus bonis. [Ephe. 2.] Et merito ploramus ante eum, *quia ipſe eſt dominus deus noſter*, & *nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius.* Cõuenientius uideret dixiſſe, populus eius & oues paſcuæ eius. Sed ut oſtenderet populũ ab eo paſci uelut oues, dixit: & nos populus paſcuæ eius, & oues: nõ quas ipſe emit uel furto accepit, ſed manus eius, quas uidelicet fecit: & quia populus & oues eſtis, ergo *ſi audieritis uocem eius* per me, uidelicet miſſum hæredem, uel per apoſtolos meos, *nolite obdurare corda ueſtra.* & hoc dico *hodie*. i. quãdiu hoc tẽpus agitur, adhortor uos nõ obdurare corda ueſtra. Unde apoſtolus: Videte, inquit, fratres, ne ſit in aliquo ueſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a domino deo uero uiuo. ſed adhortamini uos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut nõ obduret quis cor ex uobis fallacia peccati. [Heb. 3.] Nolite obdurare corda ueſtra. *ſicut* ſ. factum eſt *in irritatione*. i. in prouocatione dei facta. ſed non tñ in ipſa die, ſed *ſecũdũ diẽ tẽtationis factæ in deſerto.* ſecundũ diẽ. i. poſt diẽ *ubi tẽtauerunt patres ueſtri me*, uidelicet verbum quod in principio erat apud deũ, *probauerũt, & tamen uiderũt opera mea*, per quæ poterãt intelligere quod nõ erã probandus. *Quadraginta annis offenſus fui generatiõi huic.* Quadraginta anni ſignificãt oẽm curſum uitæ noſtræ, in quo in hoc mũdo quaſi in deſerto erramus, & ſæpius deũ offendimus. *Et dixi, ſemper errãt corde. & iſti non cognouerũt uias meas.* i. præcepta mea quibus innocẽter gradi debent. quibus *iuraui in ira mea, ſi introibũt in requiẽ meã.* Tunc nulli ſ. introibunt. Vel, ſi introibunt, id eſt, non introibunt. Vel, nõ co-

gnouerunt uias meas, & ideo non inirabunt in requiem meam,ut iuraui in ira mea.

ℂ Pſalmus Dauid,qñ domus ædificabatur poſt captiuitatẽ. XCV.

CAntate domino canticum nouum,cantate domino omnis terra. Cantate domino & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem ſalutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis,terribilis eſt ſuper omnes deos.Quoniam omnes dij gentium dæmonia,dominus autem cælos fecit. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius,ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius.Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem,afferte domino gloriam nomini eius.Tollite hoſtias, & introite in atria eius, adorate dominum in atrio ſancto eius. Commoueatur à facie eius uniuerſa terra:dicite in gentibus,quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur,iudicabit populos in æquitate. Lætentur cæli,& exultet terra,commoueatur mare & plenitudo eius:gaudebunt campi & omnia quæ in eis ſunt. Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie domini quia uenit, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in ueritate ſua.

Legitur templũ domini ꝙd a Salomone ædificatum eſt, a Chaldæis fuiſſe deſtructum,& iterum ab Ieſu magno ſacerdote reædificatũ. Domus iſta humanam naturã ſignificat,q̃ in primo parente a uero Salomõe eſt ædificata.i. in abundãtia uirtutum poſita. ſed poſtea deſtructa eſt, etiã a Chaldæis captiuata, quando primus hõ ſerpẽti male perſuadenti ſuccubuit. quia comedit uetitum,amiſit abundantiam uirtutum,expertus eſt quod minatus eſt dominus, & non inuenit quod promiſit diabolus. Minatus eſt dominus,ſi comederit,mortem: diabolus promiſit diuinitatem ſed hõ concedens ſerpenti, comedit: & nõ tantummõ effectus eſt deus,ſed etiã miſer factus eſt & captiuus. Reſtituta eſt domus iſta, id eſt,humana natura, quoniã uerbum quod in principio erat apud deum, humanã aſſumpſit formã,ut hominem reuocaret ad gloriã. Vt autem in hoc ædificio ſimus, adhortatur nos propheta in hoc pſalmo,laudãdo illum qui nos fecit huius domus ædificium,& dicit ſic:

VOs quiſq; modo imitãdo ueterem hominem,uetus canticum ululaſtis, uos deinceps *cãtate domino* patri *canticũ nouũ*,nouã gratiam,nouã humilitatem. *Cãtate domino* filio *omnis terra* nõ ſolum Iudæa,non ſolum Aphrica, ſed etiã omnis terra. *Cantate domino* ſpirituiſancto, *& benedicite* non nomini ueſtro, ſed *nomini eius* glorificãdo. Nota ꝙd tres perſonæ deitatis ſunt in eſſentia unitatis,ideo cum dixiſſet illis tribus perſonis cantandum eſſe æqualiter, ſubiunxit: Benedicite nomini eius, *annunciate de die in diem ſalutare eius*.quaſi dicat: Cantate domino om̃is terra. Vos autem ex iudæis annunciate de die in diem.i. omni tempore ſalutare eius, Chriſtũ uidelicet,per quem reſtituta eſt captiuitas hominis. Vel ſic,annunciate de die in diem ſalutare.i. de uirtute in uirtutem prædicate ſalutare eius, uel ſic annunciate eundo de die filio in diem patrem,ut per opera uidelicet filij, noſcicetis opera patris,cum idẽ pater ſit & filius. Vnde illud, Iohan.14
Qui uidet me,uidet & patrem. Vel annunciate
de die patre in diem filium. Vnde illud,Credite Ibidem.
in deum,& in me credite. *Annunciate inter gẽtes opera eius*. Dixit,annunciate de die in diem ſalutare eius. Et q̃ſi diceret, Vbi uis ut annũciemus, determinat eis ubi annunciare debeãt, q̃ſi ædificator alicuius ædificij cõgregatis artificibus deponeret unicuiq; opus ſuum,& diceret. Tuũ ſit operari in angulo illo,& tuum in illo. Quod dicit,annunciate inter gentes opera eius,reſurrectionẽ uidelicet & aſcenſionẽ dicit:& annunciate *in omnibus populis mirabilia eius*, hoc uidelicet, quod dominus qui paruus naſci uoluit,paruus int̃ homines habitauit, paruus p̃dicauit. paruus mortuus ẽ: ipſe reſurgendo factus eſt *magnus,& laudabilis nimis* aſcẽdẽdo, *terribilis* uẽturus *ſuper oẽs deos*,quos per gratiã ſuã deificauit.i.qui participatiõe deitatis ueri dei,dij dici poſſunt. quia ſunt quidã qui dicuntur dij,& non ſunt ueri dij. ſicut dij gẽtium,qui non ſunt dij, ſed dæmonia. Q& dicit,*quoniã omnes dij gẽtium dæmonia*,ẽ q.d. Quod dixi deos,non retuli ad deos gentiũ,qm̃ ipſi ſunt dæmonia, & ſic parum eſſet dominum præferri illis. *Dominus autẽ fecit illos cælos*,quos prius deos nominaui,& quibus magnum eſt dominum præferri. *Confeßio & pulchritudo in conſpectu eius*. Quaſi dicat: Hoc modo factus eſt terribilis & laudabilis,quia confeſſio & pulchritudo ſunt in conſpectu eius,id eſt,in interiori homine,ubi ſuus conſpectus eſt. Vis eſſe pulcher? confitere fœditatem tuam, & dominus dabit tibi benignitatem. *Sanctimonia*.i. ſanctitas *& magnificentia* ſunt *in ſanctificatione eius*,id eſt,in illis quos ſanctificat. Nota quod prædixit, ſanctimonia: poſt,magnificentia: quia prius iuſtificat q̃ magnificet. Nã nihil eſt ꝙd de te magnũ expectes,ſi iuſtitiã nõ ames. *Afferte domino patriæ gẽtiũ,afferte domino gloriã & honorẽ, afferte domino gloriã noĩ eius*.q. d. Quandoquidẽ dñs à Iudæis annũciatus ẽ magnus & laudabilis,& hoc inter

uos o gentes, ergo patriæ gentium, non regio
una, ſed omnes patriæ gentium, afferte domino
patriæ gloriam, & hoc afferte domino filio glo
riam, & hæc uidelicet operantes, ut per uos glo
rificetur domin᷑, afferte domino ſpiritui ſancto
gloriam nomini eius: ut qui gloriatur, in do-
Iere. 9. 1. Cor. 1. mino glorietur. *Tollite hoſtias* bona opera uideli
cet, quæ ſunt hoſtia laudis, uobiſcum aſſumite:
Exo. 23. & 34. quia non debet ſeruus aparere in conſpectu do
mini uacuus. *& introite in atria eius*, id eſt, bene
uiuite in eccleſia ſua, quia nõ proſunt hoſtiæ ni
ſi cum fide, quia ueri ſacrificii extra catholicam
eccleſiam nõ eſt locus. *Adorate dominum in atrio
ſancto eius*, id eſt, omnibus communem credite:
& ſic etiã uobis prædicantibus alius *commouea-
tur* motu pœnitentiæ *à facie eius*, id eſt à cogitati
one eius, quę per uos in gentibus creſcit *in uni-
uerſa terra*. & *dicite in gentibus, dominus* regnabit
in aduentu ſecundo, quia iam *regnauit* in aduen
tu primo: & hoc effectus indicat, quia *correxit or
bem terræ, qui non cõmouebitur* a fide ſua, & tãdẽ
iudicabit populos in æquitate, unicuiq; reddens ſe-
cundum opera ſua. Et tunc *lætentur cæli*, id eſt,
quiq; fideles, qui pro nitore ueritatis cæli dicun
tur. *& exultet terra* uomere prædicationis bene
culta. & tunc *commoueatur mare & plenitudo eius*,
id eſt, ſæuiat gentilis populus & complices ſui,
tamen *gaudebunt campi*, id eſt, humiles & bene
fructificantes. *& omnia quæ in eis ſunt*, id eſt, om̃ia
opera eorum gaudebunt, id eſt, eos gaudere fa
cient, quoniam nullum bonum opus eorum re
manebit irremuneratum: & *tunc* in illo gaudio
exultabunt omnia ligna ſyluarum, in ædificium do
mus domini aſſumpta. Ligna ſyluarum ſunt gẽ
tiles, qui prius quaſi ſylua fuerunt, a nullo uide-
licet culti. ſed præciſi ſunt de oleaſtro, & inſerti
in oliuã bonã. & ideo exultabũt tandem *à facie
domini, quia uenit* primo aduentu dans miſericor
diam. & exultabunt, quando in ſecundo aduen
tu ueniet *iudicare terram*. & tunc *iudicabit orbem
terræ*, id eſt, perfectiores quos aſſumpſit de ter-
ra, *in æquitate* ſua eos recipiendo, id eſt, iuſtis ſuis
eos aſſociando. *& populos*, incredulos uidelicet,
iudicabit ĩ *ueritate ſua*, iuſto eos iudicio dãnãdo.

¶Pſalmus ipſi Dauid, quando terra ei reſtituta eſt. XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius, iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: uidit, & commota eſt terra. Montes ſicut cera fluxerũt à facie domini, à facie domini omnis terra. Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & uiderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & læta eſt Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes deos. Qui diligitis dominum, odite malum. cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia, Lætamini iuſti in domino, & confitemini memoriæ ſanctificationis eius.

Terra defluxit, qñ humanũ genus per inobe
dientiã a deo receſſit. Reſtituta ẽ in parte, qñ po
pulo Iudaico lex data eſt. Sed quia populus il-
le legis præuaricator factus eſt, iterũ terra deflu
xit. Defluxit etiã, quãdo Petrus apoſtolus qui
prius conſtantiã ꝓmiſit, ad uocem ancillæ dñm
negauit. ſed reſtituta eſt in eo terra, quãdo inter
Iohan. 21. rogãte domino, Petre, amas me: reſpõdit, amo
domine. ſed cũ hoc tertio q̃ſiuiſſet, contriſtatus
Petrus dixit: Tu ſcis domine quia amo te, & ſic
deleta eſt culpa ex trina cõfeſſione, q̃ creuit ex
trina negatiõe. Reſtituta eſt terra, quãdo multi
conuerſi ex ꝓdicatione Petri, dixerunt inter ſe:
Actu. 2. Quid faciemus uiri fratres? Et Petrus: Baptize-
tur unuſquiſq; in noĩe patris & filij & ſpũſſancti,
& baptizati ſunt plurimi. Reſtituta eſt ad plenũ
terra, quãdo miſſo ſpũſancto, ab apoſtolis uer-
bũ uitæ ꝓdicatũ eſt in gentibus. Expoſitio titu-
li talis eſt. Pſalmus huic Dauid. i. uero Dauid at
tribuendus eſt, factus qñ reſtituta eſt terra. Et no
ta, licet uox ſit ꝓphetæ in hoc pſalmo, tñ negoti
um illud unde tractat pſalmus, Chriſto attribu
endum eſt, quia quod terra reſtituta eſt, hoc ꝓ
eum fuit. Poteſt etiã accipi de reſurrectione do
mini quod dicit, reſtituta eſt terra: quia tũc caro
Chriſti quam aſſumpſit de uirgine, reſtituta eſt,
quãdo gloria immortalitatis induta eſt. Quę ter
ra, id eſt, caro Chriſti quaſi defluxit, quando im
mortalitate & impaſſibilitate tegebat. Dicit au-
tem propheta ſic.

DOminus regnauit, exultet terra, lętẽtur inſulæ
multæ. q. d. Dñs uerbũ carnẽ aſſumpſit, in
q̃ plurima paſſus, mortuus eſt & reſurrexit, aſcẽ
dit, miſit ſpm̃ ſctm̃ inter diſcipulos. & ſic regna-
uit. i. regnũ ubiq; terrarũ ſibi obtinuit. qa ꝓdicãti
bus apoſtolis, fides ubiq; creuit, & ſic dñs regna
uit. Vnde exultet terra iã uomere ꝓdicãtiõis bñ
culta & nõ tñ exultent illi, q in ſolida terra ha
bitant, ſed etiã lætentur inſulæ multæ ad fidem
uocatæ. Vel lætentur inſulæ multæ. i. eccleſiæ
plures iã factæ, q̃ inſulis comparari poſſunt: qm̃
ſicut inſulæ circundatæ ſunt mari, & alliduntur
fluctibus maris, ita eccleſia circundata eſt flucti-
bus huius ſeculi, & ab eis impellit. Sed qd facit?
Frãgit ipſos fluctus, & nõ frãgitur ab illis uelut
ſcopuli maris cũ impellũtur ad litus, nõ frãgũt

litus, ſi firmum fuerit, ſed potius ab ipſo littore frãguntur. Nubes & caligo in circuitu eius. q.d. Dominus regnauit taliter, quia *nubes & caligo in circuitu eius* ſunt. Nubes ſunt apoſtoli, caligo prophetæ, quoniã quæ apoſtoli expreſſerunt, eadem prophetæ occulte quaſi quadã caligine tecta pdixerunt. Hi prophetæ & apoſtoli in circuitu eius ſunt, præcinẽtes uidelicet gloriã domini, ut regnum eius in fide creſceret. *Iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.* Præpoſteratũ eſt, quia oportet ut prius ſit iudicium, diſcretio uidelicet boni & mali, ut ſubſequatur iuſtitia. qa nemo iuſtificatur, niſi qui hoc iudicium attendit. Hæc duo ſunt correctio ſedis eius. quia per hæc duo corriguntur illi, qui ſedes eius ſunt futura. Et quõ? quia *ignis* .i. amor bonus qui inflãmat, *ante ipſum precedet, &* ignis iſte *inflammabit inimicus eius* comburẽdo in eis nociua, *in circuitu* eos ponendo, ut eum uidelicet circueant imitatione bonorum operũ. De hoc igne dictum eſt: Ignẽ ueni mittere in terrã. & quid uolo niſi ut accendatur? Quod dicit, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. & quo ordine hoc factum eſt? Quia illuxerunt *fulgura eius* .i. ſplendores miraculorum eius. *orbi terræ*. i. illis qui recipiendo culturam bonam, orbis futuri erant, in uirtutibus uidelicet perfecti. Hæc fulgura *uidit terra. & commota eſt* motu pœnitentiæ: & nõ quælibet terra cõmota eſt, ſed *montes ſicut cera fluxerunt* .i. elati in ſeculo, recepto igne charitatis, omiſſa duritia ſua, diſſoluti ſunt per lachrymas pœnitentiæ. Quod dicit, montes ſicut cera fluxerunt *à facie domini* .i. propter cognitionem domini, *à facie domini* mota eſt *omnis terra*, quia nõ ſoli iudæi fidem receperunt. Vel aliter dicamus ſuperius: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ: & tñ licet ipſe regnauit, nubes & caligo in circuitu eius. quia quibuſdã obumbratus eſt ne eum uiderent, & tamen licet nubes & caligo erãt in circuitu eius, quãtum ad quoſdã, iuſtitia & iudicium fuerunt correctio ſedis eius. i. in correctione illorũ qui futuri erãt ſedes eius. Ignis ante ipſum pcedet. Cauſam reddit quare nubes & caligo in circuitu eius. Quia ignis inuidiæ ante ipſum præcedet, nõ quod ab eo ueniat ignis ille, ſed quia ipſi ponũt ignem ipſum inter ſe & deũ. & ideo obumbratus eſt eis dominus, ne eum uideãt. & ignis iſte inflãmabit inimicos eius illicitis deſiderijs. & hoc in circuitu. i. uſquequaq. *Alluxerunt* fulgura eius orbi terræ. Oſtendit q̃liter iuſtitia & iudiciũ ſunt correctio ſedis eius, qa allucent fulgura orbi terræ. Quæ fulgura? Videlicet terra cõmota ad pœnitẽtiã. Nã etiã mõtes ſicut cera fluxerũt. i. duritia ſuperborũ in mollitiem uerſa eſt, ſicut cera q̃ apponitur igni. Et hoc qđ mõtes fluxerunt, eſt a facie dñi, a q̃ cõmota eſt oĩs terra. & q̃modo hoc? Quia *annunciauerũt cæli*. i. apoſtoli *iuſtitiã eius. & ſic uiderunt*. i. intellexerunt *omnes populi*, nõ ſolũ iudæi. Et quia oẽs populi uiderunt *gloriam eius, cõfundãtur* ergo in cõſideratiõe ſua *omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis*. quia nõ ſunt adoranda ſimulacra. nec etiam angelus adorandus eſt, quia legitur in Apoc. cum quidã uoluiſſet adorare angelum ꝓ miraculis q̃ fecit, quod ipſe prohibuiſſet ne adoraretur, dicẽs: Vide ne feceris. cõſeruus enim tuus ſum & fratrũ tuorum. (Apo. 19. & 22.) *Adorate* dominũ *omnes angeli eius*. q.d. Viderunt oẽs populi gloriã eius. unde adorate eum oẽs angeli eius. *Audiuit* hoc *Sion* quod populi uiderunt gloriã eius, *& lætata eſt*. Quod alibi dicitur, Audierunt qui erãt in iudæa, quia gẽtes receperunt uerbũ dei, & bñdicebãt deũ. (Actu. 11.) *Et exultauerũt filiæ iudæ*. i. eccleſiæ ex iudęis *propter iudicia tua domine*, quia recognouerũt gentes eſſe dignas ut cõcorporarentur iudæis. Vnde Petrus: In ueritate cõperi qm̃ non eſt perſonarum acceptor deus. (Actu. 10.) Ipſe eñ Petrus dubitans utrũ Cornelius baptizãdus eſſet, certificatus eſt, quoniã ſpiritũſctm̃ uidit eum recepiſſe. q̃ nulli cõtigit ex iudæis, qđ ante baptiſmũ ſpiritũſctm̃ recepiſſet. Exultauerũt filiæ iudæ merito, *quoniã tu dominus es altiſsimus ſuper omnẽ terrã*. quia nõ tm̃ iudęorũ, ſed etiã gẽtiũ deus. *Et exaltatus es ſuper oẽs deos* ante factos, *nimis* exaltatus es, uſq; ad æqualitatem patris aſcendens. & ne quis deſperaret, cum dicit eum altiſſimum, quaſi præ altitudine attingere eum nõ poſſet, dat præceptum quõ attingendus ſit. & dicit. *Qui diligitis dominũ, odite malũ*. q.d. Dominus eſt altiſſimus. uos autẽ q altitudinem eius attingere uultis, odite malũ: & ſi perſecutio impiorum uobis ſuperuenerit, nolite timere: quia licet ſæuiãt cõtra carnem, nõ poſſunt tñ impedire reſurrectionẽ. Quia *cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorũ, & de manu* peccatorum *liberabit eos* tãdem. & ut tãdem liberet eos, *lux orta ẽ iuſto*. i. lux interior lucebit unicuiq; iuſto. *et rectis corde lætitia*. i. ut nõ ſolũ in ſpe gaudeant, ſed etiam in tribulatione. Vnde *lætamini iuſti in domino*, quorũ tm̃ eſt gaudere, quia impijs nõ eſt gaudere. *Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius* .i. laudate eum in hoc, quod memor fuit ueſtri ut uos ſanctificaret, cum immemores eſſetis in damnatione ueſtra.

¶Pſalmus Dauid. XCVII.

Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluabit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & ueritatis ſuæ domui Iſrael. Viderunt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri. Iubilate deo omnis terra, cantate & exultate & pſallite. Pſallite domino in cithara, in cithara & uoce pſalmi, in tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ,

Luc. 12.

Iubilate in conſpectu regis domini, moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu ſimul, montes exultabunt à conſpectu domini, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate.

Vox eſt in hoc pſalmo prophetæ exhortantis nos ne in uacuum gratiam dei recipiamus, ne ſanguinem iuſti conculcemus, ſed in magna affectione tempus uiſitatiõis recognoſcamus: Chriſtum imitando, uetus canticum poſtponamus, & nouũ canticũ cum eo cantemus. Quod dicit: *Cantate domino canticum nouum.* Nouum cãticũ, noua charitas, noua humilitas, quod
Luce.7. uetus homo neſcit cantare. *Quia mirabilia fecit*, tũc uidelicet, quando filium uiduæ reſuſcitauit. ſed mirabilius fecit, quãdo perditos à morte redemit. Saluauit *ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius*. Oſtendit qualiter mirabilia fecit. Nam dextera eius & brachium eius, Chriſtus uidelicet, potentia & fortitudine ſua ſaluauit .i. ſalutionem humano generi attulit: & hoc ſibi a domino, patre uidelicet, ut qui uiuunt, iam non am
2.Cor.5. plius ſibi uiuant, ſed domino. Saluãtur ſibi, qui interius ſaluantur, non amplius redeũtes ad uomitum. Et quomodo ſaluauit? *Notum fecit dominus ſalutare ſuum*, id eſt, Chriſtum ſuum. *In conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam*, id eſt, fidem iuſtificantem notificauit gẽtibus. Et q̃re hoc? Quia *recordatur eſt miſericordiæ ſuæ*, id eſt, reparationis humano generi faciendæ. & recordatus eſt *ueritatis ſuæ* promiſſæ *domui iſrael*. quia illis promiſſio fuit ibi facta de reſtauratiõe humani generis. Et ſic *uiderunt omnes termini terræ*, id eſt, omnes illi qui terrenitati ſuæ terminum poſuerunt, uiderũt *ſalutare dei noſtri*, & ideo *iubilate* domino *omnis terra*, id eſt, tantam licentiam in uobis concipite, quantam nõ ſufficitis in uoce exprimere. *Cantate* etiam interius, & *exultate* externus, & ſic *pſallite*, id eſt, bona opera cum mentis hilaritate perficite, quia hilarem operatorẽ diligit deus. *Pſallite domino*, dico, *in cithara*. i. in carnis mortificatiõe. Vnde Apoſtolus: Mortificate membra Col.3.
ueſtra q̃ ſunt ſup terram. Pſallite etiã *in tubis ductilibus*. Tubæ ductiles ſunt tubæ æreæ, q̃ cũ tundunt malleis, in lõgitudinẽ & latitudinẽ creſcũt. Mallei noſtri ſunt diaboli & uaſa eorũ. tunſio, eſt eorum tribulatio & perſecutio. quibus malleis quiſq; tunſus, creſcat in perſeuerantiam boni operis, creſcat etiam latitudinẽ, id eſt, in charitatis extenſiõem, quæ charitas nõ ultra extendi poteſt, quàm ut ad inimicos quiſq; habeat charitatem, uelut ille qui dixit: Domine, ne ſtatuas Luce.23.
illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Actu.7.
Pſallite etiam uocem *tubæ corneæ*, id eſt, ſic operamini, ut in carne exiſtentes, omnes carnales affectiões excedatis. & hoc ad ſimilitudinem cornu, quod adhærendo carni, in aliã indureſcit naturam. Vnde Paulus: Etſi adhuc in carne mi 2.Cor.10.
litamus, iam non tamen ſecundum carnem uiuimus. Iubilate in conſpectu regis domini. Quaſi dicat: His omnibus modis pſallentes, *iubilate* in interiori ueſtro ubi cõſpicit rex ueſter, & uobis iubilantibus, *moueatur mare*, id eſt, gentilitas motu pœnitentiæ uel motu iræ, & nõ in parte moueatur mare, ſed *plenitudo eius*, id eſt, ubiq; moueatur: *orbis terrarũ* etiam moueatur. i. perfecti quodammodo adhuc moueantur ad incrementum uirtutum, & omnes *qui habitant in eo* orbe, id eſt, omnes qui imitantur perfectos, iubilent *in conſpectu regis domini* iubilate, quia *flu*- Iob.7.
mina. id eſt, prædicatores ſancti, de quorum uentre fluent aquæ uiuæ, *plaudent manu ſimul*, id eſt, bona operatione uobiſcum. Plaudent & *mõtes*, id eſt, elati in ſeculo *exultabunt à conſpectu domini*, *quoniam uenit* dominus *iudicare terram*, nunc occulto iudicio, & tandem *iudicabit orbem terrarũ in iuſtitia, & populos in æquitate*.

❡Pſalmus Dauid. XCVIII.

Dominus regnauit, iraſcantur populi: qui ſedes ſuper cherubim, moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctum eſt, & honor regis iudicium diligit. Tu paraſti directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Exaltate dominum deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Cuſtodiebant teſtimõia eius, & præceptum quod dedit illis. Domine deus noſter, tu exaudiebas eos: deus, tu propicius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus deus noſter.

Pſalmus Dauid. Oẽs ſancti patriarchæ & prophetę & p̃dicatores, cõſuluerũt nobis in ſcripturis ſuis, uelut filijs eccleſiæ, non ut deeſſet nobis, ſed ex ipſis haberemus, undę ædificati eſſemus. Hoc etiã ſanctus propheta Dauid in hoc pſalmo attendebat, proponens nobis ut ubiq; quæramus dominum, quæramus eum hic miſericordem, ne tandem experiamur eum ſæuiſſimum iudicem. Ipſe enim non deſerit deſiderantẽ ſe, q redemit negligentem ſe. Vnde ſic dicitur

D*Ominus regnauit, iraſcãtur populi, qui ſedet*
ſuper cherubim, moueatur terra. q. d. Quęri
te dominũ qui regnauit. i. regnũ in gentibus ſibi
obtinuit, principem mundi foras eiecit. & eo re
gnante, iraſcantur populi. Prophetatio eſt ſpũs
prædicentis, nõ præceptum iubentis. Prædicit
enim ꝓpheta, quæ in ſpiritu uidit futura: quia
poſtquã dominus aſcẽdit, miſſus eſt ſpiritusſan
ctus inter diſcipulos: ut per eum inſtructi, nõ ti-
merent mortẽ quã ſciebãt deſtructã ꝑ reſurgen
tem. A quibus cum dominus cœpit prædicari,
irati ſunt populi multi. irati ſunt cũ cœpit præ-
dicari qui eos fecit, qui adorauerunt quod fece-
runt. irati ſunt domino ſuo pro idolo ſuo, cũ de
berent iraſci ſeruo: quia dignior eſt ſeruus eorũ,
q̃ idolum ſuum. Seruum enim fecit dominus eo
rum, idolum uero faber eorum. Qui ſedet ſuꝑ
cherubim. i. q ſibi elegit ſedẽ plenos dilectione.
Cherubim nanq; interpretatur plenitudo ſcien
tiæ. Quoniã autem charitas plenitudo eſt præ-
ceptorum, nõ incongrue qui in charitate perſe
ctus eſt, cherubim eſt appellatus. Qđ dicit, Qui
ſedes ſuꝑ cherubim, regna, ſed unde moueatur
terra. i. quis in terra cor poſitum habẽs. *dominus*
tñ i Sion magnus. i. in ſpeculãtibus ea q̃ nõ uiden
tur, nõ ea quæ uidentur. Magnus apparet domi
nus, licet his qui in terra ſunt, uideatur paruus.
& excelſus ſuper oẽs populos, non tãtum iudæos,
ſed etiã ſuper gentiles. Et quãdoquidem tu dñs
magnus es in Sion, ergo *cõfiteãtur oẽs nomini tuo*
magno glorificando, qui noluerunt cõfiteri no-
mini tuo paruo. & merito nomini tuo cõfiten-
dum eſt, *quoniam terribile eſt* nõ amantibus, *ſan-*
Leuit. 11. & 19. *ctum* amãtibus, quibus dicitur: Sancti eſtote, qa
ego ſanctus ſum. Vel terribile erit in futuro, cũ
nũc ſit ſanctum. *& honor regis*. i. rex honorabilis
diliget *iudiciũ*, ut qſq; uidelicet habeat diſcretio
nem inter bonum & malũ, ut declinet a malo
& faciat bonum. Vel q uult eſſe honor regis. i.
talis ut per eum honorificetur rex, diligat iudi-
cium: attẽdat quia iudex ſuus nullum pctm̃ di-
mittat impunitũ, & hoc attendendo, iudex ſuus
fiat. qđ non põt, niſi peccare deſiſtat. *Tu paraſti*
directiões, iudiciũ & iuſtitiã in Iacob tu feciſti. q d.
Cõfiteãtur nomini tuo, & bene poſſunt: qa tu
paraſti eis directiões. i. quoſdã directores, quoꝝ
exemplo dirigerentur ad cõfeſſionem. & ſic iu-
dicium. i. diſcretionem paraſti, & poſtea iuſtitiã.
& hoc in Iacob. i. in illis qui mutãt præſentia ꝓ
futuris. *Exaltate dominũ deũ noſtrũ*. q. d. Quãdo-
quidem ut cõfiteremini, uobis paratæ ſunt dire
ctiões, exaltate dñm deum noſtrum bene ope-
rãdo, ut uidentes oꝑa ueſtra bona, &c. *Et adora*
te ſcabellũ pedũ eius, quoniã ſanctũ eſt. Nota qd ſca
bellũ debeat uocari. Ipſe enim dominus dixit,
Iſa. 66. Cælum eſt mihi ſedes, & terra ſcabellũ pedum
meoꝝ. Quid igitur faciemus? Adorabimus ter
rã? Timeo adorare terrã, ne dãnet me is q fecit
Mat. 4. cælũ & terrã. Ipſe enim tentatori ſuo dixit: Do
minum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues.
Sed quia ſpiritus dixit, adorate ſcabellum pedũ
eius, uidẽdum eſt q̃liter terra adorãda ſit, quam
ipſe dixit eẽ ſcabellum pedum ſuoꝝ. Ipſe enim
terrã ſumpſit de terra, carnem ſ. de uirgine Ma
ria. Hãc terrã nullus adorãdo peccat. Qđ dicit,
Adorate ſcabellum pedũ eius. i. ueneramini in-
feriorem naturã eius, qm̃ ſanctus eſt. *Moyſes &*
Aaron in ſacerdotibus eius. q. d. Exaltate dñm no
ſtrum. & debetis, quia Moyſes & Aaron quos
tãti habetis, & quorum filij uos eſtis, in ſacerdo
bus ei⁹ cõputati ſunt. *Et Samuel inter eos q inuocãt*
nomẽ eius. *inuocabant dominũ* ut ſerui, *& ipſe exau*
diebat eos ut dominus. *in columna nubis*. i. in my-
ſterio quaſi nube tecta *loquebatur*, & ipſi *cuſtodie*
bãt teſtimonia eius. unde ipſe maior eis probatur,
quia ipſi ab eo quaſi a domino teſtimonia acce
perunt. *Et* cuſtodiebant *præceptũ quod dedit illis*.
& *Tu domine deus noſter exaudiebas eos*, ut domi-
nus, *propicius fuiſti eis* in hoc quod propician-
dum erat eis. *& ulciſcens in oẽs adinuentiões eorũ*.
quia ſi aliquãdo peccabãt, diſciplina tua corre-
xit eos ut filios. In Moyſe & Aaron poſſumus
uidere inuentiones ſuas quæ corrigendæ erant.
Moyſes enim cum uideret rixari Aegyptium
cum hebræo, ira cõmotus, interfecit ęgyptium,
& ſabulo eum cooperuit: ne ſi diſcoopertum eũ
dimiſiſſet, reus homicidij inueniretur. Iterum cũ Exo. 2.
inſequẽti die rixari uideret duos hebræos inter
ſe, redarguit eos de cõmixtione rixæ. Quorum
unus reſpõdit ei, indignando dicens: Nunqd &
me uis interficere ſicut heri interfeciſti ęgyptiũ?
Timens Moyſes ne manifeſtaret culpa ſua, au-
fugiens dimiſit fratres ſuos, quibus neceſſarius
eẽ potuit, ſi remãſiſſet. Ecce ꝓ his duabus inuen
tiõibus, pro ira uidelicet q̃ cõmotus perpetrauit
homicidium, & pro timore quo perterritus fra
tres in periculo dimiſit, promeruit ut dominus
ab eo uindictã ſumeret. Aaron etiã corrigẽdus
erat in adinuẽtiõibus ſuis, qa in infirmitate car
nis uictus cõceſſit populo illi cui ꝑerat, ut uitulũ Exo. 32.
cõflatilem ad adorãdũ facerent. Has inuentiões
Moyſi & Aaron dñs uindicauit, qa in terrã pro
miſſiõis nõ ꝑduxit. Sed qa hoc in figura cõtinge
bat, cõuenientius accipiamus, tribulatiões & cõ
tradictiões plurimas q̃s paſſi ſunt in populo il-
lo, eſſe uindictas dñi, qa grauis eſt multum ſctis
iniqtas infidelium. In Samuele q̃tum ad humanũ
oculũ nihil fuit, qđ ulciſcendum eẽt: qa a pueri
tia in tẽplo inſtructus, in tẽplo dñi fuit in ſtatu.
Sed qm̃ unicuiq; artifici in ædificio ſuo qđ etiã
alijs bene factũ uidetur, eẽ malum apparet, poſſu-
mus dicere qđ dñs cuius oculis oĩa ꝑſunt, etiã in
Samuele aliqd corrigendum uidebat: qa nullus
eſt ita ſctũs, ut oĩno careat pctõ. *Exaltate dominũ*
deũ noſtrũ. q. d. Quãdoquidẽ oĩbus ꝓpiciator eſt
domin⁹, ergo exaltate dñm deũ nrm, *& adorate*
eum *in mõte ſctõ eius*, in Chriſto uidelicet, q mõs
ꝑciſus eſt de mõte ſine manib⁹ cõcidẽtiũ. Vnde
in Daniele: Vidi lapidẽ ꝑciſum de mõte ſine ma Dan. 2.
nibus, & creuit in mõtẽ magnũ, ut impleret fa-
ciem terræ. In hoc monte adorandus eſt domi-
nus, *quoniam ipſe eſt dominus deus noſter*.

¶Pſalmus in confeſſione. XCIX.

IVbilate deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia. Introite in conſpectu eius in exultatione. Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Populus eius & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius, in hymnis confitemini illi. Laudate nomẽ eius, quoniam ſuauis eſt dominus: in æternum miſericordia eius, & uſque in generatione & generationem ueritas eius

Pſalmus in cõfeſſione. In hoc pſalmo eſt uox prophetæ, hortantis ad laudem deo referendã pro beneficijs priſtinis, humano generi exhibitis, & dicit:

IVbilate deo omnis terra. Põt cõtinuari ſuperiori, ubi dictum eſt, Quoniã ſanctus dñs deus noſter. Quare iubilate deo omnis terra. q. d. Ad laudẽ dei uerba nõ ſufficiũt, ſed iubilatiõe opus eſt ut tm̃ in dño gaudeatis quãtum uerbis explicare nõ poteſtis. Nota q̃d dicit, oĩs terra: q a q ubiq; ſeminauit benedictionem, undiq; q̃rit iubilationem. & neceſſe fuit ut undiq; ſeminaret benedictionem, quia Adã ubiq; ſeminauerat confuſionem. Seminauit enim in quatuor partibus mundi confuſionem. quod notatur in nomine ſuo, ſumpto a principalibus literis quatuor nominum, quatuor principalium plagarũ mundi. A, prima litera eius nominis, ab ἀνατολὴ, quod græce ſignificat orientem, ſumpta eſt. D, litera. q̃ ſecunda reperitur in nomine ipſo, ſumpta eſt a Δύσις, q̃d græce notat occidentem. A, quod tertium locum obtinet, ſumitur ab ἄρκτος, q̃d ſignificat ſeptentrionalẽ plagã. M, quartum locum obtinens, ſumiť a μεσημβρία. quod ſignificat meridianã plagã. *Seruite domino* nõ in triſtitia, ſed in *lætitia*. i. in mentis hilaritate. Et merito ei ſeruiendum eſt in lætitia, quia ſeruitus dei eſt libera cui nõ ſeruit neceſſitas, ſed charitas. *Introite in cõſpectu eius in exultatione.* Dictũ eſt ad ſimilitudinem principum, quia principes ante cõſpectũ ſuum ponere illos ſolent, qui eis ſeruiunt ad placitum ſuum. Vel ſic, Introite in cõſpectu eius. i. cõſcientiã ueſtrã ubi ipſe cõſpicit, mũdate: ut eã ſordibus euacuetis, & uirtutum moribus adornetis. Et *ſcitote quoniã ipſe eſt dominus deus* noſter, faciens uos ſeruire in lætitia. i. ſibi iubilare. Et *ipſe fecit nos, & non ipſi nos*. Quod nos ipſi in nobis fecimus, hoc damnãdum eſt: q̃d autẽ ipſe fecit, hoc uere ſaluus. eſt & ideo *populus & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione* gemebunda: quia qui uult ad eum intrare, neceſſe eſt ut confitendo gemat peccata ſua. Hoc enim debet eſſe initium introeuntis ad eum. quod dicit, Introite portas eius in confeſſione. & *atria eius*. i. eccleſiã eius ingreſſi, iam *confitemini illi in hymnis*. i. in laudabili cõfeſſione confitemini illi, & tandem in futuro *laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt dominus* digne ſe guſtãtibus. & *miſericordia eius*, id ẽ, reparatio annqui lapſus, facta per miſericordiam, eſt *in æternum* durabilis. *& ueritas*. i. cõpletio miſericordiæ, pmiſſæ, eſt *in generatiõe & generationẽ*.

¶Pſalmus ipſi Dauid. C.

MIſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Pſallam & intelligam in uia immaculata, quando uenies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæſit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoſcebam. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar. Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecum: ambulans in uia immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiã: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. In matutino interficiebam oẽs peccatores terræ, ut diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Pſalmus Dauid. Vox ẽ capitis noſtri in hoc pſalmo, docẽtis ne quis propter miſericordiam pſumat de impunitate pctõrum, q a ſequitur iudicium: nec quiſquã in melius mutatus, exhorreſcat iudicium, quoniã præcedit miſericordia. Hæc duo miſericordia & iudicium, ſolent in hominibus eſſe mutabilia: quia multi miſericordia uicti, perdunt ſeueritatẽ iudicij: & cum aliquãdo rigidum uolunt tenere iudicium, amittunt miſericordiã. Chriſtus uero nec propter miſericordiæ bonitatem perdidit iudicij ſeueritatem, nec propter ſeuere iudicãdo poſtponit miſericordiæ bonitatem, ſed utrunq; cuſtodit ſine cõmutatiõe. Nũc enim eſt tẽpus miſericordiæ, q̃nque ueniet tempus exercendi iudicij. & dicit:

MIſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Pſallam & intelligam in uia immaculata, quando uenies ad me. Q. d. Domine pater, miſericordiam quã per me mundo exhibuiſti, & iudicium quod per me facturus es quandoq;, cantabo, id eſt, meis notificabo. & hoc tibi. i. gratiæ tuæ, & non meritis attribuã. Pſallam & intelligam. i. intelligenter agam in uia immaculata. ſ. poſitus, & hoc non per me, ſed ideo, quia tu ue-

nies ad me.i.uerbum tuum mihi homini perſo-
naliter uniendo. *perambulabam in innocentia cor-
dis mei, in medio domus meæ.* q.d. Vere ad me ue-
niſti, quia ex hoc quod ad me ueniſti, perambula
bam in innocentia cordis mei, id eſt, in corde in-
nocenti. & hoc in medio, id eſt, in firma cõſcien
tia mea, quæ domus dicitur, firmũ uidelicet re-
ceptaculum. In hac domo ſi quis male habet,
nuſquam bene habebit. Si quis autem purga-
tam habet conſcientiam ſuam, etſi exterius
undique male habet, tamen ſi ingreditur ad cõ-
ſcientiam ſuam, inuenit ſibi requiem. Nota q̃d
dicit, perãbulabã. Perambulabat in innocentia
cordis, quia tam ad inimicos quàm ad amicos
extendit latitudinem charitatis. Non eſt enim
uera innocentia, niſi talis ſit quæ nec ſibi nec alte
ri noceat. Nocet ſibi, ſi contra inimicum odio ac
cenſus fuerit, etſi nullum damnum inimico in-
tulerit. Quod dicit, Perambulabã, id eſt, ubiq;
ambulabam. & hoc in innocentia nõ manus tm̃,
ſed & cordis mei. & hoc in medio domus meæ
id eſt, in conſcientia mea, licet hominibus aliter
uiſum ſit. Poteſt etiam de membris dici, peram
bulabam in innocentia cordis mei, in medio do
mus meæ, id eſt, in illis qui dicuntur medii & ſit
miores in domo mea, id eſt, in eccleſia mea. Vel
poteſt etiam referri ſuperior uerſus ad mem-
bra, ſic: Miſericordiam & iudicium, id eſt, piam
affectionem quam habuiſti erga humanum ge-
nus. & iudicium uerum, ut creatura uidelicet ſer
uiat ſuo creatori. Cantabo, id eſt, cantabunt ti-
bi mei o domine, id eſt, gratiæ tuæ hoc attribu-
ent, non meritis ſuis. Vel ubi cantabunt, quia de
miſericordia tua præſument ita tamen, ut de iu
dicio tuo ſatagant, ita ut parati illud expectent.
& pſallã, id eſt, pſallent mei & intelligent: quia
non labijs tantum, ſed & fine & uita pſallent, ha
bentes ſpiritum ſapientiæ & intellectus, in uia
immaculata ſ.poſiti. & hoc tunc quando tu ue-
nies ad me, id eſt, quando mundo per me in-
noteſces. Cantabũt, pſallẽt & intelligent, & hoc
ex populo meo. Quia ego prius perãbulabã
in innocẽtia cordis mei, in medio domus meæ,
non proponebã ante oculos meos, id eſt, beneplaci
tum habui. *rem iniuſtam*.i. iniuſte factum quodli
bet. *facientes* præuaricationem *odiui*, id eſt, præ-
uaricatores tam ſcriptæ legis quàm naturalis
odio habui, in hoc quod odio habendi erãt. *Nõ
adhæſit mihi cor prauum*.i. cor a uia recta diſtor-
tũ, nõ placuit mihi, licet aliqñ cõuerſatus eſſem
cũ hominibus peruerſe agentibus. *Declinantem
aũt à me*.i. a mãdatis meis *nõ cognoſcebam* digna
tione, licet eũ cognoſcerem animaduerſiõe iræ:
detrahentem etiã *ſecreto proximo ſuo, hũc perſeque
bar* in hoc q̃ perſequendus erat, ut cui prius erat
Mat. 18. detractor, fieret amator. iuxta illud: Si peccaue
rit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipſum
ſolum. *Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc
non edebã.* Duo notãtur hic, ſuperbus & auarus.
Auaro enim ſemper eſt cor inſatiabile, ſicuti ſu
perbo oculus eſt elatus, & nõ humiliter inclina
tus: quorũ, uidelicet ſuperbi & auari, eſt cibus
impietas & iniuſtitia. Hoc cibo nõ ueſcuntur il
li, qui piurũ cor habẽt in domino, quia cibus eo
rum ẽ iuſtitia. Vnde illud, Beati qui eſuriunt & Mat. 5.
ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur. Vel
ad literam poſſumus legere, ſi ad membra uolu
mus referre. quod dicit, Superbo oculo & inſa
tiabili corde, id eſt, cum hoc non edebant mei.
Vnde Paulus: Si quis nõ obedierit ſermonibus 2. Theſ. 3.
noſtris, hũc per epiſtolam nobis notare, & cum
eo non commiſceamini: non ut inimicum eum
habeatis, ſed ut fratrem eum corripiatis. Et ali-
bi, Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Vel ſic, 1. Cor. 5.
Cum hoc non edebam uoluntate, licet actione.
Recepit dominus peccatores, & mãducauit cũ
illis, ſed in uoluntate nõ conſenſit. Ipſe enim tan
tum cum eis comedit ad correctiõem illorum.
In hoc enim ſe magiſtrum oſtendit, cum ad eo-
rum correctionem cum illis comedit. *Oculi mei
ad fideles terræ.* Quaſi dicat: Superbos & aua-
ros cõtempſi. oculi autem mei, id eſt, reſpectus
miſericordiæ meæ, eſt ad fideles terræ, id eſt, ad
illos qui fideliter terrenitatem ſuam colunt. Et
quid hoc illis? Vt tandem *ſedeant* mecum in re-
gno meo. *Ambulans in uia immaculata, hic mihi mi
niſtrabat. Sed qui facit ſuperbiam, non habitabit in
medio domus meæ*, id eſt, non placebit cordi meo,
uel non habitabit in eccleſia mea. *Qui loquitur
iniqua, non direxit ſe in conſpectu oculorum meo-
rum* Et quid tandẽ de illis? *in matutino interficie
bam omnes peccatores terræ.* Nox eſt quandiu agi
mus uitam iſtam trãſitoriam, in qua permittun
tur impij cum impijs uiuere. ſed ueniente matu
tino, id eſt, omnium reſurrectione, in qua ter-
minabitur om̃is tenebroſitas noctis, interficien
tur omnes peccatores. & qua interfectione ſint
interficiendi, ſubiungit: *Vt diſperderem de ciui-
tate domini omnes operantes iniquitatem.* Nam in-
terfectio peccatorum, erit ſeparatio a congre-
gatione fidelium: q̃d tunc erit, quando agni ſe-
parabuntur ab hœdis. Vel aliter, In matutino
interficiebam omnes peccatores terræ. Matuti
num eſt principium diei. In principio autem in
terficiendi ſunt oẽs pctõres terræ, quia ſurgen-
te illicito motu ex ſuggeſtione diaboli, interfi-
ciendi ſunt peccatores terræ, id eſt, diabolus &
angeli eius remouendi ſunt a nobis. ne uſque ad
actum iniquitatis nos perducant, a quorum ſug
geſtione illiciti motus ſurrexerunt in nobis.
Quod dicit, In matutino interficiebam, id eſt, in
terficiendos eſſe putabã omnes peccatores ter-
ræ, ut ſic diſperderem, id eſt, mei diſperderent
de ciuitate domini, id eſt, de anima ſua iuſta o-
mnes operantes iniquitatem. Vnde ſerpenti di
citur. Mulier conteret caput tuum. Caput ſer- Ge. 3.
pentis cõteritur, quãdo illiciti motus ne ad actũ
perueniãt, interficiuntur. Vnde illud, Beatus q Pſal. 136.
tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.

ℭ Oratio pauperis cum anxiaretur, & coram domino effudit precem ſuam. CI.

DOmine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciem tuā à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei; & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meū, quia oblitus ſum comedere panem meū. A uoce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculū meum cum fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut umbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia uenit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomē tuū domine, et omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificabit dominus Sion, & uidebitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cælo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum, ut ſolueret filios interemptorum. Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieruſalem. In conueniendo populos in unum & reges, ut ſeruiant domino. Reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui. Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribūt, tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabūt, & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

ORATIO PAVPERIS CVM anxiatus fuerit, & effuderit preces & orationes ſuas domino.

Pauper iſte cuius oratio in hoc pſalmo nota-
2.Cor.8. tur, eſt ille de quo dicitur: Qui cum diues eſſet,
pro nobis factus eſt pauper. Diues in æqualitate patris regnans: ſed pauper factus eſt, quando uerbum, quod in principio erat apud deum, for-
Phil.2. mā ſerui accepit, in qua nos a peccatis redemit.
Ex hoc paupere ſunt omēs diuitiæ noſtræ, tam interiores, quàm exteriores. Ab eo enim habemus aurū, argentū, cæteraſq; poſſeſſiones. Ab eo etiā habemus interiores diuitias, caſtitatem, cæteraſq; uirtutes, quibus diuites fiunt fideles. Quod dicitur pauper iſte anxiatus eſſe, nō ex ſe habuit anxiari, ſed ex nobis, pro qbus carnem aſſumpſit, crucifigiq; uoluit: pro quibus etiam in hoc pſalmo orat, ut illuc ducantur per gratiam, unde cecidimus per primi parentis inobedientiam. Hunc anxiatum pro nobis quiſq; attendat, & anxietur, conſiderando in quanta gloria in Adam creatus eſſet, & ad quantam per eum cecidit miſeriam. & hoc attendendo, coram domino, non coram hominibus, oſtendat precem ſuam.

DOmine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. In hac oratione capitis noſtri, quædam attribuuntur ſuæ perſonæ, quædam noſtræ infirmitati conueniunt. Et dicit ſic: Domine pater, exaudi orationem meam, id eſt, meorū, factam ꝑ perſeuerantia uirtutum. & clamor meus, id eſt, irremiſſa operatio meorum, ad te ueniat. Clamor accipitur & in bono, & in
malo. in bono, ut dictum eſt Moyſi: Quid cla- Exo.14.
mas? In malo, ut illud: Clamor Sodomorum Gene.18.
uenit ad me. Et Paulus, Auferatur clamor de Ephe.4.
medio ueſtri. Quaſi dicat: Video eſſe non poſſe, ut omnino auferatur iniquitas a uobis. ſed cauete uobis, ne clamor ſit in uobis, id eſt, ne exemplum ſitis alijs peccandi. Vnde alius: Etſi nō caſte, tamen caute. *Ne auertas faciem tuam à me humiliato*, quia auertiſti ab Adam elato. *In quacun*

que die tribulor in meis, *inclina ad me aurem tuam.*
Ecce iam eſt caput noſtrum ſuperius, & dicit ſe
tribulari. Vbi ergo tribulatur, niſi in corpore?
Quod in corpore tribuletur, manifeſte ipſemet
Acta.9. oſtendit, dicens: Saule Saule, quid me perſeque
ris? Et Petro dicit: Venio Romam iterum cruci
figi. Quod dicit, *in quacunque die tribulor, inclina
ad me aurem tuam,* id eſt, uim exauditionis apud
te obtineat oratio mea. Cum ego humilio me,
quaſi me extollo. tu longe non ſis a me, ſi me hu
milio, tu inclina ad me aurem tuam. *In quacunq;
die inuocauero te* in meis, *uelociter,* id eſt, indila-
Iſa.65. te *exaudi me.* Velociter ideo, quia quæ tu uis,
deſidero: quia non iam terrenus terrena deſi-
dero, ſed a prima captiuitate liberatus, cæleſtia
deſidero. de quo deſiderio tu ipſe dicebas: Ad-
huc te loquente, ecce aſſum. Tu ergo pau-
per qui iaces ante ianuam diuitis dei, dic: qua
egeſtate mendicas, qua indigentia pulſas? Dic
ut aperiatur tibi oſtium. *Quia defecerunt ſicut fu
mus dies mei.* Quaſi dicat: Opus eſt ut uelociter
exaudias me in meis, quia dies mei, id eſt, meo-
rum defecerunt, id eſt, ad defectum uenerũt, ſic-
ut fumus in altum aſcendens, & cito euane-
ſcens. Sic ſuperbi homines aſcendunt, id eſt, tu-
meſcunt. *& ideo oſſa mea ut cremium aruerunt.*
Oſſa dicuntur fortiores in eccleſia, quia ſicut ca-
ro quæ mollis eſt, ſuſtentatur oſſibus quibus ad
hæret, ita infirmiores in eccleſia adhærent per-
Actu.4. fectioribus, & ab eis ſuſtentantur. & quoniã mul
titudinis credentium cor debet eſſe unum & ani
ma una, ſæpe contingit ut fortiores in eccleſia,
condolendo imperfectis quos uident incurre-
re ſcandalũ, quaſi aridi appareant, ſicut cremi-
um quod ſiccum remanet in ſartagine, expreſ-
ſo ſagimine. Nã magnus eſt dolor perfectis in
eccleſia, quando uident minus eruditos ſcanda-
lum incurrere. Vel aliter quod dicit, & oſſa mea
ſicut cremium aruerunt. & hoc unde? *Percußus
ſum* in primo parente, *& aruit cor meum,* id eſt, ro
bur rationis meorum ſicut *fœnum* quod hodie
eſt, & cras in clibanum mittitur. & quare in pri
Matt.6 mo parente percuſſus ſum? *Quia oblitus ſum co-
medere panem meum,* id eſt, diuinis præceptis qui-
bus homo refici debet, me reficere renui. Quod
diuina præcepta homini debent eſſe refectio,
Mat. 4. Ipſe dominus in euangelio dicit: Non in ſolo pa
ne uiuit homo, ſed in omni uerbo dei. Hunc pa-
nem oblitus eſt primus homo comedere, qui di
Ge.3. abolo ſuggerente, muliere præuaricante & ſua-
dente, tetigit uetitum cibum, & oblitus eſt præ-
ceptum. ſed ſequitur poſt obliuionem comme
moratio. Manducemus panem illum, qui de ſe
ipſo dixit, Ego ſum panis uiuus, qui de cælo de
ſcendi. Manducemus panem illum, ut uiuamus.
non manducemus ſicut manducauerunt patres
noſtri manna, & mortui ſunt. *A uoce gemitus mei
adhæſit os meum carni meæ.* Sũt quidam qui nõ ge
mendo quod gemere deberent, uel gemendo

quod non gemere deberent, ſe gemendos faci-
unt. Gemunt enim amiſſam pecuniam, ſed non
gemunt amiſſam iuſtitiam. gemunt nummum
amiſſum, non cæleſte regnum eis ablatum. frau
dem faciunt, & gaudent. Sed quoniam perfecti
ores in fide non poſſunt dimittere quin eis ex
charitate condoleant, ideo adhæſit os meum, id
eſt, fortiores in membris meis, adhæſerunt car-
ni meæ, minus uidelicet eruditis. fortes adhæſe-
runt debilibus, ualidi inualidis. & hoc a uoce
gemitus mei, id eſt, meorũ gementium illos qui ſe
gemẽdos faciũt, quia eis condolẽdo adhærẽt. &
ideo opus eſt ut uelociter eos exaudias. Vel ali
ter, oblitus ſum manducare. quia à uoce gemi-
tus mei, uoce uidelicet ſerpentis, de qua ſemper
eſt gemendum meis, hanc ſcilicet, Comedite, &
eritis ſicut dij. ex hac adhæſit os meum, id eſt, Ge.3.
interior homo meus, conſenſit carni meæ.
Adam enim meus conſenſit Euæ: quia robur
rationalitatis meæ, ſenſualitate mea depreſſum
eſt. Et pro hac uoce gemitus, *ſimilis factus ſum in
meis pelicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nyctico-
rax in domicilio.* Pelicanus eſt auis, quæ naſcitur
in ripis Nili, amans ſolitudinem. ubi intelligun-
tur ſancti prædicatores, uolentes de talento ſibi
commiſſo lucrum domino quærere, attenden-
tes ſententiam domini, dicentis: Serue nequam, Matt.25.
quare pecuniam meam non dediſti nummula- Lucæ.19.
rijs, ut ego ueniens cum uſura reciperem illam?
Et hoc attendentes, conferunt ſe in ſolitudines,
id eſt, in locum gentium, ut ibi lucrum domino
quærant. inter quos quaſi in ſolitudine moran-
tur, quia neminem ſuæ ſectæ inueniunt ibi. Et fa
ctus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Nycti-
corax eſt auis alio nomine dicta, bubo, quæ ex-
ercet cantum ſuum in nocte, & amat eſſe in do-
micilio, id eſt, in domibus deſertis. Domicili-
um eſt enim domus deſerta & deſtructa, ubi
ablato tecto remanent tantum parietes. Et hic
notãtur prædicatores ijdem qui notati ſunt per
pelicanum, uel alij iterum domino lucrantes in
domicilio, id eſt, in illis qui receptione fidei iam
quaſi domus conſtructa fuerunt, ſed quia per in
fidelitatis culpam poſtea a fide diſceſſerũt, qua-
ſi domicilium facti ſunt, tecto carentes fidei.
Habet alia translatio, in parietinis & in dirutis.
*Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in te-
cto.* Quaſi dicat: Similis factus ſum pelicano in
quibuſdã membris meis, & in eiſdem uel in ali
is uigilaui, id eſt, in inquietudine perſeueraui, &
factus ſum ſicut paſſer, auis uidelicet querula,
& ſolitarius fui in tecto. Hic notantur illi, qui fi
dem adhuc habent, ſed nimis ſecundum car-
nem uiuunt. inter quos prædicator quiſque paſ
ſer eſt, querens eos nimis conſentire carni ſuæ,
& eſt ſolitarius in tecto quia cum cæteri ſub car
ne ſua quaſi ſub tecto, cõuerſantur, ipſe carnem
ſuam domando ut ſpiritum roboret, quaſi ſub
tecto nõ eſt, ſed in tecto, iã lege mẽtis ſuperãs le

gem carnis. Aliter poſſet hoc notari in membris
domini, quod dicit, ſimilis factus ſum pelicano
ſolitudinis. Per pelicanum ſolitudinem aman-
tem, notantur illi, qui omne onus ſeculi poſtpo
nunt, & ad ſolitudines ſe conferunt, ut ibi con-
templationi dei ſolummodo uacent. Sũt & alij
qui ſimiliter pompam ſeculi poſtponunt. ſed &
ab his qui in ſeculo ſunt, quodammodo pen-
dent, uictum et ueſtitum ab eis quærentes. & hi
tales notantur, ubi dicitur, factus ſum ſicut ny-
cticorax in domicilio. Sunt etiam alij qui in-
ter homines uigilant, id eſt, in inquietudine la-
borant, ut alios in fide ædificent. & hi tales
notantur, per hoc quod dicitur, Vigilaui,
& factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Poſſunt etiam hæc tria genera auium & loco-
rum, in capite noſtro notari, ut de ſeipſo caput
hoc dicat ſic: A uoce gemitus mei adhæſit os
meum carni meæ. Pro quo gemitu dolendo
ſum factus ſimilis pelicano ſolitario. Dicitur
quia pelicanus pullos ſuos ſtatim de calido
ouo eductos, roſtro ſuo interficit: quibus inter
fectis, nimio dolore ſe affligit per tres dies con
tinuos. & in tertia die ſeipſum præ maximo do
lore dilacerando, ſanguinem ſuum fundit: quo
ſanguine conſperſi pulli, reuiuiſcunt: ubi CHRI
STVS intelligitur, qui humanum genus occi-
dit in hoc quod occidendum erat. Idololatras
enim ad colendum deum reuocauit. Ipſe enim
ſanguinem ſuum, ut nos reuiuiſicaret, effudit.
Deu. 32. Vnde illud: Ego occidam, ego uiuere faciam.
percutiam, & ego ſanabo. Fuit etiam pelica-
nus CHRISTVS ſolitarius, quia ſolitaria na-
tiuitate natus fuit. Nullus enim unquam præter
illum ſine peccato natus fuit. Vel ſimilis factus
Luce. 9. pelicano ſolitudinis, iuxta illud: Filius hominis
non habet ubi caput reclinet. Factus ſum ſic-
ut nycticorax in domicilio. In domicilio cõuer
ſatus eſt, quando inter dirutos, id eſt, legis præ-
uaricatores conuerſari uoluit. Ipſe enim dilexit
tenebras eorum, non ut in tenebris remanerẽt,
Mat. 15. ſed adhuc cõuerterentur. De eis eñ dixit: Non
ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus
Iſrael. Ibi prædicauit, ibi miracula fecit, ibi ad
ultimum mori uoluit. Factus ſum ſicut nyctico
rax in domicilio. Vigilaui tandem, id eſt, a mor
tuis reſurrexi. & factus ſum ſicut paſſer ſolitari
Ioh. 3. us in tecto, quia ego ſingularis in cælum aſcen-
di. Vnde illud, Nemo aſcendit in cælum, niſi
qui de cælo deſcendit, filius hominis qui eſt in
cælo. Vel ſic, Vigilaui, id eſt, inquietudini da-
tus ſum. uel uigilaui, id eſt, uigilanter egi. Vnde
Eccl. 39. illud, Iuſtus cor ſuum tradit ad uigilandum dilu
culo ad dominum qui fecit illum. Et factus ſum
ſicut paſſer ſolitarius in tecto, id ẽ, habitus ſum
ab illis comparabilis aui illi, quæ excluditur de
domo, & in tecto ſolitaria moratur. Vnde qa
factus ſum ſicut paſſer, *tota die exprobrabant* me
inimici mei. uel ſic, Licet ego ad hoc natus ſim, ut
auferam uocem gemitus meorum, tamen tota
die, id eſt, continue exprobrabant *mihi inimici*
mei, dicentes: Dæmonium habes. & his ſimilia. Iohan. 8
& qui laudabant me ore, aduerſum me iurabant cor
de. ore enim dicebant: Magiſter, ſcimus quia ue
rax es, & uiam dei in ueritate doces. & tamẽ ap Mat. 22.
paruit poſtea, quod aduerſabantur mihi in cor
de, quaſi cõiurati eſſent aduerſum me. Et quare
hoc? *Quia cinerem tanquam panem* manducaui, id
eſt, peccatores pro inutilitate cineri compara-
biles, in corpus meum traijciebam tãquam pa
nem, id eſt, tanquam iuſtos q pro ſoliditate boni
operis panes dicuntur. *& poculum meum*, id eſt,
fortes in corpore meo *miſcebam cum fletu*, id eſt,
cum illis qui pro multitudine peccatorum fle-
tus dicuntur, & illos pro ſe flere cogunt: & ideo
aduerſum me iurabant Iudæi, quia ad corpus
meum perficiendum tam impios quàm pios ele
gi. Vnde illud: Quare magiſter ueſter cum pu- Matt. 9
blicanis & peccatoribus manducat? Adhuc eti
am improperatur à paganis, prædicatoribus in
eccleſia, quod ipſi peruertant mores & diſcipli
nas hominum, quia dicunt prædicatores dare li
bertatem peccandi, cum promittunt locum pœ
nitentiæ & ſpem ueniæ, non attendentes quia
dominus ne deſperatione peius uiuerent homi
nes, promiſit indulgentiæ portum: & ne iterum
pro ſpe ueniæ peius uiuerent, diem mortis fecit
incertum: prudentiſſime utrunque conſtituens,
& reuertentes quo reciperentur, & differentes
quo terreantur. *A facie iræ indignationis tuæ, quia*
eleuans alliſiſti me. Quaſi dicat: Quod ego cine-
rem manducabam, hoc fuit a facie indignatio-
nis tuæ, id eſt, à cognitione iræ tuæ, quia ele-
uans alliſiſti me, id eſt, meos eleuatos alliđi per-
miſiſti. Eleuatus fuit homo, quia omnia anima-
lia uiuacitate rationis excellebat. Ipſe enim in
libero arbitrio poſitus fuit, ſic creatus ut nõ mo
reretur, ſi peccare deſtitiſſet. Sed quia ab obedi
entia cecidit, & liberum arbitrium ſuum quaſi
non haberet uim diſcretionis, in malum con-
uertit, ideo alliſus fuit. Neque enim iuſte plus
ab eo quàm ab alijs animalibus obedientiam
dominus exegiſſet, ſi cæteris animalibus in uiua
citate non præeſſet. *Dies mei ſicut umbra declina-*
uerunt. Quaſi dicat: Quia eleuans alliſiſti me,
ideo dies mei, id eſt, dies meorum ſicut umbra
declinauerunt, *& ego in meis ſicut fœnum arui*.
Nota quia merito agunt dies declinantes, qui in
ſtabilitate & æternitate noluerunt permanere.
Tu autem domine, qui æternus es, & cuius nomen
uiuet in ſecula, *permanes in æternum, & memoriale*
tuum, id eſt, miſericordia tua quæ digna eſt me-
moria, permanet *in generatione & generationem*.
Et quomodo hoc? Quia *Tu exurgens per me*,
miſereberis Sion, id ẽ, Iudaici populi. Et uere miſe
reberis, *quia tempus eſt miſerendi eius*, iuxta illud:
Qñ uenit plenitudo temporis, miſit deus filium
ſuum, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erãt, Gala. 4.

redimeret. Et uere miſereberis, *quia uenit tem-*
2.Cor.6. *pus*. iuxta illud, Ecce nunc tempus accepta-
bile, ecce nunc dies ſalutis. *Quoniam placuerunt*
ſeruis tuis lapides eius. Quaſi dicat: Hoc modo
miſereberis Sion, quoniam lapides eius, id eſt,
prophetæ qui ſunt fundamētum eius Sion, pla-
cuerunt ſeruis tuis, id eſt, apoſtolis tuis intelligi-
biles erant prophetæ. *&* ipſi apoſtoli exponen
do dicta prophetarum, *miſerebuntur terre*, id eſt,
illos qui adhuc terra ſunt, faciēt dignos tua mi-
ſeratione, ut ſic de terra fiant lapides uiui in ædi
ficium Sion: quia potens eſt deus, qui puluerem
ex nihilo plaſmauit, ex ipſo puluere lapides fa-
cere. *Et timebunt gentes nomen tuum domine, & o-*
mnes reges terre gloriam tuam. Ecce iam conſtru
ctus ē paries unus ciuitatis Sion, paries uidelicet
ex circuncisione, ut & ueniat paries de p̄putio:
ut illi duo parietes iūcti in unum angularem la
pidem, cōſtruant ciuitatem. Et timebunt. quaſi
dicat: Non tantum miſereberis Sion, ſed etiam
gentes timebunt timore filiali, non ſeruili, no-
Roma.15 men tuum domine. iuxta illud, Dico IESVM
miniſtrum fuiſſe circūciſionis, gentes aūt ſuper
miſericordia deum honorare. Et non quælibet
gens timebit nomen tuum domine, ſed omnes
reges terræ timebunt gloriam tuam, id eſt, re-
ſurrectiōem tuā ualde glorioſam. Et uere uoca-
to pariete ex circuncisione, ueniet paries ex præ
putio. *Quia* illis duobus coniunctis, *ædificabit do*
minus Sion ſpiritalē, non carnalem, a qua tandē *ui*
debitur in gloria ſua, nō infirmitate ſua, in q̄ uiſus
eſt ab illis qui crucifixerunt eū, ſed in maieſtate
patris, & in multitudine angelorum. Et ut tan-
dem uideatur in gloria ſua, *Reſpexit*, id eſt, reſpi-
ciet hic *in orationem humilium, & non ſpreuit pre-*
cem eorum pro delictis factam. *Scribantur hec in*
generatione altera, & populus qui creabitur, lauda
bit dominum. Quaſi dicat: Non ſolum reſpiciet
dominus illos qui erant in primitiua eccleſia, ſed
etiā illos qui poſt futuri ſunt. q̄a hæc quæ imple
ta ſunt in primitiua eccleſia, ſcribentur, id eſt,
notabuntur, eſſe ſ. futura in generatione altera,
id eſt, in generatione poſteriori. & ſic populus
qui creabitur, laudabit dominum, non erube-
ſcens confiteri domino coram hominibus. Vel
ſic: Quia gentes timebunt nomen tuum domine,
ideo hoc quod dominus uidet, ædificabit Sion,
promiſſa ſcilicet in generatione prima, ſcriban-
tur, id eſt, notificentur, in generatione altera eſſe
completa: quoniam quod uidebatur Iudæis
eſſe promiſſum, hoc in gentibus eſt adimpletū.
& populus qui creabitur in bonis operibus, lau
dabit dominum. *Quia ut* laudaret eum, *proſpe-*
xit de excelſo ſancto ſuo, id eſt, de me homine aſ-
ſumpto. *dominus de celo in terram aſpexit*, ut de
terra cælum faceret. Ad quid aſpexit? *Vt audi-*
ret gemitum, id eſt, dolorem mortalitatis & paſ
ſibilitatis, *compeditorum*, id eſt, aſtrictorum uin-
culis diſciplinæ ſuæ. Vnde dictum eſt: Inijce pe Eccl.6.
dem tuum in compedes eius, & collum in tor-
ques eius. Nullus ergo ſubterfugiat diſciplinā.
Hic blanditur corrigendis, ne tandem experi-
antur iudicium iudicis ſæuientis. Toleremus
compedes, quia tandem compedes ſoluentur,
& in coronam uertentur. Quod dicit, Vt audi
ret gemitum compeditorum, *& ſolueret filios*
interemptorum, id eſt, imitatores martyrum, qui
exterius interempti ſunt ab inimicis, & ipſi inte
rius ſe ipſos mortificauerunt. *Vt annuncient in Si*
on nomen domini, & laudem eius in ieruſalem. Sol-
uet filios interemptorum a uinculis peccatorū,
ut ſoluti annuncient in Sion, id eſt, in eccleſia
nomen domini. & laudem eius in ieruſalem.
Quæ maior laus ſua, quàm ut fidelis paſtor ani-
mam ſuam daret pro ouibus ſuis? Annuncient
in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieru-
ſalem. *in conueniendo populos in unum*, id ē, ad hoc
ut populi conueniant. in unum, id eſt, in unam
charitatem & fidem, ut nō ſit ſchiſma inter eos.
quia qui ſaluari uolunt, oportet ut in unum con
ueniant. Mouebatur aqua, & ſanabatur unus. Iohan.5.
unde & illud, Multitudinis credētium erat cor
unum & anima una. quod dicit, In conuenien- Actu.4.
do populos in unum: *&* non tantum populi qui
libet in unum conuenient, ſed *reges* conuenient
ad hoc, *ut ſeruiant domino. Reſpondit ei in uia uir-*
tutis ſue. quaſi dicat, Annūciabunt laudem eius
in Ieruſalem, & ipſa laus reſpondet eis inuoca-
tis. Ipſi enim inuocati reſpondent domino. re-
ſpondet ei in uita ſua, non lingua ſua. Non enim
reſpondent domino illi, qui uocati peruerſe ui-
uunt, qui poſt ſeminationem ſpinas & tribulos
proferunt, ſed illi reſpondent domino, qui poſt
uocationem bonis operibus reſpondent, deo
gratias agendo. quod dicit, reſpondit ei, id eſt,
gratias agit quiſque uocatus in uiā uirtutum, ſci
licet in illo qui de ſeipſo dicebat: Ego ſum uia, Iohā.14.
ueritas & uita. Nota quod dicit, in uia uirtutū.
Virtus domini eſt gloria reſurrectionis eius.
Non enim apparuit ante reſurrectionem popu
lis, ſed maxime latuit ex infirmitate crucifixi-
onis: quia poſtea ubiq; prædicatus eſt ex uirtu
te reſurrectiōis, quia poſt reſurrectionē, aſcēſio
nem, ſpiritusſancti miſſionem, ubiq; auditum eſt
uerbum domini. & ſic uocati reſpondent bene
operando in uia uirtutis ſuæ, id eſt, in gloria re-
ſurrectionis ſuæ. quia non eſt laus eccleſiæ, cre-
dere tantum in Chriſtum crucifixum, mortuū:
ſed laus eius ē, credere in Chriſtū crucifixū, mor
tuū & rediuiuū. uel ſic, Reſpondit ei Ieruſalem,
non Ieruſalem quæ ſeruit cum filijs ſuis, nō illa Gal.4.
de qua dictum eſt: Ieruſalem Ieruſalem, quoti-
es uolui congregare filios tuos, quemadmodū Mat.23.
gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & nolui
ſti? Hæc uocata, non reſpondit in laude. Ieruſa-
lem autem cui dictum eſt, Lætare ſterilis quæ

Iſa.54. non paris, erumpe & clama quæ non parturis. qa multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet uirum. Hæc uocata, reſpondet domino in uia uirtutis ſuæ, non in ſua infirmitate: quia nihil in ſe inuenit quod de ſe loqueretur, niſi uocem infirmitatis. hanc uidelicet, Ego dixi, domine miſerere mei. ſana animam meam, quia peccaui tibi. & ideo reſpondit in uia uirtutis ſuæ, id
Pſal.40. eſt, credendo reſurrectioni. Vnde illud: Si credideris quod deus pater ſuſcitauit eum à mortu-
Ro.10. is, ſaluus eris. Reſpondit, dicens: *paucitatem dierum meorum nuncia mihi*, id eſt, fac attendere meos paucitatem dierum meorum, dies paucos in quibus eccleſia perſeueratura eſt uſque ad conſummationem ſeculi, ne conſentiant illis qui dicturi ſunt, eccleſiam nõ eſſe generalem, & in breui finiendam. Propheta uel Chriſtus, qui hic loquitur, præuidens quoſdam eſſe futuros q̃ poſt receptiõem fidei, eccleſiam eſſe impugnaturi, dicentes eccleſiam nõ eſſe generalem, ſed in partibus Donati tantum eam eſſe, & ibi in breui finiendam. cõtra quos dicit, Paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Quaſi dicat: Conſtat qa multiplicitas dierum æternaliter perſeueratura eſt: ſed paucitatem dierum meorum nuncia mihi, id eſt, mihi ſub terminatione pone, ut attendã eccleſiam perſeueraturã uſq; in finem. Vnde il-
Mat. 28. lud, Ecce ego uobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationem ſeculi. Et ne illud intelligeretur in partibus Donati tantum, ideo ſubſecutus ait: Prædicabitur euangelium hoc in toto orbe terrarũ, in te-
Mat.24. ſtimonium omnium gentium, & tunc finis erit. Paucitatem dierum meorũ nuncia mihi, ad hoc uidelicet, *ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, id eſt, ne me reuocari permittas in dimidio dierum meorum, id eſt, in imperfectiõe dierum temporalium. Nota quia tunc permitteret eum reuocari in dimidio dierum, ſi ad hoc deduceretur, ut ſententiæ faueret inimicorum hæreticorum, dicentium eccleſiam uſque ad conſummationem ſeculi nõ durare. quod dicit, ne reuoces me in dimidio dierum meorum *in generatiõe & generationem anni tui*. Quaſi dicat: Ideo rogo ut nuncies paucitatem dierum meorum, & non multiplicitatem: quia anni tui, id eſt, multiplicitas dierum, quando tu eris omnia in omnibus, erit in generatione generationum, id eſt, æternaliter: tunc uidelicet, quando omnes generationes quæ hic ſucce dũt & decedunt, coram te erũt generatio una, in qua generatiõe erunt anni tui, id eſt, æternitas tua. Et non tantum tunc erit æternitas tua, ſed etiam fuit ante omnia, quia *tu domine in initio*. i. in æternitate tua, uel in filio tuo *fundaſti terram*, id eſt, eccleſiam & opera manuum tuarum ſunt cæli, id eſt, ſi aliqui ſunt cæli, id eſt, ſedes dei, hoc nõ eſt per ſe, ſed per opera manuum tuarum: quia tu in illis operatus es, quicquid in eis boni eſt. Et tamen licet ſint cæli & opus manuum tuarum, tamen *ipſi peribunt, tu autem* permanebis. Nota quod dicit, peribunt: quia ſi perituri ſunt, ſecũdum corpus peribũt, & ſi ſecundũ corpus, ubi reſurrectio, quã negare nefas eſt? Cõſtat ergo quia nõ ſic peribunt, ut non reſurgant. Peribunt in ipſa reſurrectione: quia cum aſſumpſerit corruptio incorruptionem, peribit in eis corruptio quæ præceſſit. peribit in eis quod fuit animale, & remanebit quod fuit ſpirituale. Quod dicit, ipſi peribunt, tu autem permanebis. *Et uere peribunt*, quia *omnes ueteraſcent*. & hoc ideo, quia ſunt *ueſtimentum*. Corpus enim quaſi ueſtimentum eſt animæ, & ideo neceſſario ueteraſcent. *Et ſicut opertorium* quod pro uetuſtate mutabitur, *mutabis eos*. Et uere mutabis, quoniam ipſi *mutabuntur* de corruptione in incorruptionẽ. *Tu autem*, id eſt, qui fuiſti ab initio *idem ipſe es* permanſurus, incommutabilis uidelicet. *& anni tui* æternales *non deficiẽt*, in quibus annis *filij ſeruorum tuorum habitabunt*. Nota quod dicit filios habitare, & non ſeruos: quia ſi apoſtoli qui ſerui fuerunt, non habitabũt ibi, quomodo filij eorum, id eſt, imitatores eorum habitabunt? Non ſic intelligendum eſt, ut ſerui non inhabitent, ſed per hoc q̃d dicit, filij ſeruorum, notat nullum in uetuſtate permanẽtem illuc peruenire: ſed oportet ut qui illuc peruenire deſiderant, nouitatem induãt. Quod notabatur in filijs iſrael, quando nullus illorũ qui mare rubrum tranſierunt, terram promiſſionis intrauit, niſi Caleph ſcilicet & Ioſue, in quibus duobus notabantur duo qui intraturi ſunt ueram terrã, caput uidelicet & corpus, id eſt, Chriſtus & eccleſia. Quod dicit, filij ſeruorum tuorum habitabunt, id eſt, bona opera ſeruorũ tuorum habitabunt, id eſt, erunt cauſa quare ſerui tui habitabunt in illis annis, quia tales filios quales præmittimus, ibi inueniemus: quia ad hoc præmittuntur filii noſtri, id eſt, opera noſtra, ut ibi parent nobis neceſſaria. Quod notabatur per Ioſeph, quia ad hoc præmiſſus fuit, ut patri prouideret neceſſaria. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, *& ſemen eorum in ſeculum dirigetur*. Poteſt & aliter legi ſuperius ubi dicitur, Reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ, quaſi dicat: populus qui creabitur, laudabit dominum hoc mõ, qa reſpondet ei in uia uirtutis ſuæ in imitatiõe eius, ut ſicut ipſe dedit animam pro ouibus, ita & ipſe populus animam pro fratribus dare nõ dubitauit. & ſic reſpondit ei, dicens: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi, id eſt, fac me attendere quàm pauci ſunt dies mei. Ne reuoces me, id eſt, ne me reuocari permittas in dimidio, id eſt, imperfectione dierum meorum, ut attendam uidelicet hos dies imperfectos, & nõ æternos. Vel ſic, Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, id eſt, a curſu huius uitæ, donec ſatagam de adipiſcẽdis æternis. Et quare hoc? Quia anni tui futuri ſunt in generatione generationum. Cætera non mutantur.

¶Pſalmus ipſi Dauid. CII.

BEnedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto
eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiões ei-
us. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmi-
tates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in miſericor
dia & miſerationibus. Qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabi-
tur ut aquilæ iuuentus tua. Faciens miſericordias dominus, & iudicium omnibus iniu-
riam patientibus. Notas fecit uias ſuas Moyſi, filiis Iſrael uolũtates ſuas. Miſerator & mi
ſericors dominus, longanimis & multum miſericors. Non in perpetuum iraſcetur, ne-
que in æternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecũ-
dum iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra,
corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat ortus ab occidẽ-
te, longe fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſer-
tus eſt dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Recorda-
tus eſt quoniam puluis ſumus, homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri ſic efflo-
rebit. Quoniam ſpiritus pertrãſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius lo
cum ſuum. Miſericordia autem domini ab æterno, & uſq; in æternũ ſuper timentes eũ.
Et iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Et memores ſunt
mandatorum ipſius ad faciendum ea. Dominus in cælo parauit ſedem ſuam, & regnum
ipſius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes uirtute,
facientes uerbum illius, ad audiendã uocem ſermonũ eius. Benedicite domino omnes
uirtutes eius, miniſtri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite domino omnia opera
eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Vox eſt in hoc pſalmo perfectorum in cor-
pore Chriſti exhortantium animas ſuas, id eſt,
animalitates ſuas, quatenus cũ orationibus ſuis
concordent, & benedicant dominum. Vel po-
teſt eſſe perfectorum ad minus perfectos, quia
ipſi propter infirmitatem carnis, cui ſe obiiciũt,
animalis nomine deſignantur. Hos tales ſecum
trahunt ad benedicendũ dominum in hoc pſal-
mo. Quaſi dicat unuſquiſque: In omni munere
domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, in omni
cõſolatiõe, in omni correptiõe, in grana illa qua
condonauit peccata, & non retribuit ſecũdum
merita.

BEnedic *anima mea domino*. benedic, dico, nõ
tãtum lingua, ſed etiam uita. Ipſe enim nõ
ad hoc quærit benedictionem noſtram, ut ſibi
proficiat, ſed ut nos proficiamus in eo. Non
ẽm hoc quærit, quo recepto, ſe a nobis auertat,
ſed quod nos ad eum peruenire faciat. *Et omnia
quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius*. Non loqui-
tur hic ad inteſtina, iecur uidelicet & cætera, ut
benedicant dominum. ſed quod prius intelle-
xit per animam, hoc iterum pro nimia affecti-
one quam habet in hac exhortatione, aliis uer-
bis expreſſit. Vel poſſumus uirtutes animæ, ra
tionem, intellectum, cæteraſq; uirtutes quæ in-
fra animam ſunt, intelligere: quas licet uox oris
ſileat, tamen non debent ſilere interiora a bene
dictione domini. Alternet pro tempore ſonus
uocum, perpetua ſit uox interior. Cum conue-
nis ad eccleſiam, hymnũ dic. ſonat uox tua lau-
des dei. Dilexiſti quantum potuiſti. diſceſſiſti?
ſonat anima tua laudes dei. Negocium agis? be
nedicat anima tua dño. Cibum capis? uide quid 1. Cor. 10
ait Apoſtolus, Siue manducatis, ſiue bibitis, o-
mnia in gloriam dei facite. Audeo dicere, cum
dormis, bñdicat anima tua dñm. Nõ te excogi
tatio flagitii excitet. Si te excitet diſpoſitio furti,
innocentia tua etiam te dormiente eſt uox ani
mæ tuę. *Benedic anima mea domino*. Repetitio iſta
ad exhortationem ualet. Vt autem ſemper be
nedicat dominum, *noli obliuiſci omnes retributio
nes eius*. quia ſi obliuiſceris, tacebis. Retributio-
nes eius non potes ante oculos habere, niſi ante
oculos tuos omnia tua habeas peccata. Non ſit
ante oculos tuos dilectio pteriti peccati, ſed da
mnatio: quia ſi a te eſt dãnatio, a deo erit remiſ
ſio. Nota quia dixit retributiones, non retribu
tiones: quia aliud debebatur nobis, & aliud red
ditum eſt nobis. Ipſe enim prius tribuit tibi ut
uiueres, ut cũctis animalibus ui rationis præeſ-
ſes, ad eius imaginẽ & ſimilitudinẽ te formauit.
ſed tu pro tãtis bonis quid retribuiſti? Præuarica
tionem, blaſphemias, contradictiones, iniurias
multas, pro quibus promeruiſti iudicium, non
miſericordiam. ſed ipſe dominus bona pro ma
lis retribuit, quia dixit: Confitere, & ignoſco.
Hoc quærit dominus pro omnibus malis quæ
feciſti, ſimilitudinem ſuam in qua te creauit, ad

quam tu per confeſſionē peccatorum redis. Nō
plus quærit quàm nummum ſuum , id eſt , ani-
mam ſuam , in qua uim rationis per monetam
ſuam impreſſit. Non quærit ut de tuo tribuas,
ſed de ſuo. De tuo enim nihil niſi peccatū habes,
quod ſibi nō uult tribui. Retribue ei ergo de ſuo,
lauda eum in ueritate. quia ſi tuo uolueris, men-
tieriſ. Nam qui loquitur mendacium, de ſuo lo
quitur. Qui uero ueritatem, de deo loquitur:
quia a deo habemus, quicquid boni loquimur
uel facimus. Quare noli obliuiſci omnes retribu
tiones eius, has uidelicet, Quia *propiciatur omni
bus iniquitatibus tuis*, remittēdo tibi peccata tua.
Et quia poſt reſurrectionem peccatorum adhuc
carnem mortalem, in qua tribulatiōes multas pa
teris, portas: ideo ſubiecutus ait, *Qui ſanat omnes
infirmitates tuas*, id eſt, infirmas cogitationes car
nis quodam medicinali dolore ſanat. Tolere-
mus ergo medicinalem dolorem, attendentes
futurā ſanitatem. quaſi toleremus medicum gra
uiter ſecantem & urentem, non tamen certi de
futura ſanitate, multo magis toleranda eſt medi
cinalis manus domini, quæ nec fallitur. Ipſe de-
dit præceptum quid tangeres, & quid non tan
geres ad retinendam ſanitatem, & noluiſti eum
audire. ſaltem nunc audi ad recipiēdum. Quod
dicit, Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui
etiam tādem *redimit de uirtute uitam tuam*. quan-
do hoc mortale induet immortalitatē. q *coronat
te*. qui hic dat tibi legitime certare, unde poſtea
coroneris. Vel coronat te *in futuro miſerirordia*,
id eſt, promiſſione ſua. *& miſerationibus*, id eſt, in
promiſſionū exhibitionibus. Nota quod dicit,
in miſericordia. Ipſe em̄ in miſericordia nos co
ronat, qui ſua dona in nobis remunerat. *Qui re
plet in bonis deſiderium tuum*. qui dat tibi perfice-
re, quod bene deſideras. Vel in futuro replebit
deſiderium tuum in bonis, quando eum facie
ad faciem uidebis. Et ne quis hanc repletionem
deſiderii hic expectare uellet, ſubiungit: *Renoua
bitur ut aquila iuuentus tua*. hic notatur reſurre-
ctio, in qua omnia uetera renouabuntur ut iu-
uentus aquilæ. Dicitur aquila cū ſenectute preſ
ſa fuerit, ex immoderatione creſcentis roſtri ci-
bum capere non poſſe. Pars enim ſuperior ro-
ſtri ſupereminet inferiorem partem. & incurua
ta pars ſuperior circa inferiorem, non ſinit aqui
lam os aperire, ut ſit interuallum aliquod inter
inferiorem partem & ſuperiorem: quia ſuperi-
or pars aduncata, impedit eam ne os aperiat &
ſic grauatur languore ſenectutis, & inopia com-
edendi. Quam cum diu patitur, tandem acce-
dit ad petram, & ibi collidit & percutit ſuperio
rem partem: qua creſcente, nimis edendi aditus
claudebat. & hoc diu faciens, caret roſtri onere
quo cibus impediebatur. Quo facto, accedit ad
cibum, & omnia reparantur. Erit poſt ſenectu-
tem tanquam iuuentus aquilæ, redit uigor omi-
um membrorum, pennarū nitor. uolat ad excel
ſa ſicut aquila. fit in ea quaſi quædam reſurre-
ctio. Videamus ergo & nos, ſi quid ſit quod im
pediat nos ad comedendum panem noſtrum,
& percutiamus uetuſtatem ad petram. petra
autem eſt CHRISTVS, in qua renouabitur tan
dem iuuētus noſtra ſicut aquilæ. Et interim do
nec ad renouationem illam ueniamus, conſola-
tur nos in hoc deſerto, donec ueniamus ad patri
am. Quod dicit, *faciens miſericordias dominus*.
Quibus faciat miſericordiam, euangelium de-
clarat, dicens: Beati miſericordes, quoniam ipſi *Mat. 5.*
miſericordiam conſequentur. Quæ ſit menſura
miſericordiæ, iterum euangelium declarat, di-
cēs: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui *Ibidem.*
oderunt uos. Et Paulus: Si eſurierit inimicus tu *Roma. 12*
us, ciba illum: Si ſitit, potum da illi. Et illud,
Omni petenti te da. Attendat ergo quiſque qui
uult miſericordiam, & nulli ſit immiſericors. *Luca. 6.*
omni petenti ſe det, ut à domino tandem plene
recipiat. Hoc præceptū uidetur repugnare illi,
quod alibi dicitur: Deſudet eleemoſyna in ma-
nu tua, donec inuenias iuſtum cui tradas eam.
Quid ergo dicemus: Dictum ē, ne ſuſcipias pec-
catorem: & tamen dicitur, omni petenti te tri-
bue. Da peccatori, non ut peccatori, ſed ut iu-
ſto. Homo peccator occurrit tibi. Cum dico,
Homo peccator occurrit tibi, duo nomina po
nam non ſuperflua. Vnum enim nomen quod
eſt homo, opus dei ſignificat: peccator uero, o-
pus hominis. Noli ergo dare operi hominis, ſed
operi dei. Operi hominis das, quando in quo
peccator eſt, hoc tibi placet ut des. Nam qui ue
natori uel ioculatori dat pro ipſa arte quam ex
ercent, non dat operi dei, ſed operi hominis.
Quia ſi homo tantum eſſet, & uenator non
eſſet, non dares: & ideo honoras in eo non natu
ram, ſed artem uel uitium. & iterum, ſi iuſto des,
ſi des diſcipulo CHRISTI cuius indiget, & non
tibi cogites quia diſcipulus CHRISTI, quia mi-
niſter dei eſt, quia diſpenſator dei eſt, ſed cogi-
tes aliquod commodum temporale, ut fortaſſe
cauſæ tuæ ſit neceſſarius. uel ideo ſibi das, ut mi
tior ſit tibi, ſi ſic dederis, iuſto non das: ſicut non
dedit homini, quando dedit uenatori. Vt au-
tem nullus attēdat, cum dederit iuſto, ſibi poſt-
ea ex ipſa datione futurum temporale commo
dum, audiat quiſque dominum dicentem in eu-
angelio: Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mer *Mat. 10.*
cedem iuſti accipiet. Non ſufficit enim iuſtum
recipere, niſi in nomine iuſti recipiatur. In nomi
ne autem iuſti iuſtum recipit, qui in eo quod iu-
ſtus eſt, tantum attendit in ipſa receptione, & nō
attēdit aliq̄d cōmodum inde habere. Illis aūt q
ſic exhibent miſericordiā, in aliis facit miſericor
diā. Et ne q̄s diceret, ſi omnibus miſericordiā fe
cero, ſi tā inimicos q̄ amicos dilexero, ecce impu
ne feram omnia, ecce perit correctio diſciplinæ
morum, ſubiungitur: *& iudicium omnibus iniuri-
am patientibus*. Quaſi dicat: Non timendum eſt

alicui iniuriam patienti, quaſi impunitum maneat in illo quod fert, licet ipſe qui patitur, propter miſericordiam ſeruandã non ulciſcatur iniuriam illatã: quia dominus omnibus hic in nomine ſuo iniuriam patientibus, faciet iudiciũ ab illis qui inferunt eis iniuriam. iuxta illud, Mihi
Deu 32. uindictam, ego retribuã, dicit dominus. Non prohibet dominus quin correctio fiat a prælatis in ſubditos, tantummodo cauendum eſt, ne ipſa correctio animo ultionis, ſed animo dilectionis fiat. Debet enim quiſque corrigere ſeruum ſuum malum & filium luxurioſum, ſed caueat unuſquiſq; ut id quod in alio corrigit, in ſeipſo incorrectum non permittat. Neq; enim mulier adultera ante dominum adducta, lapidanda nõ erat: ſed ut deprimeret ſuperbiã illorum, q uolunt alterius uindicare peccata, non attendentes quia in ſeipſis uindicãda ſunt plura. Dixit enim: Qui
Iohan. 8 ſine peccato eſt ueſtrum, mittat in eam lapidẽ. Quaſi dicat: lex ſancta eſt, & nihil iniuſte præcipit, ideo neceſſe eſt ut ſancti ſint miniſtri legis: & qui uolunt corrigere alterius facinora, prius in ſe ipſis damnent propria. Lapidet ergo adulteram conſcientiam ſuam, qui mulierem uult lapidare adulteram. Vel ſic dicamus: Faciens miſericordias dominus, quenq; ſuum iuſtificãs: & iudicium omnibus iniuriam patientibus, hoc ui
Apo. 22. delicet, ut qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. *Notas fecit uias ſuas Moyſi.* Quaſi dicat: Dominus facit miſericordias & iudiciũ, & has uias ſuas notas fecit Moyſi. Per Moyſen quiſq; electus accipiendus eſt. & ideo maluit ponere Moyſen q̃ alium electum, quia ipſe miniſter legis fuit, & illi notas fecit dominus uias ſuas, has uidelicet, q a facturus eſt miſericordiam in illis qui ſunt erga illos miſericordes, & iudicium omnibus iniuriã patientibus. Hoc notum fecit etiam Moyſi, ne quiſq; ſuperbe iudicaret de peccatis alterius, antequàm ſatisfaciat deo de proprijs. Quod dicit, notas fecit uias ſuas Moyſi, & per Moyſem notificauit *filijs iſrael uoluntates ſuas*. quia per Moyſen data eſt lex, quæ omnes ſub peccato cõprehendit: quia ueniente mãdato, reuixit peccatũ.
Roma. 7. Neſciebatur concupiſcentia eſſe peccatum, niſi lex diceret: Non cõcupiſces. *Miſericors dominus in promiſſis, & miſerator* in exhibitionibus. *longanimis*, quia portat nos donec perficiat, *& multum miſericors*, in hoc quia peccatur, & tamẽ uiuitur. Accedunt peccata, & prolõgatur uita. uocat nos minis, uocat nos blandimentis. & dominus hæc faciens, *nõ in perpetuum iraſcetur* nobis, *neque in æternum comminabitur*. Quod iam experti ſumus, quia cum peccatores eſſemus, iuſtificati ſumus: cum mala promeruimus, ipſe bona retribuit. Quod dicit: *Non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras* retribuas nobis. *Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.* quia ſicut terra undiq; a cælo protegitur, & ab eo lumen habet, & ab eo *rore irrigatur* & pluuia imbrificatur, ita quos protegit miſericordia dei, undique protegit, & ab ea illuminantur, & ſapientia ueritatis imbrificãtur. *Quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras.* Aliam ſimilitudinem, qualiter miſericordiam faciat dominus: quia quãtum diſtat ortus ſolis ab occaſu, tantũ diſtat ortus gratiæ a caſu culpæ: quia ſicut caſus culpæ eſt æternalis, ita & ortus gloriæ. Alia iterum ſimilitudine oſtendit, qualiter corroborata ſit miſericordia domini ſuper timentes ſe. Quia *Quomodo miſeretur pater filiorum, ita miſertus eſt dominus timentibus ſe.* Et hoc ideo, *quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum*, id eſt, fragilitatem noſtram. Et *recordatus eſt* quia *puluis ſumus*. & quod *homo ſicut fœnum* ſic areſcit. *dies eius tanquam flos* fœni *ſic efflorebit*. quia cum modo floreat, cras areſcet. Et hoc unde? *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo.* Tranſire, eſt de bono ad bonum: pertranſire, eſt ultra terminos ire, bonũ dimittere, malo inhæ-
rere. Vnde illud, Spiritus uadens, quia non redi Pſal. 77.
ens. quod dicit, Quoniam ſpiritus pertrãſibit in illo, *& non ſubſiſtet* in uiuacitate rationis, in qua creatus fuit a deo ſpiritus hominis. *& non cognoſcet amplius locum ſuum*, quia per ſe non poteſt redire ad priorem ſtatum. *Miſericordia autem domini ab æterno, & uſque in æternum* ſ. duratura eſt *ſuper timentes eum*, reducens ſpiritum eorum, ſiq̃n uult tranſire, uel etiam ſi pertranſit. *& iuſtitia illius* exiſtens ſ. *in filios filiorum*, id eſt, dominãtis in omnes generationes. Eius iuſtitia datur *his qui ſeruant teſtamentum eius*, id eſt, pactum eius. Et q *memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea*, nõ ad ſciendum tantum. Et opus eſt unicuiq; ut faciat mandata domini, qui ſedem ſuam iudiciariam, in q̃ iudicaturus eſt illos, qui nõ faciũt mandata ſua, parauit in cælo. & regnum ipſius omnibus dominabitur tam pijs quàm impijs. Vel ſic memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea. Quaſi quæreres, Quis poteſt mandata facere? Dominus, inquit, *parauit in cælo ſedem ſuam*. i. in his qui per obſeruationem mandatorum, cæli facti ſunt, & ipſe eos ad hoc ut poſſint mãdata eius obſeruare. *Et regnum ipſius omnibus dominabitur*. Ergo *Benedicite deo patri oẽs angeli eius*, id ẽ, oẽs qui eius legatiõe fungimini, *potentes uirtute* in operãdis miraculis, *faciẽtes uerbum illius*, hoc opere uidelicet implentes, quod uerbo annunciatis. ad hoc uidelicet, ut alij audiãt per uos uoces *ſermonũ eius*: quia perſuadet, qui uerbo & opere prædicat. *Benedicite domino omnes uirtutes eius*, domino ſcilicet filio, benedicite *miniſtri eius qui facitis uoluntatem eius*. *Benedicite domino* ſpiritui *omnia opera eius in omni loco dominatiõis eius. Benedic anima mea domino.* Benedictio in capite, bñdictio in fine. In benedictiõe incipimus, in bñdictiõe finimus, in benedictione regnemus.

¶Pſalmus ipſi Dauid. CIII.

BEnedic anima mea domino: domine deus meus, magnificatus es uehemen
ter. Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut ueſtimento.
Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis
nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pēnas uentorum. Qui facis an
gelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. Qui fundaſti ter-
ram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi. Abyſſus ſicut ueſti-
mentum amictus eius, ſuper montes ſtabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, à uo-
ce tonitrui tui formidabunt. Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, in locum quem
fundaſti eis. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, neq; conuertentur operi-
re terram. Qui emittis fontes in cōuallibus, inter medium montium pertrāſibūt aquæ.
Potabunt omnes beſtiæ agri, expectabunt onagri in ſiti ſua. Super ea uolucres cæli habi
tabunt, de medio petrarum dabunt uoces. Rigans montes de ſuperioribus ſuis, de fru-
ctu operum tuorum ſatiabitur terra. Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti
hominum. Vt educas panem de terra, & uinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faci
em in oleo, & panis cor hominis cōfirmet. Saturabuntur ligna cāpi, & cedri libani quas
plantauit: illic paſſeres nidificabunt. Herodij domus, dux eſt eorum: montes excelſi cer-
uis, petra refugium herinaceis. Fecit lunam in tempora, ſol cognouit occaſum ſuū. Poſu
iſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertrāſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum ru
gientes ut rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cu
bilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſq;
ad ueſperam. Quàm magnificata ſunt opera tua domine? omnia in ſapientia feciſti, im-
pleta eſt terra poſſeſſione tua. Hoc mare magnum & ſpatioſum *manibus*, illic reptilia
quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibūt. Dra-
co iſte quem formaſti ad illudendum ei: omnia à te expectant, ut des illis eſcam in tem-
pore. Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pul
uerem ſuum reuertētur. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, et renouabis faciem ter
ræ. Sit gloria domini in ſeculum, lætabitur dominus in operibus ſuis. Qui reſpicit ter
ram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. Cātabo domino in uita mea,
pſallam deo meo quàm diu ſum. Iucundum ſit ei eloquium meum, ego uero delecta-
bor in domino. Deficiant peccatores à terra & iniqui, ita ut non ſint: benedic anima
mea domino.

Pſalmus ipſi Dauid. Quia omnes Chriſtiani
propter unitatem corporis CHRISTI unum
corpus ſunt, & omnes animæ propter unitatem
fidei una anima ſunt: ideo pro tantis muneribus
domini, pro tot tantisq; beneficijs gratiarū eius,
dicat unuſquiſq;

BEnedic *anima mea domino*. Et merito bene-
dic anima domino, quia tu *domine deus me
us, magnificatus es uehementer*. Non magnificatur
dominus in ſeipſo, nec minuitur: ſed in nobis
magnificatur, quando opera ſua in nobis appa
rent. *Cōfeßionem & decorem induiſti*. Quaſi dicat,
uere magnificatus es uehementer: quia confeſ-
ſos & ſic factos decoros induiſti, id eſt, ueſtimē
tum tibi feciſti. Nota, ſi uis eſſe decorus, confite
re: & a confeſſione incipies decorari. Dominus
enim ut à fœditate in decorem tranſires, cum
eſſet decorus, factus eſt fœdus. Decorus in hoc,
quia in principio erat uerbum, & uerbum erat
apud deum. Fœdus in hoc, qa in hoc formam
ſerui accepit, ut cum noſtram fœditatem parti-
ciparet, nos ſuo decore decoraret. Quod dicit,
confeſſionem & decorem induiſti, *amictus lumi-
ne*, id eſt, circundatus illis, qui prius fuerunt tene
broſi, *uelut ueſtimento*. Vnde illud, fuiſtis aliquan Ephe. 5.
do tenebræ, nunc autem lux in domino. *Exten-
dens cælum ſicut pellem*. quaſi dicat: hoc modo in-
dues confeſſos & decoros, quia extendes cæ-
lum, id eſt, ſcripturam ſacram, quæ de cælo
comparatur, quia diuina cælat myſteria, ſicut
pellem, id ē, ſicut famā mortalium ſanctorum.
Et quod per pellem mortalitas intelligitur, in Gene. 3.
Geneſi notatur: quia poſtquam prçuaricati ſunt
primi parētes, fecit eis dominus tunicas pellice
as, deſignans per hoc quia mortales eſſent facti.
Per pellem mortalitas intelligitur, quia pellis à
mortuo animali abſtrahitur. Nota ſcripturam
extenſam ſicut pellem, quia mors ſanctorum
ubiq; diuulgata, ſcripturas eorum fecit authenti
cas. Mors ſanctorum plus eſt diuulgata, ſicut
etiā cæteri prædicatores p mortē ſuā pluribus
noti facti ſunt, & ſic morte eorum diuulgata,

ſcriptura eorum facta eſt authentica. Quod di-
cit, Extendẽs cælum ſicut pellem. *qui tegis aquis*
ſuperiora eius. ſcias q̃a diuina ſcriptura habet ſu-
periora & inferiora præcepta, quæ ſuperius per
pſalmũ & tympanum ſunt notata ſæpius. Sunt
enim inferiora præcepta ſcripturæ, manum pau
peri præbere. & cætera quæ per corpus mini-
ſtrantur. Superiora præcepta ſunt, obſeruare di
em ſabbati, & cætera quæ nos hortantur inſi-
ſtere diuinæ contemplationi. Hæc ſuperiora
præcepta comparata charitati, tegũtur .i. quaſi
uilia habentur. nõ quod uilia ſint in ſe, ſed quia
charitas excellentior eſt omnibus pręceptis: q̃a
Matt. 22. in charitate pendet lex & prophetæ. Plenitudo
Roma. 13 enim legis eſt charitas. De qua dicit Paulus: Ad
1. Cor. 12. huc excellentiorẽ uiã uobis demõſtro. & cæte-
ra. Charitas aquis cõparatur, q̃a ſicut aqua dure
quodque molle reddit, ita charitas dura homi-
num corda mollit & irrigat, ut fructũ boni ope
ris producant. quod dicit, qui tegis aquis ſuperi-
ora eius, id eſt, quaſi uilia ſuperiora eius ſcriptu
rarum præcepta apparere facis aquis, id ẽ, cha-
ritati cõparata. Vel ſic, Extendens cælum ſic-
ut pellem. Pellis poſtquam abſtrahitur a pelli-
to, ne putreſcat, extenditur: ut extenſa, in dura
bilitatem uertatur, ita ſcriptura ſacra quaſi ex-
tenditur, quando ne obliuioni tradatur, ubique
diuulgatur. Qui tegis aquis ſuperiora eius. Su-
periora ſcripturæ accipi poſſunt, dilectio dei &
proximi: quæ aquis teguntur, quia ſpiritalibus
donis ut permaneant, uniuntur & confirman-
tur. Per aquas enim ſpiritalia donantur, quia ab
interioribus ſordibus animã mundant. Quibus
ſpiritalibus donis cõfirmatur charitas & quæq;
uirtutes: quoniam quod quiſq; habet charitatẽ
cæteraſq; uirtutes, hoc ex dono dei habet: quia
Iac. 1. omne datum optimum, & omne donum perfe
ctum, de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminũ.
Vel ſic, Extendens cælum ſicut pellem. Poſſunt
per cælum prædicatores notari, iuxta illud: Cæ
Pſal. 18. li enarrant gloriam dei. Prædicatores iſti exten
duntur ſicut pellis, quia ſicut pellis protenta ꝓ-
tegit quenq; ab ardore ſolis, ita prædicatores ꝑ
eorum imitationem quenq; protegunt ab incen
tiuorum æſtu. Solebant antiquitus ex pellibus
fieri tentoria, ut calor ſolis non noceat habitato-
ribus tentoriorum. Ad hanc ſimilitudinem di-
cuntur prædicatores extendi, quia ſuper quos
extenduntur, nullus accedit ad eos æſtus incen-
tiuorum. Quod dicit, Extendens cælũ ſicut pel-
lem, qui tegis aquis ſuperiora eius, id eſt, maio-
ra præcepta q̃ præcipiũt ipſi prædicatores, con
firmas ſpiritalibus donis: q̃a q̃d ipſi prædicato-
res in ſcripturis ſciunt diſcretionem bonorum,
hoc donum ſpiritusſancti eſt. Nota q̃a prædica-
tores in diſcretione præceptorum habent ſupe
riora & inferiora. Inferiora tunc ꝑcipiunt, quan
do literam exponunt & moralitatem docent:
in ſuperioribus uerſantur præceptis, quãdo my-
ſticum ſenſum ſcripturarum aperiũt, & hæc ſu-
periora teguntur aquis: quia quicquid præcipi-
unt ſancti prædicatores, ex dono ſpiritusſancti
habent. quod dicit, Qui tegis aquis ſuperiora
eius. Qui *ponis nubem*, id ẽ, ſanctos prædicatores
tuos, *aſcenſum tuum*. quia q̃d ad te aſcẽditur, hoc
eſt per miniſteeium prædicatorum. Vel peenu
bem poteſt intelligi ſcriptura, q̃ expoſita cauſa
eſt, q̃re aliquis aſcendat ad dominum. Qui *ambu*
las ſuper pennas uentorum. Per uentũ, animæ ſan
ctorum intelligunt: quia ſicuti res eſt incorpo-
rea & corpus mouet, ita anima cum ſit incorpo
rea, uiuificat corpus & mouet. Per pennas intel
ligitur dilectio ſanctorum: quia per dilectionẽ
dei & proximi deportantur in auras libertatis.
Sed ſuper omnes pennas uentorũ ambulat do-
minus, quia eius dilectio ambulat ſuper omnem
dilectionem, quia ipſe prior dilexit nos. Vnde Iohã. 15.
illud, Maiorem charitatem nemo habet quàm Iohã. 3.
ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. &
illud, Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum
unigenitum daret. Vel ſic, Qui ambulas ſuper 1. Ioh. 4.
pennas uentorum, quia non diligentes te prior
dilexiſti. Vnde apoſtolus: Nõ, inquit, quaſi nos
dilexerimus deum, ſed quoniam ipſe prior di-
lexit nos. Poteſt & ad literam intelligi quod di
citur, Qui ambulas ſuper pennas uentorũ. Ven
to nihil eſt uelocius. ſuper cuius tamen pennas
ambulat dominus, quia oẽm uelocitatem trã-
ſcendit, quia ubiq; præſens eſt. *Qui facis angelos*
tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. q. d.
In hoc etiam magnificaberis uehementer, quia
angelos tuos, id ẽ, miniſtros tuos, uel legatos fa-
cis eſſe ſpiritus, id eſt, ſpirituales. quia non cor-
pori ſeruiunt, ſed ſpiritu feruent in domino. Et
miniſtros tuos ignem urentẽ. quia interius flam
ma charitatis ardent, & in alijs deſideria incenti
uorum incendunt. In hoc etiam magnificatus es
uehementer, quia *fundaſti terram*, id eſt, eccleſiã
ſuper ſtabilitatem ſuam. Stabilitas eccleſiæ, Chri-
ſtus eſt, quia ſuper eum fundata eſt eccleſia. Vn
de Apoſtolus: Fundamentum aliud nemo põt 1. Cor. 3.
ponere præter id q̃d eſt poſitum, q̃d eſt Chri-
ſtus Ieſus, ſuper quem eccleſia fundata, *non incli*
nabitur in ſeculum ſeculi. Vnde illud, Sedes tua de
us in ſeculũ ſeculi. *Abyſſus ſicut ueſtimentum ami-* Pſal. 44
ctus eius. Quãquam eccleſia ſuper Chriſtum fun
data, nõ inclinetur in ſeculũ ſeculi, tñ immẽſitas
perſecutionum *quaſi ueſtimentum* circundabit ec
cleſiam. *ſuper montes ſtabunt aquæ*. Hoc legitur
in tempore diluuij contigiſſe, quãdo aqua oẽm
altitudinem montium cooperuit. In q̃bus mon
tibus coopertis præfigurabatur, q̃a montes, id
eſt, q̃ eminentes erãt in eccleſia, cooperiendi erãt
graui perſecutione populorum, q̃d in primiti-
ua eccleſia factum eſſe legimus, quia omnes ſic
clamabant, preme preme. & premebant. extin
gue, ne appareant. Tunc etiam ſancti apoſtoli q̃
tortiores erant, latebant. Sed quæ cura? *Ab incre*

patione tua fugient illi, quorum immenſitas perſe
cutionum operuit prædicatores. quia increpati
ſaluberrima increpatione, ceſſabant a perſecuti
2.Ti.4. one. Vnde illud: Argue, obſecra, increpa. Quod
dicit, Ab increpatiõe tua fugient, *à uoce tonitrui
tui formidabunt*, id eſt, a comminatione futuri iu
dicij formidabunt, & ipſi *aſcendunt montes*, id ē,
elati in honore ſeculari, aſcendunt ad obtunen-
dam eccleſiã. *& campi deſcendunt*, quia recogno
ſcentes per ſuperbiam ſuam male ſe aſcendiſſe,
deſcendunt per humilitatem imitando quos aſcen
dendo deſpiciebant. deſcendũt *in locum quem fun
1.Cor.7. daſti eis*. Vnde illud, Vnicuiq; proprium donũ
Ephe.4. datum eſt a deo. Vel aliter, Aſcendunt montes
& deſcendunt campi, quaſi dicat: Perſecutores
a uoce tonitrui tui formidabunt, & tunc aſcen-
dunt montes, & deſcendunt, id eſt, manifeſti fiẽt
maiores & minores in ſancta eccleſia. Et dictum
eſt ad ſimilitudinem quod dicit, Aſcendũt mon
tes & deſcendũt campi. Tempore enim diluuij
Ge.7. ſupereminebat aqua montes. ſed aqua decre-
ſcente, uiſi ſunt aſcẽdere, quia apparebant, qui
prius aqua cooperti erant. Sic tempore perſe-
cutionis cooperuit immenſitas perſecutionum
minores & maiores in eccleſia. Sed iam ceſſan-
te perſecutione, uiſi ſunt aſcendere, quia ſine ti-
more uerbum uitæ prædicabant. *Terminum po
ſuiſti quem non tranſgredientur*: quia nullus per-
ſecutor habet poteſtatem inferendæ perſecutio
nis, niſi tantum quantum ei ire permittitur a te.
Tu enim ſcis quouſque perſecutio ſit utilis tuis.
Quod dicit, terminum poſuiſti quem non trãſ-
gredientur, *neque conuertentur operire terram*, id
eſt, eccleſiam eorum perſecutione, licet quiſque
audiat ſonitum liuorum, tamen nõ eſt exhor-
rendum diluuium: quia & ſi occultæ tentationes
patiantur fideles, tamen non timendum eſt, ut
extra ſubdantur perſecutoribus. *Qui emittis fon
tes in conuallibus*. q. d. Terminum poſuiſti quẽ nõ
tranſgredientur. hoc modo emittendo fontes,
id eſt, prædicatores, ex quibus ſaluberrimæ po
tionis emanat aqua. Hos fontes emittis in con-
uallibus, id eſt, undiq; in cordibus fidelium & hu
milium, qui ſe fecerunt ualles, id eſt, humiles. *in-
ter medium montium pertranſibunt aquæ*. Aquæ do
ctrinas notãt prædicantium, quæ pertranſibũt
inter medium montium: quia eadem doctrina
erit communis prædicatoribus poſterioribus,
quæ fuit prioribus: quia nulla in eis erunt ſchi-
ſmata, quia idem ſapiunt prædicatores extremi,
Ephe.4. quod apoſtoli qui fuerunt prædicatores primi:
quia unus deus, una fides, unum baptiſma. *Pota
bunt omnes beſtiæ agri*. q̃ſi dicat: Emittis fontes in
conuallibus, ex quibus potabũt omnes beſtiæ
agri, id eſt, iudæi, qui licet beſtialiter uiuerent, ta
men agro comparãtur, quia cognitiõe legis ter-
ra culta quodãmodo facti ſunt. *Expectabunt ona
gri in ſiti ſua*. Onager ẽ aſinus ſylueſtris, deſignãs
populum gentilem: qui aquas præcidentes de fon
tibus, in ſiti ſua expectãbunt: quia quanto irra-
tionabilius cæteris ſe uixiſſe cognouerunt, tãto
maiori ſitis ardore deſiderabãt illas aquas pota
re. *Et ſuper ea*, id ẽ, pter ea *uolucres*, id eſt, inſtabi
les & uagi, id eſt, nullum terminum ſui uolatus
tenentes, iam facti uolucres *cæli*, ſcientes quid eis
uolandum eſt, *habitabunt*, repleti fontibus miſſis
in conuallibus. *Et dabunt uocem de medio petra-
rum*: quia eorum doctrina non diſcordat a do-
ctrina apoſtolorum, quorum doctrina in petra,
id eſt, in Chriſto fuit fundata. Vel de medio pe
trarum, id eſt, de teſtimonijs ſcripturarum quaſi
de petris uoces dabũt. Vel ſic, Super ea, i. ſuper
ipſos fontes, prophetas uidelicet & apoſtolos,
in quorum autoritate conſiſtẽdum eſt, uolucres
cæli habitant, quia in dictis apoſtolorum ſpiri-
tales uiri fundati ſunt. De medio petrarum da-
bunt uocem. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis*.
quaſi dicat: Tu domine emittis fontes in cõual-
libus, rigans montes de ſuperioribus ſuis, id eſt,
de dictis prophetarum imbuis apoſtolos tuos.
Vnde illud, quoniam placebant ſeruis tuis lapi Pſal.101.
des eius. uel rigans mõtes de ſuperioribus ſuis,
id eſt, de ſpiritualib⁹ donis, quæ ſuperiora ſunt
prædicatorum: quia quod bene prædicãt, hoc
donum ſancti ſpiritus eſt. *De fructu operum tuo-
rum ſatiabitur terra*. quia ex doctrina montium,
quæ doctrina eſt fructus tuorum operum, re-
plebũtur ſubditi, & ut ſatientur, *producens fœnũ
iumentis*. Iumenta ſunt prædicatores, quaſi adiu
mentum domini, ut corpus ſuum perficiatur.
quibus producit fœnum, quia a ſubditis uictui
& ueſtitui neceſſaria eis pberi iubet. unde Apo
ſtolus: Ita, ait, dominus ordinauit, ut qui euan- 1.Cor.9.
gelium annunciant, de euangelio uiuant. unde
illud, Communicet is qui catechizatur uerbo,
ei qui ſe catechizat in om̃ibus bonis. *Et herbam* Gala.6.
ſeruituti hominum. Idem per herbã intelligitur,
quod per fœnum: & per ſeruitutem, quod per
iumentum. *Vt educas panem de terra*. quaſi dicat:
Ad hoc producis fœnum iumẽtis, ut ſic educas
de terra ſuperiori inferiori terræ panem uerum
i. cæleſtem prædicationem, q̃ in fide roboren-
tur fideles, & reficiantur. Ad hoc enim ſubmini
ſtrantur prædicatoribus uictui & ueſtitui neceſ
ſaria, ne in ſubditis reficiendis deficiãt. quod di
cit, ut educas panem de terra, *& uinum lætificet
cor hominis*. ne uinum q̃d cor hominis demen-
tat, ſed quod cor hominis lætificat, iucũditas ui
delicet doctrinæ dei, & imitatio paſſionis domi
ni, unde inebriantur fideles, iuxta illud: Et calix
meus inebrians quàm præclarus eſt. *Vt exhilaret* Pſal.22.
faciem in oleo. quaſi dicat: Ad hoc educes panem
de terra, ut exhilares faciem in oleo, id eſt, ut ter
ra inferior exhilaretur gratia ſpiritali. *Et panis* ui
delicet uerbi dei, *confirmet cor hominis*. & hoc or
dine. *Saturabuntur ligna campi*, plebes uidelicet
humiles. *Saturabuntur & cedri Libani*, id eſt,
potentes in ſeculo, *quas plantaui*, id eſt, firmiter

Mat.15. ſtabiliuit dominus in fide. ut illud, Omnis plan-
tatio quam non plantauit pater meus cæleſtis,
eradicabitur. & *illic*, id eſt, in cedris Libani, *paſ-
ſeres nidificabunt*. quia ipſi potentes in ſeculo, al
lodia ſua, amantes eccleſiam dei, conferent cœ-
nobijs: in quibus ſic nidificabunt paſſeres, id eſt,
fideles quærẽtes ſibi prolongari patriam, ſuſten
tabuntur copijs illorum, quibus ditatæ ſunt ec
cleſiæ. & ſic nidificabunt in ipſis eccleſijs, ne fiãt
præda diaboli. *Herodij domur eſt dux eorum*. He-
rodius auis eſt nidificans in petra, quam inuenit
firmiorẽ. & ut tutius ſit, etiã in marinis ſcopulis
nidum facere deſiderat. Petra autẽ hæc in qua
domus eſt herodij, Chriſtus eſt, in quo quiſq; fi-
delis debet nidificare. Illic, id eſt, in cedris Liba
ni, nidificabũt paſſeres. ſic tamen, ut domus he
rodij, id eſt, Chriſtus principaliter dux ſit eorũ,
qui licet per cedros Libani ſuſtentantur, tamen
Chriſtus principaliter eſt dux eorum. & *montes
excelſi*, id eſt, eminentes in uirtutibus, erũt refu
gium *ceruis*, id ẽ, qui apti ſunt, ſpinoſas & lubri
coſas uias & in montana conſcendũt. & tamen
petra, id eſt, Chriſtus principale refugiũ erit cer
uis, quæ petra erit *refugium herinaceis*, id eſt, in
peccato hiſpidis & acutis. Et hoc modo pane
educto de terra, & ſaturatis lignis cãpi, & plan-
tatis cedris Libani, in q̃bus paſſeres nidificabũt.
Fecit deus lunam, id eſt, eccleſiam *in tempora* du-
ratura, ad quam conſtruẽdam *ſol cognouit occa
ſum ſuum*, nõ ſol iſte quẽ nos intuemur, ſed Chri
ſtus, cuius radio æternaliter illuminãtur ſui. Ipſe
cognouit occaſum ſuum, quia mortem ſuã præ
ſciuit, & probauit quia non eſt mortuus ex ne-
ceſſitate, ſed ex uoluntate. Sol cognouit occa-
ſum ſuum. quo occaſu iã imminente, *Poſuiſti te
nebras, & facta ẽ nox*. Tenebræ poſitæ ſunt in cor
dibus diſcipulorum, dubitantium dominum re-
ſurrecturum. nox facta eſt, id eſt, cæcitas mentis
Iohã.19. facta eſt in illis qui clamauerunt, Tolle tolle, cru
cifige eum. *in hac nocte pertrãſibunt omnes beſtiæ
ſyluæ*, id eſt, totus iudaicus populus ad fidem nõ
conuerſus, tranſibit in hac cæcitate mentis, quia
de uno peccato in aliud cadit: quia de crucifixi
one ad cuſtodiam ſepulchri, de cuſtodia ſepul-
chri ad mendacium, quando diſcipulos eũ eſſe
furatum mentiebantur. & ſic uenient *Catuli leo
num rugientes ut rapiant*. Catuli ſunt angeli apo-
1.Pe.5. ſtatæ, habentes caput ſibi leonem illum, de quo
dictum eſt: Aduerſarius ueſter diabolus tanquã
leo rugiens circuit, quærẽs quem deuoret. Hui-
us leonis catuli undique inſidiantur ut rapiant.
& quia malę uoluntati ſuæ non eſt par poteſtas,
quærant à deo eſcam ſibi. Eſca eorum eſt, reuocare
creaturam a creatore ſuo: quã eſcam a deo quæ
runt, quia non plus poſſunt quàm ab eo per-
mittuntur. *Ortus eſt ſol, & congregati ſunt*. quaſi
dicat: Catuli leonum undiq; rapiũt. Sed quæ cu
ra? Quia ortus eſt ſol, id eſt, reſurget dominus,
& congregabunt diabolus & mẽbra eius infra
terminos conſtitutos. Et dictum eſt ad ſimilitu
dinem ferrarũ, quæ in noctis tenebroſitate ua-
gantur: & ueniente die, in ſpeluncis occultis ſe
reponunt. Ita angeli qui ante aduentum domini
pene omnibus dominãtes, late uagabãtur, poſt
notitiam eius ubique diuulgatã, cõgregati ſunt:
quia non ita late uagãtur ut prius. *& in cubilibus
ſuis collocabũtur*. Cubilia dæmonũ, corda ſunt,
impiorum, in quibus collocati ſunt: quia non iã
per impios ita manifeſte impugnant eccleſiam,
ſicut primis temporibus. & ſic illis collocatis,
Exibit homo ad opus ſuum: quia prædicatores ad
colendam uineam dei ſecure exibunt. Vnde il-
Mat.9. lud, Meſſis quidem multa, operarij autem pau-
ci. *&* exibit de illa ciuitate omnis ille qui uolue-
rit eſſe homo, *ad operationem* ſine cõditiõe. *uſque
ad ueſperum*. i. uſq; ad finem ſeculi, in q̃ ſicut Apo
2.Theſ.2 ſtolus ait, mittet eis deus operatorem erroris, ut
credant mendacio, & iudicentur omnes qui non
credunt ueritati, ſed conſenſerunt iniquitati. uel
ſic, Sol cognouit occaſum ſuum, & ſic poſuiſti
Roma.11. tenebras, & facta eſt nox. quia contigit cæcitas
in Iſrael, ut plenitudo gẽtium intraret. & in ipſa
nocte. i. in ipſa mentis cæcitate pertranſibunt
omnes beſtiæ ſyluæ, populus uidelicet iudæo-
rum, qui de detractione occulta tranſiit ad con
ciliũ, de concilio ad traditionẽ, de traditione ad
crucifixionẽ. & ſic ad cuſtodiã ſepulchri, de cu-
ſtodia ſepulchri ad mẽdaciũ, de mendacio ad in
terdictionẽ ne quis ĩ noĩe eius loquereẽ. uel ſic,
In ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ, id ẽ,
in iudæis occæcatis pertranſibit diabolus & an
geli eius. Catuli leonum rugientes ut rapiant.
Catuli fuerunt minores in populo iudæorum,
qui conſentientes principibus, rugiendo clama-
bant: Crucifige eum. Si autem beſtiæ ſyluæ, dia
bolum & angelos eius notãt, in ipſis Iudæis ex-
cæcatis pertranſeuntes, erit cauſa quod dictum
eſt: Catuli leonum rugientes ut rapiant. Ideo fa
cta in cordibus iudæorum cæcitas, quia ipſi iu-
dæi catuli leonum exiſtentes, rugierunt ut rape
Iohã.19. rent dominum, clamantes: Tolle hunc, & dimit
te nobis Barrabam. Et quærant a deo eſcam ſi-
bi, id eſt, in corpore domini carnali uolũtati ſuę
ſatiſfecerunt. Quæ eſca eſt a deo ſibi conceſſa,
quia non eſt mortuus ex eorum uoluntate, ſed
paterna diſpoſitiõe. Quærunt a deo eſcam ſibi,
Sed quæ cura? Quia ortus eſt ſol iuſtitiæ, id eſt,
Roma.6. CHRISTVS qui uerus eſt ſol, reſurget a mor-
tuis, & mors illi ultra non dominabitur. Quo re
ſurgente, congregati ſunt iudæi: quia domino
adhærentes, etiam in ſuis cubilibus collocabun
tur: quia in ſecretis locis occulte conſiliati ſunt
ut interdicerent, ne quis in eius noĩe loqueretur.
Ortus eſt ſol. Quo ſole oriente, exibit homo ad
opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad
ueſperum. Verſus iſte non mutatur. *Quàm ma-
gnificata ſunt opera tua domine*. Videns prophe-
ta dominum tam in ſe quàm in ſuis magnifica-

tum,congaudens prorumpit in hanc uocē congratulationis,dicēs: O domine,hæc opera tua, quibus hæc omnia diſponis, quàm magnificata ſunt,id eſt, quàm magna in conſideratione mea facta ſunt. Et non mirū ſi opera tua magna ſunt, quia ꝑ magnificū tuū *omnia* facta ſunt. nam *in ſapientia feciſti*,id eſt, in filio tuo omnia ineffabiliter diſpoſuiſti. Per quam ſapientiam *impleta eſt*
Pſal. 8. *terra poſſeßione tua*. quia omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Et non tantum terra,id eſt,iudaicus populus impletus eſt poſſeſſione tua, ſed etiam *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus*, impletū eſt poſſeſſione tua,id eſt,creatura tua. Mare,ut ſæpe audiuimus,gentilem ſignificat populum. Quod mare magnum ē in domino,& manibus ſpatioſum eſt,id eſt,operibus ſanctorum, quia ibi in pluribus habēt exercere ſua opera ſancti. & illic,id eſt,in poſſeſſione domini, ſunt *reptilia*, id eſt,repentinæ ſuggeſtiones, pugnantes cōtra ſanctos,ne operentur bonum opus ſuū in ſubditis. Horum reptilium *non eſt numerus*,quia angeli apoſtatæ ubique & innumerabiles ſemināt ſuggeſtiones. quod dicit,illic reptilia *quorum* nō eſt numerus. & illic ſunt *Animalia puſilla cum magnis*. illic hæretici in maioribus & in minoribus errantes. in maioribus errant, qui trinitatem nō credunt: in minoribus, qui eccleſiaſticis inſtitutis non conſentiunt. Quod dicit,animalia puſilla cum magnis. & tamen illic,id eſt, inter animalia & reptilia *naues*,id eſt,eccleſiæ congregatæ, *pertranſibūt* per bonum gubernatorem dominum noſtrum IESVM CHRISTVM. Nauibus eccleſia comparatur,quia in fluctibus ſeculi,ne q̄ſi in mari periclitetur, a Chriſto gubernatur. *Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei*, id eſt,diabolus princeps reptilium & animalium, repugnabit ne mare iſtud magnum fiat poſſeſſio tua, quem tu formaſti ad illudendum ei, quia feciſti eum ut illudatur a ſanctis tuis. quia quos putat abſorbuiſſe, & ſibi ex toto incorporaſſe, per ſanctos tuos extrahis,ut tibi incorporent, quia armilla tua maxillam eius penetraſti. Armilla res eſt rotūda, nullum habens principium uel finē. per quam gratia domini deſignatur,quam licet nos percipimus, tamen ex merito noſtro non habemus, ſed ab eo deſcendit cui nec principiū nec finis eſt. Per gratiam domini maxilla draconis perforata eſt. quia quos deuorare cupit, gratia ſua liberat & educit. Et dictum eſt ad ſimilitudinem balenæ, quę id quod abſorbere putat, per maxillam perforatam amittit. Quod dicit, Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. & *omnia* reptilia & animalia, & ipſe draco caput eorum *à te expectant, ut des illis eſcam in tempore*, ſed a te præuiſo. Et *Dante te illis*,id eſt,te permittente, *colligent* unde ſe reficiant. Nil colligunt niſi a te ꝑmiſſi. & *aperiente te manum tuam*, id eſt, manifeſtante te CHRISTVM tuum, *omnia implebuntur bonitate*,id eſt,gratia tua. Omnia dico,quæ implenda ſunt in te. Aperiente te manū tuam,implebuntur. *Te autem auertente faciem*,id eſt, reſpectum gratiæ tuæ, *turbabuntur* turbationibus illicitis. & ſic eis turbatis, *auferes ſpiritum eorum*, ſpiritum uidelicet pronum in defectum, uadentem & non redeuntem. quia nō eſt hominis dirigere uiam ſuā: *& ſic deficient* in ſe,ut proficiāt in te. *& in puluerem ſuum reuertentur*, conſiderantes ſe eſſe puluerem, & nihil per ſe poſſe. Vel ſic, Auferes ſpiritum eorū, iuxta illud, Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. & Mat. 10.
ſic deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Et ſic Emitte *ſpiritum tuum*, ſpiritum uidelicet humilitatis,quo ſe humilient. *& creabuntur* in operibus bonis, *& ſic renouabis faciem terræ*,id eſt, conſcientiam terrenorum, quæ inueterata fuit, quando auerſa facie turbabantur. Conſcientia facies dicitur, quia ſicut quiſque uiſa facie exteriori alterius,eum ab alio diſcernit, ita interroganti conſcientia ſua ſeipſum recognoſcit. *Sit gloria domini in ſeculum*. Propheta ꝓ omnibus ſuperius a domino ineffabiliter diſpoſitis hortatur nos, ut dominum glorificemus, iuxta illud: Vt qui gloriantur, in domino glorientur, 1. Cor. 1.
Et dicit, Sit gloria domini non tantum in futu- 2. Cor. 10.
ro,ſed etiam in ſeculum iſtud quod nunc eſt. & ſic *letabitur dominus in operibus ſuis*, id eſt,placebit ſibi in perfectione operis ſui. Sit gloria domini,domini dico, *Qui reſpicit terram*,id eſt,terrenos homines, *& facit eam tremere* de futuro iu-
dicio. Vnde Paulus: Cum timore & tremore Phil. 2.
ueſtrā operamini ſalutem. Vt illud, Super quē Iſa. 66.
requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & manſuetum, & trementem uerba mea? Sit etiam gloria domini, *qui interiori tactu tangit montes*, id eſt,ſuperfluitate temporalium exaltatos, *& fumigant*,id eſt, lachrymoſam deprecationē fundunt. Vnde non ſolum qui in carne pro corporalibus cantabūt, pro his cantabunt, ſed ego quoque tanto ante tempore exultans, *Cantabo domino in uita mea*, cantabo uoce, *pſallam* opere *deo meo*, non ad horam, ſed *quàm diu ſum*. uel ſic, Cantabo in uita mea præſenti, & tandem in futuro pſallam deo meo quàm diu ſum, in immutabili in eo eſſe permaneam. quod erit æternaliter, quia omnia tempora trāſibunt. Et ut pſallam, *iucundum ſit ei eloquium meum*, id eſt, placeat ſibi confeſſio mea, quæ extra loquitur in litera omnia quæ iniuſte perpetraui. Vel ſic, Iucundū ſit ei eloquium meum,id eſt,placeāt ſibi ea quæ per ſpm̄ ſanctū locutus ſum de eo. *ego uero* quicquid alij faciant, *delectabor in domino*. & intantū, ut exemplo meo prouocati *peccatores*, *deficiāt à terra*,id eſt,a terreno opere ſuo. *et iniqui deficiant ita ut non ſint* quod prius fuerunt. quod ut fiat, *Benedic anima mea domino*.

¶Alleluia. CIIII.

COnfitemini domino,& inuocate nomen eius,annunciate inter gentes opera eius. Cãtate ei & pſallite ei,narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine ſancto eius, lætetur cor quærentium dominum.Quærite dominum,& cõfirmamini.quærite faciem eius ſemper.Mementote mirabilium eius quæ fecit,prodigia eius & iudicia oris eius.Semen Abraam ſerui eius,filij Iacob electi eius.Ipſe dominus deus noſter,in uniuerſa terra iudicia eius.Memor fuit in ſeculũ teſtamenti ſui, uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod diſpoſuit ad Abraam, & iuramenti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit illud Iacob in præceptum,& Iſrael in teſtamentum æternum.Dicens,tibi dabo terram Chanaan,funiculum hæreditatis ueſtræ.Cum eſſent numero breui, pauciſſimi & incolæ eius. Et pertranſierunt de gente in gentem,& de regno ad populum alterum. Nõ reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges.Nolite tãgere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.Et uocauit famem ſuper terram,& omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos uirum,in ſeruum uenundatus eſt Ioſeph.Humiliauerunt in compedibus pedes eius,ferrum pertrãſiit animam eius,donec ueniret uerbum eius.Eloquium domini inflammauit eum, miſit rex & ſoluit eum,princeps populorum & dimiſit eum.Conſtituit eum dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ. Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum,& ſenes eius prudẽtiam doceret.Et intrauit Iſrael in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum ſuum uehementer,& firmauit eum ſuper inimicos eius.Conuertit cor eorum ut odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius. Miſit Moyſen ſeruum ſuum,Aaron quem elegit ipſum.Poſuit in eis uerba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in terra Cham. Miſit tenebras,& obſcurauit,& non exacerbauit ſermones ſuos. Conuertit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſces eorum.Et edidit terra eorũ ranas in penetralibus regum ipſorum.Dixit,& uenit cynomyia, & ſciniphes in omnibus finibus eorum. Poſuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipſorum. Et percuſſit uineas eorum & ficulneas eorum,& contriuit lignum finium eorum. Dixit,& uenit locuſta & bruchus, cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnum in terra eorum,& comedit omnem fructum terræ eorũ.Et percuſſit omne primogenitũ in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.Et eduxit eos cum auro & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus.Lætata eſt Aegyptus in profectione eorum,quia incubuit timor eorũ ſuper eos. Expandit nubem in protectiõem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.Petierũt, & uenit coturnix, & pane cæli ſaturauit eos. Dirupit petram, & fluxerunt aquæ:abierunt in ſicco flumina. Quoniam memor fuit uerbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraam puerum ſuum.Et eduxit populum ſuum in exultatione,& electos ſuos in lætitia.Et dedit illis regiones gentium,& labores populorum poſſederunt,Vt cuſtodiant iuſtificationes eius,& legem eius requirant.

Pſalmus iſte primus eſt de alleluiaticis Pſalmis. Interpretatur enim Alleluia, laudate dominum, & commendat nobis propheta in hoc pſalmo illos de priori populo, qui deum non amaricauerunt, qui contra eum non murmurauerunt, ſemen uidelicet Abrææ, filios promiſſionis, pertinentes ad hæreditatem teſtamenti æterni. hos admonet propheta,quatenus ſeruiant deo,non propter temporale bonum, quod commune eſt bonis & malis, ſed gratis deum colant,non quærẽtes aliquod mercedis emolumentum propter ipſum deum. & hæc faciant laudando,inuocando,per fidem bene operando,non ad ſuam,ſed ad domini gloriam. Proponit nobis pſalmus adhuc æternas promiſſiones,factas ſanctis patriarchis & prophetis patribus noſtris. & per hæc nos hortando, ut ſimus filij illorum imitando & ſperando. Dicit etiam eos non eſſe derelictos temporalibus bonis,in quibus poſuit exemplum fidei his qui de carne eorum ſunt propagati,& qui fidem eorum uolunt imitari.Dicit autem ſic;

C*Onfitemini domino, & inuocate nomen eius.* Quoniam titulus pſalmi talis eſt,Alleluia, quod interpretatur,laudate dñm:oportet ut in confeſſione quam hic nobis promittit propheta,in laudibus accipiamus:& eum laudando,inuocemus nomen eius. Exaudit eum inuocantem,ſed quem uidet laudantem, quem probat amantem.Quod dicit,Confitemini domino,&

& inuocate nomen eius. Et quoniam qui diligit
deum, debet diligere proximũ, ideo ſubiungit:
Annunciate inter gentes opera eius. quaſi dicat: Sic
amate dominũ, ut & ametis proximum. In hoc
enim experiri uoluit dominus quo affectu ama
retur a ſeruo, cum Petro dicente: Tu ſcis domi-
Iohã.21. ne quia amo te, dixiſſet, Paſce oues meas. quod
etiam hic propheta docet cum dicit, Annuncia-
te inter gẽtes opera eius. *Cantate ei ore, & pſallite
ei opere. narrate omnia mirabilia eius*, quæ narran
da ſunt, ea tamen moderatiõe, ne ſpargatis mar
garitas ante porcos. *Laudamini*, id eſt, laudabili-
ter uitã inſtruite, & hoc *in nomine ſancto eius* glo-
Ier.9. rificando, nõ ueſtro nomine. In hoc glorietur q
gloriatur, dicit dominus, ſcire & noſſe me. Lau-
damini in nomine ſancto eius, ut ueſtro ex po-
pulo *letetur cor quærentium dominum*. Vos *quæri
te dominum* in ſimplicitate cordis, *& confirmami-
ni*, id eſt, inquirendo illum firmi eſtote. Quæra-
mus ergo eum, ut quærendo accedamus, acce
dẽdo illuminemur, illuminati corroboremur.
Illuminemur, ne per cæcitatem quod uidendum
eſt, nõ uideamus. Ad hoc corroboremur, ne ꝓ-
pter infirmitatẽ, q̃d faciendũ eẽ uiderimus, non
faciamus. *quærite faciem eius ſemper*. Facies ei⁹ no
titia eſt ipſius: quæ ſi ſemper q̃ritur, quãdo inue
nietur? q̃re quæramus eum in hoc tempore ſem
per, ut in futuro inueniamus. Hic enim eſt tem
pus quærendi, hic inueniendi. Hic uere eſt tem-
pus quærendi, cum etiam inuenitur, adhuc q̃ri-
tur: quia licet inuentus ſit per fidem, tamen q̃ri-
tur per ſpem. Charitas enim inuenit eum per fi
dem, & q̃rit eum per ſpem, ad quam cum perue
nerimus, nihil eſt quod ultra quæramus. quod
per fidẽ inueniatur dominus, ſcriptura teſtatur,
Iſa.55. dicens: Quærite dominum, & cum inueneritis,
derelinquat impius uiã ſuã, & uir iniquus cogi
tationes ſuas. Niſi autem fide inuentus, adhuc p
Roma.8. ſpem q̃reretur, non diceret Paulus: Quod nõ ui
demus, per patientiam expectamus. quod etiã
1.Ioh.3. Iohannes notat, dicens: Cum apparuerit in glo
ria ſua, conſimiles ei erimus, & uidebimus eum
ſicuti eſt. i. facie ad faciem. uel fortaſſe quod di-
cit, quærite faciem eius ſemper, poteſt intelligi
de futuro. quia ibi cor erit ſemper quærentium,
& ideo ſemper quærentiũ, quia perfecte aman
tium. Et hoc quare? Quia facie ad faciem cõtem
plantium, & hoc modo ſemper quæretur dñs.
Quid enim eſt aliud, ſemper dominũ quærere,
niſi quærendo nunquam faſtidire? illum enim
quaſi ſemper quærimus, quem nunquam præ-
ſentem faſtidio habemus. *Mementote mirabilium
eius*. Hucuſq; exhortatus eſt nos ꝓpheta, ut do
minum laudemus, inuocem⁹, eius opera annun
ciemus. Nunc autem ſequuntur promiſſiones
æternæ patribus noſtris factæ, quorum filii nos
debemus eſſe imitando & ſperando. Quærite
faciem eius ſemper. Si autem multum eſt quan
tum ad uos, eum prout eſt quærere & uidere,

eius opera ſaltẽ attendite, & ꝓ opera eius quan-
tum poteſtis, cognoſcite. Ipſe enim cum dixiſ-
ſet, Ego ſum qui ſum, ſciens hoc nullius intelle- Exo.3.
ctu capi poſſe, contemperauit uerba ſua & di-
xit: Ego ſum deus Abraam, ut per creaturas ſu-
as intelligibilem ſe daret, cum hoc quod eſt, ne-
mini pateret. Mementote mirabiliũ eius *quæ fe
cit, prodigia eius, & iudicia oris eius*. Mirabilia ei-
us, minora miracula eius ſunt: prodigia, maio-
ra: iudicia oris eius, mandata eius, quæ ad ſalu-
briter uiuendum ſuis propoſuit. *Semen Abraam
ſerui eius, filij iacob electi eius*. Mementote mirabi
liũ eius. Et ne quis quia dixit, Abrææ, uellet tan
tum intelligere eos qui ex carne Abrææ ſunt
propagati, ſubiungit: *ipſe dominus deus noſter, in
uniuerſa terra iudicia eius*. *Memor fuit teſtamen-
ti ſui*, id eſt, pacti ſui, *in ſeculum* ſeculi exten-
dendi memor fuit etiam *uerbi quod mandauit* ex
tendi *in mille generationes*. Ecce notatur quia nõ
dicit hic de præcepto carnalis obſeruãtiæ, neq;
de iudæis tantum, cum in populo illo nõ eſſent
mille generationes. Mille autem generationes
notant illos, qui diſcedente generatione & ſuc-
cedente, præcepto fidei uiuunt, quouſque ex o-
mnibus generationibus una generatio perficia-
tur. Millenarius autem numerus quia perfectus
eſt, non incongrue per mille generationes nota
tur generatio illa, cui nihil deeſt ad perfectio-
nem. Verbum autem quod mandauit, præce-
ptum fuit fidei: quo uiuendum eſt iuſto, donec
perueniamus ad ſpem. quod dicit, Verbi quod
mandauit. uerbi dico, *Quod diſpoſuit ad Abraam*.
cum dixit, In ſemine tuo benedicentur omnes Gene.22
tribus terræ. *& memor fuit teſtamenti ſui ad
Iſaac* facti, de quo dictum eſt: In Iſaac uocabitur
tibi ſemen. Et *ſtatuit illud* uerbum ſuum *iacob* Ge.21.
in præceptum fidei, ut propter præceptum fidei
ad *teſtamentum æternum* ueniret, id eſt, in æternã
promiſſionem. Hic etiam notatur, quia promiſ
ſiones domini factæ iudæis, nõ ſunt accipiendæ
de temporali regno & ſacerdotio, quia tempo-
rale regnum & ſacerdotium nõ æternaliter ha
buerunt. Vel ſic, Statuit illud in teſtamentum
æternum. quia ex ipſo uerbo & præcepto im-
pleto, daturus erat eis teſtamentum manſurum
in æternum. *Dicens, tibi dabo terram Chanaan, funi
culum hæreditatis noſtræ*, id eſt, ad diſtribuẽdam
uobis in hæreditatem. Hoc promiſit illis *Cum
adhuc eſſent numero breui*, & nihil erga dominũ
promeruiſſent. *pauciſſimi* etiam fuerũt anteq̃
patres primi in Aegypto in poſteris eſſent mul-
tiplicati. *& incolæ eius* terræ fuerunt, quia Abra-
am ueniens de Vr Chaldæorum, accola fuit in
terra Chanaan. *Et pertranſierunt de gente in gen-
tem*. Quod poteſt accipi, quoniã Abraam pro
pter inſtabilitatem terræ Chanaan, tranſtulit ſe
in terram gentium cæterarum. *Et pertrãſierunt
de regno ad populum alterum*. quia de terra Cha-
naan in Aegyptum ſe tranſtulerunt. Superius

oſtendit ipſe ꝓmiſſiones æternas,hic nūc oſten
dit non eſſe derelictos in temporali neceſſitate,
Quod ait de regno,nōdum in terra Chanaan re
gnum conſtitutum erat,ſed ſemen eorum mul
tiplicatum in Aegypto, ibi regnaturum erat.
Pertranſierunt de gente in gentem. Et hoc non
Ge.20. mirum,quia dominus *non reliquit hominem noce-*
& 12. *re eis,& corripuit pro eis reges.* quia rex Geraro
rum,& rex Aegyptiorum, accenſi pulchritudi
ne uxoris Abrae,uoluerūt eam rapere.ſed ad-
moniti fuerūt diuinitus,ne hæc facerent.quibus
uerbis corripuiſſet eos dominus, nō legitur. po
teſt tamen eſſe quod ſine uerbis a domino in in-
teriori ſuo correcti ſunt. Nota ſignificari p trāſi
tū illius populi de gente in gentē, & de regno ad
regnū: q̄ fideles dn̄i, de regno mutabili ad re-
gnū incōmutabile ꝑducendi ſunt. Corripuit ꝓ
eis reges, dicēs: *Nolite tāgere chriſtos meos,& in
prophetis meis nolite malignari.* Vide q̄d dicit chri
ſtos, cum in tempore illo nullus fuiſſet chriſtus
.i.unctus. Sed quoniam futurum præuidit pro
pheta,ideo quaſi præſens annunciauit. Vel po-
teſt eſſe,quod eo tempore, Chriſti.qui latenter
Chriſtiani fuerunt. Nam nullus ante CHRI-
STVM uel poſt Chriſtum recōciliatus eſt deo,
niſi per fidem, quam nunc tenet uniuerſa terra.
Et uocauit famem ſuper terrā. In ſuperioribus no
tificauit bona temporalia, quibus cōſolati ſunt
patres noſtri,in ſequentibus autem proponun-
tur mala. Cauſa eorum afflicti ſunt inimici.q̄d
dicit, Vocauit famem ſuper terrā. Nota quod
dicit,uocauit. Vocari enim non ſolent,niſi res
animatæ,ſpiritus uidelicet & corpora & ſenſibi
lia. Fames uero, cū ſit pernicies ex inedia cōtra
cta, uocari nō poteſt.quare dicam⁹, Vocauit fa
mem,id eſt,principem famis,angelū ſcilicet ma
lum, per quem fames inducitur ſuper terram.
uel ſic, Vocauit famem, id eſt, pręcepit eſſe famē
ſuper terram. *& omne firmamentum panis contri-
uit*: quia tam granum ſatum, quàm non ſatum
diſſipauit,à qua fame ut liberaretur populus il-
le, *Miſit ante eos uirum, in ſeruum uenundatus eſt
Ioſeph.* Quod ipſe uenundatus eſt,ex diſpoſitiōe
domini fuit:nō ex poteſtate fratrum, qui tamē
odio ſuo ſatisfacere putabant.*Humiliauerunt in
compedibus pedes.* Hoc licet taceat hiſtoria, non
tamen minus credendum eſt, cum hoc ſpiritus
ſanctus per os prophetæ annūciat futurum, *fer
rum*,id eſt,difficultas & tribulatio grauis huma
næ miſeriæ,*pertranſiit animam eius*. Tribulatio
per ferrum etiam alibi notatur,cum beatiſſimæ
uirgini dicitur:Et tuam ipſius animā pertranſi-
Luc.2. bit gladius. Nulla enim potuit eſſe maior tribu
latio, quàm ut mater filium in cruce pendere ui
deret.quod dicit, Ferrum pertranſiit animam
eius, *donec ueniret uerbum eius.* Verbū uidelicet,
quo interpretatus eſt ſomniū Pharaonis, quod
tamen non ex ſe habuit,quia *Eloquium domini in-
flāmauit eum*.iuxta illud, An quęritis experimen
2.Cor.13. tū illius qui in me loquitur Chriſtus? *miſit rex,
& ſoluit eum: princeps populorum,& dimiſit eum.
& conſtituit eum dominum domus ſuæ,& principem
omnis poſſeßionis ſuæ. Vt erudiret principes eius ſic-
ut ſemetipſum*, id eſt, ſemet ſciuit ſcilicet eruditū.
& ſenes eius prudentiam doceret. Hoc tacet hiſto-
ria,ſicut & illud quod prius dictum eſt de com
pedibus.Inde credendum eſt, quia potuit eſſe,
ut non tantum Aegyptijs in tempore famis pro
uideret,ſed etiam interius eos de prudētia doce
ret. *Et intrauit iſrael in Aegyptum,& Iacob accola
fuit in terra Cham.* Ecce quod ſuperius dictum
eſt, Pertranſierunt de gente in gentē. Terra Chā
idem eſt quod Aegyptus. & uocatur Cham a
filio Noæ, Cham uidelicet,cuius primitus fuit
terra Chanaan,de quo gens ægyptiaca nata eſt:
cui Cham maledixit Noe, prophetans de eo
quod futurus eſſet ſeruus fratrum ſuorum. Et Ge.9.
quid per hoc uoluit intelligi,niſi quod Cham in
poſteris ſuis eijciendus erat de terra Chanaan,
quam poſſeſſuri erant fratres ſui? *Et auxit popu-
lum ſuum uehemēter, & firmauit eum ſuper inimicos
eius. Conuertit cor eorum ut odirent populum eius.*
non quod autor eſſet odij,ſed cum ſuos exalta-
ret, Aegyptij inuidentes, eis in odium conuerſi
ſunt. *Miſit Moyſen ſeruum ſuum, Aaron quem ele-
git ipſum. Poſuit in eis uerba ſignorum ſuorum.* non
ut loquendo ſigna fierent,ſed ſicut uerba ſignifi
cant res de quibus agunt,ita facta illorum,alio-
rum factorum ſigna fuerunt. quod dicit, Poſuit
in eis uerba ſignorū ſuorū,*& prodigiorum in ter
ra Cham.* Et ecce ꝓdigia & ſigna. quia *miſit tene-
bras & obſcurauit, & non exacerbauit ſermones ſu
os*.i. nō exacerbauit,reddidit iniunctā ſuis nega
tionem.q̄ꝰ fieret, ſi non recepti eſſent ab his ad
quos miſſi fuerant. Nunc autē quia obedientes
fuerunt Moyſi & Aaron filii Iſrael,ideo nō exa
cerbauit dn̄s ſermones ſuos. *conuertit aquas eorū
in ſanguinem, & occidit piſces eorum. &* dedit ter
ram eorū ranis, quia nihil uiſum eſt in terra p̄-
ter ranas.uel *edidit terra eorū ranas.* quia undiq;
tanta abundantia ranarū fuit,ac ſi undiq; ex ipſa
terra editæ eſſent,*in penetralibus*,id eſt, in cubili
bus *regum ipſorum* editæ ſunt ranæ. *Dixit*.i. p̄ce-
pit.*& uenit cynomyia, & ſciniphes in omnibus fini
bus eorum.* Cynomyia,muſca canina. ſciniphes,
minor muſca. *Poſuit pluuias eorum grandinem, &
ignem comburētem in terra ipſorum. Et percußit ui
neas eorum & ficulneas eorum, & contriuit lignum
finiū eorū. Dixit,& uenit locuſta, & bruchus, cuius
non erat numerus.* Eadē plaga eſt bruchus & lo-
cuſta:quia locuſta eſt parēs, bruchus eſt fœtus.
*Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit
omnem fructum terræ eorum. Et percußit omne pri-
mogenitum terræ eorum,primitias omnis laboris eo
rum*.i. omnia primogenita in quibus nutriēdis
laborauerunt. *Et eduxit eos cum argento & auro.*
quia unuſquiſq; mutuo accepit uaſa argentea et
aurea a uicino ſuo, q̄ſi ituri eſſent in deſertū ad
ſacrificandum deo, & reuerſuri ut uaſa redde-
rent. Aurum & argentū ab hominibus iniquis

accęperunt, quia merces eorum pro labore ſuo eſſe debuit: quia plus laborando deſeruierunt, quàm eis abſtulerunt. Nec in eo tamen quod Aegyptios deceperunt, a quibus ſibi argentum & aurum accommodari petierunt, putandus eſt deus huiuſmodi dolos eis qui ſurſum habent corda, uel iubere, uel ſi fecerint, approbare. Magis enim per ipſa dei uerba utique ab illo qui cor eorum uidebat, & cupiditates examinabat dominus. Quod dicit, Et eduxit eos cum argento & auro. *et non erat in tribubus eorum infirmus.* Superius commemorauit plagas quas intulit inimicis, nũc beneficia commemorat quae contulit amicis. non tamen eodem ordine narratæ ſunt hic plagæ, quo narratæ ſunt in hiſtoria: quia laudatio eſt libera a lege narrantis & hiſtoriam texentis. *Lætata eſt Aegyptus in profectione eorum*, non in prima profectione quando ab Aegypto ducti ſunt, ſed in profectione illa quã fecerunt poſtquam mare rubrum tranſierunt. & quare tunc lætata eſt Aegyptus? *Quia incubuit timor eorum ſuper eos.* Timuerunt enim illis ſubmerſis, qui inſecuti ſunt eos, ne reuerterentur ut interficerent Aegyptios. quia pauci erant de Aegyptijs, qui domi uiui remanſerunt. *Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt, et uenit coturnix, & pane cæli ſaturauit eos.* Pane cæli ideo dicit, quia manna quod comederunt Iudæi, ſignificabat panem illum uerum qui de cælo deſcendit, ex quo pane omnes reficiuntur, & ſine quo nullus eſſe poteſt. (Iohã.6.) De quo pane dicitur: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. (Luca.11.) *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ. abierunt in ſicco flumina.* Et hoc ideo, *Quoniam memor fuit uerbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraam puerum ſuum.* cũ dixit, In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. (Gene. 22) *& eduxit populum ſuum in exultatione, et electos ſuos in lætitia. Et dedit illis regiones gentium, et labores populorum poßederunt.* Hæc omnia attribuit ſuis dominus, non ut pro iſtis temporalibus ſibi ſeruiatur, nec mala ſecuritate torpeſcant: ſed ut remoti a ſecularibus curis, libentius atq; ſolicitius deo ſeruiant, iuxta illud: Primum quærite regnũ dei, & omnia adijcientur uobis. (Mat.6.) Qđ dicit, *Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, et legem eius requirant.*

Alleluia. CV.

COnfitemini domino, quoniã bonus, quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui, uiſita nos in ſalutari tuo. Ad uidẽdum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus. Patres noſtri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ. Et irritauerunt aſcendentes in rubro mari, & ſaluauit eos propter nomen ſuum, ut notam faceret potentiam ſuam. Et increpuit mare rubrum, & exiccatum eſt, & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remanſit. Et crediderunt uerbis eius, & laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius, non ſuſtinuerunt conſilium eius. Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto, & tentauerunt deum in inaquoſo. Et dedit eis petitionem ipſorum, & miſit ſaturitatem in animas eorũ. Et irritauerunt Moyſen in caſtris, Aaron ſanctũ domini. Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper cõgregationem Abiron. Et exarſit ignis in ſynagoga eorum, flamma combuſſit peccatores. Et fecerunt uitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile. Et mutauerunt gloriam ſuam, in ſimilitudinem uituli comedentis fœnum. Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit ut diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. Non crediderũt uerbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis: non exaudierunt uocem domini. Et eleuauit manum ſuam ſuper eos, ut proſterneret eos in deſerto. Et ut deijceret ſemen eorum in nationibus, & diſpergeret eos in regionibus. Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis, & multiplicata eſt in eis ruina. Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam, in generatione & generationem uſque in ſempiternum. Et irritauerunt eũ ad aquam contradictionis, & uexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius, Et diſtinxit in labijs ſuis, non diſperdiderunt gentes quas dixit do

minus illis. Et commixti ſunt inter gentes, *&* didicerunt opera eorum: & ſeruierunt ſculptilibus eorum, *&* factum eſt illis in ſcandalum. Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs. Et effuderunt ſanguinem innocẽtem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum, *&* fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. Et iratus eſt furore dominus in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt eorũ qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum: ſæpe liberauit eos. Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo, & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationẽ eorum. Et memor fuit teſtamenti ſui, et pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ. Et dedit eos in miſericordias, in conſpectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noſter, et congrega nos de nationibus. Vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo & uſque in ſeculum: & dicet omnis populus, fiat fiat.

CONFITEMINI *domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.* Confeſſio iſta propter hoc quod ſequitur, Peccauimus cum patribus noſtris, gementis eſt. Sed quoniam alleluia præcedit, oportet eandem confeſſionem in laude dei accipere, quia nulla confeſſio eſt pia & utilis, niſi in qua deus laudatur. Laus autem ore atque ſermone ſiue ex ſolo cordis eſt affectu. Habet autẽ pſalmus iſte in hoc laudẽ dei, quia qui hic loquitur, eum bonum & miſericordem confitetur, uel qui eum talem eſſe credit. Quod dicit, Confitemini domino. & hoc ideo, quia bonus eſt, ſuauis uidelicet omnibus ſe digne guſtãtibus. Ideo etiam confitemini, quoniam miſericordia eius eſt in ſeculum, id eſt, in æternũ ſuper nos ſcilicet perduratura. *Quis loquetur potentias domini? aut quis auditas faciet omnes laudes eius?* Impletus diuina conſideratione, qui hic miſericordiam domini exhortatur poſcendã, dicit: Quis loquetur potentias domini? aut quis faciet omnes laudes eius auditas, id eſt, quis faciet ut audiantur, oſtendens eas ita eſſe loquẽdas, ut auditoribus prædicentur? Vel fortaſſe quia ſequitur, *Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiã:* ideo iſte q hic loquitur, impletus cõſideratione diuinorum præceptorum, quorum opera

*laudes * præceptorum ſunt eius qui operatur hoc in ſuis, ait: Quis loquetur potẽtias domini? Potentias ideo dicit, quoniam hoc ineffabiliter operatur in ſuis. Et quis auditas faciet omnes laudes eius. i. quis cũ audierit faciet omnia opera præceptorum eius, quæ ſunt eius laudes? quoniam etſi omnia fiunt quæ audita ſunt, tamen inquantum fiunt, ille laudandus eſt, per quem hæc fiũt. & qui operatur in nobis uelle & pro bona uoluntate bene perficere. Ideo cum poſſet dicere omnia mandata eius, uel omnia præceptorum eius opa, maluit dicere oẽs laudes eius: qa ut dictum eſt, in quantum fiunt, ipſe laudandus eſt per quem hæc fiunt. Quod dicit, Quis loquetur potentias domini? & quis auditas faciet omnes laudes eius? Et quia uix aliquis poteſt implere, ergo beati qui cuſtodiunt iudicium, diſcretionem uidelicet boni & mali. & beati ſunt qui cuſtodiũt iuſtitiam, ut bonum uidelicet quod per fidem faciendum eſſe intelligunt, in operationẽ ducãt. Veniet enim tempus, ut iudicium quod nunc cuſtoditur in fide, etiam exerceatur in operatione: cum iuſtitia conuertetur in iudicium, id eſt, cum acceperint iuſti poteſtatẽ iudicãdi eos recte, a quibus iudicati ſunt hic non recte. quod dicit, Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam *in omni tempore,* id eſt, ex quo eſſe incipiunt, & in tempore uiuunt. *Memento noſtri domine.* Ecce oratio illorũ qui cõuerſi de murmuratione ueniam precantur. quaſi dicãt: Memento noſtri *in beneplacito populi tui,* id ẽ, in filio tuo, de quo dictum eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. uel ſic, Memento noſtri domine, ponendo nos in beneplacito populi tui, id ẽ, inter illos in quibus beneplacitum eſt tibi, quia non in omnibus placitum fuit bene domino. *uiſita nos in ſalutari tuo,* id eſt, in CHRISTO. Ipſe eſt enim ſaluator, in quo dimittuntur peccata, & ſanantur animæ, ut poſſint cuſtodire iudicium & facere iuſtitiam. Viſita nos in ſalutari tuo. *Ad uidẽdum in bonitate electorum tuorum.* quaſi dicat: Ideo rogamus in ſalutari tuo, ut te uideamus in bonitate electorum tuorum, id eſt, in illa ſuauitate, in qua tantum uiſuri ſunt te electi tui non illi de quibus dictum eſt. Tollatur impius ne uideat gloriam domini. quod dicit: Ad uidendum in bonitate electorum tuorum. *ad lætandum in lætitia gentis tuæ,* id eſt, ad hoc te in ſuauitate uidere deſideramus, ut cum gente tua lætemur. nõ enim impius gaudere poteſt. *ut lauderis cum hereditate tua.* Laudatur deus cum ſua hæreditas laudatur, quoniam hæreditas ipſa laudatur per ipſum. *Peccauimus cum patribus noſtris.* Quaſi dicat: Opus eſt ut memor ſis noſtri, quia nos peccauimus cũ patribus noſtris, qui in Aegypto peccauerũt. Nõ qđ nati

Mat. 3. & 17.

Iſa. 26.

adhuc eſſemus, ſed quia in lumbis eorum era-
Heb. 7. mus. Nota, quia ſicut Leui cũ Abraam decima
tus eſt, quoniam in lumbis eius fuit, quando de-
dit ſacerdoti Melchiſedec decimas: ſic & iſti pec
cauerunt cum patribus ſuis, in quorum lumbis
erant, quando in Aegypto peccauerunt. Quod
dicit, Peccauimus cum patribus noſtris, *iniuſte
egimus*, quantum ad proximum, *iniquitatem feci
mus*, quantum ad deum. Aliter, Peccauimus
cum patribus noſtris, faciendo ſimilia peccatis
eorum peccata. *Patres noſtri in Aegypto non in-
tellexerunt mirabilia tua.* Quaſi dicat: peccaui-
mus cum patribus noſtris. Et ecce qualiter pa-
tres peccauerunt, quia cum in Aegypto eſſent,
Non intellexerũt mirabilia tua, id eſt, non atten
derũt quid per illa miracula eis præſtare uolue
ris, uitam ſcilicet æternam, & non temporalem,
ſed incommutabile bonum quod per patienti-
am expectatur. ideo impatienter murmurauer-
runt, & amaricauerunt, & bonis præſentibus at
q; fallacibus atq; fugacibus beatos ſe fieri quæſi
erunt. *Non fuerunt memores multitudinis miſericor
diæ tuæ.* Et intellectum redarguit, & memoriam.
utroq; enim opus erat. Intellectu quippe opus
erat, ut intelligerent deum ſibi parare æterna
per temporalia. Memoria opus fuit, ut ſaltem
quæ temporaliter facta ſunt miracula, non ob-
liuiſcerentur. fideliterq; præſumerent, ut eadem
poteſtate quam fuerant experti in Aegypto, de
us illos ab inimicorum perſecutione liberaret.
Obliti ſunt quid eis in Aegypto ob inimicos eo
rum conterendos dominus per tanta prodigia
præſtitiſſet. Et ideo quia obliti fuerant, dubita-
bant utrum liberandi forent, cum ex quatuor
partibus periculis circundati fuerant. a tergo
enim inſequebantur hoſtes, ex latere uno mon
tes fuerant quos tranſire non poterant, Ex alio
latere deſertum quod timebant, ante ſe mare ru
brum conſpiciebant, quod etiam formidabãt.
Et ideo *aſcendentes* de Aegypto ad terram Cha
naan, *irritauerunt* dum *in mari*. mari dico, *rubro*
formidato. Et tamen *ſaluauit eos propter nomen
ſuum, ut notam faceret potentiam ſuam.* Quod di-
cit, Aſcendentes, propter ſtatum loci dictum
eſt, q̃a inferior eſt Aegyptus quàm ſit terra Cha
naan. *Et increpuit mare rubrum, et exiccatum eſt, et
eduxit eos in abyſsis ſicut in deſerto.* In hac increpa
tione non uocem aliquam cælitus factam, ſed po
tentiam diuinam qua id factum eſt, increpatio
nem appellauit. *& ſaluauit eos de manu odienti-
um, et redemit eos de manu inimici.* Et *operuit aqua
tribulantes eos, unus ex eis non remanſit.* Et in his
omnibus *crediderunt uerbis eius, & laudauerunt
laudem eius.* Quia tranſducti mare rubrum, hy-
Exo. 15. mnum cantabant domino, dicentes: Cante-
mus domino, glorioſe enim magnificatus eſt. &
hoc *Cito fecerunt*, id eſt, cito a laude illa defece-
runt. *et obliti ſunt operum eius.* quia non cogitaue
runt tanta opera domini erga ſe, non eſſe ina-
nia, ſed eos uocare ad aliquam ſine fine felicita-
tem, quæ per patientiam ſuſtinenda eſt, ſed feſti
nauerunt beari temporalibus rebus, quæ ideo
nemini conferunt æternam felicitatem, quia nõ
extinguunt inſatiabilem cupiditatem. quod di-
cit, *Non ſuſtinuerunt conſilium eius. Et concupie-
runt concupiſcentiam in deſerto*, id eſt, rem concu-
piſcibilem. *et tentauerunt deum in inaquoſo*, id eſt,
aquam poſtulando. *Et dedit eis petitionem ipſo-
rum, & miſit ſaturitatem in animas eorum.* ſatis faci
ens animalitati eorum. *& irritauerunt Moyſen in
caſtris, Aaron ſanctum domini.* Ex qua irritatione
*Aperta eſt terra, et deglutiuit Dathan, et operuit ſu
per congregationem Abiron. & exarſit ignis in ſyn-
agoga eorum, flamma combuſsit peccatores.* Da-
than & Abiron duo fuerunt homines, qui Aa-
ron in ſacerdotium per domini præceptum aſ- Nu. 16.
ſumptum, contra præceptum domini multis ſi
bi conſentientibus præceſſerunt ad thurifican-
dum. quos aperta terra deglutiuit, cæterosque
ſibi conſentientes ignis conſumpſit. *Et fecerunt
uitulum in Choreb, & adorauerunt ſculptile. Et mu
tauerunt gloriam ſuam*, id eſt, deum qui ſuos o-
mnes facit glorioſos, *in ſimilitudinem uituli come-
dentis fœnum. Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos, qui
fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham.
terribilia in mari rubro. et dixit ut diſperderet eos.*
Et reuera eſſent diſperſi, *ſi non Moyſes electus ei-
us ſtetiſſet in confractione*, id eſt, in mentis humili-
tate. *in conſpectu eius*, eidem plagæ offerens ſe,
quia ipſi feriendi erant, dicens: Domine, ſi di-
mittis populo huic, dimitte: ſin autem, dele me Exo. 32.
de libro quem ſcripſiſti. In quo demonſtra-
tum eſt, quantum ualeat interceſſio ſanctorum
pro alijs apud deum. Securus enim erat Moy-
ſes de iuſtitia ſua. quia cum deleri non poſſet, im
petrauit miſericordiam, ne eos deleret domi-
nus quos iuſte poſſet. & ſtetit ſic Moyſes in cõ-
fractione in conſpectu eius. Dixit. non autem
ideo poſitum eſt, quod deus dixiſſet: quia ſi di-
xiſſet, reuera feciſſet. ſed propter iniquitatem il
lorum dictum eſt, quæ uidebatur tanta eſſe,
quod merito per illam delendi erant de terra,
quaſi deus dixiſſet. *Vt auerteret iram eius ne diſ-
perderet eos, et pro nihilo habuerunt terram deſide
rabilem.* Nullo modo culparentur, quia terram
deſiderabilem habuiſſent pro nihilo, cum nos
etiam regnum temporale pro nihilo habere de-
bemus, ut Ieruſalem liberam matrem noſtram,
quæ in cælis eſt, uere deſiderabilem diligamus.
ſed potius hic infidelitatis merito redarguun-
tur, quia in eo quod terram pro nihilo habue-
runt, uerbis domini non crediderunt, quibus
promiſit æterna per hæc temporalia. *Non cre-
diderunt uerbo eius*, Moyſi uidelicet. *et murmura
uerunt in tabernaculis ſuis, & non exaudierunt uo-
cem domini*, uehementer eos a murmuratione
prohibentis. *Et eleuauit manum ſuam ſuper eos,
ut proſterneret eos in deſerto*, id eſt, eleuando ma

num,diſtulit percuſſionẽ,& ipſi grauius cõmiſe
rũt peccatũ. Et *ut deijceret ſemen eorũ in natiõibus,*
& diſpergeret eos in regionibus. Et ipſi tamẽ, licet
ad hoc eleuaſſet manum, *initiati ſunt Beelphegor,*
id eſt, idolis gentium ſacrificati ſunt. Phegor eſt
locus, Beel, deus gentium, factus in honorẽ cui-
uſdam regis, dicti Beel. *& comederunt ſacrificia*
mortuorum. quia quod in honore illius regis ſa-
crificabant, hoc ſacrificatum comederunt. *Et ir-*
ritauerunt eũ in adinuentionibus ſuis. nõ quod ſuæ
eſſent adinuentiones, ſed quod gẽtium adinuen
tiões, ſuas fecerunt. *& multiplicata eſt in eis ruina.*
& multiplicaretur adhuc, niſi hoc eſſet q̃d ali-
is cadentibus *ſtetit Phinees* ſacerdos, filius filij
Nu.25. Aaron. *& placauit dominum,* quia hebræum et
Madianitidã puellam in adulterio amplexos,
apprehenſos parit̃ interfecit. *Et ſic ceſſauit quaſſa*
tio. Quod ſi odio eorũ, nõ dilectione feciſſet, nõ
eſſet ei reputatum ad iuſtitiam. Sed quia non
odio, ſed dilectione factum eſt, *Reputatum eſt in*
iuſtitiam, in generatione & generationem uſque in
ſempiternum. et irritauerunt eum ad aquam contra-
dictionis. & uexatus eſt Moyſes propter eos, quia ex
acerbauerunt ſpiritum eius. Et diſtinxit in labijs ſuis.
Diſtinguere labia, eſt dubitanter loqui, quod fe-
Nu.20. cit Moyſes in hoc miraculo eum dixit: Nũquid
poterimus de petra hac educere aquam? nõ at-
tendens quia multa mirabilia per eũ dominus
eſſet operatus. *nõ diſperdiderunt gentes quas dixit*
dominus illis. quia inducti in terram promiſſiõis,
non expulerunt gentes, ut eis præceptum fuit.
et commixti ſunt inter gentes, et didicerunt opera eo
rum, et ſeruierunt ſculptilibus eorum, et factum eſt il
lis in ſcandalum. et immolauerunt filios ſuos, et filias
ſuas dæmonijs. et effuderunt ſanguinem innocentem,
ſanguinem filiorum ſuorum, et filiarum ſuarum, quas
ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Hoc in hiſto-
ria nõ habetur. ſed ita factũ fuiſſe, credẽdum eſt
prophetæ, qui per ſpiritum ſanctũ hic loquitur.
et interfecta ẽ terra in ſanguinibus. i. habitatores
terræ in effuſione ſanguinis mortui ſunt. *et hoc*
ideo, quia *iratus eſt dominus furore in populum ſu*
um, et abominatus eſt hereditatem ſuam. et tradidit
eos in manus gentium. et dominati ſunt eorũ qui odè-
rũt eos. et tribulauerunt eos inimici eorum. et humili
ati ſunt ſub manibus eorum. ſæpe liberauit eos. ipſi au
tem liberati, iterum *exacerbauerunt eum in conſi*
lio ſuo, quærentes quæ ſua erant, nõ quæ dei, *et*
humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. Et dominus uidit
cum tribularentur. et audiuit orationem eorum. et
memor fuit teſtamenti ſui, non ueteris, ſed noui, q̃d
diſpoſuit ad Abraam. *et pœnituit eum,* id eſt, ui-
ſus ẽ pœnituiſſe *ſecundum multitudinem miſericor*
diæ ſuæ. quia poſt uindictam iniquitatis tanta fuit
gratia ſalutis, quaſi pœnituiſſet dominum tan-
tam ſumpſiſſe uindictam. *et dedit eos in miſericor*
dias, id ẽ, fecit eos dignos uideri miſericordia do
mini his qui tribulauerunt eos. & hoc, *in conſpe*
ctu omnium qui ſeparant eos, ut deinceps non aude
ant nocere illis. In miſericordias pluraliter dicit,
quia unuſquiſq; proprium donũ habet a deo.
In miſericordias tunc datur quiſq;, quando a ca
ptiuitate diaboli liberatur per dominũ. Vnde
ipſe dominus ad Herodem: Ecce eijcio dæmo- Luc.13.
nia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia
die cõſummor. Eijcit dominus hodie dæmonia,
prius per confeſſionem delet peccata. & poſt ꝑ
ficit ſanitates, quãdo in bonis operibus eum cui
dimiſit peccata, confirmat. Conſummabitur eti
am nobis omnibus in uirum perfectum, in men
ſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et quia eiectis
dæmonibus, a quibus captiui tenebamur, per-
ficit dominus ſanitates, ideo cum dixiſſet, Et de
dit eos in miſericordias in conſpectu omnium
qui ceperant eos, tanquam eiectis dæmonibus
fit oratio, ut perficiat dominus ſanitates. *Saluos*
fac nos domine deus noſter, et congrega nos de nati-
onibus. Vt confiteamur nomini tuo ſancto, et glorie-
mur in laude tua, dicentes: *Benedictus dominus deus*
iſrael à ſeculo et uſque in ſeculum, id eſt, ab æterno
& uſque in æternum. *et dicet omnis populus, fiat*
ei benedictio in priori populo, *fiat* & in poſte-
riori

¶Alleluia. CVI.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniã in ſeculum miſericordia ei-
us. Dicant qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici, de
regionibus congregauit eos. A ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, uiam ciuitatis habitaculi non inuene
runt. Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt
ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos
in uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino miſericordiæ
eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſuri-
entem ſatiauit bonis. Sedentes in tenebris & umbra mortis, uinctos in mendicitate &
ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei, & conſilium altiſſimi irritauerunt. Et humilia-
tum eſt in laboribus cor eorum: infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt
ad dominum cum tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos

de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum diſrupit. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia contriuit portas æreas, et uectes ferreos confregit. Suſcepit eos de uia iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerũt uſq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de interitiõibus eorum. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et ſacrificent ſacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione. Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipſi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt uſque ad cælos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos: Et ſtatuit procellam eius in auram, & ſiluerunt fluctus eius. Et lætati ſunt quia ſiluerunt, & eduxit eos in portum uoluntatis eorum. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et exaltent eum in eccleſiá plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim. Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitãtium in ea. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic eſurientes, & cõſtituerũt ciuitatem habitationis. Et ſeminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum non minorauit. Et pauci facti ſunt, & uexati ſunt à tribulatione malorum & dolore. Effuſa eſt contentio ſuper principes, & errare fecit eos in inuio & nõ in uia. Et adiuuit pauperem de inopia, & poſuit ſicut oues familias. Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas *eorum* oppilabit os ſuum. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelliget miſericordias domini?

Alleluia Alleluia. Pſalmus iſte cõmendat nobis miſerationes dei pphetatas in nobis, & ideo ſuauis expertis. Nunq; aũt ſi alicui ſit ſuauis, niſi illi q in ſe didicit, quod in pſalmo audit. Cãtatur autem de uniuerſa eccleſia domini, toto orbe terrarum diffuſa, ſcilicet ex pariete ueniente ex circunciſione, & ex pariete ex præputio, in unum angularem lapidem Chriſtum uidelicet, qui eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unum, in quo clamamus, abba pater. Abba, quantum ad hebræos: pater, quantum ad nos. Et quia agit de duobus parietibus, ideo bis habet alleluia. quod alleluia geminatum, conſtituto tempore cantamus, ſemper autem cogitamus: quia cum alleluia ſit, laudate dominum, licet aliquando ceſſet os carnis, nunquam debet ceſſare os cordis. Videamus ergo quod in pſalmo admoneamur, unde gratulemur, unde gemamus, unde auxilium poſtulemus. ubi deſideramus, unde nobis ſubueniatur: quid per nos ſimus, quid per gratiam dei ſimus. quomodo ſuperbia noſtra conteratur, ut eius gratia glorificetur: ut unicuique homini in ſeipſo occurrat, quod in pſalmo audit. Proponit enim nobis pſalmus iſte quatuor tentationes, quatuor inuocationes, quatuor liberationes pro his, quatuor miſerationum domini confeſſiones. Prima enim tentatio eſt erroris & inopiæ uerbi dei. Secunda eſt, difficultas uincendarum cupiditatum ueteris conſuetudinis. Tertia ẽ tædij atq; faſtidij uerbi dei. Quarta eſt tempeſtatis & periculorum in gubernandis eccleſijs. Vt autem ſciamus diſcernere has quatuor tentationes, exempla danda ſunt. Ponamus ergo hominem primo in hoc quærentem, ſecundum ueterem uitam ſeductoria ſecuritate uiuẽtem, nihil aliud poſt hãc uitam quãdoq; finiendam eſſe puniendam eſſe putantem, habentem cor obrutũ ueteri conſuetudine peccatorum, & illecebris mundi & mortiferis delectationibus conſopitum: ut iſte excitetur ad quærendam gratiam, manus domini excitat eum: & excitatus, intelligit ſe eſſe in errore: ſed nondum cognoſcens uiam ueritatis, pulſat ubicunq; poteſt: & patitur famem ipſius ueritatis, & ſæpe clamando ad dominum, tandem exauditur, & perducitur ad uiam fidei, ad Chriſtum uidelicet, q de ſeipſo dicit. Ego ſum uia & ueritas & uita: & ſic poſitus eſt in uia ueritas, uiam ſciens quid obſeruare debeat. Sed quoniã multi liberati de hac tentatione, de ſe multum præſumendo, uolentes repugnare cupiditatibus & ueteri conſuetudini peccatorum, inueniunt ſe difficultate uitiorum circunſeptos, quaſi muro impoſſibilitatis erecto: & hoc ideo, quia non de deo, ſed de uiribus ſuis præſumebant. Hac autem tentatione diu fatigati, exclamant ad dominum: & dominus qui prius poſuit eos in uia ueritatis, rumpit uincula difficultatis, conſtituendo eos in operatione æquitatis: ut iam eis ſit facile, quod prius erat difficile, abſtinere ſcilicet

Ephe. 2. Ro. 8.

Iohã. 14.

à malis,non adulterare,non alienum concupiſcere.& ſic factum eſt ,quod priuserat difficultas. Hæc omnia poſſet dominus ſine difficultate præſtare . ſed ſi hoc ſine difficultate haberemus, nõ tanti boni dominum largitorem agnoſceremus:quia ſi primitus quiſq; cum uellet poſſet,& nõ ſentiret ullum aduerſum ſe impedimẽtum, ſuis uiribus tribueret quod ſe poſſe ſentiret , & non confiteretur domino miſerationes eius. Liberatus autem quiſq; ab his tentationibus tribus,ab errore & inopia uerbi dei,à difficultate ſuperãdi ueteres conſuetudines,à tædio atque faſtidio uerbi dei,iam dignus eſt ut commendetur ei populus domini ad gubernãdum. Vbi quartam patitur tentationem,naufragium ſcilicet & ſeditioſas tempeſtates,quæ ſolent oriri à cordibus ſubditorum,ex quibus ſeditionibus maxime periclitãtur prælati.quia ipſi cum ſubditis ſuis quaſi in naui ſunt,ubi alíj portãtur, alíj operantur: & omnes ſimul periclitantur, & in portu ſaluantur. De his tentationibus & de harum tentationũ liberationibus agit pſalmus iſte,cuius initium tale eſt:

C*Onfitemini domino,quoniam bonus , quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc qui redempti ſunt à domino,quos redemit de manu inimici,& de regionibus congregauit eos.* Quaſi dicat: Qui de manu inimici,id eſt, de poteſtate diaboli redempti ſunt. Et ne tantũ Iudæos eſſe redemptos intelligerent, dicit:de regionibus congregauit eos. Omnes illi dicant nunc,id eſt, indilate,alter alteri iſtud. confitemini domino , id eſt, laudem dicite.& hoc ideo, quoniam bonus, id eſt , ſuauis omnibus eſt ſe digne guſtantibus. Quare qui uult confiteri,guſtet :quia nõ poteſt confiteri,qui guſtare noluit. Vnde dicturus eſt ſuaue quod neſcit? Vos autem omnes ſi guſtaſtis quàm ſuauis eſt omnibus, Confitemini domino,quoniam ſuauis eſt: guſtate cum auiditate,cum confeſſione eructate. Quod dicit,confitemini domino,quoniam bonus. & confitemini etiam ideo, quia miſericordia eius eſt perductura nos in ſeculũ:quia hic prærogatur,ut in æternum uiuatur . & dicant hoc omnes alter alteri, qui redempti ſunt a domino , quos redemit de manu inimici,& de regionibus congregauit eos. Et ne acciperemus tantum de Iudaico populo, non de tota eccleſia,de toto orbe collecta,quaſi de ampla Aegypto liberata, & de multis regionibus congregata,ſequitur : *A ſolis ortu uſque ad occaſum,ab aquilone & mari.* Quaſi dicat: Vere cõgauit eos de regionibus,quia à ſolis ortu,id eſt, a Iudaico populo,cui per legalia inſtituta & ꝓphetica dicta ſol iuſtitiæ ortus fuit.& occaſu, id eſt,a gentili populo,ubi ſemper fuit occaſus,cõgregauit dominus ſuos. Quos ipſe intelligit per occaſum,oſtendit. Ab aquilone & mari. Per aquilonem gentes intelliguntur,quia in eis non dominabitur calor diuini amoris,ſed frig⁹ peccati. Mare etiam uocantur,ab amaritudine mẽtis. Hos tales redemit dominus , & de regionibus congregauit.& opus fuit ut cõgregarentur & redimerentur,quia *Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo,& uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Ecce iam notatur hic prima tentatio, erroris uidelicet & famis uerbi dei,cum dicit eos erraſſe in ſolitudine. Quod uocat hic ſolitudinem,hoc ſuperius deſertum Idumææ uocatum eſt,in quo deſerto quiſq; errat,qui illecebris mundi & delectationibus cor ſopitum habet. Eſt etiam in loco inaquoſo,quia inuenit ibi refectionem, unde extinguat ſitim erroris. Quod dicit,Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, uiam ciuitatis non inuenerunt. In hac ſolitudine multi uiam monſtrauerunt, ut philoſophi multi, Ariſtoteles & alíj multi. Quorum tamen nullus uiam dedit ad ciuitatem habitationis: quia quotquot fuerunt,ciues Babyloniæ, non Ieruſalem,fuerunt, ducentes ſuos imitatores ad ciuitatem confuſionis. Poteſt legi ad ſimilitudinem quod dicit,Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo.omnes ambulantes ſecundum hoc ſeculum nequam, ubi toties de uíjs erratur,cõparabiles facti ſunt in ſolitudine poſitis,quibus non apparet uia,quibus ſiti laborantibus nunquam adſit aqua,quibus incertum ſit qua nã poſſint peruenire ad habitationem aliquam. *Eſurientes & ſitientes ,anima eorum in ipſis defecit.* Ecce pro quibus in errore tenebantur . quodammodo ſe recognoſcentes,dolent ſe eſſe in errore , ſed adhuc uiam Act. 10. ueritatis ignorantes,neſcientes a quo ſint excitati,eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam,ubiq; quærentes unde reficiantur,uelut de Cornelio legitur, qui antequam ꝑ Petrum cognoſceret uiam ueritatis,ſe eſſe in errore recognouit . A quo errore ut liberaretur,orando,eleemoſynas faciendo, cæteriſq; bonis operibus om̃ibus modis laborabat. Cui tandem dictum eſt:Corneli,mitte & acerſi Simonem qui cognominatur Petrus. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Qui etiam hic notari poteſt,ubi dicit: Errauerũt in ſolitudine, & poſtea eſurientes & ſitientes . Per hæc duo notatur maxima affectio quam habuerunt,ut ciuitas habitaculi eis oſtenderetur. Quare autem eſurierunt,ſubiungit: Anima eorum in ipſis defecit, quia ipſi ſecundũ deſideria ſua uiuentes,nihil præter defectum in ſe inuenerunt. Et hæc recognoſcentes, *Clamauerunt ad dominum cum tribularentur* tribulatione ſuperius notata, *& ipſe eripuit eos de neceſſitatibus eorum*, id eſt,de tenebris ignorantiæ. quas ſibi,relinquendo lucem, neceſſarias fecerunt: quia qui reliquit lucem,neceſſario tenebras incurrit , cum non ſit medium inter tenebras & lucem. *Et deduxit eos in uiam rectam*.id eſt,ad cognitionem ueritatis, *ut ſic irent in ciuitatem habitationis*,non ad ciuitatem confuſionis quo prius ibant,quando in errore fuerũt. Audiuimus exclamationem de tentatione prima,audiuimus liberationem: ſequitur confeſſio miſerationis domini,ſic: *Confiteantur domino mi-*

ſericordiæ eius. Quaſi dicat: Vnde quia dominus
deduxit eos in uiam rectam, Confiteantur dño
miſericordiæ eius, non merita, non uires noſtræ.
et mirabilia eius exhibita *filijs hominum*, ei etiam
confiteantur. Et q̃re hoc? *Quia ſatiauit animam
inanem, animã eſurientem ſatiauit bonis*. Inanis fuit
anima, quã diu in errore fuit. ſed recognoſcens
ſe eſſe in errore, eſuriuit. ſed clamãdo ad domi-
num, ſatiata eſt bonis, uerbo uidelicet prædica-
tiõis. *Sedentes in tenebris et umbra mortis*. Ecce iã
audiuimus liberationem primæ tentationis, er
roris uidelicet & inopiæ uerbi dei. Ecce qui libe
ratus eſt, poſitus in uia ueritatis, ſciens iam quid
Mat. 19. oporteat eum facere, audit ſibi dici: Non occi-
des, non adulterabis, non furtum facies, & cæte
ra talia. Hæc om̃ia cum perficere uoluerit, de ſe
p̃ſumendo, non de dei adiutorio, incurrit tenta-
tiones, ſ. uincendi ueteres conſuetudines. Et ſic
iam liberatus a prima tentatione, ſedet in tene-
bris, id eſt, in obſcuritate uitiorum, quæ obſcuri
tas ẽ umbra mortis, quia deduxit ad mortem.
Et ſic uinctus eſt *in mendicitate et ferro*. Et quare
uincti? *Quia exacerbauerunt eloquia dei*, id ẽ, ama-
ra ſibi fecerunt præcepta domini, *et conſilium al-
tiſſimi irritauerunt*. Hoc mõ, quia pugnando con
tra ſuam concupiſcentiam, non inuocabant eũ
adiutorem: & ſic laborabant, ſed uincere non
potuerũt. *et* tandẽ *humiliatum eſt in laboribus cor
eorum*, id eſt, in difficultate reſiſtendi ueteri con
ſuetudini, & ſic *infirmati ſunt*, id eſt, infirmos con
tra ueteres conſuetudines ſe eſſe recognouerũt.
Et non fuit qui adiuuaret. i. intellexerunt nullum
eſſe adiutorem præter deum, *et* ſic *clamauerunt
ad dominum cum tribularentur, et de neceſſitatibus
eorum liberauit eos. et* quomodo hoc? Quia *edu-
xit eos de tenebris* .i. de tentatione, quæ fuit *um-
bra mortis, et* tandem *uincula eorum* .i. difficultatẽ
uincendi carnales concupiſcentias, *diſrupit*. Vñ
*Cõfiteãtur domino miſericordiæ eius, et mirabilia eius
filijs hoĩm*. quare dico ut cõfiteãtur? *Quia contri
uit portas æreas*, quibus circunſepti erant, ne exi
rent ut operarentur, quod bñ operãdum eſſe in
tellexerunt. *et uectes ferreos confregit*, ut eſſet eis
facile reſiſtere ueteri cõſuetudini, quod prius eis
erat difficile, cum de ſe p̃ſumebant. Et quomo-
do confregit? Quia *ſuſcepit eos de uia iniquitatis
eorum*, ſubaudis, ereptos. Et opus fuit ut ſuſcipe
rentur, quia *humiliati ſunt propter iniuſtitias*, ſub-
audis recognitas. *Omnem eſcam abominata eſt ani-
ma eorum*. Liberati iã de duabus tentationibus,
ecce incurrũt tentationem tædij atq; faſtidij uer
bi dei. quod dicit, Omnem eſcam. i. omnem re-
fectionem uerbi dei, legendi uel orandi, abomi
nata eſt anima eorum, *& ſic appropinquauerunt
uſque ad portas mortis*. Hoc ideo dicit, ne quiſque
putares eos de ſatietate ſecuros, & nõ magis ui
deres eos faſtidio morituros. *Et ſic clamauerunt
ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus
eorum liberauit eos*. Nã *miſit uerbum ſuum*. i. dulce
dinem uerbi ſui, *& ſic ſanauit eos*. quia multum
erãt languidi, dum tædio erat eis bene operari,
& ſanãdo *eripuit eos de interitionibus eorum*, non
de terrore, non de fame, non de difficultate uin
cendi peccata, ſed de corruptela eorum. Nam
quædã corruptela eſt mentis, faſtidire quod dul
ce eſt. Ergo & de hoc beneficio, ſicut de cæteris
ſuperioribus, *Confiteantur domino miſericordiæ
eius, & mirabilia eius filijs hominum*. Sic *ſacrificent
ſacrificium laudis*, quibus pri⁹ erat difficile, om̃e Pſal. 50.
quod bonum ẽ operari. Sacrificium laudis eſt,
ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humilia Pſal. 49.
tum. Vnde illud, Sacrificium laudis honorifica-
bit me. *annuncient opera eius in exultatione*, nõ cũ
tædio & mœrore. *Qui deſcendũt mare in nauibus,
facientes operationem in aquis multis. Ipſi uiderunt
opera domini, & mirabilia eius in profundo*. Ecce
hic notatur quarta tentatio periclitationis, ſcili
cet in gubernando populo dei. Quiſquis enim
liberatus eſt ab his tribus tentationibus, dignus
eſt ut ei committatur populus dei gubernãdus:
ubi iam incurrit tentationem grauiſſimæ pericli
tationis, uidelicet naufragij & ſeditioſæ tempe-
ſtatis, quę ſolent oriri in cordibus ſubditorum.
Quod deſcendunt mare, ſubaudis intrando na
uibus gubernandis, facientes operationẽ in aqs
multis, id ẽ, in populis multis. Quod per aquas
populi intelliguntur, teſtis eſt Iohannes in Apo Apo. 17.
calypſi: ubi interrogans quæ eſſent aquæ illæ,
reſponſum accepit quod populi eſſent. Per ma
re intelligitur mũdus. In quem mundum quiſq;
deſcendit prædicator, quãdo compatiendo ſub
ditis, periclitatur. Quomõ autem mare deſcen-
dunt, ſi quæris, in nauibus ſubaudis gubernãdis,
id eſt, in eccleſijs ædificandis, facientes operati-
onem in aquis multis. Ipſi uiderunt opera domi
ni, & mirabilia eius neceſſaria eſſe in profundo
corde, ſcilicet danda. Quid profundius cordi-
bus humanis? Inde enim uenti plerũq; prorum
punt & tempeſtates ſeditionum, & diſſenſioni-
bus nauim perturbant. & ſic fit, ut ſimul pericli
tentur & hi qui gubernant, & hi qui portantur
.i. prælati & ſubditi. *Dixit, et ſtetit ſpiritus procel
læ, et exaltati ſunt fluctus eius*. Ideo uiderũt opera
domini & mirabilia eius eſſe neceſſaria, quia do
minus dixit, id eſt, permiſit. & ſtetit ſpiritus pro
cellæ, id eſt, contradictio repugnantium ſubdi-
torum inhorruit uel perdurauit. Quid ipſe in-
telligat p hoc quod dicit, ſpiritus pcellæ, oſten
dit per hoc q̃d ſequitur, & exaltati ſunt fluctus
eius. quia tũc ſpũs procellæ dr̃ ſtare in eccleſia,
qñ cõtradictio in cordibus ſubditorũ reſtringi
tur. Et item: *Aſcẽdũt uſq; ad cælos*, magna ſperan-
do de ſubditis. uel aſcendunt audiendo, *et deſcen
dunt ad abyſſos* timendo. Et quare deſcendunt?
Quia *anima eorum tabeſcebat*, id eſt, erubeſcenti-
am habuit *in malis*, a ſubditis perpetratis. Et ſic
turbati ſunt interius. *et moti ſunt ſicut ebrius*, amit
tentes conſilium qualiter poſſint ſi dari cõtra-

dictiones cepugnantis populi. Et ſic *omnis ſapi-*
entia eorum deuorata eſt. quia ipſi rectores, qua
euadendum erat, ignorabunt. Et ſic *clamauerunt*
ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus
eorum eripuit eos. Et hoc aliter, quia *procellam,*
id eſt, perturbationem contradicentium ſubdi-
torũ, *ſtatuit in aucam*, id eſt, in tranquillitatẽ obe
dientiæ. Et ſic *ſilurrunt fluctus eius*, id eſt, contra-
dictio repugnantis populi. Audiamus in hac re
uocem cuiuſdam gubernatoris periclitati, hu-
2.Cor.1. miliati, atq; liberati: Nolo, inquit, fratres uos
ignorare de preſſura quæ facta eſt in Aſia, quia
ſupra uices & ſupra modum grauati ſumus.
Reſponſum enim mortis in nobis habuimus, ut
non confidentes in nobis ſimus, ſed in domino
qui ſuſcitat mortuos. Siluerunt fluctus eius. *Et*
lætati ſunt prælati, *quia ſiluerunt, & deduxit eos in*
portum uoluntatis eorum, ut non deinceps in ma-
ri periclitarentur. & placato mari, In contradi-
ctione populi quaſi in portu ſaluarentur. In ma
ri periclitantur prælati, quando fatigantur con
tradictione ſubiecti populi. ſed in portu ſaluan
tur, quando corda ſubditorum in obedientiam
parantur. Deduxit eos in portum uoluntatis
eorum. Vnde *Confiteantur domino miſericordiæ*
eius, & mirabilia eius filijs hominum exhibita. *Et ex*
altent eum in eccleſijs plebis ſubiecti, *&* prælati ſe-
dentes *in cathedra ſeniorum, laudent eum.* Et hoc
iuſte, quia *poſuit flumina in deſertũ, & exitus aqua*
rum in ſitim. In ſuperioribus oſtenſæ ſunt nobis
quatuor tentationes, quatuor liberationes, & pro
his miſerationum domini confeſſiones. dehinc
oſtenditur nobis in poſterioribus pſalmi, quid
operetur dominus cõmuniter in eccleſia, quali
ter uidelicet humilibus dat gratiam, & ſuperbis
reſiſtit, ut oſtendat miſericordiã domini in omni
bus eſſe. Quod dicit, Poſuit flumina in deſer-
tum, id eſt, populum Iudæorum cui fluxerunt
cognitio legis & prophetica dicta, deſertum fe-
cit, & exitus aquarũ in ſitim. Vbi itemq; Iudaicus
populus notat, a quo exierunt diuina præcepta
quaſi aqua: quam nunc poſuit in ſitim, nõ quod
ſitiret, ſed quia naturaliter ſitire deberet. *Terrã*
fructiferam poſuit *in ſalſuginem*, id eſt, In amari-
tudinem, ut præ amaritudine non produceret
fructus. & hoc non ex iuſtitia domini, ſed *à mali*
tia habitantium in ea ſcilicet terra. Hoc enim pro
meruit iudaicus populus, qui de litera legis præ
ſumebat, ut deſertũ fieret. Ecce audiuimus quo
modo ſuperbis deus reſiſtit, audiamus quomo
do humilibus dedit gratiam. Nam *poſuit deſer-*
tum in ſtagna aquarum. Per deſertum notatur gen
tilis populus, omni carens irrigatione cæleſti,
quod deſertum conuerſum eſt, in ſtagna aqua-
rum: quia qui prius aridi fuerunt, nunc recipien
tes aquam, id eſt, donã ſpiritusſancti, fructũ bo
ni operis produxerunt. *Et collocauit illic eſurien*
tes. quibus prius ignotum erat uerbum dei,
fecit eos eſurire panem illum de quo dictum ẽ:
Luce.11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Et conſtituerunt ciuitatem habitationis, quia ciues
Ieruſalem, non Babyloniæ ſe fecerunt. Babylo
nia enim ciuitas confuſionis, nõ habitationis eſt.
Ecce iam conſtituta ciuitate, *ſeminauerunt agros,*
& plantauerunt uineas. quia qui primi cõuerſi fu
erunt ex gentibus, alijs prædicauerunt: & eos q
bus pdicauerunt, fecerunt agros, ut digni eſſent
excoli uomere prædicationis dei. & non tãtum
facti ſunt agri, ſed etiam plantati ſunt uineæ, ut
ab eis expectaretur uinum, id eſt, uerbum diui
num, quo inebriantur corda hominum. Quod
dicit, Et ſeminauerunt agros, & plantauerunt ui
neas. *& fecerunt fructum natiuitatis*, id eſt, natiuũ
uel naturalem fructum. quia imitati ſunt illos,
qui eos in fide naſci fecerunt. Vnde illud, Pro
patribus tuis nati ſunt tibi filij. Et alibi, Imitato- Pſal.44.
res mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Fecerunt fru 1.Cor.4.
ctum natiuitatis, *& benedixit eis, & multiplicati* et 11.
ſunt quidam eorum *nimis*, id eſt, modum exce-
dentes, ut iam non quærerẽt ea quæ dei ſunt, ſed
quæ ſua ſunt, ſiniſtra interpretatiõe ſcripturam
ſacram interpretantes. Vnde illud, Intenderũt
arcum ſuum, parauerunt ſagittas ſuas in phare- Pſal.10.
tra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Quod
dicit, Multiplicati ſunt nimis. qa ex eorum mul
tiplicatione minoratus eſt numerus fidelium.
Et *iumenta eorum non minorauit*, id eſt, ſimplices
in fide non minorari permiſit, ſed creſcere fe-
cit. Nouit enim dominus qui ſunt eius. Vel ſic, 2.Ti.2.
Iumenta eorum non minorauit, id eſt, prædi-
catores ſanctos non deeſſe permiſit, ut illi qui
multiplicati ſunt, hæretici uidelicet, ab ipſis præ
dicatoribus ſanctis, quod tenendum eſſet, quæ-
rere poſſent, ſi uellent. Et *pauci facti ſunt*, id eſt, il
li qui putabantur multiplicari, facti ſunt pauci:
quia omnes qui ab unitate ſeparant ſe, pauci fi-
unt. Multi ẽm ſunt, ſed in unitate, dum non ſepa
rantur ab unitate. Cum enim cœperit pertinere
ad eos multitudo unitatis, in hæreſi & in ſchi-
ſmate pauci facti ſunt De illis audiuimus Apo
ſtolum dicentem: In nouiſſimis temporibus in- 2.Ti.3.
ſtabunt tempora ſæua. erunt enim homines ſe
ipſos amantes, totiq; ſibi placentes. ſed utinam
ſibi diſplicerent, & deum amarent. Vtinam
In difficultatibus clamarent, & de neceſſitati-
bus liberarentur, qui de ſe præſumendo pauci
facti ſunt, *et uexati ſunt à tribulatione malorum* an
gelorum, ſubaudis apoſtatarum: *et dolore* futu-
ro, quem habebunt quando ex oppoſito tranſ-
ducẽt illos eorum iniquitates, cum dicturi ſunt:
Nos inſenſati, exiſtimabamus uitam illorum in Sap.5.
ſaniam, & cætera. Vel aliter: Multiplicati ſunt
nimis. Quibus multiplicatis pauci facti ſunt. Nu
meratus eſt numerus fidelium, quantum ad hæ
reticos, qui nomine tenus in eccleſia fuerunt. Et
uexati ſunt illi pauci a tribulatione malorum, id
eſt, hæreticorum & dolore, quoniam dolebunt
illos ab eccleſia diſceſſiſſe. *Effuſa eſt* contemptio
ſuper principes, id eſt, contemptibiles habiti ſunt
hæretici, quia principes eſſe uoluerunt. Quæ ma

lor contemptio, quàm anathematizatio? De talibus enim dixit Paulus: Si quis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. & hoc ē qđ dixit, Effuſa eſt cōtemptio ſuper principes, quia facti ſunt ſal infatuatus, proiectus foras. *Et errare fecit eos in inuio, & non in uia*, ſubaudis dirigi. Quia ſuperius ī uia directi ſunt, ad ciuitatis habitationem peruenerunt. Iſti traditi in reprobum ſenſum & in concupiſcentias eorū, ſemp in inuio errāt. Qđ dicit, errare fecit eos in inuio, & non in uia. & hoc non inutiliter fuit, quia per eorum errorem adiuuit dominus pauperem, id eſt, humilem ſuum, de inopia, de imperfectiōe illorum, qui ab eccleſia diſceſſerunt, quia per eos incitantur humiles domini ad ſtudium inquiſitionis & exemplum erroris. Ipſi enim hæretici ſunt cauſa quare fideles diligenter inueſtigent ſcripturas ſacras, & in eis inquirant conuenientes ſententias, quibus ſe defen-
1.Cor.11. dant, ne diſputatione hæretica ſuperentur.
Vnde illud, Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, appareant. Sunt etiam hæretici exemplum timoris his, qui in eccleſia permanſerunt: quia dum uident hæreticos propter præſumptionem uanam, qua de ſe præſumebant, ab eccleſia ſeparatos, timent præſumere: ne ſi præſum-
1.Cor.10 pſerint, ab unitate eccleſiæ ſeparentur: quia neceſſe eſt ut qui ſtat, uideat ne cadat. Quod dicit: *Et adiuuit pauperem de inopia*. quia quod hæretici inopes fuerunt ueritatis, in hoc adiutus eſt pauper. & quia ſingulariter dixit pauperem, ne unū tantum intelligeremus, ſubiungit: *& poſuit ſicut oues familias*, id eſt, eccleſias fecit eſſe ſub prælatis ſuis, ſicut oues ſunt ſub paſtoribus. Quæ omnia per diuinā potentiam ſic ineffabiliter operata *uidebunt recti*, id eſt, illi qui cor habent rectitudini dei complanatum, *& lætabuntur* horum uiſione. *& omnis iniquitas oppilabit os ſuum*, id eſt, deſtruet os hæreticorum, quando iudicabuntur ab illis recte, quos hic nunc iudicant non recte, uel intranſitiue, id eſt, *omnis iniquus*, ſcilicet hæreticus. *& quis eſt ſapiens*, id eſt, qui ſcit ſibi cauere in poſterum? *& cuſtodiet hæc*, id eſt, apud ſe reponet quæ ſuperius dicta ſunt, ut ſi quandoque tentatione fatigetur, clamet ad dominum. & liberabitur, *& intelliget miſericordias domini*. Et nullum meritum ſuum, nullas uires, nullam potentiam ſuam attendat, ſed miſeratiōes domini, qui errātem & inopia uerbi dei indigentem, ad uiam reduxit & pauit, qui pugnantem contra difficultatem peccatorum, & colligatum uinculis ueteris conſuetudinis ſoluit, & liberat faſtidientem uerbum dei: & tædio quodam pene morientem, miſſa medicina uerbi ſui, recreauit. qui periclitantem inter naufragia & procelloſa diſcrimina, mari placato, in portum ſalutis perduxit: qui eum cōſtituit in populo ſuo, non ubi ſuperbis reſiſtit, ſed humilibus dat gratiam, ut intus manens multiplicaretur, nō foras exiens minueretur. Hæc omnia uideant recti & iucundentur, os autem hæreticorum propter iniquitatē obſtruatur.

¶Alleluia. Canticum Pſalmi ipſi Dauid. CVII.

PAratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo & pſallam in gloria mea. Exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo. Cōfitebor tibi in populis domine, & pſallam tibi in nationibus. Quia magna ſuper cælos miſericordia tua, & uſque ad nubes ueritas tua. Exaltare ſuper cælos deus, & ſuper omnem terram gloria tua, ut liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua, & exaudi me: deus locutus eſt in ſancto ſuo. Exultabo & diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus eſt Galaad & meus eſt Manaſſes, & Ephraim ſuſceptio capitis mei. Iuda rex meus, Moab lebes ſpei meæ. In Idumæam extendam calceamētum meum, mihi alienigenæ amici facti ſunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me uſque in Idumæam? Nonne tu deus qui repuliſti nos? & non exibis deus in uirtutibus noſtris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana ſalus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

Canticum pſalmi Dauid. Vox Chriſti eſt in hoc pſalmo, commendantis nobis obedientiā ſuam, quatenus hic eam imitemur, ut in futuro cum ipſo glorificemur. Dicit autem ſic:

P*ARAtum cor meum deus, paratum cor meum.* Quaſi dicat: Deus pater, perſecutores mei putant ſua poteſtate id agere, ut moriar, & nō ex uoluntate mea proceſſiſſe. quod non eſt, quia cor meum paratum eſt, paratum inquam eſt implere tuam obedientiam. quia nemo tollet a me animam meam, ſed ego pono eam. & hoc eſt quod dicit, Paratum cor meum, & etiam meorum. Vnde pro tanto beneficio mihi & meis a te dato, *cantabo* in me ipſo, *& pſallam* in meis *in mea gloria*. i. in reſurrectiōe mea, q cōtriſtati ſunt

in morte mea. & ut cantē & pſallam, tu corpus meum qđ dicitur *pſalteriū & cithara*, morere & *exurge*. quod reuera fiet, quia *exurgam diluculo*. Pſalterium dicitur caro CHRISTI, propter miracula quæ diuinitus operabatur: cithara, ꝓpter experientiam mortis. Exurgam diluculo. Et quo fructu hoc? Vt *confitear tibi domine in populis iudæorum, & pſallam tibi in natiōibus*, in populis gentium. Et merito confitebor tibi, *quia magna ſuper cælos miſericordia tua*. i. adeo abundauit in omnibus miſericordia tua, ut faceret eos per ipſam miſericordiam attingere ſupercęleſtem, id eſt, angelicam creaturam. *& uſque ad nubes ueritas tua*, id eſt, promiſſiones tuæ ueræ ſic implentur, ut ipſi prædicatores nubes conſtituantur, pluendo uerbis, coruſcādo miraculis, tonando minis. Vt hæc omnia fiant, *Exaltare ſuper cælos deus*, me hoie ſubaudis exaltato. *& ſuper omnem terram gloria tua*, id eſt, glorioſa reſurrectio tua manifeſtetur, ut ſic *liberētur dilecti tui*, licet non paleæ. Et ut liberentur, *ſaluum fac dextera tua, & exaudi me*. Et reuera exaudies me in meis, quia *deus locutus eſt in ſancto ſuo*, id ē, in me ſancto ſuo diſpoſuit ſe exauditurum genus humanum. iuxta illud, Multiſariam multiſq; Heb. I.
modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Quod dicit, locutus eſt nobis in ſancto ſuo. Vnde *exultabo & diuidam* aſſumendo *ſichimam*. quia unus aſſumetur, & alter relinquetur. Sichima interpretatur humerus. Vbi intelliguntur illi, qui bus leue eſt iugum domini in humeris ſuis portare. *Et conuallem tabernaculorum dimetiar*, id eſt, illos aſſumam, qui in tabernaculo militare uolunt. *Et meus eſt Galaad*, id eſt, ſancti martyres, qui plura in ſe exaceruant teſtimonia, non dubitantes teſtes fieri uſque ad effuſionem ſanguinis. *Meus eſt Manaſſes*, id ē, quique obliuiſcentes ea quæ retro ſunt, & in anteriora ſe extendentes. *& Ephraim ſuſceptio capitis mei*, id eſt, quique fructificantes deo, & non ſibi, ſuſcipientur a capite meo, deo ſcilicet mihi perſonaliter unito. Vel Ephraim ſuſceptio capitis mei, id eſt, reclinatorium, ubi quaſi depoſito capite quieſcam, iuxta illud: Vulpes foueas habent, & uolucres Mat. 8.
cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. *iuda rex meus*, id eſt, confeſſi, erunt reges mei & ſacerdotes. *Moab*, id eſt, qſque ſine lege uiuens erit *lebes*, id eſt, refectio *ſpei mea*. quia quanto maiorem mihi inferent tribulationem, tanto maiorem habeo ſpei corroborationem uel certitudinem. Et quomodo hæc omnia fient? Quia *in idumeā*, id eſt, in externos *extendam calceamentum meum*, id eſt, notificari faciam incarnationem meam. Vel extendam calceamentum meum, id ē, pedes calceatos, prædicatores uidelicet, in præparatione euangelij pacis. & ſic *mihi alienigenæ amici facti ſunt*, id ē, fient, uel prædicatione iam facti ſunt. & *quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me uſq; in idumeam? Nonne tu deus qui repuliſti nos?* id eſt, qui repellere nos uideris, non dando nobis ut corporaliter uincamus. *& non egredieris deus in uirtutibus noſtris*. Et quia hæc facis, *Da nobis auxilium de tribulatione*, ut ipſa tribulatio corroboret nos, ne interius uincamur. & quare rogo auxilium de tribulatione, quātum ad interiorem hominem? *Quia uana eſt ſalus exterioris hominis*. Et quia uana eſt ſalus exterior, ideo nos abiecta ſalute illa, *in deo faciemus uirtutem, & ipſe ad nihilum deducet* tribulantes nos, id eſt, pro nihilo reputare nos faciet perſecutiones inimicorum noſtrorum.

¶ In finem Pſalmus Dauid. CVIII.

DEus, laudem meā ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circū dederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, et uxor eius uidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, eijciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum, pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam. Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & ueniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem ſicut ueſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius. Fiat ei ſicut ueſtimentum quo operitur, & ſicut zo

na qua ſemper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum,& qui loquuntur mala aduerſus animam meam .Et tu dñe dñe fac mecum propter nomẽ tuum,quia ſuauis eſt miſericordia tua. Libera me,quia egenus & pauper ſum ego, & cor meum conturbatum eſt intra me.Sicut umbra cum declinat, ablatus ſum,& excuſſus ſum ſicut locuſtæ. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. Et ego factus ſum opprobrium illis,uiderunt me, & mouerunt capita ſua.Adiuua me domine deus meus,ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam , Et ſciant quia manus tua hæc,& tu domine feciſti eam.Maledicent illi,& tu benedices :qui inſurgunt in me,confundantur:ſeruus autem tuus lætabitur.Induantur , qui detrahunt mihi, pudore:& operiantur ſicut dyploide confuſione ſua . Confitebor domino nimis in ore meo,& in medio multorum laudabo eum, Quia aſtitit à dextris pauperis,ut ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.

In finem pſalmus Dauid. Vox eſt in hoc pſalmo capitis principaliter agentis de Iuda traditore ſuo , & per eum de omnibus alijs perſecutoribus. quia ſicut illa quæ Petro dicebantur,
Matt.16. hæc uidelicet quæcunque ligaueris & cætera , ad omnes rectores pertinent,ſic & hæc quæ de Iuda dicuntur,cæteris perſecutoribus adaptantur. Initium pſalmi,tale eſt:

Deus, laudem meam ne tacueris,quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt , Quaſi dicat caput noſtrum: Perſecutores mei non tacuerunt meam uituperationem, dicentes : Dæmonium habes, & multa id genus . Tu autem deus pater,ne taceas laudem meam . Quæ maior laus , quàm notificari hominem eſſe uerum deum de deo uero? quod in infirmitate nunc latet,reuelabitur autem poſt . Quod dicit,Ne taceas laudem meã. & opus eſt ut nõ taceas. Quia os peccatoris,id eſt , legis tranſgreſſoris. & doloſi ſuper me apertum, me uituperando. Sed ecce pãtet , quia falſa ẽ uituperatio,quam nõ tacet peccator & doloſus. Patet etiã qa uera eſt laus, quam non tacet deus . Deus enim uerax ,omnis
Ro.3. homo mendax.quia non eſt homo uerax,niſi in quo loquitur deus.Laus autem maxima eſt unigeniti filij dei,quia hoc ipſum laus eſt , quod eſt unigenitus filius dei prædicatus . *Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa,& ſermonibus odij circumdederunt me,et expugnauerunt me gratis.* Tunc locuti ſunt aduerſum eum lingua doloſa,quando eum tanquam magiſtrum bonum captioſa adu
Matt.22. latione laudabant. Vnde alibi:Et qui me lauda
Pſal.101. bant,aduerſum me iurabant . Circundederunt me ſermonibus odij,quando aperte clamabãt: Crucifige crucifige eum.Et expugnauerunt me
Ioh.19. gratis,id ẽ,ſine cauſa.quia ſicuti gratis pij amãt, ita impij gratis odio habent. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi.* Proſequitur qualiter pugnabant contra eum.Nam in hoc quod promeruit ut eum diligerent, detrahebant ſibi . Quod dicit,Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. *ego autem orabam*: Pater,ignoſce illis quia ne
Luca.23. ſciunt quid faciunt. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis , & odium pro dilectione mea.

Sex ſunt in iſto genere differentiæ, quæ commemoratę animaduerti facilime poſſunt. Reddere bona pro malis , non reddere mala pro bonis. Reddere bona ꝓ bonis,reddere mala ꝓ malis. Non reddere bona pro bonis , reddere mala ꝓ bonis. Duæ primæ retributiones,ad bonos tantum pertinent:quia perfecte boni reddunt bona pro malis , & non reddunt mala pro bonis. Duæ uero ultimæ , non reddere bona pro bonis,& reddere mala pro bonis , ad iniquos tantum pertinent . De hac autem retributione qua redditur malum pro bono,hic dicitur, *& poſuerunt aduerſum me mala pro bonis.* Duæ autem retributiones,reddere bona pro bonis,& reddere mala pro malis,communes ſunt mediocriter bonis,& medorriter malis . Nam & mediocriter boni reddunt mala pro malis, & mediocriter mali bona pro bonis . *Conſtitue ſuper eum peccatorem, et diabolus ſtet à dextris eius.* Ecce prædicit quid futurũ ſit populo de perſecutiõe ſua,nõ ex maleuolentia,ſed aggratulando diuinæ ſententiæ. quaſi ſic dicat: Quia populus ille me caput habere noluit ergo conſtitue ſuper eum peccatorem, id eſt, Antichriſtum caput habeant, & diabolus ſtet a dextris eius,id eſt,opera diaboli habeant potiora. Qui me noluerunt imitari & caput habere uenientem in nomine tuo, ſuſcipient alium uenientem in nomine ſuo. *Cum iudicatur* hic populus interius ſic, ut qui in ſordi bus eſt, ſordeſcat adhuc: *exeat condemnatus* , id Apo.22.
eſt, finiat uitam in condemnatione, ut quãdoq; duplici condemnatione condemnetur. *Et oratio eius fiat in peccatum* , quia omnis oratio quæ non fit per mediatorem noſtrum Ieſum , non delet peccatum,ſed potius auget, quia fit in præuaricatione . *Fiant dies eius pauci*, id eſt , parum temporis uiuat Iudas. *Et epiſcopatum eius*,id eſt, apoſtolatũ Iudæ apoſtoli , alius (ut duodenarius numerus adimpleatur) *accipiat*. Vel fiant dies eius pauci,id eſt , dies quos putãt iudæi ꝓlongare in habendo locum & gentem, minuantur. & epiſcopatũ eius accipiat *alter*, me uidelicet factũ epiſcopũ illius populi, accipiat gentiũ populus. *Fiãt filij eius orphani*, amiſſo rege uel prẽ deo,

uel patribus. *Nutantes transferantur filij eius*, id
eſt, incerti & inſtabiles ubicũq;, *& mendicẽt. eijci-
antur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator*. i.
diabolus *omnem ſubſtantiam eius*, id eſt, omne pec
catum illius populi, ut nulla ei cõdonentur pec
cata, quia nõ eſt recõciliatio niſi per Chriſtum.
Fœnerator, id eſt, diabolus: quia cum aliquis ali
quem exterius occidit, diabolus interius eũ oc-
cidit, quæ occiſio grauior eſt exteriori: quia qui
intus occiditur, niſi reſipiſcat, æternali igne tan-
dem punietur. Huius fœneratoris ſubſtãtia, pec
cata ſunt: q̃a in peccatis delectatur, & per pecca
ta q̃ſi eẽ habet. *Et diripiãt alieni labores eius*. Hoc
hiſtorialiter factum eſt, quando regnum iudæo
rum poſſedit gentilis populus. Vel labores ei-
us rapiant alieni, id eſt, gentes recipiant promiſ-
ſionem factam iudæis. iuxta illud, Alij laboraue
Ioh.4. runt, & uos in labores eorum intrauiſtis. *Non
ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius*, id
eſt, reliquijs populi, iam fine facto. *Fiant nati eius
in interitum*, id eſt, ad hoc tãtum naſcantur, ut in-
tereant. *in generatione una deleatur nomen eius*, id
eſt, non regeneretur populus ille, ut ei dimittan
tur peccata, ſed in generatione una deleatur no
men eius. In generatione una permanet, qui nõ
regeneratur, ſine qua generatione nullus ſalua-
Ioh.3. ri poteſt, domino teſtante: Niſi quis renatus fue
rit denuo, non poteſt introire in regnum dei. *in
memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu
domini*, ut non tantum puniatur populus ille de
peccato proprio, ſed etiam de peccatis patrum
Exo.20. in Aegypto peccantium. iuxta illud, Vindica-
bo in tertiam & quartam generationem. *& pec
catum matris eius non deleatur*. ſed *fiant* iniquitas
patrum & peccatum matris *contra dominum ſem
per, & diſpereat de terra memoria eorum*, id eſt, nõ
recordetur dominus eorum amplius, ut reuo-
cet eos ad pœnitentiam. & hoc eo, id eſt, ideo, q̃a
populus ille iudæorum *non eſt recordatus facere
miſericordiam*. ut occiſo capite ceſſaret membro
rum perſecutio. *Et perſecutus eſt hominem inopem
& mendicum, & compunctum corde mortificare*, id
eſt, CHRISTVM compunctum corde in
ſuis perſecutus eſt populus ille. Cõpuncti cor-
Actu.2. de fuerunt illi qui dixerũt: Quid faciemus uiri
Actu.9. fratres? Et ille qui dixit: Quid me uis facere?
In quibus talibus perſecutus eſt dominus. *Et
dilexit maledictionem* Iudas uel populus ille, di-
Mat.27. cens: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios no-
ſtros. *& ueniet ei, & noluit benedictionem, & elon-
gabitur ab eo. Et induit maledictionem ſicut ueſtimen
tum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius*. interi-
us & exterius maledictus eſt Iudas uel populus
ille, qui abominabilis oĩbus factus eſt exterius,
& interius excæcatus. *& ſicut oleũ in oſſibus eius*
i. ſicut oleũ oſſa penetrat, ita eos maledictio. *Fi
at ei ſicut ueſtimẽtum quo operitur, et ſicut zona qua
ſemper præcingitur*. Solent qui utuntur laxis ue-
ſtibus, ſe præcingere, ut expediti ſint ad ope-
randum quod uolunt. Sic populus ille opera-
tur maledictionem. Et præcingatur, id eſt, expe
ditus ſit ad omne malum perpetrãdum, ut ma
lum non repentinum, ſed diſpoſitũ faciat. *Hoc
opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, &
qui loquuntur mala aduerſus animam meam*. Q. d.
Quod induti ſunt maledictione, hoc non iniu-
ſte euenit eis: quia hoc eſt opus eorum, id eſt,
hanc maledictionem operabãtur ſibi apud do
minum mihi detrahendo, & mala aduerſus ani-
mam meam loquendo. Vel hoc opus eorum
apud dominum, id eſt, præſciuit ut ita opera-
rentur, apud dominum dico, apud quem con- Apo.22.
ſtat, ut qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. *Et
tu domine domine fac mecum propter nomen tuum*.
Quaſi dicat: Hoc illis eueniat. Tu autem domi-
ne fac mecum, id eſt, mecum operare propter
nomen tuum glorificandum, ut intelligant ho-
mines eadem opera eſſe mea & tua. uel operare
mecũ. quaſi d. ego operor perſeuerando in obe
dientia, & tu operare mecum uertendo ad com
munem omnium utilitatem, quod ipſi faciunt
ad unius damnationem. Te rogo ut mecum ope
reris, *quia ſuauis eſt miſericordia tua*, id eſt, recon
ciliatio humani generis, quæ per mortem meã
uentura eſt. *Libera me, quia egenus & pauper ſum
ego, & cor meum conturbatum eſt intra me*. quia &
ſi triſtis appareo, non eſt mihi triſtitia ex pote-
ſtate inferentium, ſed ex propria uoluntate tri-
ſtis appareo. *Sicut umbra cũ declinat ablatus ſum*,
quia ſicut declinante umbra fit nox, ita ex car-
ne mors ſequitur. *& excuſſus ſum ſicut locuſtæ*:
quia me relicto, omnes fugerunt. uel excuſſus Mat.26.
ſum, id eſt, excuſſi ſunt mei ſicut locuſtæ, quia
fugati ſunt ubique a perſecutoribus. *Genua mea
infirmata ſunt à ieiunio*, id eſt, illi qui fortiores fue
runt inter mẽbra mea, apoſtoli uidelicet, infir-
mati ſunt a ieiunio, id eſt, a præſentia mea rece-
dentes, a qua ſemper reficiebantur. Et tamen li-
cet infirmata ſunt, immutata ſunt tandem pro-
pter oleum, id ẽ, propter donum ſpiritusſancti.
quod receperunt. *&* non tantum fortiores infir
mati ſunt, ſed etiam *caro mea*, id eſt, illi qui infir-
miores fuerunt in membris meis, cõfortati ſunt
propter oleum, id eſt, gratiam ſpiritusſancti.
Vel ſic, Caro mea *immutata eſt propter oleum*, id
eſt, carnalis intellectus meorum infirmatus, per
gratiã ſpiritusſancti immutatus. Vel caro mea
immutata eſt propter oleum, id eſt, propter ſua
uitatem reſurrectionis. *Et ego factus ſum oppro-
brium illis*. q̃a ſicuti me pſequebant, ita & meos.
uiderunt me & mouerunt capita ſua. ſed *tu domine
deus meus adiuua me, ſaluũ me fac ſecũdum miſeri-
cordiam tuam. Et ſciant*, id eſt, intelligant *quia ma-
nus tua hæc*, id eſt, potentia tua hæc omnia fecit, Ioh.19.
ut ſic intelligant quod non haberent poteſta-
tem, niſi illis a te data fuiſſet. Quod dicit, & ſci
ant quia manus tua hæc, *& tu domine feciſti eam.
Maledicent illi, & tu benedices, Qui inſurgunt in*

me, confundantur. ſeruus autem tuus, non dico, lætur, ſed *lætabitur. Induantur, qui detrahunt mihi*, pudore, id eſt, plene confundantur intus & foris, uel ante deum & ante homines. *Et operiantur ſicut dyploide confuſione ſua.* Dyplois eſt ueſtis duplex, nullam habens partem inuerſam. ubi notatur plenaria confuſio. *Confitebor domino nimis in ore meo*, id eſt, ualde in ore meo. Quaſi dicat: Illi hoc habeant quod dictum eſt. Ego autem confitebor domino nimis, id eſt, ualde in ore meo, id eſt, conſono cordi. *Et in medio multorum*, id eſt, in corde fidelium, *laudabo eum. Quia aſtitit à dextris pauperis*, id eſt, qui mihi pauperi & meis pauperibus in dextera, id eſt, in potiori parte ſemper fuit, faciens eos diligere dextera, id eſt, potiora. ad hoc aſtitit à dextris pauperis, *ut ſaluam faceret à perſequentibus animam meam*, id eſt, mei & meorum, non ita ut non tribularentur, ſed ne eis conformarentur, ut illud: Pa *Iohā.17.* ter, non rogo ut tollas eas de mundo, ſed ut ſerues eos à malo.

¶Pſalmus Dauid. CIX.

Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Dominus à dexteris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.

Tempus conſtituit deus pater promiſſis ſuis, conſtituit etiam tempus eis quæ promiſit implendis. Tempus promiſſionum fuit a tempore prophetarum uſque ad tempus Iohannis Baptiſtæ, à tempore Iohannis Baptiſtæ & deinceps uſque ad finem mundi, tempus eſt implendi quæ promiſit. Promiſit enim hominibus diuinitatem, mortalibus immortalitatem, peccatoribus iuſtificationem, abiectis glorificationem. & quicquid promiſit, indignis promiſit: ut non quaſi operibus merces redderetur, ſed nomini ſuo gratia daretur. His pmiſſis adimplendis, non quemlibet principem, aut angelum, aut archangelum, mediatorem promiſit, ſed unicum filium: ut qua uia nos perducturus eſſet ad id quod promiſit, per ipſum filium ſuum oſtenderet & probaret. Vnigenitus itaque filius dei uenturus ad homines, hominem erat aſſumpturus. & per id quod promiſit homo futurus, moriturus, reſurrecturus, in cælum aſcenſurus, ſeſſurus ad dexteram patris, & impleturus in gentibus quod promiſit, & poſt impletionem promiſſionum impleturus ut ueniat, & quod prærogauit exigat, diſcernat uaſa iræ à uaſis miſericordiæ, reddat impijs quod minatus eſt, reddat iuſtis quod pollicitus eſt. Hoc ergo totum prophetandum fuit, prænunciandum, commendandum: ne ſubito ueniens horreretur, ſed creditum expectaretur. quæ omnia propheta in hoc pſalmo nobis pronunciat & cōmendat, ſic dicendo:

D*ixit dominus domino meo, ſede à dextris meis.* Quod uerſus iſte de domino filio accipiendus ſit, ipſemet dominus & ſaluator noſter dei filius in euangelio oſtendit: quia cum quæreret à Iudæis cuius filium CHRISTVM dicerent, & *Matt.22.* reſpondiſſent, Dauid: ille continuo reſpondens, ait: Quomodo ergo uocat eum dominum Dauid, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dexteris meis? Non hæc quæſiuit dominus interrogans, ut diſcere uellet à Iudæis: ſed ut eos doceret, ſi neſcirent, ut dicerent, tu dic nobis. Sed quia miſeri fuerunt & perditi, maluerunt inflata taciturnitate diſrumpi, quàm humili confeſſione edoceri. Dicat ergo magiſter noſter, & doceat nos, quid ſibi reſpondeamus. Reſpondeamus illum filium eſſe Dauid, ſicut Iudæi: quia niſi filius eſſet Dauid, nequaquam diceret euangelium: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Quo *Mat.1.* modo ergo Dauid in ſpiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis? Vere dominus Dauid, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud *Iohā.1.* deum, & deus erat uerbum. Sed quia propter infirmitatem noſtram carne deſpecta iacebamus, uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ecce filius Dauid, & dominus Dauid. Ecce recte reſpondiſſent Iudæi, ſi eum credidiſſent dominum Dauid, de quo ipſe Dauid dicit ſic: Dixit dominus pater domino meo, ſecundum humanitatem filio meo, & domino meo ſecundum diuinitatem. Et quod dicit pro experta malitia, pro completa obediētia? Sede a dextris meis, id eſt, recipe me ad dexteram meā, id eſt, in priori parte mea, nunquam inde mouendus, nulli ſecūdum carnem manifeſtandus, *donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, id eſt, quoadusque omnes inimicos tuos ſubdam poteſtati. quod erit in nouiſſima die, quādo unuſ-

quiſq; recognoſcet ſe potentiæ domini obliga-
tum: quia quiſq; erit ſub pedibus eius, uel uictus
uel adoptatus: & habebit ibi uel locum pœnæ,
uel locum gratiæ. Nota quod dicit, ſede. In hoc
enim notatur humana natura, quæ a uerbo do-
mini aſſumpta eſt. Diuinitas eñ nec ſedere, nec
ſtare dicitur. Mirabile eſt myſterium Chriſti ſe
dentis ad dexteram patris. Occultatur, ut creda
tur: ſubtrahitur, ut ſperetur. Hæc eſt iuſtitia, ut
p fidẽ ſperemus in eum quem non uidemus: ut
fide mundati, poſtea uideamus illum, in quem
nunc nõ uiſum credimus. De hac iuſtitia, domi-
Ioh.16. nus in cælum aſcẽſurus, dixit: Cum uenerit pa
racletus quem ego mittã uobis, ille arguet mun
dum de peccato & de iuſtitia & de iudicio. Et
quid intelligeret iuſtitiã, expoſuit. De iuſtitia,
inquit, quia ad patrem uado. Et hæc eſt iuſtitia
uera, ut credamus eũ ad patrem iuiſſe, & ibi ad
dexteram eius ſedere, quoaduſq; uẽturus eſt iu
dicare tã pios q̃ impios. *Virgam uirtutis tuæ emit
tet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum
tuorum.* q̃ſi dicat: Dixit dominus domino meo,
ſede a dextris meis. quod hoc ordine fiet, quia
ipſe dominus pater, eſt uirga uirtutis tuæ, id eſt,
ſceptrũ dominatiõis tuæ, regnum uidelicet uir
tuoſum. & hoc incipiendum in Sion, quia ſalus
ex iudæis eſt. Et dixit etiam dominus pater tibi
o domine fili, dominare in medio inimicorum
tuorum, id eſt, potentiam tuam exerce iñ medio
paganorum & hæreticorum, qui tuos undique
circundant. Vel dominare in medio inimicorũ
tuorum, id eſt, in cordibus illorum qui ex inimi
cis fient amici tui. Et merito dominaberis, quia
ego *tecum principium*, & tu mecum principiũ non
quod duo principia ſint, ſed quia ego in te, & tu
in me. quod apparebit nõ in die infirmitatis tuæ,
ſed *in die uirtutis tuæ*, id eſt, in claritate æternita-
tis, quæ claritas eſt ineffabilis, lux ineffabilis,
fons inexhauſtibilis, ueritas ſine defectu. & ero
tecum principium *in ſplendoribus*, id eſt, quando
ſancti erũt in ſplẽdore, id eſt, in nimia claritate,
non iam terrenam carnem geſtantes, nec in mor
tali corpore gementes, ſed in gloria incorrupti-
onis & immortalitatis fulgẽtes, iuxta illud: Ful
Mat.13. gebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Vel
aliter: Tecum ero principiũ in die uirtutis tuæ.
& ero principium in ſplendoribus ſanctorum,
id eſt, in ſpiritu ſancto, per quem habent ſancti
quicquid ſplendoris habent. Pluraliter dicit, p
pter diuerſa dona ſpiritus ſancti. *ex utero ante lu-
ciferum genui te.* quaſi dicat: Vere tecum ſum ego
principium, quia ego genui te ex utero, id eſt, ex
intima ſubſtantia mea & ſecreto eſſe meo. ante
luciferum, id eſt, ante omnia opera. lucifer digni
or ſtella ẽ inter cæteras ſtellas. & ideo ſicut con
ſtat dominum filium fuiſſe ante luciferũ, ſic cõ-
ſtat eum fuiſſe ante omnes alias, & ſic ante oĩa
tempora, quia per eum omnia facta ſunt. *iura-
uit dominus, et non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in
æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.* quaſi di-
cat: Hoc dixit dominus pater de regno tuo o
domine fili. de ſacerdotio autem tuo quid? iura
uit dominus. Ecce iurat dominus, qui hominẽ
iurare prohibet, ne in periurium prolabatur,
& ideo magis deus qui in periurium non poteſt
labi. homo autem qui per conſuetudinem pec-
candi in periurium poteſt cadere, prohibe-
tur non iurare. Tanto enim longius eſt a periu-
rio, quanto erit longius a iurando. Cur ergo nõ
iuret dominus, cum domini iuramentum pro-
miſſionis ſit firmamentũ? Iurat homo, & in iu-
ramento deum uocat teſtem. Hoc eſt enim iura
re, dñm teſtificari. & ideo cauẽdũ eſt, ne in aliq̃
falſitate hõ deũ adhibeat teſtẽ. Si ergo iurando
deũ teſtať, cur nõ & iurãdo deus teſteť ſeipſum?
quod dicit, Iurauit dominus, & non pœnitebit
eum. Per pœnitentiam mutatio rerum ſignifica
tur. quomodo tu homo cum aliquid te pœnite-
at, doles factum quod feciſti, ſic quãdo deus ali-
quid præter ſpem hominum, id ẽ, præter quãm
ſperant homines, mutat in aliud, pœnitere ſe di
cit, uſqueadeo, ut eũ pœniteat de pœna noſtra,
ſi nos pœnituerit de mala uita noſtra. Iurauit er
go dominus, id eſt, firmauit. & non pœnitebit
eum, quia non mutabit. quid iurauit? Tu es ſa-
cerdos in æternum. ideo in æternum, quia non
pœnitebit eum. ſed ſecundum quid ſacerdos?
Non ſecundum ordinem Aaron, qui præcepit
offerri hoſtias & uictimas ueteris teſtamenti. Il-
la enim ſublata ſunt, euerſo iam templo, remo-
to illo ſacerdotio, pereunte uictima & ſacerdo-
tio. ſed ſecundum ordinem Melchiſedec. Mel-
chiſedec interpretatur ſummus põtifex, uel rex
Iuſtitiæ. ipſe enim rex fuit, & ſacerdos primus,
offerens in figuram noſtri ſacrificij panem & ui
num, & illius ſanctæ euchariſtiæ, quæ in corpo-
re & ſanguine domini quotidie conficitur in ec
cleſia. & ideo etiam ſacrificium Melchiſedec di
gnius eſt ſacrificio Aaron, quia hoc fuit prius, il
lud poſterius. *Dominus à dextris tuis* ens, *confre
git in die iræ ſuæ reges.* quaſi d. Tu pater iuraſti de
filio tuo, & dixiſti: tu es ſacerdos in æternum ſe
cundum ordinem Melchiſedec. & merito, quia
ipſe filius a dextris tuis ens, confregit in die iræ
ſuæ reges, id eſt, in conſideratione iræ ſuæ futu-
ræ reges, id eſt, in ſeculo excellentiores. Et quo
modo hoc? *iudicabit*, id eſt, iuſta iudicia exerce-
bit *in nationibus*, id eſt, in gentibus. & iudicando
implebit ruinas, id eſt, quoſdam humiliari faciet,
ut in ſe exaltentur. & tandem *conquaſſabit capita*,
id eſt, ceruicoſitatem & ſuperbiam *multorum in
terra* uiuentiũ, ſiue etiã morientiũ. & hoc q̃ ordi
ne fiet? *De torrente in uia bibet.* Torrẽs hic fluxũ
mortalitatis ſignificat, de q̃ torrẽte dñs bibit in
uia, quia etiam mortem in humano corpore gu
ſtauit. *propterea exaltabit caput*, quia ei dabitur Phil.2.
nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Poteſt le-
gi pſalmus iſte ordine præpoſterato ſic: Dixit

dominus pater, domino meo filio, iſtud uideli-
cet: Ego tecum principium, id eſt, tibi æqualis
ens. quod apparebit in die uirtutis tuæ, id eſt,
in claritate æternitatis tuæ, quando mihi appa-
Iſa. 26. rebis æqualis, id eſt, in gloria illa de qua dictum
eſt: Tollatur impius ne uideat gloriam dei, quia
formam hominis uidebũt tam impij quàm pij.
Forma autem gloriæ eius, tantum uiſioni pio-
rum conceſſa eſt. Quod dicit, Tecum principi-
um in die uirtutis tuæ. & non ſolum tecum o fi-
li principium, ſed etiam principium in ſplendo
ribus ſanctorum, id eſt, cum ſpiritu ſancto, quia
ego pater in te filii principiũ & in ſpiritu ſancto:
quia & tu filius, & ſpiritus ſanctus ex me, non
ego ex uobis. cum filio tamen ego pater princi
pium & cum ſpiritu ſancto. quia principium pa
ter, principium filius, principium ſpiritus ſan-
ctus. Et ego pater o fili, ex utero ante luciferum
genui te. Et ergo pro experta malitia & cõpleta
obedientia, ſede a dextris meis, donec ponã ini-
micos tuos ſcabellum pedum tuorum. Et quaſi
quæreres, quomodo uel quo hoc ordine fiet?
ſic ſequitur: Virgam uirtutis tuæ emittet do-
minus ex Sion, dominare in medio inimicorum
tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuæ
in ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante lucife
rum genui te. Et hoc quantum ad deitatem.
Quantum autem ad ſuſceptionem carnis, quid?
Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es ſa
cerdos in æternum, ſecundum ordinem Mel-
chiſedec. Dominus a dextris tuis. Quaſi dicat:
Hoc iurauit dominus pater de te domine fili, & Pſal. 108.
ipſe dominus ens a dextris tuis. iuxta illud, Qui
aſtitit a dextris pauperis. Confringet in die iræ
ſuæ reges, id eſt, in ſeculo potentiores humilia-
bit in die iræ ſuæ, id eſt, eo tempore quo maxi-
me ipſi reges ſæuire permittentur. Vel in die
iræ ſuæ, die uidelicet nouiſſima, quando ira do-
mini omnibus apparebit. Et hic interim iu-
dicabit in nationibus, id eſt, in gentibus: & im-
plebit ruinas, conquaſſabit capita in terra mul-
torum. Et quomodo hoc fiet? Quia dominus fi
lius de torrente in uia bibet, propterea exalta-
bit caput.

¶Alleluia. CX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congregatione. Magna opera domini, exquiſita in omnes uoluntates eius. Confeſſio & magnificentia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, uirtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo. Vt det illis hæreditatem gentium, opera manuum eius ueritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionem miſit *dominus* populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Sanctum & terribile nomen eius, initium ſapientiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

Alleluia Alleluia. Alleluia, ut ſupius dictũ
eſt, laudate dominum, interpretatur. Quod al-
leluia geminatum cantamus conſtituto tempo-
re, a ſabbato uidelicet ſeptimanæ paſchalis, uſ-
que ad ſabbatum quod cõtinetur intra dies pen
tecoſtes, ut impleãtur quinquaginta dies. & hoc
totum ad noſtram doctrinam & ad figuram.
Sicut enim dies iiii quadraginta uel ſeptuagin-
ta, quæ præcedunt diem reſurrectionis domini
ci corporis, mœrorem iſtius ſignificant, ſic quin-
quaginta dies qui ſolenniter gratuita hilaritate
ſuccedunt, ſignificant annum iubileum, in quo
quiſq; a debito ſoluitur, & ſeruus liber efficitur.
Quẽ annum iubileum cuſtodiebant Iudæi ſem
per poſt quinquaginta annos. & hoc in figura
dierum illorum, in quibus qui hic operantur ut
ſerui, recipientur ut filij. & illis laborantibus in
Mat. 20. hac uita, merces illa ſoluetur, quam primis &
nouiſſimis pater familias æqualem dedit. Pro-
pterea autem æqualem, quia ſinguli, primi uide
licet & nouiſſimi, ſingulos denarios ſunt receptu
ri. In conſideratione huius æternitatis iam exi-
ſtens propheta, & exhortando alios, ne ocioſi
ſint in uinea, ut tandem denarium reciperent in
ueſpera, ſic dicit:

*Confitebor tibi domine in toto corde meo, in cõ
ſilio iuſtorum & congregatione.* Cõfeſſio non
ſemper peccatorum eſt, ſed aliquando laus dei,
quæ deuotione confeſſionis exprimitur: illa lu-
get, hæc gaudet: illa medico uulnus oſtẽdit, hæc
de ſanitate medico gratias agit. Hæc confeſſio
quendam non ſolum ab omni malo liberauit,
ſed a malignis hominibus ſeparauit. & ideo au-
diamus ubi confiteatur domino. Nam inquit:
Confitebor tibi domine in toto corde meo. Et
ut confitear, ero hic in conſilio iuſtorum, ut tan-
dem ſim in congregatione illorum. Conſilium
iuſtorũ eſt, non ſequi uolũtates ſuas, ſed uolunta
tes domini. In quo conſilio qui hic inuenitur, in
congregatione iuſtorum tandem recipietur.
Vel ſic confitebor tibi dñe in toto corde meo,
poſitus ſubaudis in conſilio iuſtorũ. & hoc nõ in
occulto, ſed in congregatione. i. corã hoĩbus at Mat. 10.
tendentes te dicentem: Qui me confeſſus fuerit
coram hominibus, confitebor & ego eum corã

patre meo. Poteſt eſſe uox capitis in hoc pſal-
mo, quaſi ſic dicẽtis: Pater ita me exaltauit, ſic-
ut prædixit propheta. & ego exaltatus, confite
bor, id eſt, confitebũtur mei. in toto corde meo,
in conſilio iuſtorum & congregatione. Et meri
to confitebor domino. quia *opera domini magna*
ſunt inquirentibus. & *ſunt exquiſita* eũdo ſubau
dis *in omnes uoluntates eius.* quæ ſunt opera domi
ni niſi peccatoris iuſtificatio, uel peccatoris da-
mnatio, ſi conuerti noluerit? & nihil fit præter
uoluntatem domini. Sicut enim in ſe confiden-
tem nõ deſerit eius miſericordia, ita eius iuſtitia
nullius iniquitatem permittit impunitam. cum
flagellat etiam filium quem recipit. & ſic quic
quid elegeris, non deerit omnipotenti unde ſuã
de te compleat uoluntatem. quare eligat ſibi ho
mo quodlibet, uel ut per miſericordiam ſalue-
tur, uel ut per iuſtitiã damnetur. Hæc ſunt ope
ra domini exquiſita in omnes uoluntates eius.
Non enĩ ſic conſtituta ſunt opera domini, ut cre
atura in libero arbitrio cõſtituta, creatoris ſupe
ret uoluntatem, etiam ſi cõtra eius faciat uolun
tatem. Nõ uult deus ut pecces. Nam prohibet.
Tamen ſi peccaueris, ne putes hominem feciſſe
quod uoluit, & deo accidiſſe quod noluit. Sic-
ut enim uult ut homo nõ peccet, ita uult peccan
ti parcere, ut reuertatur & uiuat. ita uult poſtre
mo in peccato perſeuerantem punire, ut iuſtitiæ
potentiam cõtumax nõ euadat. ut quicquid ho
mo eligat, non deſit omnipotenti unde ſuam
compleat uoluntatem. *Confeßio & magnificen-*
tia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Quia opera dñi magna dixit, exequitur q̃ ſint.
Opus enim eius eſt confeſſio, quam operatur in
ſuis, faciendo eos per confeſſionem magnificos.
& iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. quia ſuis
dat perſeuerantiam, ut in iuſtitia permaneãt, &
ne ad ollas carnium in Aegypto reſpiciant: quia
Roma.11. ſine pœnitẽtia ſunt dona dei & uocatio dei. Vel
ſic, iuſtitia eius qua reddet pijs quod pollicitus
eſt, & impijs quod minatus eſt, manet in ſeculũ
ſeculi. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſeri-*
cors & miſerator dominus, eſcam dedit timẽtibus ſe.
Quia dixit confeſſionem opus eius eſſe, ut ſcia-
mus unde cõfeſſio procedat, ſubiungit: quia mi
ſericors eſt dominus in promiſſis, & miſerator
in exhibendis quæ promiſit. Memoriam faciet
mirabilium ſuorum, id eſt, memorari facit ſuos
quæ olim in figura contingebant, & in illis attẽ-
dere quæ ſpiritaliter in fine temporum cõplen-
da erãt. Et qualiter hoc fiet? Eſcam dedit timenti
bus ſe, uidelicet quæ non corrumpitur. panem
illum qui de cælo uenit. ex quo reficiũtur quoti
die fideles, & refecti, intelligunt mirabilia domi
ni. *Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui.* quaſi dicat:
Ideo dedit eſcam timentibus ſe, quia memor fu
it teſtamenti ſui in ſeculum ſcilicet extendendi,
illius teſtamenti uidelicet, qđ in ſemine Abrahæ
benedicendæ eſſent omnes gentes. *uirtutem ope-*
rum ſuorum annũciabit populo ſuo. Populus domi
ni ſunt hi, qui in occulto ſunt iudæi. iſtis annun-
ciata eſt uirtus domini, quia ſpiritaliter intelle-
ctũ in his, q̃ olim in figura facta ſunt, receperũt:
quia per mare rubrum quod tranſierunt, bapti
ſmum intellexerunt. Ipſi exierunt de Aegypto
per mare rubrum, nos exiuimus de ſeculo per
baptiſmum. Ipſi circuncidebãtur carne, nos cir
cuncidimur circunciſione non manufacta. Ipſi
groſſum ſabbatum celebrauerunt, nos ſabbatũ
delicatum. quæ omnia ſunt decus operum do-
mini, uel uirtus operum ſuorum, quæ operatur
in ſuis uelle, & pro bona uolũtate perſeuerare.
Quod annunciat cum dicit: Qui perſeuerauerit Matt.10.
uſq; in finem, hic ſaluus erit. Virtutem operum & 24.
ſuorum annunciabit populo ſuo. Ad hoc uide
licet, *ut det illis hereditatem*, id eſt, ipſas gentes imi
tari faciet populum ſuum. & ſic adducat alias
oues quæ non ſunt ex hoc ouili. Vt det illis hæ-
reditatem gentiũ. illos dico, in quibus ſunt ope Ioh.10.
ra manuum eius: hæc uidelicet, ueritas & iudici
um. Nam operando in eis ueritatem & iudici-
um, facit eos idoneos habere gentes in hæredi-
tatem. quia omnis qui facit ueritatem, uenit ad
lucem, & dignus eſt imitatione. ſimiliter & qui Iohã.3.
facit iudicium. Vnde Paulus: Quod ſi noſmet-
ipſos iudicaremus, non utique iudicaremur. *ope* 1.Cor. 11.
ra manuum eius ueritas & iudicium. Quæ duo ue-
ritas & iudicium, non erunt irremunerata. quia
fidelia ſunt *omnia mandata eius*, uidelicet nemi-
nem fallentia, remunerata, ſunt *confirmata* eſſe ui
delicet remuneranda in *ſeculum ſeculi* huius ſub-
ſecutiuum. *facta in ueritate & æquitate.* Hoc uerũ
eſt & æquum, ut hic laboretur, & ibi quieſcatur.
Vel facta ſunt in ueritate & æq̃tate. Vera æqui
tas eſt, nõ illa quam lex adminiſtrat, dare oculũ
ꝓ oculo, & dentẽ pro dente. ſed illa ẽ uera æqui
tas, quã dominus fecit & docuit, reddere uideli
cet bonum pro malo. Vnde ipſe dominus in eu
angelio: Audiſtis, inquit, quia ſcriptum eſt, dili-
ges amicum tuum, & odio habebis inimicum Mat.5.
tuum. Ego autem dico uobis, benefacite his qui
oderũt uos. facta ĩn ueritate & æquitate. & q̃ ꝑ
hæc omnia fiẽt? *Redemptionem miſit dominus po-*
pulo ſuo, filium ſuum uidelicet incarnari permi-
ſit, per quem redemptio hũani generis facta eſt,
per quem *mandauit in æternum teſtamẽtum ſuum.*
Sanctum & terribile nomen eius. Sanctum eſt no-
men domini, inquãtũ deus eſt: terribile, inquan
tum iudex futurus eſt. Vel ſanctum eſt pijs, ter
ribile impijs. *initium ſapientiæ timor domini.* Quia
dixit, miſericordia domini timentibus ſe: ubi in
tellex imus nouum teſtamentum, non uetus, qđ
ad horam patribus noſtris fuit poſitum, ne quis
ideo putaret legem ſuperflue datã, oſtendit qđ
lex ualeat. quaſi dicat: licet teſtamẽtum nouum
in æternum ſit confirmatum, tamen nullus iudi-
cet legem ſuperuacuã, quia timor domini per
legem notificatus eſt. Initium ſapiẽtiæ, id eſt, bo

næ uitæ, eſt timor domini: quia timore pœnæ debet incipere quiſq; bene operari, ut tandem ꝑfectius operetur amore, non ex timore: quia ꝑfecta charitas foras mittit timorem. & hic *intellectus eſt bonus omnibus facientibus eum*, id eſt, operantibus ſecundum hunc intellectum. & *laudatio eius*, id eſt, ſic operantis, *manet in ſeculum ſeculi*, non ad horã uidelicet. quia nemo ſe laudare putet, qui ad horam tantum laudat.

¶Alleluia. Reuerſionis Haggei & Zachariæ. CXI.

BEatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors & miſerator & iuſtus. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius ſperare in domino, confirmatum eſt cor eius, non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator uidebit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit.

Alleluia. reuerſionis Haggei & Zachariæ.
Hi duo, Haggeus uidelicet & Zacharias, fuerũt
ſub Dario rege Babylonis. & impleti ſunt ſpi-
ritu ſancto, ut inciperent prophetare ea quæ ad
renouationem templi pertinerẽt. Sed quoniã q̃
ibi carnaliter geſta ſunt, poſtea adimpleta ſunt
in fidelibus, nõ incongrue templum domini fi
1. Cor. 3. deles accipiuntur. Vnde illud, Templum dei
ſanctum eſt, quod eſtis uos. Et quoniam in hui-
us templi ædificatione nullus aſſumitur niſi be
atus, oſtendit nobis propheta, qualiter beatitu-
do ſit conſequenda, exhortando nos ut beatitu
dinem conſequamur, & in templo domini uiui
lapides compaginemur. Dicit autem ſic:

B*Eatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis.* Quaſi dicat: Beati fieri omnes
cupiunt. Ecce præſto habent quod uolunt, time
at quiſque dominum, & ſit beatus. In mandatis
eius uolet nimis. Nimis uelle eſſe in mandatis
eius, eſt cum ſummo deſiderio feſtinare, ut fiat
idoneus in coædificatione templi ſui. *Potens in
terra erit ſemen eius.* Quaſi dicat: Vere beatus eſt
qui timet dñm, id eſt, quiſque imitator domini,
erit po[illegible]s in terra ſcilicet uiuentium. Quid po
tentius, quàm ut regnum cælorum, quod non
Luc. 19. ſolum Zachæus dimidio rerum ſuarum, ſed &
et 21. uidua duobus minutis, & tantundem ibi uterq;
poſſideatur. Quid potentius, quàm ut idem re-
gnum & theſaurus diuitis, & calice aquæ frigi-
dæ pauperi ualeat? Quod dicit, Potens erit in
terra ſemen eius. quia *generatio rectorum*, id eſt,
rectum cor habentium. *benedicetur*, id eſt, multi
plicabitur. Rectum autem eſt cor habere, non
reſiſtere patri emendanti, & credere pollicenti.
Generatio autem quæ tale cor habet, benedice
tur. quia *gloria & diuitiæ*, id eſt, glorioſæ diui-
tiæ, ſunt *in domo eius*, id eſt, in corde recto. Glori
oſæ diuitiæ ſunt teſtimonium conſcientiæ bo-
2. Cor. 1. næ. Vnde Paulus, Gloria noſtra ẽ teſtimonium
conſcientiæ noſtræ, quæ gloria eſt in domo ei-
us, id eſt, in corde rectæ generationis. Vel in do
mo eius, uidelicet domini, id eſt, in illis qui ſe
domum dei faciunt. *Et iuſtitia eius manet in ſecu-
lum ſeculi*, id eſt, iuſta opera generationis re-
ctæ, permanent in æternum. Et unde hoc illis?
Quia *exortum eſt in tenebris lumen rectis*, id eſt, il-
lis qui in tenebris fuerunt, orietur lumen recti
tudinis. Vnde illud, Eratis aliquando tenebræ, Ephe. 5.
nũc autem lux in domino. Lumen autem illud,
quod exortum ẽ in tenebris, eſt dominus *miſeri
cors* in promiſſis, *miſerator* in exhibitionibus,
iuſtus tam in ſaluandis pijs, quàm in damnandis
impijs. Et ne terreret aliquem quod dominum
dixit iuſtũ, quem prius uocauit miſericordem,
ſubiungit: *Iucundus homo qui miſeretur & commo
dat.* Qui dicat: Noli timere uir beate iuſtitiam
domini. ſis iucũdus, miſerere & cõmoda, ut nõ
timeas iuſtitiã dñi. Miſerere animæ tuæ, & eris Eccl. 30.
placens deo, & cõmoda te alijs exemplum bo
num. Nam homo iucundus eſt, qui ſibi miſere
tur & alijs, iuxta illud: Dimitte, & dimitte- Luc. 6.
tur uobis. & qui commodat ſe alijs exemplum
bonum. Vel commodat, id eſt, proximis neceſſa
ria ſubminiſtrat, attendens ſcripturam dicen-
tem: Date, & dabitur uobis. Hic homo talis *diſ* ibidem.
ponet ſermones ſuos in iudicio, id eſt, opera ſua bo-
na rationabiliter aget in cõſideratione futuri iu
dicij, ut cum ad iudicium uentum fuerit, non ti
meat iuſtitiam iuſte omnia examinantis domi-
ni. Dictum eſt, ad ſimilitudinem quod dicit, Diſ
ponet ſermones ſuos in iudicio, quia ſicuti ora-
tor bonus ſermones ſuos diſponit, ꝓmeditãdo
qualiter unicuique perſonæ ſit alloquendum,
ut in iudicio ſe defendat: ſic facta bona quæ hic
diſponũtur a fidelibus, defendent eos in iudicio
futuro. quod dicit, Diſponet ſermones ſuos in
iudicio. Quod ex effectu probatur, *quia in æter
num non commouebitur.* Et tandẽ *in memoria æter
na erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.* quã au
dient illi qui a ſiniſtris ponentur, cum eis dice-

Matt.25. tur: Ite maledicti in ignem æternum. Vel non ti-
mebit ab auditione mala, id eſt, a uocibus male perſuadentium. Et hoc merito, Quia *paratum eſt cor eius ſperare in domino, confirmatum eſt cor eius*, & *non commouebitur* ab hac ſpe, *donec deſpiciat inimicos ſuos*, id eſt, donec ſibi fiant inferiores in terra uiuentium, qui in terra morientium conabantur eſſe ſuperiores. Et ut deſpiciat, *diſperſit, dedit pauperibus*, id eſt, diſperdet bona ſecularia, dando ea pauperibus. & hoc non ad horam faciet, ſed *iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi*, id ē, perſeuerans erit in ipſa diſpoſitione. Vnde *cornu eius*, id eſt, ſublimitas eius, quæ hic ab impiis contemnebatur, *exaltabitur in gloria*. quod cornu exaltatum *peccator uidebit*, & *iraſcetur*, quando ex oppoſito traducēt eum iniquitates ſuæ. *Dentibus ſuis fremet*, quia hic erat ploratus & ſtridor dentium. & *tabeſcet*, id eſt, pœnitebit, ſed ſera pœnitentia erit. quia *deſiderium peccatorum peribit*. Vel aliter: Iuſtus diſperſit, dedit pauperibus. peccator uerò uidebit hoc & iraſcetur, id eſt, inuidebit bonis actibus ſuis. Dentibus ſuis fremet & tabeſcet, id eſt, quæret eum auertere. ſed hoc fruſtra, q͞a deſideriū peccatoꝝ peribit.

¶Alleluia. CXII.

LAudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum. A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen domini. Excelſus ſuper omnes gentes dominus, & ſuper cælos gloria eius. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra? Suſcitās à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Alleluia. Laudate pueri dominum. per puerilem ſæpe ætatem in ſcriptura ſacra humilitas nobis commēdatur. Vnde ipſe dominus in euangelio:
Matt.18. Sinite paruulos uenire ad me. taliū eſt enim regnum cælorum. Sæpe etiam per puerilem ætatem ſuperbia uetuſtatis exprimitur, ue-
1.Cor.14. lut ibi: Nolite pueri effici ſenſibus, malitia autē paruuli eſtote. Et quia pſalmus iſte pueros ad laudē dei incitare uidetur, nemo adultus dicat, ſibi non fieri hic exhortationem, cum ipſe adultus depoſita ſuperbiæ malitia, & aſſumpta humilitate, pueri nomine deſignetur. Dicit autem ſic:

L*Audate pueri dominum, laudate* dico, *nomē domini*. Nomen domini laudat, qui ſe uoluntarie ſeruum facit. laudate dicentes: *Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc*, id eſt, iubilate & *uſq; in ſeculum* perſeuerando. Et hæc benedictio non tantum ſit in Iudæa, ſed *à ſolis ortu uſq; ad occaſum, ſit laudabile nomen domini*. Per ortum ſolis Iudæi deſignantur, quibus per notitiam legis lumen ueri ſolis illuxit. p occaſum uero gentes deſignātur, quis eis ſol uerus ante tempus Chriſti occultabatur. A ſolis ortu uſq; ad occaſum, laudabile nomen domini. Et merito, quia *excelſus eſt ſuper omnes gentes dominus*, & *ſuper cælos gloria eius*, id eſt, ſuper ſanctos ſuos maxime apparet glorioſus. Et merito ipſe ſuper eos glorioſus apparet, quia *quis eſt ſicut dominus deus noſter, qui in altis habitat*, & ex eius habitatione alij fiunt alti & glorioſi. *Et humilia reſpicit*, id eſt, humilitatem quærit *in cælo & in terra*, id eſt, in ſublimioribus & in inferioribus. *Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore eleuat pauperem*. A terra ſuſcitauit inopem, quia Iudæos qui quodammodo q̄ſi terra arabilis fuerunt, ad notitiam ueræ fidei p̱duxit. Et pauperem erexit de ſtercore, quia gentilem populum quaſi in ſtercore iacentem, quia ſeruiebat deſiderijs & uariis uoluntatibus, ad ſublimitatem gloriæ ſuæ perduxit, ad hoc uidelicet, *ut collocet eum cum principibus*, id eſt, ipſum gentilem populum prius in ſtercore iacentem, dignum faciet iudiciaria ſede, & ſedere faciet *cum principibus populi ſui*, id eſt, cum Iudæis qui prius fuerunt populus ſuus. Quis ſicut dominus deus noſter, *qui habitare facit ſterilem*, [illegible] eſt, gentilem populum nihil boni generantem *in domo*, Iſa.54.
lætantem ideo, quia mater *filiorum* fuit. Vnde illud: Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filii deſertæ magis quàm eius quæ habet uirum

¶Alleluia. CXIII.

IN exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Mare uidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerunt ut arietes, & colles ſicut agni ouium. Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium? A facie domini mota eſt terra, à facie dei Iacob. Qui con-

uertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Non nobis domine, nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Super miſericordia tua & ueritate tua, ne quando dicant gentes, ubi eſt deus eorum? Deus autem noſter in cælo, omnia quæcunque uoluit fecit. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominũ. Os habẽt, & nõ loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſrael ſperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum eſt. Domus Aaron ſperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum eſt. Qui timent dominum, ſperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt. Dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis. Benedixit domui Iſrael, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timẽt dominum, puſillis cum maioribus. Adijciat dominus ſuper uos, ſuper uos & ſuper filios ueſtros. Benedicti uos à domino, qui fecit cælũ & terram. Cælum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum. Sed nos qui uiuimus, benedicimus domino ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

Alleluia Alleluia. Nota eſt hiſtoria, qualiter
populus Iſraeliticus ab iniqua dominatiõe Ae
gyptiorum liberatus, per diuerſos fluctus maris
tranſiſſet. Notum eſt etiam, qualiter idem popu
lus fluuium Iordanis ſiccum tranſiuit, cum per
eum in terram promiſſionis intrauit. Hæc ea-
dem in hoc pſalmo narrantur, ſed quoniam hic
quædam aliter dicuntur, quàm in Exodo re-
periuntur, & quædam hic tanguntur quæ ibi
non narrantur. Nuſquam enim ibi legitur
quod Iordanis conuerſus ſit retrorſum, ne-
Ioſ.3. que quod montes uel colles geſtiſſent. Tantum
enim de Iordane legitur, quod cum tangeretur
à pedibus ſacerdotum arcam domini portanti
um, quædam pars eius in mare defluxit, & alia
pars in molem creuit. ideo in hoc pſalmo non
tam uidetur ſpiritus præterita narrare quàm
prophetare. Facta enim illa, figuræ noſtræ fu
erunt, & hæc dicta, ut nos ipſos recognoſca-
mus, hortãtur: quia ſi gratiam dei quæ data eſt
nobis, firmo corde retinemus, nos ſumus Iſrael
Phil.3. ſemẽ Abrae. Nos enim, dicit Apoſtolus, ſumus
Gal.3. circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus deo. & alibi,
Ro.4. Ergo ſemen Abrae eſtis. Et alibi, Non in circum
ciſione, ſed in præputio deputata eſt Abrae fi-
des ad iuſtitiam. Non enim carnaliter circunci
Ge.17. ſæ genti tantum modo factus eſt pater, cum di
Ge.22. ctum ſit: Patrem multarum gentium te poſui.
quod apertius oſtenditur cum ei dicitur, In ſe-
mine tuo benedicentur omnes gentes. Nullus
itaque Chriſtianorum ſe a nomine Iſrael arbi-
tretur extraneum. Illis enim qui crediderunt ex
iudæis, in quorum numero principaliter inue-
nim⁹ apoſtolos, in angulari lapide copulamur.
Ioh.10. Hinc ait dominus: Alias oues habeo quæ non
ſunt ex hoc ouili, illas oportet me adducere, ut
ſit unus grex & un⁹ paſtor. Quare fidelis popu
lus magis ẽ iſrael, & potius uidetũ eẽ domus Ia
cob, quàm turba illa iudæorum. Nam cum illa
merito perfidiæ reprobata, uendiderit primo
genita ſua, non ad Iacob, ſed ad Eſau pertinet.

IN *exitu iſrael de Aegypto.* Vox prophetæ ex-
hortantis nos, ut de Aegypto exeamus, & in
iudæa ſanctificemur. Quod dicit, In exitu Iſrael
de Aegypto, *domus iacob de populo barbaro*, id ẽ,
cum exibit iſrael de Aegypto, & domus iacob
de populo barbaro. *facta eſt iudæa*, id eſt, fiet *ſan
ctificatio eius.* Aegyptus interpretatur afflictio,
& ponitur pro imagine huius ſeculi, ex qua ſpi
ritaliter recedẽdum eſt, ne ſimus iugum ducen
tes cum infidelibus: quia ſicut populus ille ter-
ram promiſſionis intrare non potuit, niſi prius
ab Aegypto exiret, ita nullus cæleſtis Ieruſa-
lem ſit ciuis idoneus, niſi prius huic ſeculo ne-
quam renunciauerit. Et ſicut populus ille ſine
diuino auxilio exire non potuit, ſic nemo corde
ab hoc ſeculo nequam auertitur, niſi diuinæ mi
ſericordiæ munere adiutus. Quod enim ſemel
illic præfiguratum eſt, hoc in iſto fine ſeculi quo
tidianis eccleſiæ fletibus in unoquoq; credente
completur. Quotidie enim exit Iſrael de Aegy
pto, cum fidelis ſpiritaliter exit de hoc mundo. 1.Cor.10.
Vnde Paulus: Nolo uos ignorare fratres, quo-
niam omnes patres noſtri ſub nube fuerunt, &
omnes mare tranſierunt, & cætera. Domus Ia
cob de populo barbaro. Populus barbarus eſt,
qui nõ nouit deum laudare, ſed carnalibus ope
ribus inhærere. Facta eſt Iudæa ſanctificatio
eius. Ecce oſtendit quo perueniendum ſit il-
li, qui exit de Aegypto, in Iudæam ſcilicet, ubi
iam ſanctificatur. Quid iudæa niſi confeſſionem
deſignat? Per quam confeſſionem quiſq; exiẽs
de Aegypto ſanctificatur, iuxta illud: Corde
creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad Ro.10.
ſalutem. *iſrael poteſtas eius.* Vnde illud, Dedit Ioh.1.
eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in
nomine eius. Interroget ergo unuſquiſque cor
ſuum, ſi fides illud circuncidit, ſi confeſſio pur-
gauit: & facta eſt illi iudæa ſanctificatio eius, &
Iſrael poteſtas eius. *Mare uidit & fugit.* Quid p
mare, niſi ſeculũ nequam deſignatur? quod cui-
que fidelium eſt impedimentum, ut non habeat

cor per confeſſionem purgatum? Nam unuſqſ
que in ſeipſo poteſt uidere, cum cor ſuum do-
mino uult applicare, eiuſq; ſuaui iugo, recedens
a priſtinæ ignorantiæ deſiderus, deuotum ani-
mum ſubdere. carnalibuſq; huius mundi factis
relictis, in quibus ſine fructu laborabat, tanquã
in Aegypto latens ſub dura dominatione dia-
boli faceret. qualiter ſecularia impedimẽta ſuc
cedunt uoces diſſuadentium. ſed dum quiſque
ſtudet, ne impedimento ſeculari a bono propo-
ſito retrahatur, iam ceſſantibus impedimentis,
mare fugit, ut ſine contradictione ad liberta-
tem ſpiritalem pandatur uia. Quod dicit, Ma-
re uidit & fugit. Hoc Micheas propheta aliis
Mich.7. uerbis dicit ſic: Secũdum, inquit, diem profectio
nis eorum ex Aegypto, oſtendam mirabilia il-
lis. Videbunt nationes, & confundentur ab omĩ
robore eorum, manibus ora ſua obſtruent, au
res illis obſurdantur. & cætera. *iordanis conuer-
ſus eſt retrorſum.* Hic increpat ſpiritus quoſdam,
qui dorſum ſuum ad dominum poſuerunt, &
non faciem. Quiſquis enim principium ſuum
deſerit, & a creatore ſuo auertitur, tanquam flu
uius in mare, labitur in huius ſeculi amarican-
tem malitiam. Sed dum ſe erraſſe cognouerũt,
& cor ſuum per confeſſionem purgauerũt, iam
iordanis conuerſus eſt retrorſum quia ipſe hu-
miliatus, deum ſibi redeunti ponit ante faciem,
quem recedens ſibi a tergo poſuerat. & ſic fit il-
li mare ſeculi huius retro, quod ante cum illic la
beretur, fecerat, ut ſic obliuiſcatur ea quæ re-
tro ſunt, & in ea quæ anteriora ſunt extendatur,
quod conuerſo iam utile eſt. Iordanis conuer-
ſus eſt retrorſum, id eſt, illi qui gratiam bapti-
ſmi perceperunt, ſed in hoc ſeculo nequam ab-
errabant, humiliati, ad deum conuerſi ſunt.
Vnde *montes*, id eſt, prælati in eccleſia, *exultaue-
runt* deo adiutori, non ſeculo deceptori. Exulta
uerunt, dico, *ut arietes*, id eſt, gregum duces. *&
colles*, id eſt, imitatores montium, exultauerunt
*ſicut agni ouium. Quid eſt tibi mare quod fugiſti;
& tu iordanis quia cõuerſus es retrorſum?* Prophe
ta uidens deum ſic mirabiliter operari in ſuis, nõ
ignorando, ſed congratulando ſibi, hæc ſub in
terrogatione dicit. Quid eſt tibi mare quod fu-
giſti, & tu iordanis qa conuerſus es retrorſum?
Et quid uos o *mõtes, exultaſtis ſicut arietes, & col
les ſicut agni ouium?* Ecce quare. Quia *à facie domi
ni mota eſt terra*, id eſt, a cognitione domini mo
uebuntur corda terrenorum. *A facie dei mota*
eſt terra, dei dico, non recentis, ſed dei *Iacob*. Et
quomodo hoc? Quia *conuertit petram in ſtagna
aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Chriſtus pe
tra fuit, qui durus uidetur non intelligentibus.
ſed conuerſus eſt in ſtagna aquarum, quia tan-
dem duritiam liquefecit, cum intelligibilem ſe
dedit ad irrigandos fideles ſuos, ut fieret in eis
fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Durus fu
Iob.4. it CHRISTVS illis, qui turbati nolentes ex-
pectare, donec per ſcripturas ſacras eis influe-
ret, atque inundaret, dixerunt: Durus eſt hic ſer Iohan.6.
mo, quis poteſt eum audire? ſed duritia in ſta-
gna aquarum conuerſa eſt, cum ipſe reſurgens
a mortuis, fidelibus ſuis ſcripturas aperuit, in-
cipiens a Moyſe per omnes prophetas, quia ſic
oportebat CHRISTVM pati. & cum miſit ſpi
ritum ſanctũ de quo dicebat: Si quis ſitit, ueniat Ioh.7.
ad me & bibat. Per rupes intelligũtur ſancti p̃-
dicatores, Paulus & cæteri, qui conuerſi ſunt in
fontes aquarum. Vnde, *Non nobis domine, nõ no-
bis, ſed nomini tuo da gloriam. De miſericordia tua*,
id eſt, de reſtauratione humani generis deſuper
data *& ueritate tua*. Veritas domini eſt, qua cõ-
plentur promiſſa. *Ne quãdo dicant gentes, ubi eſt
deus eorum?* Quaſi dicat: Da gloriã nomini tuo
de miſericordia & ueritate. da etiã iſtud, ne gen
tes quæ deos ſuos corporalibus oculis uiden-
dos oſtendunt, quando, id eſt, aliquando dicãt
improperando tuis, Vbi eſt deus eorum? licet
nunc dicant, cum te deum corporalibus oculis
uidere nõ poſſunt. Veniet autem tempus quã-
do gentes hæc non dicent, in nouiſſimo uideli-
cet, quando eis non adhuc credẽdus prædicabi
tur, ſed iã tremendus oſtendetur. Vel nõ dicãt
aliquando ubi eſt deus eorũ? ſed credant potius
in eum quem non uident, cum uiderint cæcos il
luminari, leproſos mũdari. Deus autem noſter
in cælo. omnia quæcunq; uoluit, fecit. Quaſi di-
cat: Ipſi dicunt, ubi eſt deus eorum, qa eum ſub
ſtantialiter non uident. *Deus autem noſter* præter
quem non eſt alius, licet in ſubſtantia ſua uideri
non poteſt, *omnia quæcunq; uoluit fecit in cælo*, id
eſt, in illis quos cælos fecit, id eſt, ſanctos. Nota
quia non ideo dicit tantum in cælo deum opera
ri, quod uult, quod uſquam fiat aliquid præter
uoluntatem eius, in his uidelicet qui bene faci-
unt, ſed quia in cælo maxime uoluntas ſua appa
ret. Vel in cælo quod uult operatur, id eſt, in ho
mine dominico, a uerbo aſſumpto, fecit quæ-
cunque uoluit. Dij uero gentium nihil operan-
tur, quia non ſunt dij, nec etiam homines. quia
*ſimulacra gentium ſunt argentum & aurum, opera
manuum hominum*. Vnde Auguſtinus: Noli ad-
dere manus hominum, ut ex eo metallo quod
fecit uerus deus, facias falſum deum, imo fal-
ſum hominem, quem non pro deo ut nereris,
quem quiſquis pro uero homine in amicitiam
reciperet, prorſus inſaniret. Et quia *os habent,
& non loquentur: oculos habent, & non uidebunt.
Aures habent, & non audient: nares habent, & non
odorabunt. Manus habent, & non palpabunt: pedes
habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gut-
ture ſuo.* Per hoc quod dicit eos non clamare in
gutture ſuo, aufert eis quia nec beſtię poſſunt eſ
ſe. Vnde *ſimiles illis fiant qui faciunt eos, & non*
tantum qui faciunt, ſed etiam *omnes qui confidũt
in eis*, fiant ſimiles illis, habentes oculos interio-
res, & non uideant. Manus habent, & non pal-
pabunt, id eſt, nihil boni operentur. *Domus ue-
ro iſrael*, id eſt, minores in eccleſia, ſperauerunt

in domino. & ideo *adiutor eorũ eſt in bonis, & protector in malis. Domus etiam Aaron*, id eſt, maiores ex ſynagoga, qui ideo per Aaron intelliguntur, quia Aaron prælationem ſacerdotij in ſynagoga tenebat. Omnes illi ſperauerunt *in domino*, & dominus *adiutor eorum & protector eorum eſt.* Et non tantum domus iſrael & Aaron ſperent in domino, ſed etiam omnes *qui timent dominum, ſperent in domino.* & ipſe *adiutor eorum & protector eorum eſt.* & hoc non ex operibus noſtris, ſed ex uocante gratia. quia *dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis. Benedixit domui iſrael, benedixit domui Aaron.* & de pariete, & circunciſione. *Benedixit etiam omnibus qui timent dominum*, id eſt, parieti de præputio, *puſillis cum maioribus.* Et ut plena ſit benedictio, *adijciat dominus ſuper uos* numerum fidelium, *ſuper uos & ſuper filios ueſtros*, ut uobis ueſtris decedentibus ſubſtituat alios: ipſiſq; iterum decedentibus, alij ſubſtituantur. quod & factum eſt, quia acceſſit fides omnium gentium, & creuit numerus, non ſolum ſapientiũ antiſtitum, ſed etiam obedientium populorum. quod dicit, Adijciat dominus ſuper uos, ſuper uos & ſuper filios ueſtros. & *uos benedicti ſitis à domino, qui fecit cælum & terram*, id eſt, maiores & minores. & *cælum cæli domino*, ſubaudis colendum fecit. quia quorundam ſanctorum mentes intantum erexit & ſublimauit, ut nulli hominum, ſed ipſi deo ſuo docibiles fierent, iuxta Apoſtolum: Notum, inquit, uobis facio, quia euangelium quod euangelizatum eſt à me, non ab homine accepi, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Gal. 1. Hic idem apoſtolus cælum cæli fuit, quia quoſdam ſic introduxit, uelut Timotheum, ut alij cælum fierent. quod dicit, Cælum cæli domino, *terram autem*, id eſt, illos qui adhuc imperfecti erant. *dedit filijs hominum*, ſubaudis colendos, quia multi per Timotheum ad fidẽ uocati ſunt. Vel cælum cæli poſſumus hominem accipere dominicum, quia a nullo magiſtro, ſed a ſe tantum domino colebatur. Vnde nos q uiuimus uita interiori, benedicimus domino. & hoc nũc, id eſt, indilate. & uſq; in ſeculum. Et uere a uiuẽtibus benedicendus es domine, q̃a *non mortui*. i. illi qui ſimiles ſunt ſimulacris ſuis, *laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum*, id eſt, in profunditatẽ peccatorum. *ſed nos qui uiuimus, benedicimus domino ex hoc nunc & uſque in ſeculum.*

¶Alleluia. CXIIII.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi, & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. O domine, libera animam meam: miſericors dominus & iuſtus, & deus noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum, & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. Placebo domino in regione uiuorum.

Alleluia. Cantat in hoc pſalmo Alleluia illa quæ peregrinat a deo, ouis illa quæ perierat, filius ille qui mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et recognoſcens filius iſte in domino tantum eſſe ſperandũ, & credendum, inſtruit nos hic, ut deum hic amemus, in eũ nũc ſperemus & credamus, ut tandem in regione uiuorum ſibi placeamus. Cantemus ergo fratres, & erudiamur, & ut permaneamus cum ſanctis, iſta cantemus:

D*ilexi, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ: quia inclinauit aurem ſuam mihi.* Tria nobis hic proponuntur, fides, ſpes, charitas. Sed quoniam maior eſt charitas, a charitate ſic incipit: Dilexi, & hoc ideo, quoniam ſperaui, quod effectum oſtendit. Quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ. Pro hoc quod ſperauit, promeruit ut dominus exaudiret uocem orationis ſuæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi. Vnde ſciamus aurem domini nobis inclinatam, niſi in hoc quod in eum per fidem credimus? Sic hic tria notantur, fides, ſpes, charitas: quarum triũ altera ex altera procedit. Fides aũt accendit ſpem, & ſpes dilectionem. Quia inclinauit aurem ſuam mihi. & ideo *in diebus meis*, in diebus mortalitatis & paſſibilitatis, quos dies meos fecit in primo homine, priuata audacia a deo recedendo. in illis diebus *inuocabo* dominũ. & opus eſt, q̃a *circundederunt me dolores mortis*, id eſt, cõpedes mortalitatis. *& pericula inferni*. i. tenebræ ignorantiæ *inuenerunt me*, dum a regiõne lucis in qua poſitus fui, diſceſſi. quia ſi ibi remanſiſſem, non me inueniſſent dolores mortis uel ignorantiæ tenebræ. Et ſic ego tãdem *tribulationem* mihi utilem inueni, *& dolorem* etiã utilem mihi *inueni*. non inueni tribulatiõem quam non habebam, ſed eam quam neſciẽs habebam, tribulationem illam de qua dictũ eſt, Da nobis auxilium de tribulatiõe. Pſal. 59. Inueni etiam dolorem utilem, quia cum putabam beatificari terrenis, & audirem dominum dicentẽ, Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabũtur: utilius mihi eſſe attendi lugere quàm gaudere. Matt. 5. Nec tamen mouemur ut quæramus miſeriam, cum hoc non habemus, ſed ut nos inueniamus eã quam neſcientes habemus. Nec etiam a nobis quæritur, ut omnino ter

renis careamus, ſed ut inde lugeamus, q̃d amiſſis cæleſtibus, terrenis uti nobis neceſſe ẽ. Agnoſcant ergo homines miſeriam iſtam, & lugeant, & faciant eos lugẽtes beatos, qui ſe hic ſemper uolunt eſſe miſeros. Tribulationem & dolorem inueni, *& nomen domini inuocaui*, dicens: *O domine, libera animam meam. miſericors dominus* in affectionibus: *iuſtus*, quia flagellat etiam filium quem recipit. Inuocaui, *& deus noſter miſeretur.* q̃a ipſe *dominus eſt cuſtodiens paruulos*, id eſt, humiles. Vnde mihi experto credendum eſt, quia *humiliatus ſum, & liberauit me.* Et quia liberatus, *conuertere anima mea in requiem tuam*. i. ad dominum tuum, qui tantum requies eſt, & hoc quod tu cõuerteris, non ex te habes, ſed per gratiam dei. *Quia dominus benefecit tibi*, in hoc uidelicet, *quia eripuit animam* tuam *de morte*, id eſt, de originali peccato, uel de carnali crimine, *& oculos meos à lachrymis*, ut non iam plorem miſeriam meã, de qua per ſpem liberatus ſum. Eripuit etiam *pedes meos*, id eſt, affectiones à *lapſu*, id eſt, a conſenſu prauo, qui cauſa fuit lachrymarum. & ego his omnibus ereptus, *placebo domino* tandem *in regione uiuorum*, non in regione morientium.

¶Alleluia. CXV.

CRedidi, propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. O domine, quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupiſti uincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius, In atrijs domus domini in medio tui Ieruſalem.

Alleluia. Credidi propter quod locutus ſum. Vox eſt ſanctorum martyrum in hoc pſalmo inſtruentium & docentiũ nos, ut q̃d corde credimus, ore non taceamus, nec antequã credamus loquamur, ſed cum credidimus, loqui etiam nõ dubitemus: quia nõ perfecte credunt, qui id q̃d credunt, nolũt loqui. Ad ipſam enim fidem per-
Luce. 12. tinet quod dictum eſt: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram angelis dei. Ex hoc eñ appellatus ẽ ſeruus
Matt. 25. ille fidelis, cui dictum eſt: Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium. quia non tantum accepit, ſed impendit, & lucratus eſt. Seruus autem ille qui quod accepit, proximis non erogauit, miſſus eſt in tenebras exteriores. Credamus ergo & loquamur: & ſperemus præmium loquẽdo, & timeamus pœnam tacẽdo. Dicit autẽ ſic: C*Redidi, propter quod*, quia credidi, *locutus ſum*. quia qui non loquitur ſi opus fuerit, ꝓ credente non eſt reputandus. Ego *autem* loquendo *humiliatus ſum nimis*. Pro perſecutionibus uidelicet & contumelijs affectus tantum, ut in ſtuporem traderer. Notandum eſt quod dicit, Ego humiliatus ſum. In hoc enim uult oſtendere ſe tantum humiliatum, non fidem ſuam, non prædicationem ſuam, quam prædicauit, eſſe humiliatam. Vnde Paulus cum de catena ſua loquere-
2. Tim. 2. tur: Sermo dei, inquit, non eſt alligatus. Ego autem humiliatus ſum nimis. & *ego dixi in exceſſu meo*, id eſt, in pauore mentis meæ attendi, nulli homini de ſe eſſe præſumendum, quia *omnis homo* de ſe præſumens, *mendax* eſt. Quod ego dum loquendo uerbum dei, humiliarer, percepi: q̃a contritus reſpexi infirmitatem, & uidi non mihi de me eſſe præſumendum, quia mendax eſt qui de ſe præſumit. Hoc Petrus comperit, dum pro timore deum negauit; qui de ſe præſumendo, prius nũquam negaturum ꝓpoſuit. & ideo docendus erat in timore, in homine nõ eſſe præſumendũ, ſed de eo qui uerax eſt & qui ait, Ego
Pſal. 81. dixi, dij eſtis & filij altiſſimi omnes. In hoc enim quod non ſumus mendaces, non homines ſumus, ſed dij. Vel aliter, Omnis homo mendax, id eſt, omnis conditionis homo mendax: quia in omni conditione reperiuntur aliqui, qui potius mendacio quàm ueritati ſtudent. *Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Quaſi dicat: Quandoquidẽ omnis homo in quãtum homo ẽ, & de ſe præſumens, mẽdax eſt: & in quãtum uerax, non à ſe, ſed à domino habet. Quid ergo retribuam dño pro omnibus q̃ retribuit mihi? Retribuit deus bona pro malis, cui homines tribuerunt mala pro bonis. Tribuerunt homines mendacium, ipſe tribuit ueritatem. *Calicem ſalutaris accipiam*. Conſiderans iſte quid domino poſſet retribuere, & non inueniẽs quid dignius retribueret, quàm id quod ipſe prior dedit, ſubſecutus ait: Calicem ſalutaris accipiam, id eſt, ſaluiferã paſſionẽ domini imitabor. *& in* hoc nõ de me præſumam, ſed *nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddã*, me ipſum uidelicet. & hoc non in occulto, ſed *coram omni populo eius*, ut exemplũ habeant de me imitandi paſſionem domini. Et ideo hæc uota reddam, quia *precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius*, etſi in conſpectu hominũ ſit contẽptibilis. Vel ꝑcioſa eſt, q̃a magno ꝑcio empta eſt, ꝓprio uidelicet ſanguine, quẽ prior fudit ꝓ nobis. & hoc ideo, ne ſerui ſuum ꝓ eo dubitarent fundere. *O domine, q̃a ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Quaſi dicat: q̃a in conſpectu tuo mors ſanctorũ precioſa eſt, ideo domine tibi ſacrificabo hoſtiã laudis, meipſum uidelicet, pro te finiendo uitam. Et merito deum uoco, quia ego

ſum ſeruus tuus, emptus uidelicet precioſo ſanguine tuo. & non tantum emptus, ſed naturaliter, quia filius ancillæ tuæ: ancillæ, tamen liberę a peccato, ſed ancillæ iuſtitiæ, cuius filius adhuc
Gal.5. prægnantibus dicitur: Vos in libertatem uocati eſtis. Et alibi eiſdem dicitur: Cum ſeruiebatis
Ro.6. peccato, liberi eratis a iuſtitia. Nunc uero liberi a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem uero uitam æternam. Quod nullus erubeſcat ſe confiteri filium ancillæ domini, quia quiſque filius ancillæ, ſecundum quod omnis creatura ſubdita eſt creatori, & ueriſſimo deo debet ueriſſimum famulatum: quem cum exhibet, liber eſt. hanc accipiens a deo gratiam, ut ei non neceſſitate, ſed uolũtate ſeruiat. Ego filius ancillæ tuæ. Et merito, qa tu diſrupiſti *uincula mea*, ne me inuincularent inimici. uel diſrupiſti uincula, id eſt, difficultatem reſiſtẽdi moribus ueteris hominis. Pro qua difficultate rupta, *tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & ſacrificando nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius.* Et quid ſit uota reddere in conſpectu populi, ſubiungit: *in atrijs domus domini*, id eſt, in eccleſiis, quæ atria dicuntur domus domini, reddam uota mea, poſitus *in medio tui iſrael.* nihil attendens in reddendis uotis, niſi ut ad uiſionem pacis perueniam. quia tunc gratum eſt quod redditur, ſi de pace atque in pace redditur. Ne quis autem exiſtimet, atria domus domini & omnem populum eius, iudæos ſignificari, quia ſic clauſit pſalmus iſte, ut diceret, in medio tui Ieruſalem, cuius nomine carnales iſraelitæ gloriantur: audiamus ſequentem pſalmum ſic dicentem:

¶Alleluia. CXVI.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & ueritas domini manet in æternum.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quia tam gentes quàm iudæi ad domum dei uocatæ ſunt, audiant hæc uerba, qui filij Ieruſalem eſſe noluerunt, cum ſe ab omni gentium communione præciderint. Laudate eum omnes populi, *quoniam* in noſtra reparatione *confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius*, id eſt, promiſſio eius. *& ueritas domini*, id eſt, completio eius promiſſionis *manet in æternum.* quia licet tranſit mũdus & concupiſcentia eius, 1. Ioh. 2.
uerbum tamen domini manet in æternum. Iſa. 40.

¶Alleluia. CXVII.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat nũc domus Iſrael, quoniam bonus, qm̃ in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, quoniam bonus, quoniã in ſeculum miſericordia eius. Dicãt nunc omnes qui timẽt dominũ, qm̃ bonus, qm̃ in ſeculum miſericordia eius. De tribulatiõe inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus. Dominus mihi adiutor, non timebo qd faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. Omnes gentes circumierunt me, & in nomine domini quia ultus ſum in eos. Circundantes circundederunt me, & in nomine domini quia ultus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine domini quia ultus ſum in eos. Impulſus, euerſus ſum ut caderem, & dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit uirtutem. Non moriar, ſed uiuam, & narrabo opera domini. Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas, confitebor domino: hæc porta domini, iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O domine, ſaluum *me* fac o domine, bene proſperare: benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini, deus dominus & illuxit nobis. Conſtituite diem ſolennem in condenſis uſque ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. Cõfitemini domino quoniã bonus, quoniã in ſeculum miſericordia eius.

Superior pſalmus qui in ſe habuit, adijciat dominus ſuper uos, inſinuauit nobis quibus aſ

ſociati ſumus ingratia illius q̄ bonus eſt,& cui-
us in ſeculum miſericordia eſt. Iſraelitis enim in
CHRISTO credentibus (ex eorum numero
ſunt apoſtoli patres noſtri)aſſociati ſum⁹in uno
angulari lapide,ut ſimus unus grex ſub uno pa
ſtore cum illis prioribus. Quorũ uox eſt in hoc
pſalmo,ad laudem dei nos inſtruentium , & ſic
dicentium:

C*Onfitemini domino quoniam bonus,quoniam in*
ſeculum miſericordia eius eſt, ſubaudis per-
duratura. Non potuit laus dei breuius explica-
ri,quàm ut bonus eſſe confiteretur. ſibi enim ꝓ-
prium eſt ſoli,qđ bonus eſt. Ipſe enim cum au
diret, Magiſter bone, ab eo ſcilicet q̄ carnalibus
oculis intuẽs, & diuinitatis plenitudinẽ nõ intel
Mat. 19. gens,ſolũ hoiem arbitrabat̃,r̃ndit dicens:Quid
Mar. 10. me interrogas de bono? nemo bonus niſi ſolus
Luce. 18. deus. Quaſi dicat:Si bonum me uis appellare,
intellige me etiã deũ. Confitemini dño qm̃ bo
nus, qm̃ in ſeculum miſericordia eius. *Dicat nũc*
.i. indilate *domus iſrael*, id eſt, minores in eccleſia
exhortent̃ alios, dicentes: Cõfitemini domino
quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia ei-
us. Dicat nunc domus Aaron,id eſt, maiores etiam
dicant. Confitemini domino *quoniam bonus*,*quo*
niam in ſeculum miſericordia eius. *Dicant* etiam cõ
uerſi non tantum ex Iudæis, ſed etiam *omnes qui*
timent dominum, Confitemini domino *quoniam bo*
nus,*quoniam in ſeculum miſericordia eius*. Et meri-
to ei confitendum eſt, quia ego *de tribulatione*,id
eſt, propter tribulationem mortalitatis & paſſi
bilitatis delẽdã ,*inuocaui dominũ*,*et exaudiuit me in*
latitudine dominus,in latitudine uidelicet dilecti-
onis,ut in charitate ad omnes cor noſtrum ex-
Mat. 7. tenderetur. Arcta enim uia eſt quæ ducit ad ui-
tam & non curritur tamen ad illam niſi dilatato
corde. Merito dominũ inuocaui,quia *dominus*
mihi adiutor eſt. & ideo *non timebo quid faciat mihi*
homo. Et quia eccleſia non ſolum homines ha-
bet inimicos,ſed etiam angelos malos, a quibus
neceſſe eſt ut liberetur,ſubiũgit adhuc: *Dominus*
mihi adiutor,*et ego deſpiciã inimicos meos* . quia ex
quolibet genere inimici ſurgant,ſiue ex nume-
ro malorum angelorum,ſiue ex numero malo
rum hominũ, in dei adiutorio deſpicientur. De
ſpectis ergo inimicis, nõ ultra ſe offerat mihi ho
mo,ut ĩ ſe iubeat ſpem collocari, quia *bonum eſt*
confidere in domino. Et non ſimpliciter bonum,
ſed melius *quàm confidere in homine*. *Bonum eſt ſpe*
rare in domino. & melius ẽ *quàm ſperare in princi*
pibus, id eſt, in angelis. quia etſi iuuant homo &
angelus, ille tamẽ per eos hæc operatur, qui ꝓ
modo eorum , & pro noſtra neceſſitate eos fa-
cit bonos. Bonũ eſt ſperare in dño,q̄ ſperare, in
principibus. & inde experto mihi credendũ eſt,
q̄a *omnes gentes circũierunt me*, *et* hoc factũ ẽ *in no*
mine domini, ſubaudis glorificando, *quia ultus ſum*
in eos, quoſdã ex illis mihi concorporando. Hic
notãtur labores, quos paſſi ſunt patres noſtri in
primitiua eccleſia, cum dicit: Omnes gentes cir-
cũierunt me. quia cum apoſtoli ſinguli ſingulas
prouincias ſuſciperent conuertendas, non hoc
fidelibus eſt inauditum & incognitũ, quãta gen
tium perſecutione circundati ſunt. ſed gauden-
dum eſt, quia uictoriam obtinuerunt. quod no
tatur ubi dicit, quia ultus ſum in eos. *Circundan*
tes circundederunt me, id eſt, nimia circundatione
circundederũt me. *et in noĩe domini* glorificando,
quia ultus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes.
Notandum eſt quia cum apes circundant fauũ,
mellitum eum reddũt. ſic perſecutores ſua per-
ſecutione ſanctos circundantes, quaſi mellitos
eos reddunt: quia eos dulciores & delectabilio
res ad imitandum faciunt. quia quanto plus tri
bulant̃ ſancti, tãto plus eorũ cõſtantiã alij ſtudẽt
imitari. *Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*. Ignis cũ à
paſtorib⁹ in ſpinis ponit̃, nõ trũcũ lædit: ſed qđ
ſiccũ reperit adhærens trunco, cõburit. ſic ꝑſecu
tores cum adhibeant tormenta, non lædunt ani
mam, ſed corpus quod eſt quaſi indumentum
animæ. Vnde illud: Nolite timere eos qui occi- Mat. 10.
dunt corpus, animam autem non poſſunt occi-
dere. *Et in nomine domini quia ultus ſum in eos*. Vel
ſic: Circundederunt me ſicut apes. Apes cum læ
dunt alios, uitam in uulnere ponunt: ſic perſecu
tores cum putant alios lædere, ſeipſos interfici-
unt morte interiori: quia nemo prius in ſe, quàm
in alterum peccat. *impulſus*, *euerſus ſum ut ca-*
derem,*et dominus ſuſcepit me*, id ẽ, ſuſtinuit me ne
caderem. Iuxta illud, Iuſtus ſepties in die cadit, Pro. 24.
& reſurgit. Et quia a domino, non a me ipſo ſuſ-
tentatus ſum, ſit *fortitudo mea* dominus. Vnde
Phil. 4. Paulus: Omnia, inquit, poſſum in eo qui me con
fortat. *& laus mea dominus*, id eſt, Ipſe dominus
ſit laudandus, nõ ego. *&* hoc ideo, quia *factus eſt*
mihi in ſalutem, non factus quod prius non eram.
Et ideo ſit fortitudo mea dominus , & non ego
ipſe: quia qui in ſua fortitudine cõfidunt, cadũt
cum impelluntur. Nullus autem in certamine
cadit, niſi cuius fortitudo & laudatio cadit. Sit
ergo dñs fortitudo & laudatio noſtra , ut cum
eo ſtemus qui nunquam cadit. & factus eſt mihi
in ſalutem. Vnde ſit *uox exultationis et ſalutis in*
tabernaculis iuſtorum, id ẽ, in fidelium cordibus,
ubi putant perſecutores eſſe uocem mœroris et
triſtitiæ, ſit uox exultationis & lætitiæ. Vnde Ro. 5.
Paulus: Non ſolũ, ait, gloriamur in ſpe, ſed eti-
am gloriamur in tribulationibus. & hæc omnia
ex deo ſunt, quia *dextera domini fecit uirtutẽ*, hãc
uirtutem, *Dextera domini exaltauit me*. Et ne exal
tari de nobis præſumeremus, ſubiungit: *dexte-*
ra domini fecit uirtutem. Quę maior uirtus, quàm
exaltare humilem, uiuificare mortalem, præbe-
re de infirmitate perfectionem, de ſubiectione
gloriam, de paſſione uictoriam, dare auxilium
de tribulatione , ut afflictis uera ſalus dei pate-
ſceret, & affligentibus uana ſalus hominis rema
neret. Dextera domini exaltauit me, & ideo
non moriar morte interioris hominis , conſenti-
endo uidelicet perſecutoribus meis, *ſed uiuam* in

domino,cuius dextera me exaltauit. Vñ Pau-
Gal.2. lus: Viuo,inquit,iam non ego, uiuit uero in me
Chriſtus. *& narrabo opera domini*.qa neq; mors,
Ro.8. neque uita ſeparabit me a charitate Chriſti. ſed
ſemper innoteſcã alijs ſua opera. & merito, qa
caſtigans caſtigauit me dominus, renouãdo me ſpi
ritu interius,licet exterior homo corrumpatur.
Non ergo quicquã uiribus ſuis licuiſſe arbitre-
tur fremitus impiorum in perſecutione fideliũ,
quia paterfamilias ſæpe per nequiſſimos ſeruos
corrigit filios, cum ſeruis tamen cõpedes paret,
& filijs hæreditatem ſeruet. Caſtigãs caſtigauit
me dominus,*& morti non tradidit me*. Et quia in
hac caſtigatione morti non tradar, uos perſecu
tores mei,*aperite mihi* perſecutione ueſtra *portas*
iuſtitiæ, & *ingreſſus in eas*, *confitebor domino*, id
eſt,gloriabor in domino,non in me ipſo. Porta
iuſtitiæ,ut iuſtus ex fide uiuat, & patiẽter in ſpe
expectet promiſſiones,quæ reſeruatæ ſunt ei in
futurũ. Hæc ſpes magis accenditur in unoquoq;
fideli, cum ſuſtinet perſecutiones ab infideli.*hæc*
porta domini,iuſti intrabunt in eam. Quaſi dicat:
Ideo rogo ut aperiantur mihi portæ iuſtitiæ,
ut ingrediens confitear domino, quia hæc talis
porta ẽ domini ipſe enim prius intrauit per hãc
portam, quia prior paſſus, nobis exemplum
patiendi reliquit. Per hanc portã intraturi ſunt
ſoli iuſti. *Confitebor tibi quoniam exaudiſti me*, *&*
factus es mihi in ſalutem.quaſi dicat: Dixi ut ape-
rirentur mihi portæ iuſtitiæ.quod fiet, quia ego
iam ingrediens,confitebor tibi o domine,quo-
niam exaudiſti me: etiam in ipſa exauditione fa
ctus es mihi in ſalutẽ. Hæc confeſſio nõ uulnus
medico detegit,ſed de ſanitate gratias agit. Fa-
ctus es mihi in ſalutem, & hoc modo: quia *lapi-*
dem quẽ reprobauerunt ædificantes, *hic factus eſt in*
caput anguli. Lapis iſte Chriſtus fuit, quem repro
bauerunt ædificantes, iudæi uidelicet, qui de lite
ra præſumentes, ſuam iuſtitiam ſtatuere uolue
runt, ut iuſtitiæ dei non eſſent ſubiecti. Sed ab il
lis reprobatus,factus eſt in caput anguli,ut in ſe
uniret nouum hominem duos populos,populũ
uidelicet præputij & circuncifionis. Et hoc quod
lapis ille factus eſt in caput anguli, *à domino fa-*
ctum eſt, quia licet hoc non eſſet factũ niſi paſſus
eſſet,non tamen ab eis a quibus factus eſt, lapis
angularis proceſſit, ſed à domino. *& eſt mirabile*
in oculis noſtris, interioribus uidelicet, licet iudęis 1.Cor.1.
ſit ſcandalum, gẽtibus ſtultitia. *Hæc eſt dies quam*
fecit dominus. quã diem uidere Abraam exulta- Ioh.8.
uit: uidit, & gauiſus eſt. Et nos ergo *exultemus et*
lætemur in ea. quia hæc eſt dies redemptionis no
ſtræ, nõ dies miſeriæ, quam ipſi nobis fecimus.
Vnde ſuperius dictum eſt, Et in diebus meis in- Pſal.114.
uocabo te. Hæc eſt dies domini de qua dictum
eſt, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc di 2.Cor.6.
es ſalutis. Exultemus & lætemur in ea, dicentes:
O *domine, ſaluum me fac*, *ó domine bene proſperare*,
id eſt, proſperũ iter nobis para. & opus eſt ut
proſperentur tui, quia tu es *benedictus qui uentu*
rus es *in nomine domini*, quærẽs ut idonea mem
bra ubi addantur capiti. *Benediximus uobis de do*
mo domini. Ecce uox illorum de primitiua eccle
ſia, benedicentium poſteriores & ſic dicẽtium:
Benedictus qui uenturus es in nomine domini.
Et nos de domo domini entes, id eſt, deũ mẽte
attingentes, bñdiximus uobis, id eſt, annuncia-
mus, quia *dominus* Chriſtus ẽ *deus* deo patri æqua
lis. et ipſe *illuxit nobis*, ut intelligeremus quod cre
dimus: & uobis nondum intelligentibus, ſed cre
dentibus, nunciaremus. Vt autẽ & uos intelli-
gatis, *cõſtituite diem ſolennem*, ſeparãtes uos a car
nalibus deſiderijs, & a mortuis operibus, ut di-
uinæ contemplationi ſatagatis. Et hoc nõ ſegni-
ter agite, ſed *in condenſis*. i. in frequentationibus,
procedẽtes *uſque ad cornu altaris*. i. uſq; ad alti-
ora uelaminis, ut intelligatis eius interiorem di-
uinitatem, qui nobis exteriorem humanitatem
lacte nutriendis præbere dignatus eſt. Nota qđ
dicit, uſq; ad cornu altaris. Mos enim fuit iudæo
rum, ut in paſchali feſto Hieroſolymam conue
nirent, diem ſolennem celebraturi. Et quia ma-
gna fuit multitudo cũ in templo congregaban
tur, impellebant uſq; ad cornu altaris, ut ibi ſta-
rent. Qui ergo diem ſolennem conſtituit, proce
dat ad cornua altaris, intelligens in humanitate
diuinitatẽ. ubi altare eſt excelſum, ſuper qđ al-
tare ſacrificatur ſacrificium laudis. Conſtituite
diem ſolennem in condenſis: uſq; ad cornu alta-
ris, dicentes: *Deus meus es tu, et ego creatura con-*
fitebor tibi, deus meus es tu, et exaltabo te. *Confite-*
bor tibi, quoniã exaudiſti me, et factus es mihi in ſalu
tẽ, dicens etiã ꝓximis: *Confitemini domino, quoniã*
bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius:

¶Alleluia. Aleph. CXVIII.

Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in uijs eius ambulauerunt. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur uiæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque.

Pſalmus iſte ab exordio ſuo ad beatitudinẽ nos hortatur, quam nemo eſt qui non appetat. Nullus enim eſt qui non uult eſſe beatus. Quid igitur exhortatione opus eſt ad eã rem, quã ſua

ſponte animus appetit humanus? Nam profecto qui exhortatur, id agit, ut excitetur uoluntas eius eũ quo agit, ad illud, ꝑpter q̃d exhortationis adhibetur alloquium. Vt quid ergo nobiſ cum agitur, ut id uelimus, quod nolle non poſſumus? nũc quia omnes beatitudinẽ quidem cõcupiſcunt, ſed quo ordine ad eam perueniatur, plurimi neſciũt, ideoq; hoc docet pſalmus iſte, qui ſic dicit:

B*eati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini.* Tanquam ſi diceret: Scio quid uis, beatitudinem quæris. ergo ſi uis eſſe beatus, eſto immaculatus. Illud enim omnes, hoc autem pauci uolunt, ſine quo tamen nõ peruenitur ad id q̃d omnes uolunt. Et ubi debes eſſe immaculatus? In uia. Quid autem ſit eſſe immaculatum in uia, ſubiungit: Qui ambulant in lege domini. Illi enim immaculati ſunt in uia, qui in lege domini delectantur, per quam legis delectationem peruenitur ad beatitudinem. Non ſuperflue nobis dicitur quod ſic exprimitur, ſed exhortatio neceſſaria noſtris mentibus adhibetur. Quid enim boni ſit, ad q̃d multi pigri ſunt, id eſt, immaculatos ambulare in uia, q̃ lex domini eſt, ſic oſtenditur, cum beatos eſſe qui hoc faciunt, indicat: ut propter illud quod omnes uolunt, & hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum quippe eſſe, tã magnum bonum eſt, ut hoc uelint boni & mali. Nec mirum eſt, quod boni propterea ſunt boni, ut ſint beati: ſed illud eſt mirum, quod mali ideo ſunt mali, ut ſint beati. Nam quiſquis auaritię facibus inardeſcit, libidinibus effluit: ad hoc tendit, ut quoquo modo ad beatitudinẽ perueniat, cum potius ad ſummam miſeriam deueniat. Quibus uia qualiter ad beatitudinem perueniẽdum ſit, oſtenditur: tanquam eis ſic diceretur, Quo pergitis? quo his de uiis peruenire deſideratis? Relinquite malignitatem, qui nõ poteſtis amittere beatitudinis uoluntatẽ. fruſtra tẽdendo fatigamini, quo perueniendo inquinamini. Sitis ergo immaculati, q uultis eſſe beati. *Beati* uero ſunt *qui ſcrutãtur teſtimonia eius*, id eſt, ſcripturas ſacras quæ teſtimoniũ eius dicũtur, quia eũ teſtantur. Et quoniam multi ſcripturas inueſtigant ad hoc tantum, ut ſciant, non ut habeant quod faciant: oſtendit quia beati ſint, cum ſcrutantur teſtimonia domini, illi uidelicet, qui *toto corde exquirunt eum* in ipſis ſcripturis, non tantũ intelligendo ſcripturas, ſed ex præcepto ſcripturarum bene operando. *Non enim qui operantur iniquitatem, in uijs eius ambulauerunt.* Illi qui ſunt immaculati, ambulant in lege domini. Nã illi qui operantur iniquitatem, & ideo maculati, non ambulant, i. non delectãtur in uiis eius. Hic quęritur cum omne peccatũ ſit iniquitas, nullus aũt ſine peccato, q̃liter aliqs ambulet in lege domini, cum illi qui operãtur iniquitatem, non ambulant. Nullus enim ſine peccato eſt. Vnde Io-

1. Ioh. 1. hãnes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & ueritas dei in nobis non eſt. Quid ergo dicemus? Nunquid nullus ambulat in lege domini? Num Paulus nõ ambulauit qui dixit, Bonum certamen certaui, 2. Tim. 4.
curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ in illo die? Nunquid & iſte ſine peccato? nunquid ſe ſeducit? Audiamus ipſum dicentem, & ſe ſine peccato non eſſe confitentem. Dixit enim: Non quod uolo, Ro. 7.
hoc facio, ſed quod habitat in me peccatũ. Ipſe enim egit quod noluit, quia tentatus ab illicitis deſideriis, conſenſum non ꝑbuit, nec ad operationem perduxit. Illicita autem deſideria a quibus tẽtabatur, operatus eſt in eo lãguor carnis qui peccatum nominatur, quia ex pœna peccati contrahitur. & omni reatu criminis in ſacramento baptiſmatis deleto, ſolus remanſit languor, ex quo ſurgunt illiciti motus. quibus ſurgentibus, ſi nullus eis præbetur aſſenſus, nullusq; iaxetur effectus, nulla perpetratur iniquitas. & ſic non obeſt languor carnis, ſi per eum non perpetretur opus iniquitatis. iniquitatis dico, uel actionis uel conſenſus, de qua iniquitate hic dicitur: Non enim qui operantur iniquitatem in conſenſu uel in actu, in uiis eius ambulauerunt. *Tu mãdaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Vere qui ſcrutantur teſtimonia tua domine, beati ſunt. quia tu qui nunquam mandaſti niſi quod ad beatitudinem pertinet, mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, id eſt, ualde, non in ſcientia tantum uidelicet, ſed opere. Fruſtra enim tenetur in ſcientia, quod non tenetur uita. *Vtinam dirigantur uiæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.* Audita uoce optantis, depone ſuperbiã præſumentis. Nullus enim optat quod in ſua poteſtate ſic habet, ut per liberũ arbitriũ poſſit efficere quod uult. Iſta ergo fidelis anima uidens quia per ſe nõ ſufficit ut cuſtodiat mandata domini, ſic optat optando, & a deo adiutorium poſcit. quaſi dicat: Quia mandaſti mandata tua cuſtodiri, utinam dirigantur uiæ meæ, id eſt, opera mea ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, quas tu feciſti & ſic docuiſti, & ideo rogo uias meas dirigi, quia *tunc*, id eſt, directis uiis meis, *non confundar* uelut ille cui dici poteſt: hic homo cœpit ædificare, &
non potuit conſummare. Non confundar dico, Luca. 14.
cum perſpexero in omnibus mandatis tuis, id eſt, cũ ipſa mandata tua me mihi faciunt ſpeculum. In mandatis enim domini ſe quiſque qualis ſit, intueri poteſt, iuxta apoſtolum Iacobum dicen-
tem: Si quis auditor eſt uerbi & non factor, hic Iac. 1.
comparatur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõſiderauit enim ſe, & abiit: & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in legem perfectæ libertatis & permanſerit, non auditor obliuioſus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Talis & iſte uult eſſe, ut inſpiciat tãquã in ſpeculo mãdata dei, ut nõ cõfundat. q a nõ auditor eoꝝ uult eẽ tãtũ, ſed

factor. quod dicit, Tunc non confundar cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Vnde *confitebor tibi*, id eſt, laudabo te *in directione cordis*, id eſt, in corde recto, & nunquam a tua uoluntate diſtorto. Et non tantū te laudabo in ipſa operatione, ſed etiam in ipſa inchoatione, *in eo* uidelicet *quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ*, id eſt, in hoc quod intellexi diſcretionem illam, quæ ex tua iuſtitia proceſſit, diſcernere uidelicet quid ſeruus debeat domino, quod creatura creatori. *Iuſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque*. Quia iuſtificationibus tuis cuſtoditis non confundar, ergo cuſtodiam iuſtificationes tuas. Et ut cuſtodiam, non me dereliquas uſquequaque. Si dereliquiſti me ut egeam, non derelinquas me ut peream. Vel non derelinquas me ad id quod poſſim dici quaqua ratione derelictus, ut in me ipſo uidelicet glorier. A deo enim derelinquitur, qui in ſeipſo in benefactis gloriatur.

¶Beth.

IN quo corrigit adoleſcentior uiam ſuam, in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mādatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut nō peccem tibi. Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas. In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In uia teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. In mandatis tuis exercebor, & conſiderabo uias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.

IN *quo corrigit*. Cuſtodiam iuſtificationes tuas. Nam *in cuſtodiendo ſermones tuos*, id eſt, præcepta tua, corrigit *uiam ſuam*, id eſt, uitam ſuam *adoleſcentior*, id eſt, populus iunior, populus uidelicet gratiæ, portans imaginem noui hominis, uerbum uidelicet fidei, quod ei prædicatur, per dilectionem operando. Iunior iſte eſt non Cain, ſed Abel: non Iſmael, ſed Iſaac: nō Manaſſes, ſed Ephraim: non Eſau, ſed Iſrael. nō Saul, ſed Dauid. quorum unuſquiſq; uiam ſuam correxit in cuſtodiendo ſermones domini. in quo, ſ. alio? Cæteri uero imitantes ueterem hominem, non cuſtodiendo ſermones, diſtorſerūt uias ſuas. Et quia qui cuſtodiūt ſermones tuos, uias ſuas cuſtodiunt: ego *in toto corde meo exquiſiui te*, & ideo *ne repellas me à mandatis tuis*. A mādatis domini repellitur, qui per gratiam non adiuuatur. & ideo ne repellas me a mandatis tuis, quia licet alii abſcondunt argentum & aurum in arca, ego *in* toto *corde meo abſcondi*, id ē, repoſui *eloquia tua*, id eſt, præcepta, ad hoc uidelicet, *ut non peccem tibi*, in memoria tenendo mādata tua. Peccatur deo, peccatur proximo. ſed prius deo peccatur, quia quando quiſq; cogitat peccatū perpetrare in ꝓximo, iā peccat deo, etſi nullum peccatum perpetrauerit in proximo: quia nemo non prius in ſe, quàm in alterum peccat. Vel ſic in corde meo abſcondi eloquia tua, ut non darem ſanctum canibus, neque margaritas ſpargerem ante porcos. ergo *doce me iuſtificationes tuas*, ut diſcam faciendo, quod iam didici memoria tenendo. uel tuum eſt docere, quia tu *benedictus es domine*, id eſt, naturaliter multiplicatus, & a te quiſque docetur in bonum. Doce me iuſtificationes tuas, quia non ſolum mihi abſcondi eloquia tua, ſed etiam ad utilitatem proximorum. *in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui*, id eſt, præcepta quæ per os tuum, id eſt, per ſermones didici. Omnia dico, tam occulta quā manifeſta, quæ fuerūt pronuncianda. & nō hoc ex triſtitia uel coactus feci, ſed *in uia teſtimoniorū tuorum delectatus ſum*, id eſt, mandatorum tuorū, delectatus ſum *ſicut in omnibus diuitijs*. Et *in mandatis tuis*, ſ. pronunciandis, *exercebor*, id ē, perſeuerabo. *& conſiderabo uias tuas*, ut quæ dicam ore, compleam opere. Et in hoc non de me, ſed de te pſumo: quia in iuſtificatiōibus tuis qbus ꝑ te, non per me iuſtificatus ſum, *meditabor*, id eſt, aſſiduus ero. & *nō obliuiſcar ſermones tuos*, quod fecit primus homo, qui oblitus eſt uerbi dei ſibi dicentis: Ne comedas.

¶Gimel.

REtribue ſeruo tuo, uiuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium & contemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

R*Etribue ſeruo tuo.* Quaſi dicat: Vt non ob
liuiſcar ſermões tuos, tu domine retribue
ſeruo tuo, hoc uidelicet, uiuifica me. Quatuor
ſunt retributiones. duæ ſunt iuſtitiæ, reddere ui
delicet bona pro bonis, & mala pro malis. Ma
la enim pro malis reddet deus impiis, quãdo iu
ſto iudicio & peccatorum ſuorum merito æter
naliter puniẽdos eos in ignem æternum mittet.
Tertia retributio eſt gratiæ, quã hic exercet de
us, reddens bona pro malis. quæ retributio gra
tiæ naturaliter præcedere debet. quia niſi deus
hic redderet bona pro malis, non eſſet cui in ul
timo examine redderet bona pro bonis. hanc
retributionem quærit iſte. Quærit enim à deo
interius uiuificari, ut ab eo uiuificatus, poſſet cu-
ſtodire ſermones ſuos. quia qui mortuus eſt in-
terius, non eſt dignus ut cuſtodiat ſermones do
mini. Nota quia non ex toto mortuus fuerat q
hic uiuificari rogat. Accepit enim initium bonæ
concupiſcentiæ, cum adhuc rogat uiuificari, ut
poſſit cuſtodire præceptum obedientiæ. Et quo
niam dei præcepta non per obedientiam cuſto
diuntur, niſi per intelligentiam uideantur, ut ha-
beret intelligentiam, ſubſecutus ait: *Reuela ocu-
los meos* interiores, *& conſiderabo mirabilia* pro-
cedentia *de lege tua*, ſed obſeruata. Quid mirabi
lius, quàm per cuſtodiam legis domini, terram
cælum fieri, ſeruum liberum, & tandem perpe-
tuo coronari? Reuela oculos meos. & hoc ideo,
quia *incola ego ſum in terra*, id eſt, de illis ego ſum
Heb.13. qui dicunt: Non habemus hic manentem ciuita
tem, ſed futuram inquirimus. & ideo non abſcõ
das a me mandata tua, ut non compleam ea ui-
delicet operando. Mirũ eſt, quod hic rogat mã
data domini ſibi non abſcondi, quia ubiq; deus
uult prædicari, utinam tam multis eſſent chara
quàm ſunt clara. Illa enim duo mandata, in qui
bus pendet tota lex & ꝓphetæ, manifeſta ſunt
tam fidelibus quàm infidelibus: quia deus amã
dus eſt, ideo neceſſario ſciendus eſt. Sciri autem
nõ poteſt niſi per eloquia. ideo iſte rogat ſibi nõ
abſcõdi eloquia, ut ſciendo deum, deum amet:
& deum amando, ſe ipſum faciat amare, ut ſic
tandem doceatur qualiter proximum debeat
diligere: quia niſi quiſque ſciat ipſum diligere,
non poteſt eſſe ardens in dilectione proximi,
cum ſcriptum ſit: Diliges proximum tuum
ſicut te ipſum. *Non abſcondas à me mandata tua.* & Leu.19.
hoc iuſte, quia *concupiuit anima mea deſiderare*, id
eſt, magno deſiderio affectabatur anima mea de
ſiderare *iuſtificationes tuas*, id eſt, præcepta tua iu
ſtificantia. & hoc *in omni tempore*, uidelicet quie
tis & aduerſitatis: iuxta illud, Benedicam domi Pſal.33.
no in omni tẽpore. Ideo concupiuit anima mea
deſiderare pręcepta tua, quia *increpaſti ſuperbos*,
id eſt, primos parentes contra te ſuperbientes,
& mandata tua non deſiderantes. increpaſti, id
eſt, morte multaſti quando dixiſti: Maledicta
terra in opere tuo. Et non tantum illi ſic ſunt in Ge.3.
crepati, ſed omnes *qui* imitantes eorum ſuperbi
am, *declinãt à mãdatis tuis, maledicti* ſunt. Nota q̃
aliud eſt, per ignorantiam uel per carnis infirmi
tatem mandata domini non ſupplere: aliud, per
negligentiam a mandatis domini declinare, q̃d
ſuperborum eſt. maledicti qui declinant a man
datis tuis. Et ut ego maledictiõi non ſubiaceam,
aufer à me opprobrium et contemptum, ne commit
tã aliquid dignum opprobrio, & ideo tibi con-
temptibilis fiam. Vel aufer a me opprobrium,
ne probroſum ſit mihi nomen Chriſtianum, &
per hoc ad contemptum ueniam. Aufer dico,
quia teſtimonia tua exquiſiui. Opus eſt etiam ut au
feras, quia non deſunt qui me dudum conterere
quærunt. *Etenim principes terreni ſederunt, et ad-
uerſum me loquebantur.* Loquebantur dico, tribu
lationes minando & inferendo. *Seruus autem tu-
us exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nã et teſtimo
nia tua meditatio mea eſt*, id eſt, illa quæ tu teſtaba
ris, meditatus ſum ſemper. Teſtimonia domini
martyria eius ſunt, in quibus martyriis exem-
plum præbuit, ut hi qui martyrizarentur, illos
diligerent a quibus paterentur. quod hic dicit,
Teſtimonia tua meditatio mea eſt. Meditatio
enim eſt ſanctorum martyrum, illos diligere
a quibus patiuntur: cum hæc ſit meditatio per
ſecutorum, ut eos habeant odio quos perſe-
quũtur. *Conſilium* iterum ſedentium principum
fuit, inuentos martyres perdere: conſilium pa-
tientium martyrum, perditos inuenire. Et ſic il
li reddebant mala pro bonis, iſti bona pro ma-
lis. & ſic perſecutores occidendo defecerunt,
martyres uero moriendo uicerunt.

Daleth.

ADhæſit pauimento anima mea, uiuifica me ſecundum uerbum tuũ. Vi
as meas enunciaui, & exaudiſti me, doce me iuſtificationes tuas. Viam iu
ſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Dor
mitauit anima mea præ tædio, confirma me in uerbis tuis. Viam iniqui
tatis amoue à me, & de lege tua miſerere mei. Viam ueritatis elegi, iudi
cia tua non ſum oblitus. Adhæſi teſtimoniis tuis domine, noli me con-
fundere. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.

ADHAESIT *pauimento anima mea*. Quaſi di-
cat: Licet teſtimonia tua meditatio mea
eſt, tamen adhuc timeo, quia anima mea adhæ-
ſit pauimento, id eſt, corpori, quod eſt inferi-
or pars hominis, ſicut pauimentum inferior
Gal.5. pars eſt ædificii. Et quia caro concupiſcit ſem
per aduerſus ſpiritum, ideo quàm diu anima ad
hæret corpori, timendum eſt & rogandum, ne
concupiſcẽtia carnis ſuperet ſpiritum. quod iſte
rogat, dicens: Adhæſit pauimento anima mea,
& ideo *uiuifica me*, ut comprimatur quod aduer
ſus ſpiritum concupiſcitur. Viuifica me dico,
agentem *ſecundum uerbum tuum*, id eſt, præceptũ
tuũ, uel uiuifica me ſecundum uerbũ tuũ, id eſt,
Ge.21. promiſſum tuum. Promiſiſti enim: In Iſaac uo-
Ro.9. cabitur tibi ſemen. hoc eſt, non qui filij carnis,
hi ſunt filij dei: ſed qui ſunt filii promiſſionis, de-
Zach.1. putantur in ſemine. Vel uiuifica me ſecundum
uerbum tuum, quia dixiſti: cõuertimini ad me,
& ego conuertar ad uos. Et debes uiuificare, quia
uias meas uidelicet fœdas, *enunciaui*. cõfeſſus ſum
tibi, *& tu exaudiſti me* delendo peccata, & ideo
doce me iuſtificationes tuas. Et quia multi docen-
tur in iuſtificationibus ſic, ut ea ſciãt, non ut ope
re oſtendant, oſtendit hæc fidelis anima quali-
ter doceri uult, ſic: *Viam iuſtificationum tuarum*,
id eſt, opera præceptorum tuorum. *inſtrue me*, id
eſt, *inſtrue in me*, *& ſic inſtructus exercebor in mi-
rabilibus tuis*, id eſt, in mandatis tuis, quæ mirabi
lem eum faciunt, qui ea imitatur. Nam eum de
infima miſeria ad ſummam gloriam perducũt.
Opus eſt ut me inſtruas, quia *dormitauit*, id eſt,
tepeſcit *anima mea præ tædio* audiendi uidelicet
uerbi dei. Vnde illud, Omnẽm eſcam abomina Pſal.106.
ta eſt anima eorum. Vel dormitauit anima mea
præ tædio, quia tædium eſt mihi conuerſari in-
ter peccatores. & ideo tu domine *confirma me
in uerbis tuis*, ut uiolenter agam & promouear.
Et ut confirmes, *uiam iniquitatis* promotionem
meam impedientem, *amoue à me*, *& de lege tua
miſerere mei*, dando mihi uidelicet legis tuæ non
ſolum inchoationem, ſed etiam conſummatio-
nem. quod non eſt uolentis neq; currentis, ſed Ro.9.
tui miſerentis. debes miſereri, quia inquantum
potui, *uiam ueritatis elegi* per quam currerem. *&
iudicia tua nõ ſum oblitus*. ut currerem; *adhæſi teſti
monijs tuis domine* dum currerem. & ideo *noli me
confundere*, ut dicatur mihi: Hic homo cœpit ædi Luce 14.
ficare, & non potuit conſummare. ſed quo cur-
ro, pertendam: & quo pertendo, perueniam.
quod fiet, Quia *uiam mandatorum tuorum cucur-
ri cum dilataſti cor meum*, id eſt, cum cor meum in 2.Cor.6.
charitate dilataſti. Vnde Apoſtolus: Cor no-
ſtrum, ait, dilatatum eſt. dilatamini & uos.

He.

LEgem pone mihi domine uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemita mandatorum tuorũ, quia ipſam uolui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, in uia tua uiuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tua uiuifica me.

LEgem *pone mihi domine uiam iuſtificationum
tuarum, & exquiram eam ſemper*. Quaſi dicat:
Quia ego uiam mandatorum tuorum cucurri,
ideo domine ne currendo deficiam, uiam iuſtifi
cationum tuarum, id eſt, opera tua iuſtificantia
pone mihi legem, non mutandam, ſed perma-
1.Tim.1. nendam, ut ſemper in lege proficiã. Apoſtolus
dicit: iuſtis non eſt lex poſita, ſed impiis &
peccatoribus. Quare poteſt uideri hic eſſe talis,
qui legem ſibi rogat poni. ſed quia ſuperius di-
xit, ſe uiam mandatorum dei cucurriſſe in cha
ritate, non eſt de populo illo duræ ceruicis, cui
lex erat ſcripta in lapideis tabulis: ſed uideri po
teſt pertinere ad filios liberæ ieruſalem ſuper-
næ, ad filios promiſſionis & æternæ hæredita-
tis, quibus ſpirituſancto tanquam dei digito,
non in tabulis lapideis, ſed in cordibus lex
ſcribitur: non quam memoria teneant & ui-
ta negligant, ſed quam intelligendo ſciant, &
diligendo faciant in latitudine amoris, non in
anguſtia timoris. Nam qui timore pœnæ, non
amore iuſtitiæ opus legis facit, profecto inuitus
facit. Quod autem inuitus facit, poſſet fieri, mal
let utique non iuberi. ac per hoc legis quam eſſe
nollet, non eſt amicus, ſed potius inimicus: nec
eſt mundus opere, qui immundus eſt uolunta-
te. Talis non poteſt dicere quod iſte dixit in ſu
perioribus uerſibus: Viam mandatorum tuo-
rum cucurri, cum dilataſti cor meum. Et quia
dilatatio charitatem ſignificat, ſecundum Apo- Ro.13.
ſtolum, dicentem, Plenitudo legis eſt charitas:
cur ergo iſte legem ſibi poni rogat, quam ſi nõ
haberet, non utique in charitate cucurriſſet? Sed
quia in lege quam accepit, uult proficere, & hoc
intelligit ſine deo eſſe poſſe, legem ſibi poſcit po
ni, non illam quam non habet ut recipiat, ſed in
illa quam habet, magis magisq; proficiat: quem
admodum ſi poculum plenum teneas, & dare
ſitienti incipias, ipſe & hauris bibendo, & po-
ſcis deſiderãdo, hoc modo & iſte legem ſibi po

ni poſcit, dicens:Legem pone mihi domine ui-
am iuſtificationum tuarum, & exquiram eam
ſemper, quandiu uidelicet opus eſt exquiſitiōe.
Quādiu eñ hic uiuimus, opus eſt exquiſitiōe, ut
in ea ſemper proficiamus. Vel exquiritur ſemp,
hic uidelicet & ibi. Hic exquiritur, ut in ea profi
ciatur: ibi exquiritur, ut q hic proficit, eiꝰ p̄mio
perfruatur. Quia dixit, exquiram eam ſemper,
& nullus poteſt exquirere, niſi hoc ſibi deo do-
nante, rogat iſte legis exquiſitor, ut per ſpiritū
faciat, quod per literam ſciebat, ſic: *Da mihi intel
lectum, & ſcrutabor legem tuam.* quaſi dicat: Poſi-
ta lege, indiget intellectu. & tu da ut ſcrutetur
lex tua. Legem ſerutatur, qui ſecundum altiora
præcepta legis operatur. Altiora enim præce-
pta legis ſunt duo illa præcepta, in quibus pen-
1. Cor. 12. det tota lex & ꝓphetæ. Vnde Apoſtolus: Ad-
et 13. huc uobis eminentiorem demōſtro uiam. Si lin
guis hominum loquar & angelorum, charitatē
autē non habeā, factus ſum uelut æs ſonans aut
cymbalum tinniens. Da mihi intellectū, & ſcru
tabor legem tuam. *& cuſtodiam illam in toto cor-
de meo.* Cuſtodiam dico, nō tantum ſcientia, ſed
& uita. Et ut ſic cuſtodiā, *deduc me*, id eſt, de uir-
tute in uirtutem me duc. me dico, poſitum *in ſe-
mita mandatorum tuorū*. i. in arduis præceptis tu-
Matt. 7. is. iuxta illud, Arcta uia eſt quæ ducit ad uitam.
& non curritur niſi dilatato corde. Deduc me
in ſemita mandatorū tuorum. & hoc ideo, *quia
ipſam* ſemitam *uolui*, id eſt, uoluntarie obſeruo,
non coactione uel timore pœnæ. Et quia uolun
Phil. 2. tas bona non eſt ex libero arbitrio, ſed ex dei
adiutorio, qui dat uelle & ꝓ bona uolūtate per-
ficere, rogat iſte bonæ uoluntatis affectionem,
ſic: *inclina cor meum in teſtimonia tua*. quaſi dicat:
Quia uolui ipſam ſemitam, tu inclina cor me-
um, id eſt, perfice uoluntatem in teſtimonia tua,
ut gratis te colam uidelicet. Hæc enim ubique
teſtatur ſcriptura, quod colēdus deus ſit gratis,
nō propter mercedis aliquod emolumentum.
& quoniam auaritia plures impedit, ne gratis
colāt deum, ideo ſubiungitur: *et non in auaritiā.*
Ne autē ſola auaritia impedire uideatur ut gra-
tis non colatur deus, ſubiungit adhuc: *Auerte
oculos meos* interiores, *ne uideant uanitatem*, id eſt,
ne in tuo ſeruitio apponant ſibi aliquod tempo
rale commodum, fauorem uidelicet hominum
uel ſimile. quæ omnia uanitas ſunt. Vnde Salo- Eccle. 1.
mon: Conſideraui omnia quæ ſub cælo, & cæte
ra. Nota q̄ auaritia eſt ꝓprie philargyria, amor
uidelicet pecuniæ. Ne autē amor pecuniæ quēq;
arguat, audiamus dominum dicentem in euan-
gelio: Theſaurizate uobis theſauros in cælo. Ne Matt. 6.
iterū in benefactis fauorem quæramus, admo-
net nos ſermo dominicus, Cauete iuſtitiam ue- Ibidem.
ſtram facere corā hominibus, ne uideamini ab
eis. Et ne iterum ꝓ neceſſitate uictus & ueſtitus
bene operari uellemus, inquit dominus: Nolite
ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut
quid bibemus? ſcit eñ pater ueſter quid uobis
neceſſe ſit. Hæc omnia conſiderauit iſte, dicens:
Auerte oculos meos ne uideant uanitatē. *In uia
tua uiuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuum.* ſta-
torium mihi fac eloquium tuum, ne ad horā cre
dam, ſed ſemper in tuo eloquio perſeuerem. &
hoc in timore tuo filiali, nō ſeruili. *et amputabo
opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum* de alijs. Su
ſpicabar enim de alijs quos uidebam bene ope
rari, ut hoc facerent pro temporali commodo,
nō ut gratis deū colerēt. Et ut deinceps illud nō
ſuſpicer, *amputa* opprobrium meum. Nam te-
mere iudicare, peccatum eſt. Vnde dominus: Matt. 7.
Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nota quia
hæc ſuſpicio de proximo poteſt procedere ex
quolibet, qui iam in dei ſeruitio laborabat pro
temporali commodo: quia quod quiſque in ſe
ſentit, hoc citius de alio ſuſpicatur. Et ideo cum
iſte qui hic loquitur, rogaſſet inclinari cor ſuū ut
gratis deū coleret, rogat a ſe amputari temera-
ria iudicia, ne hoc uidelicet iudicet de ꝓximo,
qđ prius ſentit in ſeipſo. Dicit, amputa oppro-
briū meū quod ſuſpicatꝰ ſum, *quia iudicia tua iu-
cunda*, mea amara. Et *ecce* qualiter iucunda, quia
concupiui mandata tua. & ideo *in æquitate tua uiui
fica me*, id eſt, in charitate tua:

¶ Vau.

ET ueniat ſuper me miſericordia tua domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. Et reſpondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis uſquequaque, quia in iudiciis tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, *&* non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iuſtificationibus tuis.

VIuifica me, *&* ut me uiuifices, *ueniat ſuper
me miſericordia tua domine* id ē, miſericors
tuus, Chriſtus uidelicet, per quem multiplicem
miſericordiam exhibuiſti. Veniat ſuper me, nō
ut me conterat, iuxta illud: Super quē ceciderit Matt. 21.
lapis ille, cōteret eum: ſed ut me defendat, quaſi
caput meum. Quid ipſe uocet miſericordiam,
ſubiungit: *Salutare tuum*, id eſt, ſaluator tuus ue-

niat *ſecundum eloquium tuum*, ſic enim promiſi-
ſti, ut per eum liberares genus humanum. Vel
ueniat ſuper me, me dico, agentem ſecundum
eloquium tuum. Vel ſecundum eloquium tu-
Ro.10. um, ut in ſemine deputer. Et quia parum eſt coe
de credere, niſi confeſſio fiat ore, ſubiungitur: *Et*
reſpondebo exprobrantibus mihi uerbum. Quaſi di
cat: Veniat ſuper me miſericordia tua, & ea ue-
niente, reſpondebo uerbum fidei exprobranti-
bus, id ē, improperātibus mihi, de fide mea: qa
reſponſio non ex me procedet, ſed ex te. *Quia*
ſperaui in ſermonibus tuis, non in meis: quia ſermo
Matt.10. nes mei tui ſunt, iuxta illud: Nō uos eſtis qui lo-
quimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in
nobis. Et quoniam reſpondentibus uerbum fi-
dei, multæ parabantur tribulationes ab his, qui
uerbo fidei repugnabant, rogat hæc fidelis ani-
ma, quatenus pro imminenti tribulatiōe nō ceſ
ſet a ueritatis prædicatiōe. & dicit, *Et ne auferas*,
id eſt, ne auferri permittas ullis tribulationibus
de ore meo uerbum ueritatis uſquequaque, id ē, uſq;
ad id, quod ipſum uerbum poſſit dici derelictū
quaq; ratione a me. Quaſi dicat: Si contigerit ut
timore pœnæ quandoq; taceam, non permittas
me omnino tacere, ſed des mihi per gratiam tu
am reſpicere, ut in Petro notatur. Ipſe enim ne
gando fuit derelictus, flendo receeatus, trina cō
feſſione coronatus. Ne auferas uſquequaq;, *quia*
in iudicijs tuis ſuper. i. deſupe uenientibus *ſpera-*
ui, id eſt, ipſa flagella tua paterna, quæ iuſto iudi
cio tuo mihi ſunt illata, fuerunt mihi cauſa qua-
re ſperarem futuram gloriam. Vel ſuperſpe-
raui in iudicijs tuis, quia ſperaui me plus habitu
Ro.8. rum gloriæ, quām paterer pœnæ. Vnde illud,
Exiſtimo qđ non ſint condignæ paſſiones hui-
us temporis ad futuram gloriam. Vel ſuperſpe
raui, id eſt, ſuper id quod petimus aut intelligi-
Ephe.3. mus, ſperaui me habiturum. iuxta illud, Ei
qui potens eſt ſuperabundanter facere quām pe
timus aut intelligimus. In iudicijs tuis ſuperſpe-
raui. *&* ideo *cuſtodiam legem tuam*, id eſt, dilectio
nem dei & proximi *ſemper*, *in ſeculum* uidelicet
& in ſeculum ſeculi. quod eſt in futuro. quādo de
um plenius amabimus: quia eū quem nūc nō ui
dendo amamus, facie ad faciem uidebimus. ple
nius etiam diligetur proximus, quia nullus erit
ſuſpiciōi locus, ubi alter alteri nō erit occultus.
Cuſtodiam in futuro legem tuam. *& hic ambula*
bam, id eſt, ambulabo. *in latitudine*, id eſt, in cha-
ritate dei & proximi, *quia mandata tua exquiſiui*
. i. exquiram. ſic & cætera quæ ſequuntur, ꝑteri-
ta accipiuntur futura. Vel poteſt legi ut habeat
uim quod dicit, ambulabam in latitudine. ut ſic
oſtendat fidelis anima ſe eſſe exauditam de fu-
turo, cum oſtendit ſibi eſſe exhibita quædam, ꝑ
quæ poteſt de futuris eſſe certa. Exhibitio enim
prǣteritorum, eſt certitudo futurorum. quaſi ſic
dicat: Scio quia ibi cuſtodiam legem tuam, quia
inde quaſi iam arram recepi. quia iā nūc ambu
labam in latitudine, id eſt, in dilectiōe dei & pro
ximi. & hoc non ope mea, ſed tua, quia manda
ta tua exquiſiui. *Et loquebar in teſtimonijs tuis* euā
in conſpectu regum, & non confundebar declinādo
a mandatis tuis timore regum. *Et meditabar*, id
eſt, frequenti cogitatiōe uerſabar in *mādatis tuis*,
in præceptis tuis, *quæ*, id eſt, quia *dilexi* ea. *&* in
his omnibus leuabo *manus meas*, id ē, opera mea
ad mandata tua quæ, id eſt, quia *dilexi*. ipſe leuat
opera ad mandata domini, qui cum bene opera
tur, nō in ſe, ſed in domino gloriatur. deprimit
opus bonum, qui bene operando, quærit fauo-
rem hominum. quod dicit, *Leuaui* manus meas
ad mandata tua quæ dilexi, *& exercebor*, id eſt,
perſeuerabo *in iuſtificationibus tuis*. Ergo domine
quia loquendo, meditando, operando, a præce-
ptis tuis non declinaui huc uel illuc,

¶Zain.

MEmor eſto uerbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me conſolata
eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum uiuificauit me. Superbi inique
agebant uſquequaque, à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudicio
rum tuorum à ſeculo domine, & conſolatus ſum. Defectio tenuit me, pro
peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ
in loco peregrinationis meæ. Memor fui nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem
tuam. Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

M*Emor eſto uerbi tui ſeruo tuo*, ſcilicet com-
plendi ut inter benedictos & filios pro-
miſſionis reputer. quia *in quo*, id eſt, in uerbo illo
mihi ſpem dediſti. Quaſi dicat: Alij ſpem ſuam po
nunt in auro uel in ſimilibus, ego tantum in uer
bo tuo, & hoc nō infructuoſe. Nā *hæc* ſpes habi
ta in uerbo tuo, *conſolata eſt me in humilitate mea*,
id eſt, in deiectione mea, uel afflictione quam pa
tior in hac uita. Et ideo cōſolata eſt me ſpes tua,
quia eloquium tuum uiuificauit me, quia tu promiſi
ſti te adiutorem in tribulationibus. iuxta illud,
Fidelis deus qui non patietur uos tentari ſupra 1.Cor.10.
id quod poteſtis. Hæc me conſolata eſt in humi
litate mea. Et ecce unde humilitas proceſſit, qa
ſuperbi inique agebant uſquequaque. Superbi ſunt,
quos non edomuit damnum immortalitatis &
gloriæ, quam perdiderunt in primo parente. Hi
inique agebant. quia qd iniquius, q̃ illū odio ha
bere quē ſcit diligere? Et uſquequaq;. i. omnimoda
rōne inique agebant. quia non tātum nō piguit
ſe impios eſſe, ſed pios ſtudebant facere impi-
os. Ego *autem à lege tua non declinaui*, ſed *memor*

fui iudiciorum tuorum à ſeculo domine tandem futurorum in uaſa iræ, *& conſolatus ſum* in uaſa miſericordiæ, quæ attendi tua gratia eſſe ſaluanda. Et quia memor fui iudiciorum in uaſa iræ, *Defectio tenuit me præ peccatoribus, derelinquentibus legem tuam*, id eſt, tædebat me conuerſari inter peccatores. Et quia conſolatus ſum in diuitijs uaſis miſericordiæ promiſſis, *cantabiles*, id eſt, laudabiles *erant mihi iuſtificationes tuæ*, id ē, flagella tua iuſtificantia. *in loco peregrinationis meæ*. in hac uita uidelicet, ubi quiſq; peregrinatur a domino, & ubi non cantandum eſt, ſed gemendum. Et quomodo mihi iuſtificationes tuæ erant cantabiles? Quia *memor fui in nocte*, id eſt, in tribulatione *nominis tui domine*, illius uidelicet nōis quod eſt dominus, me uoluntarie faciens ſeruum tuum, *&* cuſtodiendo *legem tuam*. Et *hæc* cuſtodia legis non ex me proceſſit, ſed *facta eſt mihi* a te, *quia iuſtificationes tuas exquiſiui*. Vel hæc nox facta mihi, id eſt, ad utilitatem meam, ut ſic iuſtificationes tuas & non meas exquirerem. Poteſt aliter legi ſuperius quod dicitur, hæc me conſolata eſt in humilitate mea, ut dicamus: Spes illa quam dediſti mihi in uerbo tuo, cōſolata eſt me in humanitate mea, id eſt, in mortalitate mea, a primo parente mihi illata. & ideo conſolata eſt me, quia eloquium tuū uiuificauit me, ut ſpem uitæ haberem, proiectus in mortē. Et unde humilitas proceſſit? Superbi, id eſt, iniqui parētes, inique agebant ab obedientia dei recedentes, & hoc uſquequaq;, id eſt, omnimoda ratiōe, qa ſe ſibi deos fecerunt. Ego autem recepta ſpe uerbi tui, a lege tua nō declinaui, ſed memor fui iudiciorum tuorum a ſeculo, id eſt, ab exordio mundi primis parentibus exhibitorum. & defectio tenuit me .i. tædium me detinuit pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Et tamē cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinatiōis meæ. Nam memor fui in nocte nominis tui domine, & *cuſtodiui* legem tuam. Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Heth.

Portio mea domine, dixi cuſtodire legem tuam. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, miſerere mei ſecundum eloquium tuum. Cogitaui uias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus ſum & non ſum turbatus, ut cuſtodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Miſericordia tua domine plena eſt terra, iuſtificationes tuas doce me.

P*ortio mea domine*. Quia iuſtificationes exquiſiui, ergo domine doce iuſtificationes tuas. quod eſt in fine pſalmi. Doce dico, ut ſemper in eis proficiā. & debes docere, quia tu es portio mea domine. alii mundum eligāt, ego te mihi partem. & quomodo hoc? Quia dixi, id eſt, firmiter ſtatui apud me *cuſtodire legem tuam*. Eius enim pars eſt dominus, qui legem ſuā cuſtodit. Lex autem cuſtoditur, quando ſpiritus uiuificādus, adiuuat me ne litera occidat. Et quoniā nō eſt hominis ut per ſe poſſit cuſtodire legem domini, & inuocandus eſt dominus. Sic enim fides impetrat, quod lex imperat. quod iſte attendēs dicit: *Deprecatus ſum faciem tuam*. Quaſi dicat: Vt cuſtodiam legem tuā, quia per me non poſſum, deprecatus ſum faciem tuam, id eſt, ualde precatus ſum adiutorium tuum & cognitionem tuā *in toto corde meo* dicens: *miſerere mei*, gradiens ſcilicet *ſecundū eloquiū tuum*. & debes miſereri, quia *cogitaui*, id eſt, propoſui mihi *uias meas* fœdas, ut auerterem me ab illis. *& conuerti pedes meos*, id eſt, afflictiones meas *in teſtimonia tua*, id eſt, in uias tuas pulchras. & in tantum, quod *Paratus ſum* ad hoc, *ut cuſtodiam mandata tua*. *& non ſum turbatus*, in illis tribulationibus uel preſſuris, cum tamen non deſit cauſa unde turbarer, quia *Funes peccatorum circumplexi ſunt me*. Funes peccatorum impedimēta ſunt inimicorum, ſiue ſpiritualium, ſicut diaboli & angelorum eius: ſiue carnaliū, in quibus ut in filijs diffidentiæ operatur diabolus. Ipſi enim augēdo peccatum peccato, quaſi funes faciunt, & peccatum ſuum ſicut reſtē longam trahunt, & hinc ſanctos implicare conantur, & aliquando permittuntur. ſed ſi implicant corpus, non implicant animam. qđ in iſto apparet qui dicit: *legem tuam non ſum oblitus*. ſed potius *Media nocte ſurgebam*, id ē, fortior fiebam *ad confitendum tibi*. Per mediam noctem grauior accipitur tribulatio, in qua tribulatione non afflictio eum deijceret, ſed exercitaret ut ſurgeret, & ad cōfitendum fortius proficeret. De hac tribulatiōe Petrus dixit: Tempus ut incipiat flagellum a domo domini. Et ſi initium a nobis, quis finis erit illis qui non obediūt euangelio? Et ſi iuſtus uix ſaluabitur, impius & peccator ubi parebūt? Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſemper attendens *ſuper iudicia iuſtificationis tuæ*, flagella tua quæ iuſtificāt. Notandum quod dicit, ſuper iudicia, quia eum non grauabant flagella domini. ſed in eis delectatus eſt, attendens quia flagellat deus omnem filium quem recipit. Surgebam ad confitendū

1. Pe. 4.

Pro. 3.

tibi,id eſt, in tantum quod *particeps* factus *ſum omnium timentium te*. ſic uidelicet timentium,ut cuſtodiant *mandata tua*. Et ut plures oſtendat eſſe quorum particeps factus eſt,ſubiungit: *Miſericordia domini plena eſt terra*. Quaſi dicat: Bene dixiſti,omnium timentium: quia plena eſt terra reparatorum per miſericordiam domini. Ergo domine *doce me iuſtificatiões tuas*,ut ſemper in melius proficiam.

¶Teth.

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo domine,ſecundum uerbum tuum.Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me,quia mandatis tuis credidi.Priuſquam humiliarer ego,deliqui:propterea eloquium tuum cuſtodiui.Bonus es tu,& in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas, Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum, ego autem in toto corde meo ſcrutabor mãdata tua. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum,ego uero legem tuam meditatus ſum. Bonum mihi quia humiliaſti me,ut diſcam iuſtificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui,ſuper millia auri & argenti,

B*Onitatem feciſti cum ſeruo tuo domine*. Quaſi dicat: Tu debes me docere iuſtificationes tuas. Nam tuã feciſti cũ me ſeruo tuo bonitatẽ, id eſt, boni ſuauitatem,id eſt, talem me feciſti, ut me delectaret bonum. Cui deus propicius inſpirat delectationem boni, & cui donatur charitas domini,ut per charitatem ueniat ad dilectionem proximi,cum eo deus bonum facit. Nam magnum dei donum habet,quem delectat bonum.Nam quem delectat bonum, bonum q̃d facit,non facit timore pœnæ,ſed amore iuſtitiæ. Quem uero bonũ nõ delectat,opus legis quod facit,facit timore pœnæ,nõ amore iuſtitiæ. Cũ deus metuitur & non amatur,ſeruiliter fit, non liberaliter. ſeruus autem ejcietur foras, filius in æternum manet in domo, quia perfecta charitas foras mittit timorem.Et eſt æquipollens dicere quod dicit,Bonitatem feciſti cũ ſeruo tuo. Quaſi diceret.De me ſeruo tuo feciſti filium,& hoc *ſecundum uerbum tuum*,id eſt,ſecundum promiſſiones tuas.Vel feciſti cum ſeruo tuo bonitatem, ſeruo tuo agẽte ſecundum uerbum tuum, id eſt,pręceptum tuum. *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me*. Ecce qui prius confeſſus eſt dominum ſecum feciſſe bonitatem, rogat hic doceri in bonitate. Et quare hoc,niſi quia indulcedine bonitatis uult proficere? Nota quod tria ponit,bonitatem,diſciplinam,ſcientiam. Nam cui deus propicius inſpirat boni delectatiõem, profecto inſtanter orare debet, quatenus in ſe tantum audiatur donum,ut non ſolum pro illo contemnat cæteras delectationes,ſed etiã ꝓ illo quaſlibet perferat preſſuras & tribulationes. & ſic ſuauitati conuenienter additur diſciplina, q̃a diſciplina eſt eruditio per moleſtias.& ideo non quantulæcunque ſuauitati uel charitati addenda eſt diſciplina, ſed tam magnæ charitati, quæ nulla tribulatione poſſit extingui. Tertia ponitur ſcientia,quoniam ſi magnitudinem ſuam præcedit ſcientia, non ædificat, ſed inflat. Cum ergo tanta fuerit charitas in bonitate ſuaui, ut tribulationibus quas adhibet diſciplina, non poſſit extingui,tunc utilis eſt ſciẽtia, ut per ſcientiam homo conſideret quid fuerit,& quid meruerit. & quid a deo acceperit.Quare recto ordine dictum eſt,Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me. Quaſi dicat: Doce bonitatem,inſpirando charitatem: doce diſciplinam, inſpirando patientiam: doce ſcientiam,illuminando intelligentiam. & hæc omnia facere debes,*quia mandatis tuis credidi*,id eſt, hæc omnia credidi per te eſſe mandata, licet hominibus per homines ſint adminiſtrata.Et quid opus eſt ut adhibeas diſciplinam,quæ me corrigat,& doceat ſuauitatem præceptorum tuorum? Quia *priuſquam humiliarer,deliqui*. præceſſit enim delictum, ut ſubſequeretur humiliatio. *Propterea* quia humiliatus fui ad me rediens, *eloquium tuum cuſtodiui*,id eſt,præcepta tua,ne iterum humiliarer, Hæc humiliatio in primo parente eſt accipienda, in quo omnis humana natura uelut in radice eſt uitiata. & quia noluit eſſe ſubiecta ueritati, ſubiecta eſt uanitati. quod profuit uaſis miſericordiæ experiri,ut deiecta ſuperbia, diligatur obedientia,& pereat non reditura miſeria, Eloquium tuum cuſtodiui. *& tu domine doce me iuſtificationes tuas in bonitate tua*,id eſt,fac me attendere ut operando & ſemper in melius proficiendo experiar quàm ſuauia ſunt tua præcepta. Et tuum eſt docere,quia *tu es bonus*,id ẽ, naturaliter ſuauis. & opus eſt ut doceas, quia *multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum*, qui uolunt mihi amarificare tua præcepta. *Ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua*. Quaſi dicat:Quantumcunque abundet in eis iniquitas,in me tamen non refrixit charitas. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum*. Vere multiplicata eſt ſuper me iniquitas. Nam eorum cor induratum eſt in nequitia ſua, iuxta illud: Induratũ eſt cor Pharaonis. Exo. 7. & 9. *Ego uero legem tuam meditatus ſum*,ne horum nequitiæ conſentirem. *Bonum mihi quia humiliaſti me*. Quaſi dicat:Ego pro delicto meo humiliatus ſum, & hoc mihi bonum, quia me humiliaſti,*ut* in ipſa humiliatione uidelicet *diſcam iuſtificationes tuas*,id eſt,experiar quàm bonum ſit ſeruare mandata tua. Ipſa enim mali ex

perientia docuit me, quàm iucundum ſit ſub tua manere obedientia. *Bonum mihi lex oris tui.* Alijs argentum & aurum & ſimilia, uidentur bona: mihi lex tua bona eſt *ſuper millia auri & argenti.* Nam plus amat charitas legem domini, quàm cupiditas mille talenta auri & argenti.

¶ Ioth.

MAnus tuæ *domine* fecerunt me, & plaſmauerunt me: da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. Qui timent te, uidebunt me & lætabuntur, quia in uerba tua ſuperſperaui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia tua ut conſoletur me, ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo. Veniant mihi miſerationes tuæ, & uiuam: quia lex tua meditatio mea eſt. Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt teſtimonia tua, Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, ut non confundar.

M*Anus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua.*
Quaſi dicat: Mihi lex oris tui eſt bonum, & tu da
mihi intellectum ut diſcam mandata, id eſt, re-
forma ut reſurgam in reſurrectione prima. Vn-
de illud, Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. Et
Ephe. 4. tuum eſt reformare, quia manus tuæ, id eſt, po-
tentiæ tuæ fecerunt me ſecundum animam, &
plaſmauerunt me ſecundum corpus. Hac de cau
ſa etiam reformabis me, quia me reformato, *qui
timēt te* timore caſto, *uidebunt* me in tua obedien-
tia perſeuerantem, *& lætabuntur*, meo exemplo
ad bene operandum prouocati. & hoc ideo, *quia*
in uerbo tuo, id eſt, in mādato tuo obſeruato *ſu
perſperaui*, id eſt, ſperaui ſupra id quod petimus
aut intelligimus. Quaſi dicat: Ipſi me imitaban-
tur, non inquantum ego meus ſum, ſed inquan-
tū tibi adhæreo. Vnde Paulus: Imitatores mei
1. Cor. 4. & 11. eſtote, ſicut & ego CHRISTI. Speraui in uerbo
tuo, quia *cognoui domine quia æquitas iudicia tua*,
id eſt, omnia iudicia tua eſſe æqua, *& in ueritate
tua humiliaſti me* in primo parente. quia cum no-
lui in tua obedientia permanendo exaltari, iuſte
me humiliaſti. morte enim in primo parente me
mulctaſti. Et quia in uero iudicio tuo me humilia
ſti, *fiat ſeruo tuo miſericordia tua ut conſoletur me*,
id eſt, recipiam ego ſeruus tuus, non libertus me
us, per miſericordiam tuam cōſolationem: quia
a te recedendo, per iram tuam recepi deſolatio-
nem. & hoc fiat *ſecundum eloquium tuum*, quia di-
Zach. 1. xiſti: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad
uos. Vel conſoletur agentem ſecundum eloqui
um tuum. Vel ſic: Fiat miſericordia tua ut con-
ſoletur me in futuro, & hoc ſecundum uerbum
tuum, dando mihi immortalitatem, quam pri-
mo homini pollicitus es, ſi in obedientia perſti-
tiſſet, in qua nunc ego ſum. & ut tunc me conſo-
letur, *Veniant mihi* nunc *miſerationes tuæ*, id eſt,
exhibitiones miſericordiæ tuæ, *& uiuam* tibi ad
hærendo, qui moriebar a te recedendo. & debes
facere, *quia lex tua meditatio mea eſt*, id eſt, in lege
tua ſemper meditor. in lege tua uidelicet fidei,
quæ per dilectionem operatur. Hæc meditatio
tantum a mandatis eſt, ut non refrigeſcat chari-
tas. Secundum priorem lectionem erit expoſi-
tio. Veniant mihi miſerationes tuæ ad hoc, ut ui
uam: q.a lex tua meditatio mea eſt. Ego uiuam:
ſuperbi autem *confundantur*, ut iniquitas eorum
in me non extinguat charitatem. Cōfundantur
dico, *quia iniuſte*, id eſt, ſine cauſa *iniquitatem fece
rūt in me.* Ego enim laboraui ad eorum ſalutem,
ipſi ad meam perniciem. *Ego autem* quantumcū-
que laboraſſent me deuorare, exercebar *in mā
datis tuis.* Quare *Conuertantur mihi*, id eſt, aſſocien
tur mihi *timentes te*, iuxta illud: Qui dei eſt, iunga-
tur mihi. *Et qui nouerunt teſtimonia tua.* Exponit ti Exo 32.
mētes te, ut attendas de quo timore agat. Quaſi
dicat: Illi qui ſic te timēt, ut noſcāt teſtimonia tua
nō tantū ſcientia, ſed uita, aſſocientur mihi. quod
ut fiat, *in iuſtificationibus tuis fiat cor meum immacu
latum, ut non confundar* uel hic uel in futuro.

¶ Caph.

DEfecit in ſalutari tuo anima mea, & in uerbum tuum ſuperſperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando conſolaberis me? Quia factus ſum ſicut uter in pruina, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Quot ſunt dies ſerui tui, quando facies de perſequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me. Paulominus conſummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua, Secundum miſericordiam tuam uiuifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

D*Eſecit in ſalutari tuo anima mea, & in uerbũ tuum ſuperſperaui.* Quaſi dicat: Merito ſi- et cor meum immaculatum, quia anima mea, id eſt, animalitas mea defecit in ſe, eundo in ſalutare tuum, id eſt, in tuam ſaluationem ſe continẽs, & in uerbo tuo ſuperſperaui. Defectus iſte non eſt culpæ & pœnæ, ſed laudabilis & optabilis. quia nec ſemper defectus ponitur in malo, ſicut nec profectus contrarium ſuum ſemper ponitur in bono, ſed quãdoque in malo. Vnde Pau
1.Tim.4. lus ad Timotheum: Nouitates uerborũ & ani-
& 6. les quæſtiones deuita. proficiunt enim ad iniquitatem. Et de quibuſdam mulieribus dixit: Sem
2.Tim.3. per addiſcunt, & in peius proficiunt. Sic defectus in hoc loco in bono ponitur, quia notat ſanctum deſiderium. in quo deſiderio fuerunt ſancti ante incarnationem domini, ut ille iuſtus Simeon qui dixit: Putas uidebo? putas durabo? O ſi hic me inuenerit illa natiuitas. In hoc etiã deſiderio fuerunt omnes ſancti, poſt incarnationem expectantes reuelationem quãdo dominus iudicaturus eſt uiuos & mortuos. Defecit in ſalutari tuo anima mea, & in uerbum tuum ſuperſperaui, id eſt, in promiſſionibus tuis ſperaui ſupra id quod petimus aut intelligimus. Quæ promiſſiones hoc faciunt, ut per patientiã expectetur, quod a credentibus non uidetur. *Defecerunt oculi mei* interiores, id ẽ, ratio animæ meæ, non tantum ipſa animalitas, eundo *in eloquium tuum, dicentes* affectione deſiderij: *Quando conſolaberis me*, dãdo incrementa uirtutũ? Felix & iſte defectus oculorum, quia non eſt ueniens ex infirmitate animi, ſed ex nimietate deſiderij. Quando conſolaberis me? opus eſt eñ & conſolatione: *qa factus ſum ſicut uter in pruina*. Vter ẽ uas ex corio ſutum, & factum aptum ad excipiendum uinum & cõtinendum. ſed in pruina poſitum, induratur & fit inutile uas: ſic & homo cum fuiſſet uas bonum ad ſuſcipiendum liquorem purum, ueram uidelicet diſcretionem, induratus eſt aduerſus imbrem gratię dei merito inobedientię, & inutilis factus. quod dicit, quia factus ſum ſicut uter in pruina. & tamen quãtum potui, *iuſtificationes tuas non ſum oblitus*. Vel ſic: Quando conſolaberis me, ut hoc uidelicet mortale induat immortalitatem: & debes facere, qa inquantum potui, me ad hoc idoneum feci, qa factus ſum ſicut uter poſitus in pruina. Vel per utrem poſſunt notari carnalia deſideria, per pruinam ros diuinæ gratiæ, per quam cohibentur & reſtringuntur fluida carnis deſideria. Quaſi d. Obtorpuit in me feruor cupiditatis, ut ferueret in me memoria charitatis. & ideo iuſtificatines tuas nõ ſum oblitus. *Quot ſunt dies ſerui tui?* Videns fidelis anima differri conſolationem quam ſuperius rogauit, optans diſſolui & eſſe cum CHRISTO, dicit: Quot ſunt dies ſerui tui, id eſt, quandiu durabunt dies humiliationis, quas ſibi fecerunt ſerui tui. & ne dies illos finiendos putaremus ante extremum iudicium, ſubiungit: *Quando facies de perſequentibus me iudicium*, ſeparando uidelicet grana a paleis? Fuerunt enim quidam, qui dixerunt eccleſiam finiendam eſſe ante conſummationem ſeculi, contra quos dixit dominus in euangelio: Prædicabi-
tur hoc euangelium in uniuerſo orbe terrarum, Matt.24
& tunc erit finis. Quando facies de perſequentibus me iudicium? Opus eſt enim. nam ut me deuocarent, *narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua*, ſcilicet audiendas. quia in lege tua non tantum me delectant uerba, ſed ueritas. Nam *omnia mandata tua ueritas*. Et quia ueritati conſenſi, *iniqui perſecuti ſunt me*. ſed tu domine *adiuua me*. Et opus eſt adiutorio, quia ipſi peccatores *conſummauerunt me in terra*. & hoc *minus paulo*, id eſt, multum parum, quantum ad eorum exiſtimationem. quod de me qui cælum & terram non feciſſent. *Ego autem* licet hoc illis uiſum ſit, *non dereliqui mandata tua*. Et ut non derelinquam, tu domine *ſecundum miſericordiam tuam* mundo exhibitam, *uiuifica me* interiore uiuificatione, ne inuacuum gratiam dei recipiam, & per te uiuificatus, *cuſtodiam teſtimonia oris tui*.

¶ Lamed.

IN æternum domine uerbum tuum permanet in cælo. In generatiõe & generationem ueritas tua: fundaſti terram, & permanet. Ordinatione tua perſeuerant dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi. Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc forte periſſem in humilitate mea. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis uiuificaſti me. Tuus ſum ego, ſaluum me fac, quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me, teſtimonia tua intellexi. Omnis conſummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis.

IN *æternum domine uerbum tuum permanet in cælo*. Quaſi d. A te uiuificatus, cuſtodiã teſtimonia oris tui, quæ nemo poteſt cuſtodire, niſi per tuã uiuificationem. quia nec angeli qui in cælo, id eſt, in ipſis angelis permanet uerbum tuum, id eſt, præceptum tuum, id eſt, uſquequaque ad conſummationem ſeculi per tuam uiuificationem. Et non tantum per tuam uiuificationem

permanet uerbum tuum in cælo,ſed etiam *in ge*
neratione pertinente ad legem,*&* generanõe per
tinente ad gratiam, permanet *ueritas tua*, qa tu
fundaſti terram,id ẽ,eccleſiam tuam in fundamẽ-
Pſal.44. to fidei ſtabilem feciſti. *& permanet*, quia ſedes
tua deus in ſeculum ſeculi. *Ordinatione tua perſe-*
uerant dies,id eſt,omnes qui dies ſunt,id eſt, illu-
minati.quod poſſunt perſeuerare,hoc fit tua diſ
poſitiõe. *quoniam omnia*,id ẽ,omes qui dies ſunt,
ſeruiunt tibi. *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt,tunc*
forte periſſem in humilitate mea. Videns fidelis ani
ma per quem terra eſt liberata,in quo ſit funda-
ta,per quem manet,dicit:Ego periſſem forte,id
eſt,pro certo in humilitate mea,id eſt,in affecti-
one.tunc,id eſt,quando in primo parente humi
liatus ſum, niſi quod lex tua meditatio mea eſt,
lex fidei uidelicet,non fidei inanis,ſed fidei quæ
per dilectionem operatur, per quã impetratur
gratia: quæ gratia id facit in tribulatione tempo
rali, ne miſer homo pereat in humilitate morta
li. Vel poteſt ſic continuari: Secũdum miſericor
diam tuam uiuifica me, & opus eſt, quia forte
periſſem in humilitate mea. tunc,id eſt,quando
paulominus conſummauerunt me in terra, niſi
quod lex tua meditatio mea eſt. & ideo *in æter-*
num nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas,quia in ipſis ui
uificaſti me. Et quia tu me uiuificaſti,*ſaluũ me fac*
dando perſeuerantiam: quia ego *tuus ſum*, qui
primum me eſſe uoluiſti. & perditus ſum, iam
quæro tuus eſſe ut ſaluer. *quoniam iuſtificationes*
tuas exquiſiui, cum tamen multi eſſent qui me im
pedire uolebant. Nam mora & lima *expectaue*
runt pctõres ut perderẽt me,ego teſtimonia tua intel
lexi. & *uidi finem omnis conſummationis*,quia bo-
nũ eſſe attendi, ut pro ſummo bono ſummum
paterer laborem. Cõſummationis finis eſt,in re
gno Chriſti ſine fine gaudere. Ois cõſummatio
nis uidi finem. & hoc non per me,ſed per *manda*
tum tuum nimis latum,id eſt,per charitatem tuam
ualde extenſam,quia uſque ad inimicos diligen
dos extenditur. Vel ſic, Vidi mandatum tuum
nimis latum,id eſt, charitatem tuam uſq; ad ini-
micos extenſam, eſſe finem omnis conſummati
onis,id eſt, totius perfectionis. quia in charita-
te pendet tota lex & prophetæ, ſine qua irrita
eſt uniuerſitas benefactorum,iuxta Apoſtolum 1.Cor.13.
dicentem: Si tradidero corpus meũ ita ut arde
am,charitatẽ aũt non habeã,nihil mihi prodeſt.

¶Mem.

QVomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea eſt. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt. Super omnes docentes me intellexi,quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi,quia mandata tua quæſiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut cuſtodiam uerba tua. A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem poſuiſti mihi. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua,ſuper mel ori meo. A mandatis tuis intellexi,propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

Q*VOmodo dilexi legem tuam domine, tota die*
meditatio mea eſt. quaſi dicat: Quia manda
tum tuum ualde eſt latũ,ideo dilexi legem tuã
eo modo quo diligenda eſt. Nam tota die,id ẽ,
aſſidue meditatio mea eſt. Tali meditatione ex-
pugnatur cupiditas, quæ ſępe faciẽdis legis iuſſi
onibus contradicit. qui autem tota die medita-
tur in lege domini, omnem expellit a ſe cupidi
tatem. *Super inimicos meos prudẽtem me feciſti mã*
dato tuo,quia in æternum mihi ẽ. Quaſi dicat: Ideo
dilexi legem tuã,quia in ipſa lege feciſti me pru
dentem ſuper inimicos meos. Inimici fuerũt car
Gal.4. naliter legem intelligentes, illis qui ſpiritualiter
legem intellexerunt,uelut filij Agar,qui in ſerui
tutem filios generantes, inimici fuerunt filijs Sa
ræ: quia in mãdato domini temporalia præmia
quæſiuerunt, cum illi ad æterna tendebant. ue
lut iſte qui dicit, Super inimicos meos pruden-
tem me feciſti mãdato tuo, id eſt,pręcepto tuo.
& hoc ideo, quia in æternum mihi eſt præce-
ptum tuum ſuaue. Ac ſi dicat: Ideo in mandatis
tuis prudentior ſum quàm inimici mei, quia
ipſi quæſierunt in eis temporalia, & ego æterna.
Ipſi dicunt: Quod intrat in os,coinquinat homi
Mat.15. nem. ego dico, non quod intrat in os, coinqui-
nat hominem. ſed cogitationes quæ exeunt de
corde, ea coinquinant hominẽ. *Super omnes docẽ*
tes me intellexi, id eſt, ſuper illos qui iactabant ſe
eſſe magiſtros & legis eſſe doctores,intellexi. de
quibus dictum eſt, Vę uobis qui habetis clauẽ Luce.11.
ſcientiæ. neque uos intratis,neque alios intrare
permittitis. ſuper quos intellexi,*quia teſtimonia tua*
meditatio mea eſt. Antiquitus enim dictum eſt,Di
liges amicum tuum, & odio habebis inimicum Matt.5.
tuum. Tua autem teſtimonia ſunt, Diligite ini- Leui.19.
micos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos. Mat.5.
In quibus teſtimonijs ſemper fuit meditatio
mea, & hoc *ſuper ſenes, quia mandata tua quæſi-*
ui, quærendo in eis ſpiritualem intelligentiam,
non attendendo carnalem obſeruãtiã. Nam *ab*
omni uia mala prohibui pedes meos, id eſt, affecti-
ones meas, ad hoc uidelicet, *ut cuſtodiam man-*
data tua. Et quia non ſufficit declinare a ma-
lo, niſi ſequatur bonum, ſubiungitur: *à iudicijs*
tuis, quæ tu feciſti & ſic docuiſti, *non declina-*
ui, quia tu legem poſuiſti mihi, ut qui in finem

perſeueraret,hic ſaluus eſſet.& quia tu poſuiſti, (Mat. 10. & 24.) ideo *quàm dulcia ſunt faucibus meis eloquia tua*,faucibus uidelicet cordis. & non tantū dulcia ſunt mihi ad ædificationem meam,ſed etiam *ori meo* ſunt dulcia *ſuper mel*, ut eructuem illa ad ædificationem proximorum. quia plus me delectat proximi ædificatio, quàm aliqua terrenarum rerum dulcedo. & hoc *à mandatis tuis intellexi.* Mandata dei intelligit, qui ea in opere oſtendit. Vnde illud,Cupis ſapientiam? ſerua mandata. (Mat. 19.) Ad ſapientiam enim peruenitur occultorum, per obedientiam mandatorum. Et illud, Qui (Eccles. 1.) apponit ſapientiam,apponit dolorem. A mandatis tuis intellexi,*propterea odiui omnem uiam iniquitatis*. quia nullus perfectè amat charitatem, qui non habet odio iniquitatem.

¶ Nun.

LVcerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Humiliatus ſum uſquequaque domine,uiuifica me ſecundum uerbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine,& iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis ſemper,& legem tuam tuam non ſum oblitus. Poſuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui. Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum,quia exultatio cordis mei ſunt. Inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum,propter retributionem,

L*Vcerna pedibus meis uerbum tuum , & lumen ſemitis meis*. Quaſi dicat:Ideo odio habui uiam iniquitatis, quia uerbum tuum, non uerbū Chriſtum,ſed uerbum Chriſti ad prophetas factum,per apoſtolos prædicatum, quod continetur in omnibus ſcripturis,eſt lucerna pedibus meis,id eſt,affectionibus meis , Lucerna enim non per ſe,ſed per aliud lucet:quia apoſtoli non per ſe,ſed per Chriſtum lumen uerum in ſplendore lucis coruſcabant . ideo prædicationis uerbum per apoſtolos prædicatum, quaſi lucerna fuit pedibus. Verbum autem quod Chriſtus p̃dicabat, quia per ſe nimium fulgoris plenitudine rutilabat,non lucerna, ſed lumen dicitur. & lumē in ſemitis, id eſt, in arctioribus præceptis. Ipſe enim exemplum fuit nobis arctam uiam inſiſtendi,id eſt, arctiora præcepta ſcientia inueſtigādi,quæ in opere debemus experiri.quia quæ docuit ore, compleuit opere. Et quia uerbum quod per prædicatores audimus, non illo inſpirante & adiuuante, ad effectū operationis non ducitur , ideo dicitur proprie lumen in ſemitis dei. *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.* Quia uerbū tuū eſt lumē in ſemitis,ideo iuraui, id eſt,ſacramento confirmaui . & quaſi quæreres quid iuraſſet, ſubiungit,& ſtatui,id eſt,immutabiliter propoſui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. quia ſic debet mens eſſe fixa in cuſtodiendis iudicijs domini,ut omnino pro iuratione ſit accipiendum quod ſtatuet. Tunc autem cuſtodiuntur iuſta iudicia domini,quando ſub iuſto iudice deo nec peccatum impunitum, nec opus bonum irremuneratum creditur , Et quoniam in cuſtodiendis iudicijs domini ſancti multas preſſuras & perſecutiones patiūtur, quod iſte in ſpiritu prophetico uidens dicit,*humiliatus ſum uſq; quaq; domine*,id eſt, uſq; ad illam humiliatiōem, quod poſſum dici quaq; humiliatione humiliatus,quantum ad illos a quibus humiliatus ſum. Ipſi enim putabant me ex toto a te eſſe derelictum. Sed ne pro humiliatione periret uerbum fidei,rogat uiuificari,ſic: *Viuifica me ſecūdum uerbum tuum*,quia mortuus fui ſecundum primi hominis præuaricationem. *Voluntaria oris mei beneplacita fac domine*,id eſt,noli reprobare,ſed approba uoluntaria ſacrificia laudis, ex confeſſione charitatis,non ex timore neceſſitatis oblata. *& iudicia tua*, id eſt,præcepta tua *doce me*,ulteriorando profectum. Et debes,quia *anima mea eſt in manibus meis ſemper*,id eſt,operibus meis,ut tibi eam offeram. Vel ſemper ſolicitus ſum de ꝓfectu animæ meæ, & ideo *legem tuam non ſum oblitus*,cum tamen non deſint qui me uellent eam obliuiſci. Quia *poſuerunt peccatores laqueum mihi*,ut me irretirent in mandatis ſuis. pro quo laqueo tamen *de mandatis tuis non erraui*, ſed *hæreditate acquiſiui teſtimonia tua* , id eſt, pro hæreditate reputaui obſeruare mandata tua uel teſtimonia tua,id eſt, martyria tua acquiſiui,hæreditati comparabilia. Sicut CHRISTVS accepit hæreditatem a patre , ſic ſancti martyres q̃ſi ꝓ hæreditate acceperūt a domino,ut teſtes eius fierent in martyrio. quod multi uoluerunt,ſed nō potuerunt. Nulli tamen potuerūt, niſi quod uoluerunt :quia non potuiſſent, ſi teſtimonia dei noluiſſent. Et quoniam ſancti martyres in teſtimonijs domini non quærunt gloriam hominum uana quærentium,ſed æternam gloriam breui tempore patiētium, & ſine fine gaudentium,ſubiungit:*in æternum*. Quaſi dicat,Ideo teſtimonia tua acquiſiui, q̃a in æternum ſunt me ſcilicet ducentia : *q̃a exultatio ſunt cordis mei*, licet afflictio ſint corporis. & ideo inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Ecce quod ſuperius dixit,inclina : hic dicit,inclinaui. & quid per

hoc intelligemus, niſi ut oſtēdat inclinationem ſui cordis, diuini eſſe muneris, & non propriæ uoluntatis? Sed mouet quod dicit, ad faciēdas iuſtificationes tuas in æternum. quia opera miſericordiæ quæ fecimus erga proximorum neceſſitates, non ſunt æterna, quia nec ipſæ neceſſitates: quæ opera miſericordiæ ſi non fiunt diligendo, nullæ ſunt iuſtificationes: ſi autem ex dilectione fiant, iuſtificant. dilectio autem quia manet in æternum, ideo qui æternaliter diligit, q̄rit habere quod diligit. quod dicit, *inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternū, propter retributionem.*

¶Samech.

INiquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor & ſuſceptor meus es tu, & in uerbum tuū ſuperſperaui. Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata dei mei. Suſcipe me ſecundum eloquium tuum, & uiuam: & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis, quia iniuſta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi teſtimonia tua. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.

Hæc litera ſignum & exhortatio eſt, ut quilibet audiens q̄Ꝫ hic dicitur, iniquos odio habui, & in hoc dominus eſt mihi adiutor, & in eo ſuperſperaui: attentus ſit, & nō perfunctorie uel tranſeunt accipiendo exiſtimet contra euangeliſtarum conuenientiam, ſcilicet nec uitium propter hominem diligendum eſſe, nec hominem propter uitium odio habendum.

INiquos odio habui. Ego de mandatis tuis non erraui, ſed potius iniquos errātes odio habui, & in hoc *legem tuam dilexi*. quod plus eſt quàm ſi diceret, compleui. quia non eos ipſos, ſed eorum errores odio habui, quod eſt bonum & perfectum odium. *Adiutor & ſuſceptor meus es tu.* Et in eo quod iniquos odio habui & habeo, tu es adiutor & cooperator meus: quia ego operor, & tu cooperaris. Et tu mihi adiutor es ad hoc odium inimicorum, & ad dilectionem legis prius fuiſti ſuſceptor meus, id eſt, medicus & curator meus, ſanans me a peccatis in baptiſmo. & in hoc q̄Ꝫ iniquos odio habui, iens *in uerbum tuum*, quia tu hoc iubes, *ſuperſperaui*, id eſt, uehementiorē habui ſpem quàm dici poſſit uel cogitari. Et q͞a iniquos odio habui, *declinate à me maligni* .i. deſiſtite a perſuaſionibꝰ ueſtris, quibꝰ me deuocare nitimini. & ſic uobis ceſſantibus, *ſcrutabor*, id eſt, cum diligentia rimabor *mandata dei mei*, nullo impediente. Suſcipe me ſecundum eloquium. Et ut idoneus ſim ſcrutari mandata tua, *Suſcipe me* domine *ſecundum* promotionem patrocinio tuo, faciens me uiuere ſecundum *eloquium tuum*, id eſt, iuxta præceptum tuum. & ſic ſi me ſuſceperis, *uiuam*, id eſt, ero ſedulus ad impletionem mandatorum tuorum, per q̄ tenditur ad uitam æternam. & *non confundas me ab expectatione mea*, id eſt, ne permittas me confundi, quia diu expectaui & deſideraui, ut tu ſuſcipias me. *Adiuua me*. Prius inſinuauit gratiam cū dixit, ſuſcipe me: modo etiam liberum arbitrium, cum dicit, Adiuua me, id eſt, coöperare mihi. & te adiuuante *ſaluus ero*. & ſemper *meditabor* in hoc, quia tu es ſolus iuſtificans. *Spreuiſti omnes diſcedētes.* ideo oro ut ſuſcipias me, & adiuues me perſiſtere ſecundum eloquium tuum, quia ſpreuiſti, id eſt, damnaſti omnes diſcedentes *à iudicijs tuis*, id eſt, non perſeuerantes in præceptis tuis. & merito, *quia iniuſta cogitatio eorum.* Omnis enim diſcedens a præceptis domini, aut cogitat & putat illum adeo eſſe miſericordem, ut non puniat creaturam ſuā: aut impotentem, aut ignorantem, aut aliquid huiuſmodi. Pro qua cogitatione iure damnatur. *Præuaricantes reputaui.* Quaſi aliquis diceret: Ego non diſcedo a præceptis domini, quia licet peccem, in fide permaneo. ad hoc reſpondet, non tantum a fide apoſtatantes, ſed *omnes peccatores*. ita ſcilicet peccatores, ut ſint *terræ*, id eſt, ut terra ſint, & terra permaneant, reputaui præuaricantes, id eſt, dei mandata tranſgredientes, & ideo a iudicijs dei diſcedentes. Peccatores terræ uocat, criminaliter peccantes. quia ſicut terra ponderoſior eſt cæteris elementis, ita capitalia crimina grauiora ſunt uenialibus. Et quia tales a te damnari perpendi, *ideo dilexi teſtimonia tua*, ne & me ſimili modo damnares. *Confige timore tuo.* Sicut mente te diligo, ita etiam *carnes meas*, id eſt, ſenſualitates meas, uidelicet quinque ſenſus corporis, uel prauas ſuggeſtiones ex carne ſuborientes, confige timore tuo caſto, id eſt, dilectione tua ita conſtringas, ut nec uelim nec poſſim aliq͞d, quod diſpliceat perficere: ad modum illius qui clauis cō̄fixus, etiam ſi uelit, nuſquam poteſt membra deflectere. Et iuſtū eſt ut hoc facias, quia nō ſum cōfiſus in uiribus meis. ſed ſemper *timui* & timeo *à iudicijs tuis*, id eſt, a præceptis tuis excidere.

¶ Ain.

FEci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi. Oculi mei defécerunt in ſalutare tuum, & in eloquium iuſtitiæ tuæ. Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam, & iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. Tempus faciendi domine, diſſipauerunt legem tuã. Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui.

Verum hic habet oculum qui hic loquitur, quia fonte ſapientiæ potatus, uerum habet intellectum. & ueterem legem ſpirituali uidet oculo, & operatur ſpiritualiter quæ in ea iubentur. Pro quo iudæi carnalem habentes oculum, calumniantur eum: ſed ipſe orat ne tradatur poteſtati & uoluntati eorum, ſed potius illi ceſſent & conuertantur.

F*Eci iudicium.* Ego dilexi teſtimonia tua domine. & quia ea dilexi, feci iudicium, id eſt, ſpiritualiter intellexi quæ ad literam ibi dicta ſunt. *Et cũ intellexiſſem, feci iuſtitiam,* id eſt, operatus ſum ſecundum quod intellexi. & ideo habui iudæos calumniatores. Sed quia ego feci iudicium & iuſtitiam, *non tradas me calumniantibus me.* Calumnia dicitur, cũ aliquid falſo alicui imponitur. uel cum hoc quod per uirtutem agitur, per detractionem ſubuertitur, ſicut iudæi de domino dixerũt, In Beelzebub principe dæmoni-
Luca.11. orum ejcit dæmonia. *Suſcipe ſeruum tuum.* Et nõ tantum oro, ut non tradas me calumniantibus, id eſt, ut non deficiam à ſtatu in quo ſum, ſed etiam ſuſcipe me ſeruum tuum ſecundum promotionem *in bonum,* id eſt, ut eam de uirtute in uirtutem, uel ut faciam iudicium & iuſtitiam melius & melius. *Non calumnientur me ſuperbi,* id eſt, ceſſent a calumnijs, & ſpiritualem accipiant intellectum. *Oculi mei defecerunt.* Propter hoc etiam domine ſuſcipe me, quia oculi mei, id eſt, intellectus & mens mea defecerunt ab omni mala intentione, & ab omni appetitu exteriorum, tendentes *in ſalutare tuum,* id eſt, in mandata tua, quæ obſeruata, ſalutaria ſunt & uita & ſalus. *Et in eloquium iuſtitiæ tuæ,* quæ de ore tuo præcepiſti iuſte fieri, *fac cum ſeruo tuo.* Et quia oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, fac cum ſeruo tuo *ſecundum miſericordiam tuam,* id eſt, cooperare mihi pro quãtitate miſericordiæ tuæ, faciẽs me deinceps ſtudioſius bene operari. *& doce me iuſtificationes tuas,* id eſt, fac me recognoſcere iuſtitiam meam eſſe tuam non mihi attribuendam. *Seruus tuus ſum ego.* O domine, quia ego ſeruus tuus per omnia tibi obediens, *da mihi intellectum,* id eſt, oculum ſpiritualem magis ac magis, *ut ſciam teſtimonia tua,* id eſt, ueteris legis ſcripturam, quæ omnia teſtatur, quæ nunc in noua lege obſeruantur. *Tempus faciendi.* Et nunc *domine* tempus opportunũ eſt faciendi hoc, ut mihi des intellectum: quia non habentes oculum, & mihi calumniantes, *diſſipauerunt legem tuam.* neque credendo, neque obſeruando quæ iubentur in lege. *ideo dilexi mandata tua.* Et ut dares mihi intellectum, ideo dilexi mandata tua, id eſt, noua præcepta tua ſuper *aurum & topazion,* id eſt, ſuper omnia quæ in temporalibus magis habentur precioſa. Topazius & pro claritate & pro raritate nimis eſt precioſus. Quãto enim rarior, tanto precioſior. *Propterea ad omnia mandata tua.* Non tantum autem ideo dilexi mandata tua, ſed etiã propterea *dirigebar* ad omnia mandata tua ſecundum executionem operationis. & propterea *odio habui omnem uiam iniquitatis,* id eſt, uitia carnis & carnalem intellectum legis.

¶ Phe.

MIrabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam. Aſpice in me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & nõ dominetur mei omnis iniuſtitia. Redime me à calumnijs hominũ, ut cuſtodiam mandata tua. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſtificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.

Iſta collectio uerſuum in hoc differt a præcedenti, quia ibi fuit præcipua cauſa orare ut non daretur in calumniam iudæorum. Hic autẽ præcipua eſt intentio, oſtendere cauſas erroris illorum. Et ideo hoc elementum interpretatur, errauit, ſ. populus iudaicus. In hoc quippe er-

rauit,qa teſtimonia oris dei non mirabilia habuit, nec ſcrutando ea in humilitate ſuit paruulus.

M*irabilia teſtimonia tua.* O domine, da mihi intellectum ut ſciam teſtimonia tua, quia mirabilia ſunt, id eſt, digna admiratione. *Et ideo ſcrutata eſt anima mea*, id eſt, diligenter in eis inueſtigauit intellectum. Multa quippe in lege ſunt præcepta, quæ neſcientibus iure uidentur neganda, ſicut quod præcipitur caput, nõ cauda
Leui.5. in hoſtiã offerri, & paſſer collo retorto ſub alas
Exo.21. occidi, & iudaici ſerui auris ſubula perforari, & multa huiuſmodi: q̃ ſpiritualiter intellecta, magnã præſtant ædificationem. ſed iudæi, non mirantur, quia nec eam intelligunt, nec diſcere contendunt. *Declaratio ſermonum tuorum.* Reſponſio eſt ad hoc, ſi aliquis diceret: Cum ſint mirabilia, quomodo ſcrutari poteris ea? Quia declaratio ſermonum. i. euangelium quod declarat ſermones tuos. i. legem & prophetas *illuminat* ſcilicet me. *&* quia illuminare non poſſet ſecundum literalem ſcientiam, determinat ſecundum qđ illuminet, ſcilicet *intellectum dat paruulis*. i. humilibus, nõ ſuperbis. hoc eſt, humiles facit ſpiritualiter ea intelligere. Ad hoc pluralit̃ dicit paruulis, ut deſignet non quibuſlibet ſcrutantibus dari ſpiritualem intellectum, ſed illis tãtum qui in humilitate perſeuerãt. *Os meum aperui.* Et ut poſſem ea ſcrutari, & per declarationem me illuminares, & intellectum mihi dares, os meum aperui, id eſt, magno appetitu cor meum dilataui: ſicut aliquis cupiens ſaturari, os exterius aperiret. *& attraxi ſpiritũ.* i. recepi in me ſpiritumſanctum, qui dat intellectũ. Quem ſpiritumſanctũ ideo conſecutus ſum, *quia mandata tua*. i. nouam legem *deſiderabam*. i. cum deſiderio adimplebã.

Aſpice in me. Os meũ aperui. ſic dicens apud me: Aſpice in me. i. illumina me ſecũdum intellectũ. non dicit, aſpice in me. i. interiori illuminare. *& miſerere mei.* i. hoc facias ex miſericordia, *ſecundum* quod iudicãdum eſt de diligentibus *nomen tuum*, quod eſt dominus. Paſſiue hic dicitur iudicium. Et hoc tantum ualet, ac ſi diceret: Aſpice in me ex miſericordia, & nõ ex merito. *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum.* Non tantum des mihi intellectum, ſed etiã dirige greſſus meos. i. da mihi bonas affectiones ad mandata tua obſeruanda: *& nõ dominetur mei omnis iniuſtitia.* i. nullum peccatum aut uitium regnet in me. *Redime me.* Poſtquã illuminabor, & greſſus mei dirigentur, erũt calumniatores mei illi, qui neq; intelligunt, neq; obſeruãt legem. ſed tu domine redime me à *calumnijs* illorum q̃ homines ſunt, tantum terrena ſapientes. Et determinat ſecundum quod deberet redimi ab eis. Non oro ut mihi non calumnientur, ſed ne deuocent me a mandatis tuis, ſed perſeuerem cuſtodiendo illa. *Faciem tuam illumina.* Dixit ſuperius, aſpice in me ſed per quem hoc faceret, non dixit. ideo repetit ut hoc adiungat, dicens: Illumina faciem tuam, id eſt, filium tuum, per quem tu cognoſceris uelut aliquis per faciem ſuam. *ſuper ſeruum tuum* id eſt, in ſuperiori meo, qui ſum ſeruus tuus. Et ita rogo illuminari, ut doceas me *iuſtificationes tuas*, id eſt, ueterem legem ſecundum fidem & intellectum & operationem. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Homines mihi calumniantur pro quibus oculi mei deduxerunt exitus aquarum, id eſt, fontes lachrymarum. nõ ideo quia me calumniati ſunt, ſed *quia legem tuam non cuſtodierunt* uel fide, uel intellectu, uel operatione.

¶Sade.

IVſtus es domine, & rectum iudicium tuum. Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & ueritatem tuam nimis. Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt uerba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum uehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Adoleſcentulus ſum ego & contemptus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Iuſtitia tua iuſtitia in æternum, & lex tua ueritas. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, mãdata tua meditatio mea eſt. Aequitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & uiuam.

Iſte fidelis qui in præcedenti parte orat illuminationem & greſſuum directionem, & triſtatus fuit pro calumniantibus ſe, hic oſtendit ſe cõſolatum propter iuſtum iudicium dei, quoniam & illum exaudiuit, & inimicos iudæos excæcauit. In quibus utriſque rebus iuſtum iudicium exercuit.

I*Vſtus es domine.* Ego cuius oculi deduxerunt exitus aquarum, habeo conſolationem ex eo domine, quod tu iuſtus es naturaliter. *& quod iudicium tuum rectum ẽ*, id eſt, illã iuſtitiam q̃ naturaliter eſt in te, exhibes opere. *Mandaſti iuſtitiam.* Vere iudicium tuum eſt rectũ, quia dediſti mihi quod longe ante fuit remorum, ſcilicet *teſtimonia*, id eſt, præcepta *tua*, iuſtitiam, id eſt, ut intelligerem ueterem legem eſſe iuſtitiam, quæ ſpiritualiter impleta iuſtificat. *& ueritatem tuam nimis.* ſed mandaſti, id eſt, nouam legem quæ ueritas eſt, & nimis ueritas, quantum ad priorem q̃ umbra fuit. *Tabeſcere me fecit.* Ideo dediſti mihi nouam legem, quæ ueritas eſt, & iuſtitiã: quia *zelus meus* tabeſcere me fecit, id eſt, dilectio quã habui erga inimicos meos, fecit ex eo me lãguere & nimium dolere, quod ipſi *inimici mei obliti ſunt uerba tua*, id eſt, præcepta tua. *ignitum eloqui*

um tuum. Et ex eo magis tabeſcendum & dolendum eſt pro illis obliuiſcentibus mandata tua, quia eloquium tuum eſt *uehementer* ignitum. Ignis tria operatur: conſumit, illuminat, accendit. Ita præceptum domini conſumit uitia in hominibus, illuminat ſecundum ſcientiam, accendit ſecundum charitatem. Et quia illi carent his donis omnibus, iure dolendum eſt pro eis. Et quia eloquium tuum uehementer eſt ignitum, ego qui ſum *ſeruus tuus,* diligo *illud. Adoleſcentulus ſum.* Et quanquam diligam illud ego qui ſum adoleſcentulus, id eſt, innouatus, nihil habens in me uetuſtatis, tamen ſum *contemptus* & deſpectui habitus, ſiue ipſe reputans me uilem, ſiue ab alijs contemptui deditus. Sed licet ita uidear deſpectus, tamen *iuſtificationes tuas non ſum oblitus,* id eſt, non recedo ab obſeruatione legis. *Iuſtitia tua.* Merito etiam contemptus, iuſtificationes tuas non obliuiſcor, quia iuſtitia tua, id eſt, uetus lex eſt *iuſtitia* deducens in æternitatem. *& lex tua* ſ. noua, *ueritas* eſt ſimiliter ducens in perennitatem. *Tribulatio & anguſtia.* Et non ſolum contemptus ſum, nec enim hoc ſolum ſatis uehemens cauſa eſſet propter quam obliuiſci deberet præcepta domini, ſed etiam tribulatio quæ eſt corporis, & anguſtia quæ eſt animæ, *inuenerunt me* ſcilicet idoneum ad patiendum, id eſt, uidens me deus idoneum & fortem ad perferendas tribulationes & anguſtias pro ſalute animæ meæ, permiſit mihi talia fieri. Dicitur enim deus per anguſtias & tribulationes, quæ ſunt quædam eius dona, quærere dignos eo modo coronari, & tales inuenit ipſa tribulatio. Nam ſunt quàm plurimi, q ſi paterentur aduerſitatem, deficerent. Quibus parcit deus ne corruant, ſed tamen inferioris dignitatis ſunt patientibus. quãquam tribulatio & anguſtia inuenerunt me, tamen *mandata tua meditatio mea eſt,* id eſt, præcepta tua nouæ legis meditor adimplere. *Aequitas teſtimonia tua.* Et merito meditor in mandatis tuis in tribulatione, quia teſtimonia tua ſunt æquitas, id eſt, iuſta & honeſta in ſeipſis, & deducentia in æternitatem. Et quia ita ſunt, oro domine, *intellectum da mihi,* & fac me ulterius ea perfectius intelligere. *& tunc uiuam* in æternum.

ℭCoph.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me dñe, iuſtificationes tuas requiram. Clamaui ad te, ſaluum me fac, & cuſtodiam mandata tua. Præueni in maturitate & clamaui, qa in uerba tua ſuperſperaui. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Vocẽ meã audi ſecundum miſericordiam tuam domine, & ſecundũ iudicium tuum uiuifica me. Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati, à lege autem tua longe facti ſunt. Prope es tu domine, & omnes uiæ tuæ ueritas. Initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundaſti ea.

Hoc elementum indicat hunc fidelem qui loquitur, multis & maximis tribulationibus eſſe concluſum & circunuallatum. & nullatenus inde poſſe eripi, niſi diuino adiutorio. & ideo inſtanter inuocaſſe dominum, ut det ei perfectiorem intellectum, & executionem mandatorum eius.

C*Lamaui in toto corde.* Cum eſſem in contemptu, & tribulatio & anguſtia inueniſſent me, aliud refugium non quæſiui niſi clamaui. Et hoc non oris clamore, ſed in toto corde, ut cor tuum uacaret ad clamorem. Sed aliud eſt clamare corde, aliud in corde. quia etiam uoce clamantes, corde clamant. Sed in corde clamare, eſt ſine uoce intentionem cordis domino oſtendere. Clamaui ergo in toto corde, dicens: O *domine, exaudi me* in hoc tantum, ut *iuſtificationes tuas requiram,* id eſt, ut quæram & aſſidue requiram cum magno deſiderio præcepta tua. & obſeruem. *Clamaui ad te.* Clamaui inquam non ad uicinos & amicos, ſed ad te uolentem & potentem, ita dicens: *Saluum me fac,* id eſt, hanc ſalutem mihi concedas ut *cuſtodiam,* id eſt, compleam *mandata tua.* Hic intelligitur ſalus eſſe, mandata domini cuſtodire. *Præueni in maturitate.* Et merito debes me clamantem & honeſta petentem exaudire, quia ego alios præueni in maturitate, id eſt, in adoleſcentia q̃ ætas eſt immatura & indomita ad cuſtodienda mandata tua. Nam iuuenes quantum ſunt ætate feruentiores, tantum ſunt ad ſuperbiam & iram ac luxuriam cæteraq; uitia procliuiores. Cum ergo adhuc ætate uiderer immaturus ad talia, tamen ad te *clamaui,* & præueni alios bene uiuendo. Et *in uerbum,* id eſt, in eloquium tuum *ſuperſperaui;* id eſt, uehementiorem ſpem habui ſuper ſpem quam prius habui. Semper enim ſpes creſcit cum meritis. *Præuenerũt oculi mei.* Et ideo debes me exaudire, quia oculi mei *ad te* directi, præuenerunt alios *diluculo.* ſemper mane uigilaui, intentionem mentis meæ ad te dirigens continuo. Propter hoc *ut meditarer eloquia tua,* id eſt, ut exercerer in mandatis, ad ſimilitudinem illius qui ſummo mane feſtinat ad opus

ſuum. Vel diluculo, id eſt, in luce uirtutum præuenerunt oculi mei alios ad te, id eſt, tibi aſſcripſi quicquid in me uirtutis fuit, ita ut me ditarer eloquia tua. *Vocem meam audi.* Et quia ego in maturitate præueni ſ. alios, & oculi mei diluculo præuenerunt, tu *domine audi uocem meam*, non tantum pro meritis meis, ſed *ſecundũ miſericordiam tuam*, id eſt, ſecundum gratiam *& ſecundum iudicium tuum*, id eſt, ſecundum quod tu iuſtum iudicas, ſcilicet ſecundum meritum etiam meum *uiuifica me*, id ẽ, fac me cuſtodire mandata tua. quod eſt mihi uita. Vel audi uocẽ meam ſecundum miſericordiam tuam hic in præſenti, ne deficiam, & in futuro iuſto iudicio uiuifica me, dando mihi uitam æternam. *Appropinquauerũt perſequentes me.* Et iuſtum eſt ut me appropinquantem iuſtitiæ, uiuifices: quia perſequentes me, appropinquauerũt *iniquitati*. Sunt quidam in iniquitate, ſed magis magisq́ſ ſemper appropinquant, *ſed à lege tua longe* fiunt. Licet iſta coniuncta ſint, tamen aliud eſt a lege dei elongari, aliud ẽ iniquitati appropinquare. Eſt enim appropinquare iniquitati, uitia diligere, & mala agere. Lõge uero a lege dei fieri, eſt uirtutes & bona opera negligere. Vel neceſſariũ eſt ut me uiuifices, quia perſequẽtes me appropinquauerunt iniquitati, id eſt, uolentes me ſibi cõformare, perſequendo magis magisq́ſ appropinquant deformitati & tenebris, & longe fiũt a lege tua. dictũ a ſimilitudine alicuius, qui quanto magis tenebris appropinquaret, tanto magis elõgaretur a luce. *Prope es tu domine.* Et ne aliquis putaret eos qui a lege dei longe fiunt, etiam ſi pœniteret eos, nunquam poſſe ad dominum reuerti, dicit: Ex eo q̃d ſunt appropinquantes iniquitati, nõ habent excuſationem quaſi non poſſent habere adiutorẽ, ſi uellent reſpicere, quia tu domine prope es, id eſt, miſericors es & pronus ad ſubueniendum. *&* cum tu prope ſis, & illi non conuertãtur, non eſt tibi imputandum, cum *omnes uiæ tuæ* ſint *ueritas*, id eſt, & iuſta ſint iudicia tua & uera, in eo ipſo quod illos excæcas. Vel ita hac fiducia, ut audias uocem meam oro: quia tu es prope omnibus inuocãtibus te. Et ideo etiam, quia omnes uiæ tuæ, id eſt, omnia præcepta tua ſunt ueritas, id eſt, iuſta, *initio cognoui.* Ideo etiam oro ut audias uocem meam, ut cuſtodiam mãdata tua, *quia fundaſti ea in æternũ*. i. illi cui ſtabiliter fundaſti ea & dediſti, ualent ad æternitatem. Quod ex oppoſito cognoui *de teſtimonijs tuis*, datis initio primis parentibus in quibus non erant fundata, quia non ſunt cuſtodita ab eis. Ideo cognoui ex hoc, quia illos in quibus fundata ſunt, id eſt, a quibus firmiter cuſtodiunt, ducunt ad uitã æternam. Nam ſi primi parentes noſtri propter tranſgreſſionem ab æternis deuenerunt ad temporalia, nos propter obſeruantiã mandatorum dei, a temporalibus ſubleuabimur ad æterna.

¶Res.

VIde humilitatem meam *&* eripe me, quia legem tuam non ſum oblitus. Iudica iudicium meum *&* redime me, propter eloquium tuum uiuifica me. Longe à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſierũt. Miſericordiæ tuæ multæ domine, ſecundum iudicium tuum uiuifica me. Multi qui perſequuntur me & tribulant me, à teſtimonijs tuis non declinaui. Vidi præuaricantes, *&* tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in miſericordia tua uiuifica me. Principium uerborũ tuorum ueritas, in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Ne uideretur iſte fidelis ex arrogantia talia merita propoſuiſſe, cum dicit: clamaui, præueni in maturitate, præuenerunt oculi mei, ſubiungit humilitatem, quæ caput & origo & finis eſt omnium uirtutum, & ſingulas confirmat. Sicut enim omẽs ſenſus uigent ex capite, quo ablato, corpus remanet trũcus ſine nomine, ita omnes uirtutes uigent ex humilitate: qua ſublata, cæteræ nec uirtutes ſunt nominandæ. Iſte cõformatus capiti q̃d in humilitate p̃ceſſit, & legẽ ipſius humilitatis dedit, orat ut dominus eum eripiat a perſequentibus, ne conſimilis eis efficiatur. & ut in futuro ſecundum promiſſionem ſuã uiuificet eum, prætendit ipſam humilitatem, ſic dicens:

V*ide humilitatem meam.* Domine, uide humilitatem meam ad hoc, ut reſpectu illius eripias me a perſequẽtibus: quia appropinquãtes iniquitati, uolunt me conformare ſibi. *& ideo eripe me, quia legem tuam nõ ſum oblitus*, id eſt, ipſam humilitatem, quam tu & uerbis præcepiſti, dicens: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: & exemplo oſtendiſti, quando te humiliaſti ad mortem, & nunquã tradidiſti obliuioni. Et ne uideretur orare ita eripi, ut nullo modo amplius pateretur, exponit ita: *iudica iudicium meum.* Non oro ſic eripi, ut nihil patiar. potius iudica hic tale iudicium quod ſit meum, id ẽ, mihi conueniens, id eſt, fac me qui ſeruus tuus ſum, hic flagellari, ne iudicer i futuro. Nã nõ ſerui tui hic florẽtes, in futuro ſunt iudicãdi. Plus dicit, iudica iudicium, quàm ſi diceret, fac iudicium. Multi enim faciũt iudicium, qui hoc quod iudicandum eſt exequuntur, & non iudicant.

Matt. 11.

Et redime me ſcilicet a futura damnatiõe. Et non tantum redime me, ſed etiam *uiuifica me*, id eſt, uitam æternam da mihi ſecundum promiſſionem tuam. *Longe à peccatoribus ſalus.* Reuera uiuificabis me & ſalutem mihi dabis, quem tribulationibus caſtigare dignaris, ſed a peccatoribus longe eſt iſta ſalus, quos negligis pro peccatis ſuis. *quia iuſtificationes tuas*, id eſt, tribulationes eaſdem quibus tuos iuſtificas, *nõ exquiſierũt*, id eſt, non dilexerunt. *Miſericordiæ tuæ multæ domine.* Ne quis peccator deſperet, quia dictum ẽ, longe a peccatoribus ſalus, ſubiũgit: O domine, miſericordiæ tuæ multæ ſunt, id eſt, multiplices conuerti uolentibus. & ideo, *uiuifica me ſecundũ iudicium tuum*, id eſt, ſecundum hoc quod iuſte iudicas illum eſſe iudicãdum, qui a pueritia uel ab adoleſcentia in humilitate & alijs prædictis perſeueret. *Multi qui perſequũtur me, & tribulant me.* Viuifica me etiam propter hoc, quia *non declinaui à teſtimonijs tuis*, cum multi me perſequerentur, cum fugarent de ciuitate in ciuitatem, & tribularent affligendo. *Vidi præuaricantes*, & ideo fui perſiſtens in teſtimonijs tuis. quod etiam ipſis perſequentibus & tribulantibus condolui ex dilectione. Et hoc eſt quod dicit, Vidi præuaricantes, id eſt, conſideraui & intellexi miſeriam perſecutorum meorum, legis tuæ tranſgreſſorum & ex commiſeratione contabui, non propter hoc quia perſecuti ſunt me, ſed *quia eloquia tua non cuſtodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi.* Et quod non declinaui, te habeo teſtem. tu domine uide quia omnia uides, quoniam nõ ſolum a teſtimonijs tuis non declinaui, ſed etiam mandata tua dilexi q̃d multo maius eſt. Et quia meritis meis ſupradictis ad hoc non ſufficio, ut uiuifices me, tu *domine* conſideratione miſericordiæ tuæ *uiuifica me* uita æterna. *principium uerborum tuorum.* Ideo autem dilexi mãdata tua, quia non propter utilitatem tuam ea fieri præcepiſti, ſed propter hoc quia principium uerborum tuorũ, id eſt, principalis & ſumma intentio ipſorum mandatorum, eſt *ueritas*, id eſt, iuſta præcepta data ſunt a te. Alij ea ſolent iniungere ſeruis ſuis præcepta, quæ ad ſuam reſpiciunt utilitatem. Deus uero ea iniungit, q̃ facientibus ſunt utilia, nõ ſibi. *in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ*, id eſt, omnia præcepta tua quæ iuſte fieri iudicas, iuſta ſunt: & ipſa ſimiliter obſeruata, ducunt in æternitatem.

¶Sin.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis, & à uerbis tuis formidauit cor meum. Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Iniquitatem odio habui & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Expectabam ſalutare tuum domine, & mandata tua dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conſpectu tuo.

Vulnus animæ, peccatum eſt. Iſte igitur q hic agit, intelligit hoc quod multi perſequuntur & tribulant eum, ſibi eſſe quaſi emplaſtrum ad curandum uulnus animæ: quia licet in tãtum uirtutum conſcenderit arcem, recognoſcit tamen ſe non eſſe ſine peccatis, q̃ perſecutionibus in eo purgantur. Et præſentem tribulationem dicit ſibi tantam eſſe medicinam, ut reſpectu futuræ pœnæ iam non formidet inſtantia, ſed potius lætetur de promiſſione dei, quæ per dentes ſignificatur.

PRincipes perſecuti ſunt me. Multi perſequũtur me & tribulant me, non qualeſcunque, ſed ipſi principes ſeculi. quod mihi eſt ſuper uulnus, id eſt, medicamentum. Et hoc fecerunt *gratis*, id eſt, fruſtra, quia non potuerunt me deflectere. Vel gratis, id eſt, ſine cauſa, hoc eſt, ſine culpa: quia licet uulnus, id eſt, culpam habeam contra deum, quæ ſanatur eorum perſecutione, tamen quãtum ad illos ſine culpa ſum. Et dum paterer & formidarem pœnas præſentes, *cor meum formidauit à uerbis tuis*. quibus dicitur: Eum potius timere, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennã. (Mat. 10.) Et alibi: Qui me erubuerit & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet. (Luce. 9.) Ab his uerbis talibus in tãtum formidauit cor meum, ut præſentis pœnæ formidinem omnino expelleret. *Lætabor ego ſuper eloquia tua.* Conſiderans ergo præſentem tribulationem leuem & momentaneam, & quaſi pro nihilo eam reputans, ad comparationem futuræ damnationis in omni perſecutione conſtans permanſi. Et ideo adhuc mortalis & fragilis lætor & lætabor ſuper eloquia tua, id eſt, contuens promiſſiones tuas, quibus dixiſti: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. (Matt. 5.) Et, beati eritis cum uos oderint homines. &c. (Luce. 6.) Super tales promiſſiones contuens ego ad ſimilitudinem alicuius qui magnam pecuniam inuenerit. Vel his ſuper eloquia tua fundatus, lætabor in futuro, utpote *qui inuenit ſpolia multa*. i. multiplicẽ gloriã regni

cælestis. quod apte ſpolium dicitur, quia ui qua
Matt.11. dam acquiritur: iuxta illud, Regnum cælorum
uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Ideo autē
dicit, inuenit: quia nullū meritum ad illā gloriā
ſufficere pōt, niſi ei detur diuina miſeratione. *ini
quitatem odio habui*. Nunc oſtenditur qualiter il-
la p̄dicta ſibi ſint medicina. Ad hoc ualet mihi
perſecutio, quod per illam caſtigatus, iam odio
habeo iniquitatem pro qua caſtigabar. Et plus
dicit Etiam *abominatus ſum*, quia mihi nefanda
uiſa eſt. Et non tantum odio habui iniquitatem,
ſed etiam *legem tuam dilexi*, id eſt, dilectiōe eam
complexus. *ſepties in die*. Et ego ita curatus in per
ſecutione, ut iniquitatem odio habuerim, & le-
gem tuam dilexerim, *dixi tibi laudem*, id eſt, hy-
mnū ſepties in die, id eſt, tota hac uita, quæ ſe-
ptem dierū numero uoluitur. uel p ſeptem ho-
ras, quas omni die celebramus. Vel ita: Ego po
ſitus in die, id eſt, in luce uirtutum, ſepties, id eſt,
per ſeptiformem gratiam ſpiritusſancti laudem
dixi tibi, cōtuens *ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ*. i. intel
ligēs iuſto iudicio tuo me hic flagellari. *Pax mul
ta diligentibus legem tuam*. Quaſi aliquis diceret,
tu dicis te legē dñi dilexiſſe, ſed hoc non impu-
ne: quia multis perturbationibus agitaris, nullā
habens pacem. Ad hoc reſpondet: non tantum
ideo ſum ſine pace, quia multa pax eſt diligen-
tibus legem tuam. Anima eorum hic iam eſt in
paradiſo. Multa quidem pax eſt eis, ſed non o-
mnimoda, quæ tantum erit in futuro. Sed ſi ali
quando ſunt in triſtitia hic interim, *non erit eis in
ſcandalum*. i. in offenſionē peccati, ut per ſubori
entem triſtitiam peccent aliquando. Vel non eſt
ſcādalum, ut pro aliqua tribulatione erubeſcāt
confiteri Chriſtum crucifixum, ſed in patientia
perſeuerant. *Expectabam ſalutare tuum domine*. Et
quia dilexi legem tuam o domine, per hoc expe
ctabam ſalutare tuum, id eſt, ſaluationem quam
dabis in futuro diligentibus legem tuam. Et pro
pter ſpem illam nouæ legis, præcepta quæ ſu-
peraddita ſunt præceptis ueteris teſtamenti, ex
dilectione obſeruaui. *Cuſtodiuit anima mea*. Pro
eadem etiam ſpe anima mea cuſtodiuit *teſtimo-
nia tua*, id eſt, ueteris legis præcepta, quæ teſtifi-
cantur nouam. Et dicit animam ſuam ea cuſto-
diſſe, quia ſecundum carnem ea cuſtodire non
eſſet multum. *& dilexit ea*, ſ. teſtimonia *uehemen
ter*, id ē, omnis intentiōis feruore. *Seruaui manda
ta*. Et qđ ego dilexi mādata *tua* noua, cuſtodiui
teſtimonia tua uetera, non mihi aſſcribo, ſed ideo
illa ſeruaui, *quia omnes uiæ meæ* ſiue cogitando, ſi-
ue loquendo, ſiue operādo, erāt *in conſpectu tuo*,
id eſt, in beneplacito & auxilio tuo.

¶ Tau.

APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine, iuxta eloquium
tuum da mihi intellectum. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo, ſecun-
dum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum, cum do-
cueris me iuſtificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum,
quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua ut ſaluet me, quoniam mandata tua
elegi. Con cupiui ſalutare tuum domine, & lex tua meditatio mea eſt. Viuet anima mea,
& laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui ſicut ouis quæ periit. quære ſeruum
tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

Fidelis iſte qui hic loquitur, & in tantam con
ſcendit ſublimitatem, conſiderat ſe in Adam
aberraſſe. & dum ab Ieruſalem deſcendiſſet, in
cidiſſe in latrones. & licet uerus paſtor iam no-
Luce.15. nagintanouem oues in deſerto reliquiſſet, & il-
lam quæ perierat humeris impoſitam reportaſ-
ſet, tamen quia nondum uidet ſe in illa perfecti
one unde exciderat, orat ſe in priſtinum ſtatum
uſque reportari. In ſuperiori etiam parte huius
pſalmi ubi dicitur, Adhæſit pauimento anima
mea, habetur, errauit: ſed ibi notatur error poſt
baptiſmum, hic uero ante baptiſmum. Orat er-
go ſibi dari a deo intellectum ueritatis. & ponit
hoc ſignum ſuæ exauditionis, ꝙ exauditus ꝓ-
nunciaturus & eructaturus ſit hymnū domino.
A*Ppropinquet deprecatio mea*. O domine, q
ſeruaui mandata tua & teſtimonia tua,
oro ut deprecatio mea habita *in cōſpectu tuo*, id
eſt, pro his de quibus eſt deprecandum, appro
pinquet tibi: hoc ſcilicet, ut des *mihi intellectum iu
xta eloquium tuum*, id eſt, ſecundum quod præce-
pta tua ſeruaui. Aliter: Appropinquet depreca-
tio mea, id eſt, faciat me appropinquare bene ui
uendo ad patriam, unde iuſte aberraui per Adę
& Euæ inobedientiam. *intret poſtulatio mea*. In
pręſenti da mihi intellectum, & in futuro intret
poſtulatio mea ubi dicitur, Intra in gaudium do
mini tui. *in conſpectu tuo*, ſ. habita uel facta, ſcili- Matt.25.
cet in corde ubi tu ſolus conſpicis. hæc ſcilicet,
ut *ſecundum* promiſſionem tuam quam præce-
pta tua obſeruantibus dediſti, eripias *me* ab hac
pœna peccati, id eſt, a mortalitate & paſſibilita
te, & damnatione perpetua. *Eructabūt labia mea*.
Da mihi intellectum, quia *cum docueris me iuſtifi-
cationes tuas*, id eſt, cum dederis mihi perfecte ſci
re & exequi mandata tua, eructabunt, id eſt,
ex abundantia beneficiorꝫ proferent labia mea
hymnum, id eſt, laudem tibi. hoc eſt, illam plenitu
dinem legis tuæ, qui eſt in corde meo. labia eti-
am mea hymnizabunt tibi apud me, ſed tamen

in uoce. *Pronunciabit lingua mea*. Et non tantum apud meipſum in ſummitate labiorũ ex ſaturitate mentis laudabo te, ſed etiã lingua mea pronunciabit *eloquium tuum* alijs prædicando. Et nõ erubeſco euangelium tuũ annũciare, *quia omnia mandata tua æquitas*, id eſt, uera & iuſta ſunt. *Fiat manus tua*. Et quoniam ego non erubeſcens pronunciabo eloquium tuum, ſcio me multa paſſurum aduerſa, ſed manus tua, id eſt, protectio tua fiat ſuper me, *ut ſaluet me*, ne in tribulationibus ſuccumbam. Aliter: Quoniam magna multitudo uiſibilium & inuiſibilium inimicorũ me propter eloquij tui pronunciationem impugnabit, fiat manus tua, id eſt, multitudo cæleſtis militiæ ueniat mihi ad ſalutem cõtra multitudinem impugnãtem. Et ideo fiat manus tua ad ſaluandũ, *quoniam præ omnibus elegi mandata tua. Concupiui ſalutare*. Ideo etiam debet manus tua fieri ut ſaluet me *domine*, quoniam concupiui ſalutare *tuum*, id eſt, ſaluationem quam tu daturus es. & ita concupiui ut debui, quia *lex tua meditatio mea* eſt, & ex præmeditatione compleui legem tuã. *Viuet anima mea*. Ego concupiui ſalutare tuum, & uere ueniet mihi. & hoc eſt quod dicit, Viuet anima mea *& laudabit te*. ſicut alibi dicitur, In ſecula ſeculorum laudabunt te, *& iudicia tua*, id eſt, flagella quæ iuſto iudicio tuo patior, *adiuuabunt me*, ut uiuat anima mea, & ut perueniam ad patriam, expurgando ſcilicet ſordes de præterito, & reddendo cautum de futuro, ne ulterius offendam. *Errari ſicut ouis*. Vt anima mea tandem ibi uiuat, ut deſidero & confido ex miſericordia tua, non tantum multitudo angelica ueniat ut ſaluet me, ſed tu ipſe require me ad modum boni paſtoris. Et hoc mihi neceſſariũ eſt, quia aberraui ſicut ouis quæ perierat. Quæſiſti iam. Et opus eſt ut ſemper me requiras quãm diu hic uiuitur. Et ideo tu debes me requirere, q̃a ſeruus tuus ſum. *& quia mandata tua non ſum oblitus*, id eſt, ex quo credidi & agnoui mandata tua, fideliter executus ſum q̃d mandaſti. Pſal. 83.

¶ Canticum graduum. CXIX.

AD dominum cum tribularer, clamaui: & exaudiuit me. Domine, libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Cũ his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

In primis uidendum eſt, quare gradus his pſalmis deſignati, dicantur eſſe quindecim potius quàm decem aut uiginti. In templo Salomonis erant quindecim gradus diſpoſiti, per quos erat aſcenſus ad ſancta ſanctorum, põtifici ſemel in anno introeunti. Templum illud eſt eccleſia, in qua omnes fideles ſunt ſecundum fidei ſacramenta. Gradus illi, uirtutes ſunt, per quas animę fideles aſcendunt & promouentur ad uera ſancta, in domum non manu factam, manẽtem in cælis, ubi dominus IESVS iam collocatus eſt in dextera dei patris. quo ſolus intrauit, quoniam ſingularem ſublimationem accepit, ſingulariter exaltari promeruit. Illuc etiam multitudo fideliũ per hos quindecim gradus aſcendit, quoniam quantò promotiores & altiores in uirtutibus ſunt, tanto ſupernæ patriæ uiciniores ſunt: tanto magis ad ſancta ſanctorum, non loco, ſed ſimilitudine uitæ accedunt. Quindenarius conſtat ex octonario & ſeptenario. Sed per ſeptenarium intelligitur uetus teſtamentum, ꝓpter ſabbatum de cuius obſeruatiõe præceptũ eſt in lege. Vel per ſeptem, mundus iſte poteſt accipi, qui ſeptem diebus uoluitur a principio ſui. Et quoniam obſeruantia ueteris teſtamenti ad temporalem & trãſitoriam remunerationẽ ſpectabat, pro ſoſpitate, pro diuturnitate uitę, ꝓ multiplicitate filiorum, pro uictoria & pro alijs temporalibus fiebat, ad ſeptenarium & ad ea q̃ ſeculi huius ſunt, teſtamẽtum uetus pertinebat. Et ideo merito per ſeptem accipitur. Per octonarium uero nouum teſtamentum ſignificatur, propter octauam diem in qua dominus noſter reſurrexit, ubi fuit principiũ & confirmatio noui teſtamenti. Qui ideo dicitur reſurrexiſſe die octaua, non prima: q̃a non ſurrexit ad hos dies qui uoluuntur per ſeptenarium numerum, ſed potius in æterna & indefectibili uita: in æternitate ſcilicet & in octaua die, quæ poſt tranſitum horum ſeptem dierum eſt futura, quæ non erit alia niſi æternitas. Vel ideo per octonarium numerum poteſt accipi nouum teſtamentum, quoniam omnis labor noſter & omnis operatio noſtra bona, ſcilicet noui teſtamenti obſeruantia, ad octauam & futuram remunerationem ſpectat. Executio igitur mãdatorum ueteris ſcilicet

Heb. 9.

& noui, per quindecim gradus deſignatur, per
quos ad uera ſancta ſanctorum animæ fideli
datur aſcenſus. Per ſeptem etiã perueniemus ad
octo, quoniã per omnia bona noſtra opera quæ
fiunt in hac temporali uita, perueniemus tãdem
ad octauã diem, id eſt, ad cæleſtis patriæ perenni
tatem. Gradus apud nos tam deſcenſum quàm
aſcenſum ſignificat: ideo per gradum non debe
mus intelligere deſcẽſum, ſed ſolũmodo aſcen-
ſum. Pſalmi autem iſti qui dicuntur cantica gra
duum, & ſunt quindecim, non ad imitationem
illorum graduum qui erant in templo Salomo
nis, facti ſunt, cum Dauid longe ante filium præ
ceſſerit, hosꝗ pſalmos ſicut & alios in laude dei
decantauerit: ſed gradus illi per Salomonem
ad imitationem earũdem uirtutum, quæ in pſal
morum iſtorũ numero deſignantur, poſiti ſunt:
quia idem ſpũs qui Dauid docuit hos pſalmos
in myſterio angelorum decantare, docuit & Sa
lomonem quandam rerum præfigurationem
eadẽ myſteria in domo dei, quæ ẽ eccleſia, poſt-
modũ agenda ꝑmonſtrare. Pſalmus autem iſte
dicitur cãticum graduum, id eſt, unus de multis
gradibus: ꝗ ideo dicũtur cãtica, quoniã omnia
illa quæ in his pſalmis deſignantur, ſpectant ad
futuram remunerationem, ubi lætitia perennis
eſt. Quod uero pluraliter dicit, graduũ: deſignat
multiplicitatem uirtutum & coniunctionem &
cohærentiam, quouſque perueniatur ad ſancta
ſanctorum, ad æternæ gloriæ regnum. Illi igitur
fideles quorum conuerſatio in cælis eſt, qui iam
peruenerunt ad ſupremum gradum, aſcenſus
ſui gradus & uirtutum promotionem alijs hic re
ferunt, ut eos in aſcendendo ſequantur, & eos in
promotione uirtutum imitentur, donec illud in
eis impleatur quod ſuperius dicitur: Ibũt de uir
Pſal.83. tute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Si-
on. Sciendum autem quod aliquãdo fit gradus
de uirtute in aliam uirtutem, aliquando in eadẽ
uirtute fundamento: quia in unaquaque & ma
gis & minus remiſſi uel intẽſi eſſe poſſumus. Pri
mus gradus eſt oratio pro fidei fundamẽto, qui
talis eſſe uidetur, ut illi qui iam ſunt in templo,
in eccleſia dei per fidem, orẽt ſibi dari notitiam
ſcripturarum & autoritatem ſanctorum patrũ,
ad confirmationem fidei ſuæ contra perfidiam
blaſphemorum & impugnationem hæretico-
rum.

AD *dominum cum tribularer clamaui*. Cũ an-
xiarer blaſphemis uerbis infideliũ & im
pugnatione hæreticorum, qui mihi ueram fi-
dem moliebantur excutere, clamaui ad domi-
num qui me poterat corroborare. *&* non ſum
fruſtratus, quia *exaudiuit me*. Hoc dicit quadam
anticipatione, ut auditores magis incitet ad cla-
mandum. ac ſi dicat: Cum huiuſmodi tribulatio
ingruerit, exemplo meo clamate, & dominus
exaudiet uos. *domine, libera animam meam*. Cla-
maui ergo ita dicens: O domine, qui potens es,
animam meam in rectitudine fidei exiſtentem,
& per fidei ſacramentum iam uiuentem, libera
à labijs iniquis, id eſt, a blaſphemis uerbis perfido
rum, qui manifeſte fidem tuam impugnant. *Et*
à lingua doloſa, id eſt, a uerbis hæreticorum, ne oc
culto eorum ueneno inficiar, qui multa uera &
utilia falſitati interſerũt, ut eo facilius decipiãt.
Quid detur tibi? Antequã clamarem, antequam
dominum ut liberaret orarem, ita mecum deli
berando meditabar, admirans periculi magnitu
dinem, & dicens: O tu anima mea, quid detur ti
bi *ad linguam doloſam*, id eſt, quæ arma poſſint ti
bi dari ad deuincendam linguam doloſam? *aut*
ſi non data tibi fuerint quibus poſſis eam deuin
cere, ſaltem *quid*, id eſt, quod tegimentum *appo-
natur* tibi ne occidaris? Ideo autem q̃rit munimẽ
cõtra linguã doloſam hæreticorũ, ga maius eſt
ibi periculũ, & maior difficultas defendendi ubi
doloſe agitur, quàm ubi manifeſte qs impugna-
tur. *Sagittæ potentis.* Cum huiuſmodi arma mi-
hi dari poſſint, excogitaui ſcilicet ſagittæ poten
tis *acutæ*, id eſt, ſententiæ ſacræ ſcripturæ & co-
gnitio uerborum dei, quæ ſunt acuta & ad trãſ
figendum corda inimicorum efficacia: & non
tantum reſpectu ſui acuta, ſed etiam ideo, quia
ſunt potentis, id eſt, ab omnipotẽti deo directa.
Dictũ eſt ab illa ſimilitudine: quia ſi aliquis peri
tus ſagittandi mittit ſagittas, efficaces ſunt ad
interficiendum. Si uero imperitus mittit, licet
bonæ ſint quantum ad ſe, tamen ſunt inefficà-
ces. Sagittæ inquam potentis poſſunt mihi dari
cum carbonibus non extinctis, ſed deſolatoriis, id
eſt, uaſtatoribus & ſuccendentibus, hoc eſt, uita
& autoritas ſanctorum patrum, apoſtolorum
ſcilicet & aliorum doctorum, qui non ſunt ex-
tincti carbones ab impugnatiõe hæreticorum,
ſed ſunt igne ſancti ſpiritus ardentes, & omnem
hæreſim incendẽtes & deuaſtãtes. Quod ſi utra
que hæc tibi dari non poſſunt o anima, ſaltem
id quod utilius eſt, autoritas ſanctorum patrũ
in defenſionem tibi apponatur. *Heu mihi.* Ad-
huc oſtendit magnitudinem periculi. Clamaui
inquam. Et neceſſe eſt ut me exaudias & libe-
res, quia heu, id eſt, dolor mihi eſt *quia incolatus
meus*, id eſt, peregrinatio mea in qua differor a
patria, uidetur mihi nimis eſſe prolongata. Nec
tamen propter ſolum incolatum doleo, ſed ga
habitaui cum habitantibus Cedar, id eſt, cum illis
qui tenebras ignorantiæ ſiẽ patiuntur, ut in illis
permaneant & quaſi inhabitent. Et ne aliquis
putaret eum de incolatu corporis dicere, addit:
multum incola fuit anima mea, id eſt, antequam cla
marem & liberationem orarẽ, longe remota fu
it a patria. Et ut ad uera ſctã ſctõrũ & ad patriã
oĩbus fidelibus ꝓmiſſam accederẽ, neceſſarium
fuit mihi clamare, ſagittas acutas & carbones

deſolatorios habere, ut anima mea a tanta ſui ipſius obliuione ad ſe ipſam rediret, & oculos ſuos ab huius mundi deceptionibus eleuatos, ad ueram patriam intenderet, & magis magiſq; ad illam accederet. Omnium quidem animæ hic ſunt incolæ, id eſt, peregrinæ. ſed quorum cõuerſatio in cęlis eſt, non adeo peregrinãtur ut aliorum. *Cum his qui oderunt pacem.* Et non tantum heu mihi pro hoc quod habitaui cum eis, ſed quia oderunt me, cum tamen ego cum eis eſſem *pacificus*, quod nimis eſt difficile. Et non ſolum oderunt, ſed etiam impugnauerunt me uerbis, quia nondum conſcendi ad tormenta. Et hoc *gratis*, id eſt, ſine cauſa nullo modo commerui. Vel gratis, id eſt, fruſtra, quoniam me uincere non potuerũt. *Cum loquebar illis*, id eſt, quãdo monita ſalutis dabam.

¶ Canticum graduum. CXX.

LEuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxilium mihi. Auxilium meum à domino, qui fecit cælum & terram. Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Dominus cuſtodit te, dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam. Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam dominus. Dominus cuſtodiat introitũ tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

In priori gradu poſitus in periculo, pro fide clamauit. In hoc uero conſecutus iã certitudinẽ fidei, dicit ſe exauditum eſſe, & in cognitione ſacræ ſcripturæ, & in ſanctorum patrum autoritate.

L*Euaui oculos meos*. Ego qui in tribulationibus ad dominũ clamaui, exauditus, leuaui oculos mẽtis meę, prius ignorantia & inopia exempli depreſſos *in montes*, id eſt, in doctrinam uel uitam montium, id eſt, prophetarum & apoſtolorum, a quibus *auxilium mihi* uenit & ſuperueniet. quia nullus tantum in diuina pagina proficit, quin ſemper magis magiſq; proficere poſſit. *Auxilium meum à domino.* Licet dixerim quod ab his mihi ueniat auxilium, tamen auxilium meum a domino potius eſt dicendum, *qui fecit cælum & terram*, id eſt, qui fecit & eos cælũ & me terram. Vel qui fecit maiores & minores. *Non det in commotionem.* Modo faciens conuerſionem ad auditores uel ad ſe ipſum, orat ut deus faciat eum conſtantem in confirmatione fidei, dicens: Dominus non det, id eſt, non permittat *pedem tuum* in commotionem, id eſt, affectionẽ, uel fidem tuam non patiatur commutari. Et *qui cuſtodit te* ſecundum perſeuerãtiam, non *dormitet*, id eſt, non permittat te uacillare & hebetem eſſe in ipſa fide. *Ecce non dormitabit.* Sicut oraui, ita erit pro certo. Ille *qui cuſtodit iſrael*, uidentes & in ſe credentes, ecce, id eſt, in præſenti & indilate. quod probari poteſt & agnoſci, nõ dormitabit, id eſt, non permittet te mutare. *neque dormiet*, id eſt, non patietur te in tribulationibus deficere. *Dominus cuſtodit te.* Vere cuſtodit te, quod inde probari poteſt, quia ipſe *dominus* eſt in rebus potens ad faciendum hoc, & ipſe eſt *protectio tua*, contra impugnationes. Et non tantum corroborabit te in fide, ſed erit etiam exiſtens *ſuper manum dexteram tuam*, id eſt, ſuper patientiam & fidem tuam, pro qua tu collocaberis in dextera dei: quæ tua dicitur, quia tu frueris illa. Vel exiſtens ſuper manum, id eſt, ſuper operationẽ. & hoc determinat, ſcilicet dexteram tuam, id eſt, ſuper bonam operationem, in qua proteget te ſecundum perſeuerantiam. *Per diem ſol non uret te.* Ita cuſtodiet te, quod ſol non uret te per diem, id eſt, CHRISTVS qui eſt uerus ſol ſecundum illuminationem diuinitatis, non obfuſcabit te, id eſt, non permittet te ſcandalizari in fide & intellectu diuinitatis ſuæ, quin ſane de ea ſentias. *neque luna*, id eſt, ipſe idem Chriſtus, qui luna dicitur reſpectu ſuæ humanitatis, quæ fuit mortalis & paſſibilis, uret te *per noctem*, id eſt, in fide humanitatis, ne aliquid ſiniſtrum de utraque natura ſentias. *Dominus cuſtodit te ab omni malo.* Et non tantum dominus cuſtodit te ab hæreſi, quæ fit de natura diuinitatis & humanitatis ſuæ, ſed etiã ab omni malo, ſcilicet huius mundi, uel hęreſi uel aliqua perfidia, ut nihil praue ſentias neque de ſacramentis eccleſiæ, neque de reſurrectione mortuorum & cæteris. Et ſi q́d ſecũdum corpus patieris pro fidei obſeruatione, *dominus animam tuam* cuſtodiet. *dominus cuſtodiat introitum tuum.* Et ſicut enũciaui, ſic fiat. Dominus cuſtodiat introitum tuum, id ẽ, fidem tuam per quam intraſti in eccleſiam. *& exitum tuum* a fide in mortem, id eſt, maxime te cuſtodiat in extremis, q̃a màxime circa finem grauiſſimæ ſolent eſſe tentationes. Cuſtodiat inquam, incipiens hanc cuſtodiam, *ex hoc nunc*, id eſt, a pręſenti nunc, & ita perſeueret *uſque in ſeculum*, id ẽ, uſque ad finem præſentis uitæ.

¶Canticum graduum. CXXI.

LAetatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem. Ieruſalem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini teſtimonium Iſrael, ad confitendum nomini domini. Quia illic ſederũt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, & abundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum domini dei noſtri, quæſiui bona tibi.

Iſte conſcendens poſt fidei cõfirmationem, dicit ſe conſcendiſſe uſque ad ſpem, non quod ſpes ſit altior gradus quàm fides, ſed quoniã habens utrũque, id eſt, fidem & ſpem, altior eſt eo qui unum horum tantum habet, Quod de cæteris gradibus accipiendum eſt.

L*Aetatus ſum*. Poſtquam adeo munitus fui in fide, ut non ſolum non deficerem, ſed etiam blaſphemos & hęreticos impugnarem, lætatus ſum. i. augmentatã ſpem habui *in his quę dicta ſunt mihi*, id eſt, in conſideratione promiſſionis mihi factę a prophetis & apoſtolis, alijsq́ ſanctis uiris, dicentibus: *in domum domini ibimus*, id ẽ, ad cæleſtem Ieruſalem perueniemus. Cum dixit mihi, unitatem omnium fideliũ denotauit. Cum uero dixit, ibimus, multitudinem cõſcendentium intellexit. *ſtantes erant*. Et in tantum certi fuim⁹ nos ituros in domũ dñi, q̃d *pedes noſtri* .i. affectiões nrę & cogitatiões noſtrę ſtãtes erãt, id eſt, firmiter manebant *in atrijs tuis ô ieruſalem*, id eſt, in amplitudine gloriæ tuæ, ubi nullus poſſeſſione alterius anguſtabitur, ſed oẽs ſpatioſe & copioſe regnum poſſidebunt. *ieruſalem quę ędificatur*. Ne aliquis putaret illum dicere de terrena Ieruſalem, determinat de qua dicat. In atrijs illius Ieruſalem dico, quæ ædificatur adhuc quotidie *ut ciuitas*, id eſt, ad modum alicuius terrenę ciuitatis. quia ſicut aliqua ciuitas ædificatur ex inanimatis lapidibus, ita illa ex uiuis, qui quotidie illuc trãſmittuntur. Facta determinatione, commendat ipſam ciuitatem. *Cuius participatio* eſt *eius* rei, quæ eſt tendẽs *in idipſum*, id eſt, in unitatem. i. oẽs qui participantur illa, eandem rem quærunt, id eſt, CHRISTVM, qui erit ſummum bonum, & omnes eundem recipient denarium. *illuc enim aſcenderunt*. Ideo hanc certitudinem habeo, quod ibimus in domum domini, id eſt, in ſupercæleſtem Ieruſalem, quia *tribus* q̃ ſunt eiuſdem conditionis & conſperſionis, cuius & nos, illuc aſcenderunt: q̃a ſequuntur agnũ quocunque ierit. Et non quælibet tribus, ſed *tribus domini*, qui erat *teſtimonium iſrael*, id eſt, qui teſtatus ẽ Iacob, hoĩes in cælos aſcenſurõs, ꝑ uiſionẽ ſcalæ, ꝑ quã uidit angelos aſcẽdẽtes et deſcen-
Ge. 28. dentes. Et determinat ad quid tribus aſcenderunt, ſcilicet ut laudem darent gloriæ dei, quam uidere & laudare ſumma eſt eis gloria & reges. *Quia illic ſederunt*. Etiam hoc eſt mihi argumentum illuc aſcendendi, quia illic ſederunt *ſedes in iudicio*, id eſt, in cæleſti Ieruſalem iam quieuerũt illi, qui futuri ſunt ſedes, id eſt, iudices in futuro iudicio, ſcilicet apoſtoli & cæteri ſancti. *ſuper domum* Dauid. dico, *ſedes* ſedebũt, id eſt, ipſi qui ſunt ſedes dei, ſedebunt iudicaturi fideles. nam infideles iam iudicati ſunt. Per tribus, minus perfectos: per ſedes, perfectos accipimus. *rogate quę ad pacem ſunt ieruſalem*. Poſtquam iſti conſcendentes, qui adhortationem auditorũ hic agũt, certitudinem ſpei ſuæ, ſ. in Ieruſalem ꝑueniendi, oſtenderãt: tũ ꝓpter tribus, tũ ꝓpter ſedes q̃ iã aſcenderunt, modo ipſas tribus & ſedes orant pro ſe intercedere, ut & ipſi quandoque illuc ꝑueniãt, dicentes: Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, id eſt, ualentia ad quietem ducentem nos in ieruſalem, hoc eſt, precibus apud deum obtineatis, ut nobis det talia merita, quibus bene operando mereamur in ieruſalem cæleſtem cõſcendere. In quo hæreſis illorum deſtruitur, qui dixerunt ſanctis nõ eſſe ſupplicandum, quoniam neſcirent quid hic circa puluerem eorum ageretur, cum etiam dæmones tãtæ leuitatis & uelocitatis ſint, ut uno pene eodemq́ momẽto, & hic & in Babylonia ſint. Sed multo magis hæc efficacia credenda eſt in animabus ſanctorum: quæ quanto dæmonibus ſunt beatiores, tanto ſunt perſpicaciores. *& abundantia diligentibus te*. Vos inquam ſancti dei, rogate nobis a deo exhiberi ea, quæ ad pacem ſunt & beatitudinem, quæ in ſupercæleſti patria eſt, cõſequendã ſunt ualentia. Rogamus etiam & nos pro nobis & pro omnibus alijs ita: O ieruſalem, omnibus qui te diligunt, ſit abundantia pacis, id eſt, quicquid bonorum eſt, illis proueniat, qui uera dilectione te inhabitare præoptant. *Fiat pax in uirtute tua*. Modo exponit cui rei abundantiam depoſcat. Fiat, inquit, pax, id eſt, quies uera in uirtute tua, id eſt, in CHRISTO qui eſt autor & uirtus tua, fiat nobis pax ita, ut conſormemur ei, *& abundantia* ſcilicet *in turribus tuis*, id eſt, talis pax fiat nobis, qualis fuit in turribus tuis, id eſt, in apoſtolis. Quod q̃ſi perfectiſſimo-

rum, qui iſtam orationem effundunt ad inſtructionem aliorum, ut & ipſi per orationem conſcendant. *Propter fratres meos.* Hic oſtēdit orationis ſuę intentionem. Quaſi dicat: O Ieruſalem, ego agēs *de te, loquebar*, id eſt, annunciaui *pacem* quæ eſt in te, non propter me, ſed propter fratres meos, ſcilicet alios fideles minus perfectos, *Et proximos meos*, id eſt, magis perfectos, mutua charitate me diligentes, & imitatores meos in bono. *propter domum domini*. Oſtendit quare Ieruſalem bona quæſierit, ſcilicet quia domus domini eſt. Ac ſi dicat: Propter domum *domini dei noſtri* ædificandam, id eſt, propter fideles ex quibus conſtruitur domus domini, & in quibus ipſe inhabitat, *quæſiui tibi bona* o Ieruſalem, id ē, adducere tibi ciues laboraui. unde gaudium fieret augmentatum ad honorem magnificentiæ tuæ. quod bonum eſt.

Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri, quia multum repleti ſumus deſpectiōe. Quia multum repleta eſt anima noſtra, opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis.

Poſt certitudinem ſpei ſequitur gradus, ut ſperantes ſe peruenire in cæleſtem Ieruſalē, oculos mentis quos prius ad montes leuauerant, ad ipſum dominum & ad uolūtates regis eiuſdem ciuitatis complendas dirigant. Vnde iſte fidelis ſub perſona omnium loquēs fidelium, ut oſtendat in eodem gradu eſſe, dicit:

A*D te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.* O domine, qui regis & inhabitas cæleſtes creaturas, uel ſanctos homines, tua gratia cælos, ut ad pacem & ſupercæleſtem habitationē peruenirem, ad te leuaui oculos meos, id eſt, rationem mentis meæ & omnes affectiones meas a temporalibus phantaſiis huius mūdi, ad explendas uoluntates tuas intendi. *Ecce ſicut oculi ſeruorum.* Modo ſingulariter, modo pluraliter agunt iſti conſcendentes. & plures ſunt, & unum. Plures, ſecūdum perſonarum diuerſitatem: unum, ſecundum fidem & dilectionem. Vere oculos meos leuaui ad te, quia ecce, id ē, in pręſenti uel in manifeſto *oculi noſtri* interiores ita ſunt erecti *ad dominum deum noſtrum*, eouſque *donec miſereatur noſtri*, id eſt, donec nos ab hac miſeria abſoluat ſeculi præſentis, & faciat recūbere, & trāſiens miniſtret nobis. *ita*, dico ſunt oculi noſtri ad dominum directi, ſicut oculi ſeruorū ſpeculantes diligenti attentione *in manibus dominorum ſuorum.* Dictum a ſimilitudine ſeruorum diſciplinatorum, qui magna diligentia inſpiciūt in manus dominorum, ut cū ſigna dederint aliquid agendi, mox obſequantur. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ.* Ideo ponit ancillas, quia in illis eſt maior diligentia & cultus erga dominas ſuas, quàm in ſeruis. Ita oculi noſtri ad huiuſmodi ſeruorum uel ancillarum modum omnis affectio noſtra ad exequendas uoluntates domini eſt intenta, donec a præſentis onere ſeruitutis abſolutos, transferat in regnum libertatis ſuæ. *miſerere noſtri domine.* Et ita facias domine, *miſerere noſtri*, quandoque ducendo in libertatē. Et repetit, miſerere noſtri, quia nō ſufficit ſemel dicere, quod nimis deſideras euenire. Et neceſſe ut miſerearis, *quia multū ſumus* deſpicabiles apud homines, qui nos ludibrio habent & deſpectui. *quia multum repleta eſt anima noſtra.* Non tantum ſecundum corpus deſpicabiles, ſed anima noſtra multum repleta eſt deſpectione, quia nos ſtultos & inſanos reputant. Exponit quomodo ſint deſpectui. ita ſcilicet, quod anima noſtra *opprobrium* eſt *abundantibus*, id ē, locupletibus huius ſeculi, cum uiderent nos pauperes. *& deſpectio ſuperbis*, qui nos pro humilitate noſtra contempſerunt.

Canticum graduum. CXXIII.

NIſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, niſi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, forte uiuos deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorū in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentē pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilem. Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram.

Hic iterum loquitur eadem multitudo fidelium, nō iam exemplum proponens ſicut ſupra, ſed ſimpliciter admonens, ut poſtquam aliquis ad ſpem cōſcenderit, & cōpletione mandatorū dei ita cōſtans extiterit, ut inde nō poſſit dimoueri, licet multi ſint deuocātes eum corroſionibus, ipſam conſtantiam domino aſſcribat, non uiribus ſuis. Memores ſancti confeſſores CHRISTI, quod pericula domino miſerante uelut impetum torrentis euaſerint, fatētur ſe ſola dei miſericordia de tot ærumnis liberatos, & dicunt;

NIſi *quia dominus erat in nobis*. Quicunque ē *iſrael*, id eſt, uidens deum ita ut ſit promotus ad patriam fide & executione mādatorum dei, *dicat*, id eſt, cogitet & intelligat apud ſe *nūc*, id eſt, indilate. *quia niſi dominus* eſſet *in nobis* gubernans nos, & confortans in impugnatione & lumine ſuo rationem noſtram illuminando, mētem noſtram corroboret. *cum homines* ſecundum carnem ambulantes, *exurgerent in nos*, blandis & deceptorijs uerbis, *deglutiſſent nos uiuos*, id eſt, incorporaſſent nos ſibi prudentes & ſcientes. quia quamuis ſciremus eorum ſectam eſſe execrabilem, tamen conſenuiremus illis. Q℘ contingeret ſicut illa res quæ *forte* euenit, id eſt, temere & improuide quantum ad homines. Licet enim eſſemus prudentes, tamen non poſſemus nobis prouidere. *cum iraſceretur furor eorū in nos*. Et niſi dominus eſſet in nobis, cum ipſi interius furētes iraſcerent͡ exterius aduerſum nos corroſionibus & maledicis uerbis, *forſitan*, id eſt, ut nobis uidetur, *aqua abſorbuiſſet nos*, id eſt, uel ipſi diffluentes diuerſis cōcupiſcentijs, & diſſoluentes alios, uel detractiones & aſpera eorū uerba, quæ erāt quaſi aqua uiolenta, quibus ſtabilitatem mentis noſtræ ſubmergerent, & pedē noſtrum labefactarēt, cum nos in nequitiæ ſuæ conſenſum deuocaſſent. *Torrentem pertranſiuit*. Quantum in nobis, non potuiſſemus ſubſiſtere: ſed quia dominus erat in nobis, *anima noſtra*, de cuius periculo agebatur, torrentem pertranſiuit, id eſt, ipſos doloſos & maledictos uehementer inſtātes euaſit. dico quia pertranſiuit, & hoc *forſitan*, quia puto, *pertranſiſſet*. Dubitatiue dicunt, propter magnitudinem periculi quaſi adhuc timentes. Forſitan pertranſiſſet. Et ut pertranſiſſet *anima noſtra aquam intolerabilem*, quantum ad uires noſtras, id eſt, impugnationem eorum intendentem demergere, quam proprijs uiribus tolerare non ſufficeremus. *Benedictus dominus*. Et de eo quod anima noſtra pertranſiuit illos, ſit dominus benedictus, id eſt, glorioſus & exaltatus, *qui non dedit nos in captionem dentibus eorum*, id eſt, qui non permiſit nos corroſioni & detractiōi eorum ſuccumbere. *Anima noſtra ſicut paſſer*. Non tantum corroſionem eorum euaſimus, ſed anima noſtra cauta ſicut paſſer, qui & laqueos & aliarum auium incurſum effugit, *erepta eſt de laqueo uenantium*, id eſt, de dolis & blandimentis eorum qui nos uenabantur. Nulla eñ auis eſt callidior paſſere ad deuitādos laqueos. Ad cuius ſimilitudinem anima noſtra callida & cauta exiſtens laqueos ſibi paratos ſapienter tranſiens, alta & æterna mentis celeritate & ſpirituali ratione ſemper appetens, erepta eſt de captioſis & deceptorijs uerbis, quibus nos illaqueare & ſubuertere moliebantur. *& nos* ideo erepti *ſumus*, quoniam *laqueus* deceptionis eorū *contritus eſt*, & inefficax factus eſt, id eſt, amodo ceſſabit maledicis & doloſis uerbis nobis aduerſari. *Adiutorium noſtrum*. Et quod tale adiutoriū habuimus, non erat ex meritis noſtris, ſed *in nomine domini*, id eſt, in miſericordia eius, unde ipſe eſt glorificandus. Domini dico, *qui* bene potuit nos adiuuare, quia ipſe *fecit cælum & terram*, id eſt, & illos qui iam aſcendentes in ſupremum gradum, cæli facti ſunt: & illos, qui minores adhuc in aſcenſu poſiti, necdum omnino terreni eſſe deſierunt.

Canticum graduum. CXXIIII.

QVi confidunt in domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem. Montes in circuitu eius, *&* dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & uſque in ſeculum. Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ut non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Bene fac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax ſuper Iſrael.

Poſtquam iſti cōſcendentes non ſibi, ſed deo quod deglutiti & abſorpti non ſunt, attribuūt, adhuc ulterius promouentur, ſcilicet ad contemptum temporalium, ut ſic omnino confidentiam quæ adhuc certior eſt quàm ſpes, ponant in domino, & ſit conuerſatio eorum in ieruſalem. Et in hoc inſtruunt alios exemplo ſuo, promittentes eis hanc utilitatem inde uenire, quod & interius & exterius muniantur diuinitus.

QVi *confidunt in domino*. Quicunque ſunt illi qui in domino confidunt, & qui ſpem & fiduciam in domino ponunt, non in diuitijs &

nobilitate, ſed in domino, omnimodam habent confidentiam. *Et qui habitat in ieruſalem*, id eſt, cuius conuerſatio in cælis eſt, nullus talium *commouebitur in æternum*, quantumcunque impugnetur, *ſicut mons Sion*, id eſt, CHRISTVS, qui eſt fortitudo & refugium eccleſiæ futura ſpeculantis, & præſentia poſtponentis, *non commouebitur in æternum. Montes in circuitu eius.* Ideo non commouebitur, quia montes, id eſt, apoſtoli ſunt in circuitu eius, munientes eam tum prædicatione, tum exemplo, tum etiam interuentione. Dictum a ſimilitudine alicuius ciuitatis inter montes ſitæ, cui non facile poſſit aſſultus fieri. *Et* non tantum montes, ſed ipſe *dominus* eſt *in circuitu*, in defenſione *populi ſui*. Et in hoc perſeuerabit, incipiens *ex hoc* inſtanti *nunc & uſ-*
Mat. 28. *que in finem* uitæ, iuxta illud: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus. *Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum.* Vere non commouebitur, quia dominus nõ relinquet uirgam, id eſt, ſceptrum & dominium peccatorum *ſuper ſortem*, id eſt, ſuper electionem *iuſtorum*, ſuper ipſos ſcilicet iuſtos, qui ſunt electi dei, hoc eſt, non patietur illos ultra uires ſuas laborare, ſicut Apoſtolus ait: Fidelis deus qui non patietur 1.Cor.10.
uos tentari ſupra id quod poteſtis. Et adeo non derelinquet uirgam peccatorum ſuper iuſtos, *ut iuſti* non dico non peccent, ſed *non extendant manus*, id eſt, affectiones *ſuas ad iniquitatem*, ut nullam habeant uoluntatem peccandi. *Benefac domine.* Nunc ad inſtructionem auditorum, quos in conformitate ſui aſcenſuros inuitant, orationem effundunt, ut & ipſi per orationem conſcendant, ita dicentes: O domine, benefac *bonis*, id eſt, bene operantibus, ut perſeuerent, *& rectis corde*, id eſt, innocentibus, ut ſic permaneant. *Declinantes autem.* Et reuera benefaciet dominus bonis. Declinantes autem *in obligationes*, id eſt, in peccata, quibus obligantur homines ueluti catena. Vel in obligatiões .i. perſuaſiones peccatorum. *adducet dominus cum operantibus iniquitatem*, id eſt, eadem pœna damnabit illos qua operarios iniquitatis, id eſt, eorum deuocatores. Ille ſcilicet dominus faciet hac, qui eſt exiſtens *pax ſuper iſrael.* qui æterna quiete remunerabit uidentes ſe, & ſpem ſuam in eo ponentes.

¶Canticum graduum. CXXV.

IN conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrũ, & lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Poſt contemptum temporalium adhuc altior eſt gradus, ut etiam poſt captiuitatis cõuerſionem liberum & iucundum ſit eis bene agere. Multi enim ſunt, omnia temporalia poſtponentes & bene operantes. quibus tamen non eſt iucundum & delectabile bene agere: quia fortaſſis ſi pœna & remuneratio non ſequeretur, a bene agendo ceſſarent. In quibuſdam uero iſtis gradibus ſe ponũt in exemplum, in quibuſdam ſimpliciter adhortantur, in quibus utcunq; faciunt illi conſcendentes.

IN *conuertendo dominus*, id eſt, dum conuerteret dominus *captiuitatem Sion*, id eſt, ſeruitutem noſtri, qui prius sd modum captiuorum, coacti & ex neceſſitate ſeruiuimus in libertatẽ & iucundam uoluntatem. Noſtri dico, ſpectantium futura. *facti ſumus ſicut conſolati*. Captiuitas Sion fuit, quando eccleſiam dei quæ primitus in paucis erat, perſecutorum premebat iniquitas. Sed conuerſa eſt in libertatem, quando per diuinæ miſericordiæ reſpectum etiam ipſi principes receperunt fidem, iamq; licuit credentibus libere CHRISTO exhibere ſeruitutem. Cuius captiuitatis conuerſio tam iucundos & delectabiles reddidit plurimos, ut iam quaſi ex libero arbitrio bene operari delectarentur. Et ipſa triſtitiæ remotio hic dicitur conſolatio. Vnde hic dicitur, facti ſumus ſicut conſolati. quia quantacunque hic ſit conſolatio, eſt quaſi umbra & quædam tantum ſimilitudo futuræ conſolationis. *Tunc repletum eſt.* Et non ſolũ ſimiles facti ſumus conſolatis in illa conuerſione captiuitatis in libertatem, ſed etiam tunc, id eſt, eodem tempore conuerſionis, *os noſtrum* ſcilicet interius repletum *eſt gaudio. Et lingus* etiam *noſtra* exteriori *exultatione* illud celare non potuit. *Tunc dicent inter gentes.* Sed mali non cognoſcunt tantam libertatem & gratiam hic nobis eſſe conceſſam. Sed tunc, id eſt, in futuro ubi non poterunt diſſimulare, dicent inter gentes, id eſt, ipſi qui hic gentiliter uixerũt, ſiue mali Chriſtiani, ſiue non credentes. Vel etiã hic aliq inter gentes, conſiderantes religionẽ in populo Chriſtiano florere, & diuerſa gratiarum dona in ſanctis abundare, dicent: Nos illos putauimus inſanos. ſed *dominus magnificauit* ſuũ *facere cũ eis*. Bñ facit dñs cũ ſuis, qñ ut bene operenẽ efficit.

ſed magnificat tūc ſuum facere cum eis, quando bene operari efficit eis iucūdum & ſpontaneum. *Magnificauit dominus.* Sic dicetur inter gentes. Et reuera dominus magnificauit ſuum *facere nobiſcum*, quemadmodum illi dicunt, *facti ſumus ſicut lætantes*, id eſt, ex lætitia domini complemus mandata. *Conuerte domine.* Conuertunt ſe ad orationem, ut quemlibet aſcendentem exhortentur in idipſum, dicentes: O domine, conuerte *captiuitatem noſtram* in libertatem. Ne aliquis putaret hanc captiuitatis cōuerſionem ita factam, ut non poſſet intendi & augeri, addit. Quamuis dicamus quod facere tuum domine nobiſcum magnificaueris, tamen oramus, conuerte magis & magis captiuitatem noſtram in libertatem. quia quandiu in hac uita ſubſiſtimus, ſemper magis & magis in libertatem conuerti indigemus. libertatem dico, exiſtentem *ſicut torrens in auſtro.* Tempore flantis auſtri glacies & nix reſoluitur in torrentem, quia omnia repellit obſtantia. ita & corda calore ſanctiſpiritus afflata, reſoluuntur a glacie uitiorum in libertatem: quia omnia huius ſeculi propellens impedimenta, ui maxima ruit ad patriam. Qua ſi aliquis diceret: Tu oras libertatem qua plurimas patieris tribulationes. uel qualis eſt illa libertas, in qua tot tribulationes ſuſtines? Ad hoc reſpondet: Quæ cura? Si ſeminem *in lachrymis*, in gaudio metam: quia omnes *qui ſeminant* in lachrymis, id eſt, qui operantur bene in tribulationibus, *facient meſſem in exultatione*, id eſt, fructum bonæ operationis recipient pro eo quod hic laborauerunt. *Euntes ibant.* Et ut ſeminemus in lachrymis, habemus autoritatem in anteceſſoribus, id eſt, in ſanctis martyribus qui fuerunt euntes ad mortem. Et determinat quomodo erant euntes. Ibant *& flebant*, hoc eſt, *mittentes in lachrymis ſemina ſua*, id eſt, bonas operationes. *Venientes autem.* Ita fuerunt euntes ad mortem, ut diximus. ſed uenientes de morte ad uitam, *uenient* non qualitercunque, ſed *cum exultatione* contra hoc quod hic flebant, *portantes manipulos ſuos*, id eſt, recipientes remunerationem bonorum operum.

¶Canticum graduum Salomoni. CXXVI.

Niſi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificāt eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini, filij merces fructus uentris. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii excuſſorum. Beatus uir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis, non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Iſtud canticum graduum, eſt commonitorium Salomonis, id ē, repræſentans ad memoriā caſum illius. Salomon enim tantæ fuit ſublimitatis, ut ſpiritusſanctus per os eius loqueretur, & templum domini ædificaret, in ſapientia omnes homines præcellens. & tamen cecidit, & non quomodocunque, ſed in idololatriā. Quod admonet per iſtorum quæ hic aguntur exhortationem quemlibet, ut licet poſt contemptum temporalium intantum conſcendat, ut ex dilectione bene operetur, non tamen præſumat ullo modo in ſe ſibi promittere ſecuritatem, niſi ſeſſionem prius peregerit, id eſt, niſi humilitatem ſuam ad congruum finem perduxerit, cum præcipue uir tantæ dignitatis & ſapientiæ ſic criminaliter corruerit. Ideo autē hic in octauo gradu agitur de ſecuritate, quia ſecuritas nulla eſt prius quàm perueniatur ad octauam.

Niſi *dominus ædificauerit domum.* Iidem qui & ſupra, loquuntur hic ad inſtructionem auditorum. ac ſi dicant, Poſtquam adeo (ut dictum eſt) conſcenderitis, nolite præſumere de cuſtodia ueſtra, quaſi uos poſſitis cuſtodire bonum quod in uobis eſt, cum nec prius illud operari poſſetis, niſi deus operaretur in uobis. quia niſi dominus ædificauerit domum, id eſt, ipſe primo aliquem conſtruiſſet ſibi habitaculum, & & animam ipſius, quæ domus dei eſſe debet, per initia bonorum operum ædificaſſet, fruſtra *laborauerunt qui ædificant eam*, id eſt, domum, hoc eſt, fruſtra laboraſſent & prælati prædicantes, & ſubiecti obedientes. Neque enim qui 1. Cor. 3.
plantat, eſt aliquid: neque qui rigat, ſed qui incrementa dat. *Niſi dominur cuſtodierit ciuitatem.* Poſtquam uero ædificati fueritis, & multitudinem uirtutum quaſi concíues congregaueritis, nolite (ut dictum eſt) de harum cuſtodia in uobis præſumere: quia niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, id eſt, animam, in qua uirtutes uelut ciues continentur, *fruſtra uigilat qui cuſtodit eam*, id eſt, in uanum ſolicitus eſt & curioſus, qui intendit eam cuſtodire ope ſua, ſiue prædicator, ſiue prædicatus. *Vanum eſt uobis.* Et quoniam ciuitas non poteſt cuſtodiri niſi a domino, ergo uanum eſt uobis *ſurgere*, id eſt, ſecuritatem uobis promittere *ante lucem*, id eſt, ante luculentam & omnibus cōſpicuam remunerationem, quæ erit in cōmuni reſurrectione. Et ne quis putaret quod hæc deiectio ſemper deberet ma

nere, addit: *Surgite poſtquam ſederitis*, id eſt, tūc ſecuri eſtote, quando hæc ſeſſio & deiectio ueſtra, ſcilicet mortalitas & paſſibilitas, peracta fuerit. Et tamen non dicit, ut uel tunc poſſint eſſe ſecuri, niſi cuſtodiri a domino. Sed illa cuſtodia longe differens erit ab iſta, quoniam ita confirmati tunc erunt, ut non ſit eis uoluntas uel deſiderium peccandi, ſicut nec angelis. Quod autem ponit, ſurgite poſtquam ſederitis, dicitur a ſimilitudine damnatorum, qui in medio placito iubentur ſedere in terra, donec de alijs etiam detur ſententia, ut ſimiliter damnentur. Tunc dico ſurgite, id eſt, ſecuri eſtote, uos ſcilicet *qui manducatis panem doloris*. Ac ſi dicat: Nec tunc omnibus ſecuritatem promitto, ſed uobis tantum qui manducatis panem doloris, id eſt, quibus iſta præſens & continua tribulatio reſpectu supernorum, delectationi eſt & refectioni, uelut panis qui continuus eſt cibus. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum*. Et quaſi pro expectationis diuturnitate ſoliciti dicerent, Et quando erit, ut peracta ſeſſione poſſimus ſurgere? ait, Tūc cum dilectis ſuis, id eſt, ad uitam præordinatis dederit ſomnum, id eſt, æternam quietem. Et illa quies non differtur, ſed *ecce*, id eſt, In proximo & quaſi in manifeſto. ſcilicet eſt *hæreditas domini*, id eſt, ipſa quies & remuneratio: quia quātumcunque differatur, tamen quātum ad hoc quod poſtea non uariabitur, iam dicendum eſt, ecce. quia & ſi ſint centum uel mille anni, cito tamen erit ad comparationem æternitatis. Cum ergo dederit dominus dilectis ſuis ſomnum, id eſt, requiem poſt huius uitæ miſerias, ecce hæreditas domini ſtatim apparebit. & hæc hæreditas non qualiſcunque erit, ſed *merces filij*, id eſt, talis erit remuneratio ſuo modo, qualis eſt illius qui proprie filius dicitur, hoc eſt, eandem ſuo modo immortalitatem & impaſſibilitatem habebunt, quam filius dei, quam tamen per ipſum filium habebunt. Et hoc intelligitur ubi determinatur de quo filio dicatur. Filij dico, *fructus uentris*, id eſt, illius filij qui dicendus eſt merito fructus uentris, id eſt, fructuoſus partus uteri uirginalis, ex qua maximus prouenit fructus, & maxima utilitas humano generi. Hilarius: Oſtendit quando debeant ſurgere, qui prius iuſſi ſunt ſedere, illo ſcilicet tempore, cum fideles ſuſcipiuntur in requiem, quibus mors ſomnus eſt & ſecura pauſatio. Ecce hæreditas domini, filij ſcilicet eccleſiæ, ex aqua & ſpiritu ſancto regenerati. Et iſti filij ſunt merces fructus uentris, id eſt, uteri uirginalis partus. Merces eſt omnis eius hæreditas, quæ reſurgens in cælorum poſſeſſionem mittitur, & æterna cum domino felicitate gaudebit. Merces enim humanitati reddita dicitur, de qua & ſecundus Pſalmus ait: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Cæterum diuinitas eius nihil accepit unde creſceret. *Sicut ſagittæ in manu potentis*. Quoniam ſuperius dixerat, in uanum ædificantes laborare, & cuſtodientes fruſtra uigilare, ne prædicatores omnino depreſſi & nihil ualere uideantur, & diſſolutis manibus tepidi efficiantur, conſolatur eos ita: Quamuis dixerim, uanum eſt uobis ante lucem ſurgere, *filij* tamen *excuſſorum*, id eſt, expeditorum ad excutiendas prædas, hoc eſt, apoſtolorum imitatores, *ita* ſicut ſagittæ ſunt poſitæ in manu potentis, ſubaudis ſagittarij, quia ibi ſunt multum efficaces. Excuſſores proprie dicuntur, qui cuſtodiunt circa caſtella, ad prædas liberandas & excutiendas. Ita prædicatores conſtituti ſunt ad eripiendas animas a poteſtate diaboli, quæ ab eo ſunt captiuatæ. Vel excuſſores ſunt trituratores, frumentorum a paleis excutientes. Quod ſimiliter refertur ad prædicatores. *Beatus uir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis*. Et quia filij excuſſorum ſunt ſicut ſagittæ in manu periti ſagittarij, beati ſunt. Et non tantum ipſi ſunt beati, ſed etiam beatus eſt uir quiſque, qui bonam uoluntatem conceptam ex ipſis, id eſt, exemplis & doctrina eorum, implet ſecundum operationem. Et hanc beatitudinem oſtendit ex parte, quia *non confundetur* ullo modo *cum loquetur inimicis ſuis*, id eſt, hæreticis uel perſecutorib⁹, cæteriſq; deo contradicentibus *in porta*, id eſt, in publico. dictum a ſimilitudine fortis militis, qui audacter ad portas inimicorum ueniret, & ibi loqueretur cū eis. Vel in porta, id eſt, in Chriſto ipſe manens, & ea quæ Chriſti ſunt loquens.

❡Canticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui timent dominum, qui ambulant in uijs eius. Labores manuum tuarum *quia* manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua ſicut uitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion, & uideas bona Ieruſalem omnibus diebus uitæ tuæ. Et uideas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.

Iterum illi fideles qui & ſupra, agunt cum illis quos promouerunt ad hunc gradum, ut nunquam ſibi ſecuritatem promittant, quādiu ſunt in hac uita. & exhortantur illos ad altiorem gradum, ſcilicet timere, id eſt, deum diligere. Et hæc dilectio non debet eſſe ocioſa, ſed ambu

lent in uijs. Et dicunt quantam quis per hæc conſequatur beatitudinem & hic, & in futuro.

BEati *omnes qui timent dominum, qui ambulant in uijs eius*. Omnes qui timent dominum uero & caſto timore, uera ſcilicet dilectione, ſu prædictorum reſpectu beneficiorum, & ita ut ſint ambulantes & ſe promouentes in præceptis eius, beati ſunt. *Labores manuum tuarum.* Probat eos eſſe beatos, quia tu qui uis, *es beatus* præſenti beatitudine. *Et bene tibi* in futura beatitudine *erit, quia* labores manuum tuarum *manducabis*, id eſt, delectationi tibi erunt bona opera quæ hic laboraſti. hoc eſt, perfrueris remuneratione bonorum operum, in quibus hic ſtudioſus eras. Et ſicut omnes illi qui timent dominum, beati ſunt: ita & tu quilibet quem admoneo, ſi timueris, beatus es. *Vxor tua ſicut uitis.* Exponit quomodo in præſenti ſit quiſque beatus, ita ſcilicet, quia uxor tua, id eſt, ſenſualitas tua quam ratione maritatam bene ſubegiſti, erit ſicut uitis *abũdans* multiplicitate bonorum operum. *in lateribus domus tuæ*, id eſt, in omnibus membris exterioribus corporis tui, ſicut uitis iuxta domum plantata, fœcundior & abundantior eſt cæteris alibi plantatis. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum.* Secundum hoc etiam beatus es in præſenti, quia filij tui, id eſt, opera tua ſunt excreſcentia in perpetuam pacem, ſicut nouellæ oliuarum creſcunt in perfectam oliuam, per quam pax deſignatur. Filij tui dico, exiſtentes *in circuitu menſæ tuæ*, id eſt, in reſpectu CHRISTI qui eſt menſa, id eſt, refectio animæ noſtræ. dictum a ſimilitudine alicuius patris, uxorem fœtam habentis, qui multum de filijs menſam ſuam circunſtantibus lætatur. *Ecce ſic benedicetur homo.* Expoſita beatitudine quam conſequentur timentes dominum, ſupponit: Ecce ſic benedicetur, id eſt, tali benedictione & beatitudine beatificabitur & ſublimabitur homo *qui timet dominum*, id eſt, qui diligit dominum. Et hoc ecce, id eſt, in præſenti. Ac ſi dicat: Propoſita eſt uobis beatitudo. modo uidete an uelitis amittere tantum bonum, quod poteſtis habere pro dilectiõe. Ideo proponit eis beatitudinem, ut magis alliciat ad dilectionem. *Benedicat tibi dominus.* Facta exhortatione, faciunt orationem ita: Diximus quia ſic benedicetur homo ut dictum eſt. Et ut ita fiat, benedicat tibi dominus, id eſt, ſublimet te, multiplicando & intendendo in te bona opera. Et hoc ex eo, quia tu iã es *Sion*, id eſt, ſpeculans & attendens futura, & non potes cuſtodiri per te. Et hoc modo benedicat te, *ut uideas bona Ieruſalem*, id eſt, ut experiaris ea bona quæ pertinent ad cæleſtem Ieruſalem, ſcilicet bona opera, *omnibus diebus uitæ tuæ*, id ẽ, quã diu uixeris. *Et uideas filios.* Et eo modo te benedicat, ut experiaris filios *filiorum tuorum*, id eſt, remunerationem bonorum operum, uidelicet imperturbabilem pacem. *pacem* dico *ſuper iſrael*, ſcilicet futurã, uel tendentem ſuper Iſrael, id eſt, excedentem fideles dei, quia non poſſunt eam uiribus ſuis promereri.

ℂCanticum graduum. CXXVIII.

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerũt mihi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerũt iniquitatem ſuam. Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes, qui oderunt Sion. Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur, exaruit. De quo non impleuit manum ſuam qui metet, & ſinum ſuum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini ſuper uos, benediximus uobis in nomine domini.

Poſtquam iſti conſcendentes ſunt eo modo quo dixi dominum timentes, debent ſe ita contemperare, ut in conſtantia tribulationis poſſint dicere, quia ab impugnantibus non ſint ſuperati. Et ideo inuitant alios, ut ſui exemplo bene operentur: & ſi tribulatio eis inde ingruerit, non deficiant. Quam conſtantiam hic gradus exequitur:

S*Aepe expugnauerunt me.* Quicunque eſt iſrael, id eſt, qui intantum conſcendit, ut corde uideat deum, *dicat nunc*, id eſt, in proximo ſe ita affectet & præparet, ut poſſit dicere: Sæpe expugnauerunt, id eſt, impugnauerunt, me aduerſarii mei. Et hæc impugnatio proceſſit *à iuuentute mea*, id eſt, ex eo tempore ex quo innouatus ſum, uel propter innouationem meam impugnauerunt me. *Sæpe expugnauerunt.* Quod repetitur, ad confirmationem aſſertionis fit. Sæpe expugnauerunt *me à iuuentute mea.* Et ideo ſæpe, quia *non potuerunt mihi* præualere. Si enim ſemel expugnaſſent, non ſecundo uel tertio impugnaſſent. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Determinat quomodo expugnaſſent. Dorſum meũ ædem ſibi fecerunt flagellando. In qua fabricatione *prolongauerunt*, id eſt, adauxerunt *iniquitatem ſuam*, & ex oppoſito iuſtitiam meam. Quod di-

cit ad conſolationem auditorum, ne illis moleſta ſit tribulatio, cum iuſtitia ſua inde creſcat. *Dominus iuſtus concidet.* Ipſi inquã extenderunt iniquitatem ſuam, pro quo dominus qui iuſtus eſt iudex, concidet, id eſt, confringet *ceruices*, id eſt, ſuperbiam *peccatorum*. Et ex oppoſito intellige quod remunerabit humilitatem meam, & ideo iure debemus eſſe conſtantes. Facta autem exhortatione ad conſcendentes, orat pro perſecutoribus ita. Et ne ipſi oino in futuro concidantur, utinam *omnes qui oderunt Sion*, id eſt, qui odio tantum perſequuntur fideles. *confundantur* ex eo quod fuerunt odientes. *& conuertantur retrorſum*, id eſt, fiant ſequaces & imitatores eorum quos uolebant præcedere. *Fiant ſicut fœnum.* Quod ſi noluerint conuerti a prauitate ſua, concedo diuinæ iuſtitiæ, ut fiant ſicut fœnum *tectorum*, id eſt, fiant comparabiles fœno abſque utilitate in tecto naſcenti, ſecundum hoc ſcilicet, ut exardeſcat in eis priuſquam de hac uita eleuentur, quicquid utilitatis & bonitatis erat in eis. *De quo non implebit.* tali ſcilicet fœno ſint comparabiles, de quo non implebit *manum ſuam, qui metet.* hoc eſt, quod nullus metere curat. Quod autem ſequitur, nec *ſinum ſuum qui manipulos colliget*, ijdem ſunt & qui metunt, & qui manipulos colligunt, ſcilicet ſancti angeli, qui quotidie abducunt fideles ab hac uita in règnum cælorum. In manu uero & ſinu qui capacioe eſt, diuerſitas maioris & minoris dignitatis accipitur. Ac ſi dicat: Sancti angeli qui meſſores ſunt in fine mundi, non implebunt de eis manum uel ſinum, id eſt, non colligent eos in numero minus perfectorum, qui recipient triceſimum uel ſexageſimum fructum: nec in numero magis perfectorum, qui recipient centeſimũ fructũ, *Et nõ dixerũt qui præteribãt.* Et ideo non colligentur ab angelis, quia huic fœno, id eſt, talibus non dixerunt hi qui uiam huius ſeculi & temporalia ſunt prætereuntes, & ad patriam tendentes, *benedictio domini ſuper uos*, id eſt, non effecerunt dicto & prædicatione ſua, ut benedictio ſi dei & operationis ſublimarentur. hoc eſt, non profuit eis prædicatio eorum. Nec dixerunt, *benediximus uobis in nomine domini*, id eſt, ſua prædicatione nõ effecerũt, ut illi qui benedicti & ſublimati erant fide, degentes eſſent in nomine domini, id eſt, ut bene operando darẽt gloriam nomini domini. Quaſi dicerent: Benediximus quidem uobis, ſed non in nomine domini, ut cæteris fundatis. Quod de falſis Chriſtianis accipiendum eſt, ſicut prior huius uerſus pars de infidelibus. Omẽs enim peccatores, aut impij ſunt, aut infideles, aut falſi Chriſtiani. Apoſtoli uero omnibus, tam ſaluandis quàm non ſaluandis, prædicabant. Sed alijs erãt odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem. 2. Cor. 2.

¶Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clamaui ad te domine: domine, exaudi uocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in uocẽ deprecationis meæ. *Si iniquitates obſeruaueris domine, domine, quis ſuſtinebit?* Quia apud te propiciatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in uerbo eius, ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina uſque ad noctem, ſperet Iſrael in domino. Quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Poſt inceptam tribulationibus conſtantiam, debent reputare fideles, ſuis ſe uiribus nullo modo poſſe ſubſiſtere: ſed meritis eorum omnino agitur, licet tantum iam conſcenderint, deficiant & non poſſint perſeuerare, recognoſcant de ipſis profundis tribulationum ad deum eſſe clamandum. & clament, ut dominus (ſicut præcepit) conſtantes eos uſque ad noctem mortis cuſtodiat. Pœnitentialis etiam iſte pſalmus habetur. Sed tunc non reputatur gradus. Quod non eſt mirandum, ſi unus idemq́ pſalmus diuerſo modo accipiatur, cum quicquid bene & ſecundum fidem poſſit exponi in ſingulis pſalmis, prophetam credamus hoc intellexiſſe.

DE *profundis clamaui.* Cum perſecutores omni genere tribulationum inſtarent, & me omnibus modis deuocarent, ego poſitus in abyſſo tribulatiõum, de meis uiribus diffiſus, clamaui *ad te domine*, ad quem clamandum eſt, quia tu es dominus potens auxiliari. Et tu o *domine, exaudi uocem meam*, id eſt, clamorem uoce platũ. *Fiant aures tuæ intendentes.* Et ut ego in clamando extenſus fui, ita domine aures tuæ, id ẽ, potentia & facilitas exauditionis tuæ fiat intenſa *in uocem deprecationis meæ*, cõferendo id quod deſignat uox mei deprecantis. *Si iniquitates obſeruabis.* Exaudi inquam, uocem meam, & non attendas neque obſerues iniquitates meas: quia ſi tu *domine* iniquitates *obſeruaueris*, id eſt, in memoria habueris, ut diſtricto iudicio punire uelis uel meas uel aliorum, *domine* bone, *quis ſuſtinebit*, id eſt, quis ſufferre poterit? Vel quis ſuſtinebit, id eſt, quis expectabit? Si tu iniquitates obſeruares, nullus ſufferret. Sed quamuis dixerim quis ſuſtinebit, aliqs tñ ſuſtinebit. Et hoc in me ꝓbari poteſt. Ego te dñe ſuſtinui. i. a te remu

berationem cum patientia expectaui, non quin me intelligerem peccatorem eſſe, & hoc nullo modo promeruiſſe. ſed ideò, *quia apud te*, id eſt, in tua natura *eſt propiciatio*, id eſt, miſericordia, quia miſericorditer agis, non obſeruans iniquitates quibus defectum patimur. *& etiam propter legem tuam* obſeruatam a me, id eſt, propter
Luca. 7. conditionem quam nobis propoſuiſti: dimitti te, & dimittetur uobis. Vel ut uniuerſaliter dicatur, propter legem, id eſt, præcepta tua obſeruata. Hoc ideo apponit, ne uideretur deſperare, & ideo minus alliceret ad clamorem illos quos hic inuitat. *Suſtinuit anima mea*. Modo conuertit ſe ad auditores, ita: Non tantum ſuſtinui propter propitiationem eius & propter legem obſeruatam, ſed etiam *in uerbo eius*, id eſt, in conſideratione promiſſionis eius, qua & peccatorum ueniam promiſit pœnitentibus & indulgentiam quærẽtibus, & ſempiternam gloriam promerẽtibus. *Sperauit anima mea*, ſcilicet illum remuneratorem pro legitima certatione. Et bene dicit animam ſuam ſperaſſe, ſicut quædam uirtutes proprie ſunt corporis, ſicut ieiunare, uigilare: ita fides, ſpes, charitas, proprie dicuntur animæ. Sperauit inquam anima mea, nõ in quolibet, ſed *in domino*, id eſt, in cõſideratione omnipotentiæ eius. *A cuſtodia matutina*. Quæ ſpes fuit incipiẽs a cuſtodia matutina, id eſt, a tẽpore illuminationis uel conſenſionis meæ, hoc eſt, a principio ſanctitatis meæ, & ita perſeuerabit *uſque ad noctem*, id eſt, ad mortem. Vel ſicut in Hebræo habetur, a uigilia matutina uſque ad uigiliam matutinam, id eſt, ab incipiente hic illuminatione, perſeuerando uſque ad uerum matutinum, quod poſt hanc uitam incipiet luceſcere. Et ſicut ego ſpero in domino, ſic omnis *iſrael ſperet in domino*. *Quia apud dominum*. E merito omnis Iſrael, id eſt, omnis fidelis ſperabit in domino, q͞a apud ipſum eſt *miſericordia*, id eſt, ipſe naturaliter eſt miſericors. Et ne quis deſperet multitudine peccati, *apud* dominum eſt *copioſa redemptio*, tam originalium quàm actualium criminum, tam criminalium quàm uenialium. Vel copioſa redemptio, tam gentium quàm Iudæorum. *Et ipſe redimet*. Hic copioſa eſt apud illum redemptio, quia quotidie peccata dimittit. Et in futuro idem ipſe redimet *iſrael ex omnibus iniquitatibus eius*. quia nullus omnino ſine macula de hoc mundo tranſibit, qui in oblatione ſacrificij & orationibus indigeat abſolui.

Canticum graduum. CXXX.

DOmine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Si nõ humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. Speret Iſrael in domino, ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

In hoc pſalmo fideles alta conſcendentes, iterum ſuos admonẽt ſectatores, ut dum eo uſque promoti fuerint, quod ad dominum pro conſtantia tribulationis clament; adhuc ad altiora conſcendant, uidelicet ut cum exauditi fuerint in hac re, non glorientur in ſemetipſis, reflectendo oculos ſuos ad uirtutes ſuas unde poſſent ſuperbire, ſed aſcendentes gradũ humilitatis, ipſa magnalia quæ in ſe ſunt, non ſua, ſed dei cognoſcant eſſe, ita dicentes:

DOmine, *non eſt exaltatum cor meum*. O domine, poſt beneficia tua ſupradicta, cor meum non eſt exaltatum, id eſt, in mente mea non ſuperbiui. *neque elati ſunt oculi mei*, id eſt, nullam extrinſecus ſuperbiam oſtendi, quæ maxime nutibus & elatione oculorum deprehenditur. *Neque ambulaui in magnis*. Non tantum non ſuperbiui, ſed etiam in his in quibus ſolummodo locus uidetur, ſcilicet in magnis & *mirabilibus*, ſed non in me gloriando, ut conſeruarem humilitatem meam. hoc eſt, in uirtutibus profectum habui, quæ erant tam magnæ, ut eſſent etiam mirabiles. ſed non ita, ut ipſas uirtutes attenderẽ, dicendo apud me: quantus ſum, quàm glorioſus ſum. ſed magis dicebam, quãtum differo ab alijs qui ſunt ſuperiores me in uirtutibus. Et hoc ideo feci, quia erant *ſuper me*, id eſt, deſuper mihi collatæ ſunt à domino. *Si non humiliter ſentiebam*, ſicut ablactatus. Modo ponit ſeſe ſub deuotione quadam. Si non humiliter ſentiebam, id eſt, ſi non ſemper in humilitate me continebam poſt omnes gradus ſupradictos, *ſed exaltaui animam meam* ſuperbiendo, tunc *ita* ueniat *retributio* in animam meam, ſcilicet ut peream *ſicut* periret puer *ablactatus*, quia adhuc deberet *ſuper* matrem ſuam incumbere, ſi remotus, non ſuſtentaretur aut matris aut alterius ope. Ideo facit hanc deuotionem, ut per pœnitentiam quam ſibi imperat, auditores a ſuperbia remoueat. *Speret iſrael*. Et quicunque eſt Iſrael, ſic ſperet *in domino*, ſicut ego humiliter ſentiens ſperaui. uel ſicut ego in magnis & mirabilibus non ſuperbiui. ſic omnis qui eſt Iſrael dum in talibus eſt, non ſuperbiat. & ſic ſperet in domino, incipiẽs *ex hoc nũc*, id eſt, ex præſenti nũc, & perſeueret *uſq; in ſeculum*.

¶Canticum graduum. CXXXI.

MEmento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Sicut iurauit domino, uotum uouit deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitatiōem. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino, tabernaculū deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephratha, inuenimus eā in campis ſyluæ. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent. Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. Iurauit dominus Dauid ueritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filii eorum uſque in ſeculum, ſedebunt ſuper ſedem tuam. Quoniā elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus. Sacerdotes eius induam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Inimicos eius induam confuſione, ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Fidelium multitudo poſtquam in tātum conſcēdit, ut nullo modo ſuperbiat uirtutibus, orat hic uitam apoſtolicam, ſcilicet ut uiuat in ſocietate & concordia fratrum, non ſub ſuo iure, ſed ſub alterius poteſtate. Et quia nullis meritis ſuis reputat ſe illud poſſe conſequi, licet tantum conſcenderit propter Dauid, id eſt, propter CHRISTVM & eius obedientiam, orat patrem ſurgere, id eſt, hoc efficere. Et hic gradus deſiderium dicitur.

M*Emento domine Dauid*. O domine pater, memento in nobis Dauid, id eſt, CHRISTI uiriliter agentis per omnia. *Et omnis manſuetudinis eius*, id eſt, patientiæ & obedientiæ eius. *Sicut iurauit domino.* Māſuetudinis eius, dico, memento, ita per omnia exhibitæ, ſicut ipſe filius dei deo patri iurauit, id eſt, iureiurando confirmauit. Et ſicut *uotum uouit deo iacob*, id eſt, luctantium, quia & ipſe ſecundum humanam naturam luctans erat. Iurare & uotum uouere, non uerbis hic, ſed dei firma diſpoſitione accipitur. dictū a ſimilitudine hominū aliquid iurantiū & firmiter uouentiū. *Si introiero.* Si dedero ſomnū oculis & requiem temporibus meis. Iurauit, ita dicens: Si introiero *in tabernaculum domus meæ*, id eſt, in habitationem manſionis meæ, ut ex delectatione corpori meo acquieſcā in aliquo. *Et ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Et ſi dedero ſomnum oculis meis*, quod minus eſt quàm ſtratum aſcendere. *Et palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis*, quod fit quando tempora grauantur ad ſomnū. Hoc eſt, ullo modo quieuero aut ceſſauero *donec inueniam locum domino*, id eſt, tales in quibus dominus habeat locum & requiem ſuam. & donec inueniam *tabernaculum*, id eſt, militantes *deo iacob*, id eſt, luctantium, ſubaudis non ero promiſſor uerax. uel aliquid huiuſmodi, quod digne poſſit ſubaudiri. Quod dicit, ſi introiero in tabernaculū domus meæ: dictum eſt a ſimilitudine militis alicuius ita deuoti erga dominum ſuum, ut nunquam domum ſuam intrare uelit, donec per deſtructionem inimicorum ad uoluntatē domini ſui militet. Quod autem dicit, in lectum ſtrati, lectum hic dicit ipſam lecticam: ſtratum uero, quod deſuper ponitur, ſicut culcitra, puluinar & cætera. *Ecce audiuimus eam.* Hoc dictum eſt, iurauit Dauid, id eſt, dominus IESVS. & ſicut promiſit, ecce completū uidemus in præſenti & in manifeſto. quia audiuimus eam, id eſt, ſedem uel eccleſiam, quam prius pręddixit locum, *in Ephratha*, id eſt, in iudaico populo, quē hic intelligimus tum per locum, qui eſt in iudæa, alio nomine dictum Bethleem, tum propter nominis interpretationē. Ephratha enim interpretaſ ſpeculum. Quod bene iudæis conuenit, qui ſub umbra legis quaſi per ſpeculum in ænigmate contemplabantur quæ nunc facie ad faciem uidentur. Et quod dicitur, audiuimus eam in Ephratha, illi parti attribuitur, quæ hic ex gentibus loquitur. Et quod ſequitur, *inuenimus eam in campis ſyluæ*, Iudæis aſſcribitur. Ac ſi dicant Iudæi: Nos inuenimus eam, id eſt, eccleſiam etiam in campis ſyluæ, id eſt, in his qui ſylua fuerunt, ſed iam facti ſunt campi, id eſt, fructiferi. Eam, non eſt relatiuum ad aliquam uocem quæ in libro ſit poſita, ſed ad ſignificationem loci. *introibimus in tabernaculum.* Modo exponunt in qua re orent, ut meminerit Dauid in eis, ſcilicet quia introibimus, id ē, introire diſpoſuimus in tabernaculum *eius*, id eſt, in militia eius, ut ſtemus adorantes, id eſt, uenerantes eum *in loco*, id eſt, in eo ſtatu *ubi ſteterunt pedes eius*, id eſt, apoſtoli. Quaſi dicat, in

conformitate apoſtolorum, ut unanimes ſimus uoluntate, in qua ipſi firmiter perſeuerauerunt. Et ad hoc *adorabimus*, id eſt, per orationem nos id facturos diſpoſuimus. *Surge domine.* Nos diſponimus introire in apoſtolicam uitam & adorare. Et ut poſſimus introire, tu domine ſurge, id eſt, potens appare eundo *in requiem tuam*, faciendo nos tales, in quibus requieſcas & delecteris. Et tunc te ſurgente, ſurgat *& arca ſanctificationis tuæ*, id eſt, nos qui ſanctificati & purificati in baptiſmate, ſumus arca tua, portantes in nobis tabernacula teſtamentorum, id eſt, præcepta ueteris & noui teſtamenti. & manna, id eſt, CHRISTVM cibum angelorum & panem uitæ & intellectus, & uirgam Aaron, id eſt, gubernationem noſtram ipſorum, in qua dominamur illicitis motibus. *Sacerdotes tui.* Modo exponit quo modo orent ut ſurgat arca ſanctificationis. ſic ſcilicet domine, ut ſacerdotes tui *induantur iuſtitia*, id eſt, nos qui ſumus regale ſacerdotiū, nos ipſos immolantes, in bona ſimus operatione. *Et ſancti tui exultent*, id eſt, nos ipſi per te ſanctificati, ſecundum puritatem innocentiæ ſimus exultantes. *Propter Dauid.* Et hoc noſtris meritis non oramus, ſed potius propter Dauid quem dilexiſti, qui eſt ſeruus tuus, tibi per omnia obediens. poſt bonam operationem & innocentiam *non auertas faciem Chriſti tui*, id eſt, ſpecioſitatem & pulchritudinem, id eſt, conformitatem eius a nobis. Et hoc propter ipſum, ſicut ſuperius dixit, Memento manſuetudinis eius. *Iurauit dominus Dauid ueritatem.* Quaſi aliquis diceret: Qua fiducia audes conforminatem CHRISTI orare? Ea ſcilicet, quia dominus pater iurauit, id eſt, firmiter diſpoſuit uel promiſit Dauid, id eſt, domino IESV CHRISTO filio eius. ueritatem, id eſt, ipſe ipſum qui eſt ueritas. *Et non fruſtrabitur eum*, id eſt, non decipiet eum in hac promiſſione. Et quid iurauit? *De fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam*, id eſt, quoſdam ex his quos generabis in fide, faciam eadem beatitudine immortalitatis & impaſſibilitatis in regno tuo tecum perfrui. Hoc Dauid promiſſum eſt de CHRISTO ſecundum carnem, hoc CHRISTO de fidelibus ſecundum ſpiritum. *Si cuſtodierint filij.* Tunc ſcilicet filij *tui* ſedebunt ſuper ſedem tuam, ſi cuſtodierint *teſtamentum meum*, id eſt, pactum in baptiſmo mihi promiſſum, *& teſtimonia*, id eſt, præcepta *mea, hæc* ſcilicet *quæ docebo eos*, id eſt, quæ ego iniungam eis. *Et non* tantum filij tui, id eſt, apoſtoli & cæteri primitiui, ſed etiam *filij eorum*, id eſt, imitatores eorum ſedebunt ſuper eandem ſedem *uſque in ſeculum*, id eſt, æternaliter. Aliter. Quoſdam ex regeneratis qui erunt filij tui, faciam reges, id eſt, ſeipſos & alios regētes. Et ſi pſeuerauerint in præceptis meis, filioſque ſuos perſeuerare fecerint, ipſi & filij eorū hic & æternaliter *ſedebunt ſuper ſedem tuam*. hic ſe ipſos regentes: in futuro conregnantes. *Quoniam elegit dominus Sion.* Vere regnabūt, quoniam dominus ad hoc elegit Sion, quæ ſpeculatio dicitur, id eſt, eccleſiam quæ ſpeculatur futura, gratis ſine omnibus meritis præcedentibus aſſumpſit de maſſa perditorum. *elegit* quidem *eam in habitationem ſibi*, id eſt, quam inhabitaret & coleret ſecundum promotiōem uirtutum, ita dicens: *Hæc requies mea*, id eſt, hæc Sion erit requies mea. hoc eſt, talem illam conſtituam, ut in ea delecter & requieſcam, nō tantum hic, ſed *in ſeculum ſeculi*. *Hic*, id eſt, in illa Sion *habitabo* & hic & in futuro. *Quoniam elegi eam* ad hoc, ut inhabitem in ea. *Viduam eius.* Probat hoc quod dixit, hic habitabo, ita. Viduam eius, ſcilicet Sion, id eſt, qui in ea deſolati ſunt temporali iucunditate, *benedicens* hic ſublimando in uirtutibus, *benedicam* glorificatione futura. Vel benedicens benedicam, id eſt, multum ſublimabo. *Pauperes eius*, id eſt, Sion, id eſt, eos qui ſunt exiſtētes in humilitate, ſicut qui attendunt paupertatem ſuam. *ſaturabo panibus*, id eſt, multiplicitate intellectus ſanctarum ſcripturarum. quia qui omnia temporalia poſtponunt, ad intelligendum expediti ſunt. Eaſdem uero perſonas pro diuerſis cauſis uocat uiduam & pauperes. *Sacerdotes eius.* Illos quoque qui non tantum ſunt humiles, ſed etiam ſeipſos ſacrificium iuſtitiæ offerentes, *induam ſalutari*, id eſt, CHRISTO. hoc eſt, conformitate ſaluatoris, bona ſcilicet operatione. *Et ſancti eius*, ſcilicet Sion, *exultatione exultabunt*, de perfecta innocentia gaudebunt. Viduam & pauperes, ſacerdotes & ſanctos, eos ipſos qui in hoc pſalmo loquuntur, accipimus. *illuc producam*, hic eos ita ſublimando, in futuro autem illuc producam *cornu Dauid*, id eſt, in eoſdem extendam ſublimitatem & conformitatem domini IESV, non tamen ita, ut ea paritate & quantitate debeant ſublimari, ſed ſuo modo. *Paraui* enim eos *lucernam Chriſto meo*, id eſt, faciam eos recognoſcere non ſe lucem eſſe, ſed lucernam, id ē, portare in ſe CHRISTVM, qui eſt lux uera, & ab eo ſplendorem accipere, quo & ipſi illuſtrentur, & alios illuminent. *inimicos eius.* Illos ita ut dixi ſublimabo, inimicos aūt eius, id eſt, CHRISTI, ſcilicet perſecutores uel hæreticos, qui ei inimicabantur, *induam*, id eſt, circundabo perpetua *confuſione*, id eſt, damnatione. Sed *ſanctificatio mea*, id eſt, ſanctificati mei. efflorebunt de uirtute in uirtutem, uel floribus bonorum operum in maturitatem æternæ remunerationis. *ſuper ipſum* uidelicet CHRISTVM fundati, ſine quo nihil eſſe poſſunt. Aliter: Illuc, id eſt, ad ſanctos producam cornu Dauid. Et non tantum ad eos, ſed etiam inimicos, id eſt, perſecutores eius induam confuſione bona, ut erubeſcentiam ex eo habeant quod perſecuti ſunt eum. Et non ſolum erubeſcent, ſed etiam poſtea facti ſanctificatio mea in baptiſmate ſanctificati, efflorebūt in promotione uirtutum, ſuper ipſum fundati in operibus bonis.

¶ Canticum graduum. CXXXII.

ECce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbã barbam Aaron. Quod deſcendit in oram ueſtimenti eius, ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem & uitam uſque in ſeculum.

Iidem ipſi fideles, qui in ſuperiori pſalmo cũ humilitate conformitatem Chriſti & apoſtolicam uitam orauerunt, adhuc promotiorẽ gradum aſcendunt: ſcilicet ut poſtquam conſecuti ſunt quod quærebant, in unum cohabitare uoluntarie ſtudeant.

ECCE *quàm bonum*. Quod orauimus, conſecuti ſumus. Ecce habitamus in unum, hoc eſt, omnia habemus communia, & in eadem uoluntate exiſtimus, apoſtolicam uitam ducentes. Vnde & uos auditores diſcite, quàm bonum *&* *quàm iucundum* eſt *habitare fratres in unum*, id eſt, concordi uoluntate, ut idem uelint. Quod melius & iucundius eſt, quàm ut poſſit uoce ꝓfiteri. Multi cohabitant, ut Cain & Abel, Eſau & Iacob, ſed non in unum. Multa etiam ſunt bona, & nõ iucunda: ut ieiunare, uitam caſtigare. Multa uero iucunda & non bona, ut uoluptuoſe uiuere. Sed iſta fratrum cohabitatio cum ſit bona & iucunda, merito eſt amplectenda. Modo oſtendit per ſimilitudinẽ qualis ſit. *Sicut unguentum*. Vere eſt bonum & iucundum ſicut unguentum *in capite*, utpote ſpirituale donum quo perfecti unguntur, ut reges, ſacerdotes: exiſtens in poteſtate Chriſti, qui eſt caput noſtrum. Et tale donum, *quod deſcendit in barbam*, id eſt, in robuſtos, quoniam robur & ſapientia per barbã denotatur. Et exequitur per partes, de quibus dicat robuſtis, ſcilicet in *barbam Aaron*, id ẽ, in apoſtolos, qui primo loco CHRISTO ſacerdoti ſummo adhærebant. Vel ſecundum nominis interpretationem, Aaron dicitur mõs uel montanus. Et Chriſtus licet in ſeculo conuerſaretur, ſemper tamen ipſe mons exiſtens, in monte altiſſimo & in munitione inexpugnabili permanſit. *Quod deſcendit in oram*. Quod unguentum nõ tantum deſcendit, id eſt, profluxit in barbam Aaron, ſed etiam in oram ueſtimenti eius, id eſt, in ſummitatẽ ueſtium eius. quia unctio ſpiritualis primo de Chriſto profluxit in apoſtolos, q̃ſi de capite in barbam, deinde per barbam in ueſtimentum, id eſt, de apoſtolis in martyres, qui primi poſt apoſtolos ambientes erant Chriſtum. & ſic in oram, id eſt, in extremitatem ueſtimenti, id eſt, in om̃es fideles eccleſiæ. Per hoc multum commendat hunc gradum, id eſt, cohabitationem in unum, quia tam pręcipuos uiros, ſcilicet apoſtolos & martyres, in ea fuiſſe commemorat. Quod unguentum profluxit *ſicut ros Hermon*, id eſt, utpote gratuitum donum exaltati luminis, id eſt, Chriſti, quia hoc donũ ipſe nulli contulit ante exaltationem ſuam, ſicut ſcriptũ eſt: Nondum erat ſpiritus datus, quia IESVS *Ioh. 7.* nondum erat glorificatus. Hermon interpretatur lumen exaltatum, ſiue anathema eorum. Ros qui ſine labore hominum ad fructificandã terram deſcendit, gratuitum donum dei abſque merito deſignat. Ros itaque Hermon deſcendit in montem Sion: quia gratia quæ prius collata eſt iudæis, poſtquam ipſi anathematizãdo Chriſtum Ieſum, ſeparauerunt ſe ab eo, uenit in eccleſiam gentium, quæ mente ſpeculatur deum. Siue gratuitum donum dei populo gentium collatum, quod prius fuit anathema, uenit in Sion, quando iudæi & gentes in unitate fidei ſunt cõiuncti. Siue per montem Hermon & montem Sion, eminentiores & perfectiores in eccleſia accipiamus, in quos largius deſcendit gratia ſpiritusſancti. *Quoniam illic mandauit dominus*. Et ideo etiam bonum & iucundum eſt in unũ habitare, quoniam illic .i. in illa cohabitatione exiſtentibus. mãdauit, id eſt, legauit dominus per doctores ſuos. *benedictionem*, id eſt, ſublimationem magis ac magis, magisq; indies ſecundum promotionem uirtutum. *&* non tantum ſublimationẽ in hac uita, ſed etiam *uitam uſque in ſeculum*. i. tendentem uſque in æternitatem.

¶ Canticum graduum. CXXXIII.

ECce nunc benedicite domino omnes ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta, & benedicite domino. Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cælum *&* terram.

Nunc ijdem fideles inuitant om̃es, qui eo uſq; aſcenderunt, ut cor unum & animam unam habeant, ut in eo perſeuerent. uel deo, quod promoti ſunt, non ſibimet aſcribant. & omnia quæ faciunt, reſpectu cæleſtis retributionis agant, & pro his omnibus deum benedicant.

E*cce nunc benedicite domino.* O uos *omnes ſerui domini*, qui intantum conſcendiſtis, ecce nunc, id eſt, in præſenti cum nihil uobis aliud iam reſtat, benedicite domino ſecundum perſeuerantiam, uel ut deo aſcribatis quod hucuſque conſcendiſtis. *Qui ſtatis in domo domini.* Vobis dico ſeruis domini, qui ſtatis in domo domini, id eſt, in eccleſia, præceptis dei inſiſtentes, & nullo modo iacentes. Et ſit cauſa benedictionis, quia ſtatis *in atrijs domus dei noſtri*, id eſt, in amplitudine dilectionis, deducenus nos in æternam domum dei noſtri. *In noctibus extollite.* Benedicite inquam dominum, & extollite *manus ueſtras*, id eſt, opera ueſtra *in ſancta*, id eſt, reſpectu cæleſtium bene operamini. In noctibus, id eſt, in tota iſta uita, ubi ſunt uarij defectus. quæ ad futuram uitam comparata, nihil aliud quàm nox eſt dicenda. Duobus modis homines in nocte eſſe accipiuntur, uel ſecundum peccata, ut eſt illud: Qui dormiunt, nocte dormiunt. Vel 1. Theſ. 5.
etiam boni ſunt hic in nocte, quãtum ad lucem & gloriam futuræ uitæ. *Et benedicite dominum*, id eſt, ex eo ipſo quod manus extollitis in ſancta, laudate dominum. *Benedicat te dominus.* Modo qui hactenus eos exhortati ſunt generaliter, ut oſtendatur quia ad hoc non ſufficiunt libero arbitrio, & omnes ſupradictos conſcenſus eſſe ex gratia dei, ſingulariter eos alloquuntur, dicentes: Dominus progrediens *ex Sion*, id eſt, qui deus & homo eſt, benedicat te & in promotione & in cuſtodia promotiõis. dominus dico, qui potens eſt, *qui fecit cælum & terram*, id eſt, maiores & minores.

¶Alleluia. CXXXIIII.

LAudate nomen domini, laudate ſerui dominum. Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. Laudate dominum, quia bonus dominus: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt. Quoniam Iacob elegit ſibi dominus, Iſrael in poſſeſſionem ſibi. Quia ego cognoui quod magnus eſt dominus, & deus noſter præ omnibus diis. Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit uentos de theſauris ſuis, qui percuſſit primogenita Aegypti, ab homine uſque ad pecus. Emiſit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem & in omnes ſeruos eius. Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regem Amorræorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Iſrael populo ſuo. Domine, nomen tuum in æternum: domine, memoriale tuum in generatione & generationem. Quia iudicabit dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis deprecabitur. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habẽt, & non loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſrael, benedicite domino: domus Aaron, benedicite domino. Domus Leui, benedicite domino: qui timetis dominum, benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalem.

In hoc Pſalmo loquitur propheta, inuitans omnes tam de Iudæis quàm de gentibus ad laudem dei ex conſideratione honitatis ipſius: tum quia gratuito plura bona eis contulit, tum reſpectu mirabilium quæ multipliciter enumerat in tractatu huius pſalmi.

L*Audate nomen domini.* O uos *ſerui* domini, *laudate* deuotione cordis & oris nomen illud quod eſt dominus, uel gloria domini. *Qui*
Phil. 133. *ſtatis in domo* &c̃. Hic uerſus exponendus eſt, ut ſupra. *Laudate dominum.* Ideo etiam laudate dominum, *quia* naturaliter *bonus* eſt in ſe. Et non tantum uoce laudate eum, ſed etiam *pſallite nomini eius*, id eſt, bene operamini ad gloriam nominis eius quod eſt dominus, *quoniam* nomen talis domini nõ eſt aſperum neque acerbum ut aliorum, ſed *ſuaue eſt* & nimis delectabile. Vel iucundum & ſuaue eſt pſallere illi. *Quoniam Iacob elegit.* Hoc etiam ſit uobis materia laudis, quoniam *dominus* elegit Iacob *ſibi*, id eſt, eos qui in uobis minus perfecti adhuc in lucta ſunt, gratis aſſumpſit. *Et iſrael in poſſeſsionem ſibi*, id eſt, perfectiores in uobis, qui iam deum corde uident. Hos omnes ſola miſericordia ex perditorum maſſa aſſumpſit ad hoc, ut poſſideat & excolat eos, quaſi aliquis hæreditatem ſuam. *Quia ego cognoui.* Et merito debetis talem dominum laudare, quoniam non tantum bonus, ſed *magnus* eſt & potens. quod ego plenaria cognitiõe cognoui, ſpũ ſancto mihi reuelãte. *Et deus noſter* eſt non recens, ſed antiquorũ patrum: deus talis, ut ſit *præ omnibus dijs*, ſiue ab eo ſanctificatis, ſiue ab hominibus falſo aſſumptis. *Omnia quæcunque uoluit dominus.* Probat *quod* magnus

ſit præ omnibus,quia ipſe *fecit* omnia quæcunque uoluit *in cælo & in terra*, id eſt,in prælatis & ſubditis. & non tãtum in bonis,ſed etiam in malis.quod eſt *in mari.* & nõ ſolum in qualibuſcunque malis,ſed *in* his etiã qui erant abyſſi, id eſt, qui in profundo uitiorum fuerunt, fecit quæcunque uoluit. *Educens nubes.* Fecit in cælo quod uoluit,hoc ſcilicet, quod illos qui erant quaſi extremi inter homines ſecũdum ignobilitatem & inopiam, educens *ab* illa extremitate, fecit nubes ad pluendos alios. Et *fecit in eis fulgura*,id eſt,illuminationem ſcientiæ *in pluuiam*, id eſt,in doctrinam. Per nubes officium, per pluuiam doctrina deſignatur.Quod eſt dicere, Non tantum miſit eis officiũ prædicandi, ſed fecit eos ipſum exequi. *Qui producit uentos.* Adhuc probat dominum magnum eſſe, qui talis eſt quod producit uentos,id eſt, ſpirituales eoſdem quos nubes dixit,ſed nubes propter officium, uẽtos propter ſpiritualitatẽ. *de theſauris ſuis*,id eſt,de occulta diſpoſitione ſua,in qua fuerũt ante mundi conſtitutionem. Et in eo laudandus eſt,quia *percußit primogenita*, id eſt,originalia peccata,q̃ prima naſcuntur in hominibus, deſtruxit *ægypti*,id eſt,eorum qui erant in deiectione & tenebris ignorantiæ. *ab homine uſque ad pecus*,id eſt, & eorum qui erant ſapientes in ſecularibus, ut philoſophi uel iudæi & græci: & eorum qui ſecundum ſimplicitatem pecudibus erant comparabiles,ſicut barbari.Et miſit *ſigna*. Eo igitur modo & ordine deleuit primogenita Aegypti. Et miſit ſigna *& prodigia*, id eſt,mirabilia in publico.Et hoc non in qualibet parte tui o *ægypte*, ſed *in medio tui*. quia per totum mundum contigere miracula, *in pharaonem*,id eſt, in diabolum deſtruendum, qui uere diſſipatio dicitur. *Et in omnes ſeruos* ſcilicet deſtruendos, id ẽ, miniſtros *eius*,ſcilicet malignos ſpũs ſibi ſubiectos, qui ſeruiunt ei in diſſipatione generis humani.*Qui percußit gentes multas*. Et non tantum primogenita,id eſt,originalia crimina deleuit in baptiſmo, ſed etiam percuſſit gentes multas,id eſt, multitudinem actualium peccatorum poſt baptiſma per tentationes occurrentium deſtruxit.*& occidit reges fortes*,id eſt,talia uitia, quæ ſolent fortiter regnare & dominari in quibuſdam: & tantam uim habere, ut uix ſe aliquis ab eis expediat. *Seon regem Amorræorum.* Exponit quos reges occiderit. ſcilicet Seon,id eſt, uehementem tentationem,quæ adeo uehemens fuit, ut aut iam præualẽdo regnaret, aut regnare iam potuiſſet. Seon interpretatur calens tentatio, uel tentatio oculorum, ſiue laſſeſcens, uel germen inutile. Amorræi dicuntur amaricantes. Og,concluſio uel coaceruans. Baſan,pinguedo uel ignominia ſiue confuſio. Chanaan,motus eorum ſiue paratus humilitati uel deiectioni. Non tamen omnino deſtruxit tentationẽ quin impugnet, ſed in eo quod ſolet eſſe Amorræorum,id ẽ,ſecundũ hoc quod ſolet dominari & p̃ualere, quantum ad cõſenſum, his qui ſunt Amorræi,id eſt, amaricantes deum in conſenſu. Quod eſt dicere: Deſtruxit & debilitauit impugnationem ſuggeſtionum, ut non peruenirent ad conſenſum: uel in quibus præualuit,condonauit. Secũdum illam interpretationem, qua Seon dicitur tentatio oculorum. per tentationem huius ſenſus, ſubintelligimus tentationes totius ſenſualitatis. Maxime enim per oculos tentamur. & ſicut beatus Auguſtinus ait, iſte cõuenit omnibus aliis. Solet em̃ dici: Vide quantũ fragorẽ fecit, Vide q̃ bene ſapiat. Vide q̃ bñ redoleat. Vide q̃ aſperum uel lene ſit tactu. Occidit *& Og regem Baſan*.Per Og, malam operationem deducentem in confuſionem accipimus: quoniam de operatione multo difficilius,quàm de conſenſu poterit ſe quiſque redimere. Sed dominus occidit Seon & Og,id eſt,concluſionem actus cum conſenſu deſtruxit.Cum enim per cõſenſum peruenitur ad operationem, tunc homines ſunt concluſi & irretiti,ut non facile poſſint exire. Quæ concluſio habet poteſtatem ducendi homines in cõfuſionem,id eſt, de uitio in uitium,quandiu ſunt in hac uita, & poſtmodum in æternam damnationem. & ne curram per ſingula,occidit *omnia regna Chanaan*,id eſt, omnem prauam conſuetudinem deſtruxit, per quam homo commouetur, & a deo recedit in regionem diſſimilitudinis,paratus obedire humilitati & deiectioni. *Et dedit terram eorum hereditatem*. Non ſolum uitia ſecundũ conſenſum & operationem in ſuis deſtruxit,ſed & terram eorum ſcilicet regum, ſcilicet ſenſualitatem carnis, quæ ex pœna peccati ſemper prona eſt ad malum, & praua ſuggerit rationi, & ubi uitia prius regnabant, dedit *populo ſuo hereditatem*. Et repetit, hæreditatem, ut determinet cui populo eam dederit, ſcilicet *iſrael*,id eſt,credentibus & uidentibus ſe, ut bene eam excolerent, & ex toto rationi ſubiugarent, ita ut eius fructum bonum redderent. *Domine, nomen tuum.* Modo conuertit ſe propheta ad dominum cum gratiarum actione pro his omnibus,dicens: O domine,qui præterita mala condonaſti, & in p̃ſenti deſerto ſecurẽ ducatũ contra hoſtes occurrentes. nomen tuum,id eſt, gloria tua permanebit *in æternum*, quia inde glorioſus eris æternaliter in nobis. *Et memoriale tuum*,id eſt,ſignificatum illius quod filijs Iſrael hiſtorialiter actum eſt, perſeuerabit in præſenti *generatione & futura* generatione. *Quia iudicabit dominus.* Ideo etiam gloria domini erit in æternum,quia iudicabit *populum ſuum*, id eſt, fideles ſuos remunerabit poſtquam de hac uita migrauerint. *Et* adeo remunerando ſublimabit, quod ipſe *in ſeruis ſuis deprecabitur*, id eſt, rogabitur,ut ipſi ſint mediatores & intercesſores pro nobis ad eum, ſicut quotidie fit in ſanctis. dictum a ſimilitudine illius ſerui, quem

dominus ſuus ita ſublimat, ut pro alijs conſeruis intercedere ualeat. *Simulacra gentium.* Dominus hæc omnia quæ dicta ſunt fecit, & ideo talis dominus merito laudandus eſt, non ſimulacra gentium, quæ tantum ſunt ſimilitudines rerum, & ſunt *aurum & argentum*, uel ex uiliori materia. *Opera manuum hominum*, id eſt, corporaliter ab hominibus facta, non ſecundum intellectum habita. Quæ cum habeant formas humanorum membrorum, nullius eorum fruuntur officio. *Neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum*, ut poſſint uel ad modum brutorum animalium ſonare. Hæc ſimulacrorum uituperatio ſpectat ad laudem dei. Ac ſi dicat: Ideo ſic deprimo deos eorum, ut recedant a cultura talium. Quod ſi noluerint, concedo diuinæ iuſtitiæ, ut *qui faciunt ea, & qui fiduciam ponunt in eis, ſimiles illis fiant* in interiori ſuo, ut eodem modo uim rationis amittant, ſicut illa carent corporeis ſenſibus. *Domus iſrael, benedicite domino.* Quicquid autem de iſtis fiat, uos qui eſtis domus iſrael, id eſt, fideles ſubditi ex iudæis, benedicite domino deuotione mentis & oris & operationis. Et non tantum ſubditi, ſed etiam *domus Aaron*, id eſt, prælati *benedicite domino. Domus* inquam *Leui*, id eſt, Aaron, ſiue qui eſtis in miniſterio ſacerdotum domini, *Benedicite domino. Benedictus dominus.* Simul omnes benedicite domino, dicentes: Dominus ueniens *ex Sion*, id eſt, natus de Iudaico populo, *qui tantus eſt*, quod *habitat in ieruſalem*, id eſt, regnat in cæleſtibus creaturis, ſit benedictus ſubaudis in omnibus.

¶Alleluia. CXXXV.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui fecit cælos in intellectu, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui firmauit terrã ſuper aquas, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum miſericordia eius. Solem in poteſtatem diei, quoniã in æternum miſericordia eius. Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui eduxit Iſrael de medio eorum, quoniam in æternum miſericordia eius. In manu potenti & brachio excelſo, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones, quoniam in æternum miſericordia eius. Et eduxit iſrael per medium eius, quoniam in æternum miſericordia eius. Et excuſſit Pharaonem & uirtutem eius in mari rubro, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui traduxit populum ſuum per deſertum, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui percuſſit reges magnos, quoniam in æternum miſericordia eius. Et occidit reges fortes, quoniam in æternum miſericordia eius. Seon regem Amorræorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Et Og regem Baſan, quoniam in æternũ miſericordia eius. Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam in æternum miſericordia eius. Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo, quoniam in æternum miſericordia eius. Quia in humilitatem noſtra memor fuit noſtri, quoniam in æternum miſericordia eius. Et redemit nos ab inimicis noſtris, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui dat eſcam omni carni, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini deo cæli, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius.

Eadem materia eſt in hoc Pſalmo, quæ & in ſuperiori continetur, niſi quod propheta hic agens, aliqua hic apponit, quæ ibi non habentur.

CONFITEMini *domino, quoniam bonus.* O uos omnes fideles, confitemini domino, id eſt, laudate dominum deuotione, uoce & opere: tũ ea conſideratione, qm̃ bonus eſt naturaliter: tum *quoniam miſericordia eius* quam fecit in humano genere, permanẽs eſt *in æternum*: quia non deſiſtet, quouſque uos perducat in æternitatem. *Confitemini deo deorum.* Ideo etiam laudate eum, quia ipſe eſt deus deorum, id eſt, excedens omnes deificatos, & quia eſt dominus excedens omnes terrenas poteſtates. & hoc ideo, *quoniam miſericordia eius* quæ hic in uobis cœpit, *in æternum* permanebit. Iſta particula quaſi inter-

calaris uerſus ſubiungitur ſingulis uerſibus ad commendandam magnitudinem miſericordiæ dei. *Qui fecit mirabilia.* licet dixerim, deorum & *dominorum*, tamen ſolus eſt deus & dominus, faciens mirabilia, non qualiacunque, ſed *magna*, idq; *ſolus.* Illi tali confitemini, *quoniam in æternum miſericordia eius. Qui fecit cælos.* Exponit quæ mirabilia fecit & aſſidue facit, ſcilicet hæc, fecit cælos, id eſt, apoſtolos & alios ſpirituales uiros, ſublimes uitę dignitate. Et hos fecit *in intellectu.* i. in ſe ipſo, qui eſt ſapientia patris, nullo extrinſecus adminiculante. *Qui firmauit terram*, id eſt, eccleſiam *ſuper aquas* baptiſmatis fundatam, uel ſuperiorem perſecutoribus factam, qui fluctibus perſecutionum intendebant eam ſubmergere. *Qui fecit luminaria magna.* Fecit etiam unde digne laudandus eſt, quia fecit luminaria magna, id eſt, quoſdam ex fidelibus illuminauit ſapientia, alium plus, alium minus. quoſdam faciens *in poteſtatem dei*, ut eſſent poteſtatem habentes in ſcientia. & ſic factas *ſolem* in perfecta claritate & illuminatione ſapientiæ. Quoſdam faciens *lunam*, id eſt, minus lucentes in ſcientia. *Et ſtellas*, id eſt, adhuc minus ſcientes, & tamē omnes magna luminaria exiſtentes. ut *in poteſtatem noctis*, eſſent potentes hiſtorialis ſcientiæ & illarum rerum, quæ pertinent ad fidem: quæ ſcientia nox dicitur, comparata ad perfectiorem ſcientiam. *Qui percußit ægyptum.* Et per ſolem & lunam deſtruxit tenebras ignorantiæ & perfidiæ in his q erant mundum amantes: uel actualia peccata, quæ affligunt homines in conſcientia. *cum primo genitis eorum*, id eſt, cum originalibus peccatis. *Qui eduxit iſrael.* Deletis peccatis, fideles eduxit de medio ipſorum peccatorum uel de maſſa pditorum. ubi datur intelligi, quod ibi quoſdam dereliquiſſet. Non enim omnes, ſed quoſdam aſſumpſit. *in manu potenti.* Eduxit eos in manu potenti, id eſt, in cooperatione ualida *& brachio excelſo*, id eſt, in fortitudine supereminenti omnes alios. *Qui diuiſit mare rubrum.* Ne oēs illi q exierūt Aegyptū, & in qbus ſunt primogenita deſtructa, certi ſint de ſalute abſque bonorum operum executione, exponit quomodo percuſſit Aegyptum, ita ſcilicet. quia diuiſit mare *in diuiſiones*, id eſt, ſacramentum baptiſmatis alijs ad ſalutem, alijs conceſſit ad damnationem. Si dixiſſet ſolummodo, diuiſit, tantum in duas partes acciperemus. Sed cum dixit, diuiſit mare rubrum in diuiſiones, intelligimus multiplices diuiſiones factas: quia ipſis etiam damnandis baptiſma multis modis eſt in damnationem, alijs per hæreſim, alijs per adulterium, alijs per homicidium. Et eodem modo in oppoſito poterimus uidere in ſaluandis. *Et eduxit iſrael.* Illos qui fuerūt Iſrael innouati, eduxit *per medium eius*, id eſt, maris, hoc eſt, de medio baptiſmatis extraxit alios ab alijs, ſaluandos ſcilicet a damnandis, ut eſſent diſſimiles moribus & uita his, qui remanſerunt in Aegypto. *Et excußit Pharaonem*, id eſt, iugum & dominium diaboli, *& uirtutem eius*, id eſt, peccata quæ ſunt uirtus & poteſtas eius, excuſſit ab iſrael in baptiſmo. *Qui traduxit populum ſuum.* Et non tantum inſequentes hoſtes ibi ſubmerſit, ſed etiam *per deſertum* huius ſeculi poſtmodum traduxit eos in ſecuritate cōtra occurrentes hoſtes. *Qui percußit reges magnos*, id eſt, cum iterum poſt baptiſma inſurgerent uitia ex praua conſuetudine, percuſſit multitudinem uitiorum, quæ uitia ſunt fortes & præualentes reges, de quibus dicit: *Et percuſſit reges fortes*, id eſt, & illa peccata quæ iam fortiter tenuerunt ligatos, deieuit. *Seon regem Amorræorum.* Exponit qs reges percuſſit, ſcilicet tentationem calentem & uehementem, quæ fuit regenerans in amaricantibus dominum, Et occidit concluſionem, id eſt, malam operationem ducentem ad confuſionem præſentem & futuram. *& dedit terram eorum hæreditatem.* Terram illam quam reges ſupradicti poſſederant, ipſos homines carnales, ſcilicet eorum ſenſus, dedit *hæreditatem iſrael ſeruo ſuo*, id eſt, fidelibus ſuis, ut poſſideant eam iure beato. *Quia in humilitate.* Et merito debetis illi confiteri, tum ideo *quia miſericordia eius eſt in æternum*, tum quia *fuit memor noſtri* in humilitate noſtra, nullis meritis noſtris præcedentibus, ſed in humilitate & deiectione noſtra miſertus eſt noſtri. *Et redemit nos*, id eſt, ita memor fuit noſtri, ut redimeret nos *ab inimicis noſtris*, a quibus capti tenebamur. *Qui dat eſcam omni carni.* Ideo etiam confitemini illi, quia precium illud quod dedit pro redemptione noſtra, ſcilicet corpus ſuum, dat omnibus redemptis, ut ſacramento corporis ſui reficiantur. *Confitemini deo cæli*, ut iure debetis confiteri: quia deus eſt non tantum deorum, ut dixi, ſed etiam cæli, id eſt, cæleſtium creaturarum. *Confitemini domino dominorum.* Poſt enumerata beneficia repetit ſuperius dictam exhortationem. Quaſi dicat: Ergo pro huiuſmodi beneficijs confitemini domino, *quoniam in æternum miſericordia eius.*

Pſalmus Dauid Ieremiæ. CXXXVI.

SVper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dū recordaremur tui Sion. In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ieruſalem,

obliuioni detur dextera mea, Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Si non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ. Memor eſto domine filiorum Edom, in die Ieruſalem. Qui dicunt, exinanite exinanite, uſque ad fundamẽtum in ea. Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus, qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram,

Iſte pſalmus attribuitur fidelibus perfectis, agentibus hic propter Ieremiam, id eſt, iuxta Ieremiæ prophetiam, hoc eſt, habentibus eundem intellectum de captiuitate humani generis, quem Ieremias habebat, cum deſcripſiſſet lamentationes ad literam de captiuitate filiorum Iſrael in Babylone. Sicut enim in negocio illius captiuitatis habetur, qualiter filij Iſrael ſeptuaginta annos defleuerunt exilium & deiectionem ſuam in Babylonia, & in recordatione terreſtris Ieruſalem ſuſpirabant, & deſiſtendo à laude dei organa ſua ſuſpendebant: ita in his uerbis referunt fideles miſeriam & deiectiõem ſuam, in qua ſunt tota hac uita quæ uoluitur ſeptenario numero. Et oſtẽdunt uehementiam gemitus ſui, quem habent pro deſiderio cæleſtis Ieruſalem. Et hoc modo uerba uitæ ſuſpendunt a ciuibus Babyloniæ, quos indignos uidẽt agnitione uerbi diuini. Et hæc relatio fit ad inſtructionem minus perfectorum, ut & ipſi miſeriam ſuam cognoſcentes, ſimiliter agant.

SVper flumina Babylonis. Nos commorantes ſuper flumina Babylonis, id eſt, ſuper ſtudia & negocia huius ſeculi, & ſuper res temporales, quæ ducunt & præcipitãt homines in confuſionem, ita tamen, ut non eſſemus in illis fluminibus, ſed ſuperiores *ſedimus illic*, id eſt, in magna deiectione & miſeria fuimus in ipſo ſcilicet ſtatu in quo eramus periculi uicinitate, licet ſuperiores eſſemus. *Et fleuimus*, id eſt, magnum dolorem habuimus, *dum recordaremur tui Sion*. qa tui o Sion recordati ſumus, id eſt, in conſiderati one habuimus tamdiu prolongari nobis gloriam, quam in te ſumus habituri. *in ſalicibus*. Tum ideo fleuimus, quia tui o Sion recordabamur: tum quia inter ſalices fuimus, a quibus erat uerbum domini remouendum. Vel ita continuetur: Non ſolum fleuimus, ſed *organa noſtra* in ſalicibus *ſuſpendimus*, id eſt, admonitionem dulciter & miſericorditer ex præceptis diuerſis reſonantem ſubtraximus, in conſideratione illorum qui erant ſteriles & infructuoſi, de quibus erat nobis deſperatio, ſicut de fructu ſalicis. Et intantum ſteriles, ut eſſent *in medio eius*, id eſt, Babylonis, non in extremo, ſed in profundo deiectionis & confuſionis: iam erant in conſummata nequitia, contemnentes iam peccare, quæ nequitia ducit ad æternam confuſionem. Et quia ita corruerant, indignum erat ut eis prædicatio fieret, ne eã pro ludibrio haberent. *Quia illic interrogauerunt nos*. Quaſi aliquis diceret: Quare dicitis uos ſuſpendiſſe organa? Erant ne aliqui quærentes organa? Ad hoc reſpondet: Vere, quia illic, id eſt, in Babylone, uel inter ſelices interrogauerunt nos *qui captiuos duxerunt nos*, id eſt, maligni ſpiritus, qui in primo parente nos captiuauerant, rogauerunt nos per ſalices, id eſt, per miniſtros ſuos organizare *uerba cantionum*, id eſt, diuinæ modulationis ſermones. *Et qui abduxerunt nos*, id eſt, a deo recedere fecerũt. Illi tales quæſierunt a nobis uerba cantionum, ut annunciaremus de uita æterna, de die iudicij, quæ ſunt uerba delectationis, non quantum ad eos, ſed quantum ad nos, qui in eis ſummam delectationem habemus. Hæc ergo quæſierunt a nobis, ita dicentes: *Cantate nobis hymnum*, id eſt, id eſt, uel unum carmen *de canticis Sion*, id eſt, de diuinis præceptis, quæ pertinent ad cæleſtem Ieruſalem, an ibi debemus habere uxores, filios, canes, & cætera huiuſmodi. *Quomodo cantabimus*. His talibus dedimus reſponſum. Quomodo, id eſt, qua ratione uel utilitate cantabimus *canticum*, id eſt, præcepta *domini in terra aliena?* id eſt, in conſideratione ueſtri, qui eſtis terra aliena, non apta ferre fructum domino? Ac ſi dicerent: Salices eſtis, & fructum ferre non poteſtis. ideo non cantabimus uobis. *Si oblitus fuero*. Quia dixerũt ſe a ſalicibus organa ſuſpendiſſe, ne forte credantur etiam à bonis ſiluiſſe, dicit: licet talibus ſubtraham admonitionem meam, tamen ſi oblitus fuero *tui o ieruſalem*, id eſt, ſi non dicam quæ ſunt dicenda & prædicanda de te, *dextera* id eſt, bona operatio *mea detur obliuiõi*, id ẽ, in futuro ſit irremunerata, uel neſciam bene operari. *Adhæreat lingua*. Et non tantum in futuro priuer remuneratione, ſed hic etiam adhæreat lingua *mea faucibus meis*, id ẽ, lingua mea interior adhæreat faucibus meis interioribus, ut neque hic bene cogitem, *ſi tui non meminero*, id ẽ, ſi non annunciauero his quibus eſt annunciandum de te. Vel ita continuetur: Si oblitus fuero tui ieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Auferatur mihi omnino facultas bene operandi, & non ſolum operandi, ſed etiam loquendi. & hoc eſt quod ſequitur: Adhęreat lingua mea faucibus meis. Et hæc ſententia melior priore eſt. Hic intelligitur uerbum dei ab indignis eſſe remouendum, & dignis proferẽdum. *Si non propoſuero*. Et tunc detur obliuioni dextera mea o *ieruſalem*, ſi te nõ præpoſuero *in principio lætitiæ meæ*, id eſt, ad hoc, ut ſis principiũ lætitiæ meæ. Quaſi dicas: Nulla eſt mihi in temporalibus delectatio, ad comparationem illius quam in te habeo. *Memor eſto*. Et quia ego non obliuiſcar tui o ieruſalem, & te ponam ſummum lætitiæ

meæ, multas patiar anxietates a filijs Edom, id
Ge.27. eſt, a filijs Eſau, qui edulio lentis a fratre pro primogenitis accepto, dictus eſt Edom, id eſt, ſanguineus. Cuius filij etiam hiſtorialiter multum impediebant filios iſrael, ne reædificarent ieruſalem: quod fuit huius rei ſignificatiuum. Et tu *domine* memor eſto *filiorum Edom.* Et remunera nos pro tribulationibus quas patimur a ſanguineis Babylonicis, *in die ieruſalem.* q̃ plenarie ædificabitur ieruſalem ſuperna ex nobis. Illorum dico filiorum Edom, *qui dicunt* exhortando, alter ad alterum: *Exinanite exinanite*, id eſt, euacuate quicquid in ea boni ẽ & uirtutis, *uſque ad fundamentum in ea*, id eſt, ut nec fides remaneat in fidelibus eius, id eſt, ieruſalem. *Filia Babylonis miſera.* Et ne hoc quod dicit, memor eſto domine filiorum Edom, uideatur cauſa maleuolentiæ dictũ, uertit ſe ad ipſos ſub perſona filiæ Babylonis. eosq́ fœminino genere ponit, propter infirmitatem eorum, & quia fornicãtur ab ſponſo & marito ſuo Chriſto. O filia Babylonis miſera, id eſt, o uos perſecutores filij Edom ſanguinolenti, uos putatis uos fortes & beatos in perſecutione ueſtra, ſed miſeri eſtis: quia animas ueſtras in ea occiditis, & diſſolute & effœminate agitis, nihilq́ uirilitatis in uobis eſt, quia omni prauæ ſuggeſtioni ceditis. ſed ille *beatus eſt qui retribuet tibi retributionem tuam*, id ẽ, talem *quam retribuiſti nobis.* tu bene merentibus nobis filios auferre moliebaris. beatus ille qui tibi male merenti filios tuos abſtulerit, ne omnino pereant. ille dico, ſtudens te exinanire, id eſt, in eo quod mala es deſtruere. *Beatus qui tenebit.* Exponit de qua dicat retributione. Beatus qui *paruulos*, id eſt, filios tuos dum adhuc rudes ſunt, & dum cõuerti poſſunt, tenebit ne tibi conſentiãt. *& allidet eos ad petram*, id eſt, ad CHRISTVM eos coniunget, quia pro eorum conuerſiõe mercedem accipiet. Aliter: Caro noſtra non incongrue accipitur filia Babylonis, quæ ſibi conſentientes in maximam cõfuſionem deducit. Cuius concupiſcentias quicunque reſtringendo, eã afflixerit, paruulosq́ eius cogitatus ad CHRISTVM alliſerit, ne iuxta delectationes ſuas in opera praua conualeant, beatus prædicabitur: quia æternæ beatitudinis remuneratione donabitur.

Pſalmus ipſi Dauid. CXXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, qm̃ audiſti om̃ia uerba oris mei. In conſpectu angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuũ, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & ueritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. In quacunque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia uerba oris tui. Et cantent in uijs domini, quoniam magna eſt gloria domini. Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me: et ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine, miſericordia tua in ſeculum, opera manuum tuarum ne deſpicias.

Iſte pſalmus attribuendus eſt ipſi Dauid, id eſt, domino Ieſu CHRISTO, nõ quod ipſe loquatur in eo, ſed quod perfecti qui hic loquuntur, dirigũt ſermones ſuos ad ipſum, proponentes ſe exemplar minus perfectis, ut exemplo ſui confiteantur domino tota affectione, & bene operentur ea intentione, ut nihil aliud quærãt quàm dominum.

Confitebor tibi domine. O domine fili dei, qui æqualiter dominus es cum patre, quod ualet ad fidei confirmationem. tibi confitebor *in toto corde meo*, id eſt, tota mentis affectione te laudabo. Et merito, *quoniam* exaudiſti orationem meã uoce prolatam. Quod plus eſt quàm ſi determinaret in qua re illum exaudiret. quia poteſt intelligi quodcunque rogaret. *in conſpectu angelorum.* Nõ tantum deuotione laudabo te, ſed etiam *pſallam*, id eſt, bene operabor *tibi*, id eſt, ad gloriam tuam. in cõſpectu angelorũ. i. ea intentione quà angeli, qui ſola dilectione, nõ timore te laudãt. Vel ideo te laudo, ut tãdẽ ſim poſitus in angelica uiſiõe, ut manifeſte cognoſcã & uideã te facie ad faciem ſicut angeli te uident. uel ita operabor, ſicut qui ſemper uideor ab angelis, per quos tibi quotidie mea facta renunciantur. *Adorabo*, id eſt, ſingulariter dirigam petitiones meas ad te, tendens *ad* hoc, ut ſim *templum ſanctum tuum*, id eſt, tale templum quod te ſit dignum. uel ad hominem a te aſſumptũ, qui eſt templum et habitaculum diuinitatis. Et non tantum adorabo, ſed etiam *confitebor nomini tuo* quod eſt dominus, id eſt, laudabo te uoce & opere. *Super miſericordia tua.* Oſtendit quæ ſit miſericordia confitendi. Confitebor autem hic, continet omnia ſupradicta, ſcilicet confiteri, pſallere, adorare. Confitebor

inquam tibi ſuper hoc, quia miſericordiam & ueritatem humano generi exhibuiſti, miſericorditer implendo quod promiſiſti. *Et quoniam* magnum oſtendiſti in euidentia reſurrectionis *ſanctum*, id eſt,glorioſum nomen *tuum ſuper omne nomen* quodcunque nominatur, ſiue dij, ſiue angeli. *in quacunque die.* Et quia potens factus es in reſurrectione, oro *exaudi me* in quacunque die *inuocauero te*, id eſt, in omni tempore orationis meæ. Et debes exaudire, quia illud orabo, ut multiplices *uirtutem* non in corpore meo, ſed *in anima mea.* Ac ſi dicat: Tu potens es exaudire, & hoc oro, pro quibus iure ſum exaudiendus. *Confiteantur tibi domine.* Modo oſtendit intentionem ſuam, ſcilicet ad quod ſupradicta præmiſiſſet, uidelicet ut hoc exemplo confiteantur tibi domine I E S V *omnes reges terræ*, id eſt, maiores in mundo, non deſpicientes ei ſubdi qui humilis apparuit. Et ſi reges, tunc multo magis minores debent ei confiteri. Vel ut dicamus de ſignificatis regibus, reges, id eſt, omnes ſenſualitatē ſuam regentes, meo prouocati exemplo, confiteantur tibi, id eſt, laudent te, quia dominus es. Et ab hac confeſſione non poterunt ſe excuſare, *quia iā oīa uerba oris tui audierunt*, id eſt, te ipſo docente perceperunt quæcunque ad fidem & ad mores pertinentia præcepiſti. Et ideo non eſt neceſſe, ut ad iſta diſcenda ego eos exhorter. *Et cantent in uijs domini.* Et non tantum confiteantur, ſed etiam ad hoc promoueantur ut cantent, id eſt, ut delectationem habeant in uijs domini, id ē, in præceptis quibus itur ad dominum. uel in quibus ipſe præceſſit, quod tantum perfectorum eſt. Et merito debent confiteri domino & cantare, *quoniam gloria*, id eſt, remuneratio quam dabit confitentibus & cantantibus in futuro, *magna erit. Quoniam excelſus dominus.* Non eſt timendum neque formidandum propter hoc opus arduum, quia dominus excelſus eſt, id eſt, omnipotens, ad adiuuandum potens. Et quemadmodum eſt potens, etiam reſpicit, id eſt, adiuuat *humilia*, id eſt, illos qui de ſe non præſumunt, & ſuum auxilium humiliter implorant. Et *alta*, id eſt, ſuperbos qui de ſe præſumunt, *à longe cognoſcit*, id eſt, conſiderat non loco, ſed ſubtractione gratiæ. Ac ſi dicat: Licet ipſe ſit altus & excelſus, miſericordia eius prope eſt humilibus, ſed longe remota ab his qui ſe exaltant. Si *ambulauero.* Modo aſſerit quod enunciauit, conuertens ſe ad dominum, quadam affectione dicens: Vere tu reſpicis humilia, quod in me probari poteſt. quia ſi ambulauero, id eſt, perſeuerauero *in medio*, id eſt, in profundo *tribulationis* uehementis & magnæ, *uiuificabis me*, id eſt, renouabis me in interiori, quantumcunque exterior homo corrumpatur. Et hoc ipſum quod perſeuerauero, non ex me erit, ſed ex reſpectu miſericordiæ tuæ, id eſt, te uiuificante, & me humilem reſpiciente. Et non tantum ſic uiuificabis me, ut non deficiens æquali manu de pugna recedam, ſed etiam *manum* auxilij tui *extendes ſuper iram inimicorum meorum*, ut per auxilium tuum uincam inimicos meos. *Et ſaluum me fecit dextera tua*, id eſt, tandem pro extenſiōe manus ſaluum me faciet dextera tua, id eſt, potentia tua. *Dominus retribuet.* Modo facit aſſertionem de alia parte. Vere alta cognoſcet dominus, id ē, conſiderabit ad puniendum, quia cum me ſaluum fecerit collocando in dextera, ipſe dominus retribuet *pro me* ipſis inimicis & perſecutoribus meis, id eſt, dabit eis pœnam propter me, hoc eſt, uicem meā, quia ego
nolui uindicare, ſed expectaui eum qui dixit: *Deut. 32.*
Mihi uindictam, & ego retribuam. Modo facit *Ro. 12.*
orationem de his quæ ſuperius dixit, ita dicens: *Domine, ſicut miſericordia tua* eſt *in ſeculum*, id eſt, quia tu es miſericors naturaliter, *ita opera manuum tuarum ne deſpicias.* i. bonum opus quod in me incepiſti, deficere ne permittas. ſed bonis principijs da meliores exitus, faciens me perſeuerare in bonis operibus, quæ tua ſunt, nō mea. Quod hac fiducia oro, quia miſericordia tua eſt in ſeculum permanſura.

¶ In finem Pſalmus Dauid. CXXXVIII.

DOmine, probaſti me & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longe, ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes uias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo in lingua mea. Ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua, tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, & non potero ad eam. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de utero matris meæ. Confitebor tibi, quoniā terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Non eſt occulta-

tum os meum à te quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabũtur, & nemo in eis. Mihi aũt nimis honorificati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc ſum tecum. Si occideris deus peccatores, uiri ſanguinum, declinate à me. Quia dicitis in cogitatione, accipiant in uanitate ciuitates ſuas. Nonne qui oderunt te domine oderã, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Proba me deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas. Et uide ſi uia iniquitatis in me eſt, & deduc me in uia æterna.

Tractatus iſte attribuitur capiti noſtro uero Dauid, eunti in finem. i. in cõſummationem iuſtitiæ & ſcientiæ, cui tamen nihil defuit in perfectione uirtutum, ſed ea intentione hic loquitur, ut auditores eius exemplo prouocati, ſtudeant ſibi conformari: quia & ſi prius quodammodo poterant excuſari, amodo penitus erunt inexcuſabiles, ſi non obedierint, cum perfectum exemplar iuſtitiæ & ſanctitatis in ipſo habeant poſitum.

D*omine, probaſti me*. O domine pater, tu ꝓbaſti me, id eſt, miſiſti me in experiẽtiam mandatorum tuorum, hoc eſt, feciſti me mandata tua experiri. *& cognouiſti me*. i. dilexiſti me: qa mandata tua expleui. Et quanquam dilexiſſes & diligas, tamen *tu* cognoſces *ſeßionem meam*. i. placebit me humiliare in paſſione, & ſic ad gloriam reſurrectionis peruenire. Vel quaſi aliqs diceret: Si cognouit, cur occidi permiſit? ait: T*u cognouiſti*, id eſt, & ſi alios lateat, tu ſcis tamẽ ad quid me pati uoluiſti & reſurgere. *intellexiſti cogitationes*. Et non tantum probaſti me in præceptis completis, ſed & cogitationes *meas* intellexiſti, id eſt, tales erant quæ dignæ eſſent tuo intellectu, & hoc *delonge*, id eſt, ab exordio uitæ meæ. Semitas meas, id eſt, arduas & ſingulares uirtutes meas. *& funiculum*, id eſt ſortem hæreditatis meæ, ſcilicet ſalutem humani generis, q̄ eſt hæreditas mea, *inueſtigaſti*, id eſt, me inueſtigare feciſti, ut nihil ibi attenderem niſi reparationem humani generis. Dictum a ſimilitudine uiatoris, qui poſt laborem itineris quærit requiem. Vnde habetur in Hebræo: Accubationem meam inueſtigaſti, id eſt, quietem immortalitatis & impaſſibilitatis me inueſtigare feciſti. A principio inquam ex quo fui, talia me feciſti cogitare, quæ digna eſſent tuo intellectu. Et nõ ſolum communes uirtutes quæ ſunt in pluribus, ſed etiam ſingulares quæ ſunt in paucis, ut uirginem eſſe, & temporalia poſtponere, ſoliſq; diuinis inuigilare: & ſupra omnia, dimiſſionem hæreditatis meæ, quæ eſt in ſaluatione hominum, in me inueſtigaſti, id ẽ, an de his ſolicitus eſſem cõſideraſti. *Et omnes uias meas præuidiſti*. Adhuc aliquid intenſius dicit ad cõmendationẽ ſui. Quid dicam ſingulariter cogitationes & ſemitas? Potius generaliter dicam, omnes uias præuidiſti. i. me præuidere me feciſti. & ideo rationabiliter & bene diſpoſui incedere per illas. Et ne aliquis arroganter hæc dicta opinetur, non quod ſit in re, dicit. Ideo iſta ſic libere pronuncio, *quia non eſt ſermo* tantum *in lingua mea*, ſed ex ueritate loquor, & ad utilitatem & inſtructionem auditorum. *Ecce domine tu cognouiſti*. Dixi quia non eſt ſermo, id ẽ, fallacia in lingua mea. Et ecce in manifeſto ẽ tibi, id eſt, coram te hoc quod loquor, qui non potes falli, & cui nõ eſt mentiri. quia tu cognouiſti *omnia noviſſima*, id eſt, quæcunq; adhuc ſunt futura. *& antiqua*, id eſt, præterita, quanto magis præſentia? Probaſti inquam me, & ꝓuidiſti uias meas. & per hanc probationem & ꝓuiſionem *formaſti me*, id eſt, formoſum & ſpecioſum me feciſti. *&* poſt ſpecioſitatem mihi collatam quæ eſt profectus perfectionis, *poſuiſti ſuper me manum*, id eſt, protectionem *tuam*, hoc eſt, perſeuerare me feciſti in ea ſpecioſitate, id ẽ, in prædictis uirtutibus. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua*. Hucuſque perfectionem iuſtitiæ quæ fuit in eo, commendauit. & quia plena beatitudo nõdum eſſet in eo, niſi perfectam haberet ſapientiam, dicit etiam plenariam in ſe fuiſſe ſapientiam, per hoc quod dicit: Scientia tua, quam inſpiras fidelibus, uel qua tu ſciri poteris. mirabilis, id eſt, digna admiratione & deſiderabilis facta eſt aliis. *ex me*, quæ per primum parentem eam a ſe reiicientem quaſi uilem, facta ẽ cõtemptibilis. quia dum ego in ea perſeueraſſem & plenarie ipſam ſapiẽtiam docuiſſem, quæ prius quaſi res uilis æſtimabatur, mirabilis & precioſa, nimiſq; deſiderabilis ab hominibus reputabatur. Quæ ſcientia per Adæ inobedientiam debilitata in hominibus, ita ut paruã dei cognitionem haberent, per obedientiam meam *confortata*. i. corroborata eſt in membris meis. & magis magiſq; facta eſt roborata. *Et non potero ad eam* repellendam a me, etiam ſi uoluero, id eſt, non inuenio poſſe ex libero arbitrio, ut eam a me repellam. nec abutar uiribus liberi arbitrii, reputans me potentem ad repellendã eam, ſicut Adã in eo potentem ſe fecit, per hoc credens deificari. Aliter: Et quãquam hæc ſcientia per me aliis ſit facta mirabilis, tamen non potero ad eam, id eſt, reputo me nõ ſufficientem ad eam obtinendam per me ſecũdum infirmitatem humanæ naturæ, niſi te cuſtodiente. In hoc maximam membris præſcribit humilitatem, ne euaneſcãt in cogitationibus ſuis, ſi promoti fuerint ad aliquam

ſcientiam, cum ille in quo ſunt omnes theſauri
Col.2. ſapientiæ & ſcientiæ reconditi, fateatur ſe impo
tentem ad obtinẽdam eam. *Quo ibo à ſpiritu tuo?*
Et cũ tu me ita formaſſes ſpecioſum in innocen-
tia morum, & cum ita me illuminaſſes perfecti
one cognitionis & ſcientiæ, ſi modo a te receſſe
ro, quo ibo a ſpiritu tuo.i. ad quem alium me
conferre potero, unde mihi detur talis forma
tio, taliſq; ſapientia? *Et quo à facie tua fugiam?* In
q̃ loco latitare potero, ut effugiã pœnas pro re-
ceſſione mihi debitas, ſi a te recedere uoluero?
Nuſquam inueniam talem illuminatorem, nec
ſapientiæ datorem. Sed neque manus tuas effu
gere potero. quia neque in cælo, neque in infer-
no, neque in medio latebræ locum inuenio. Et
hoc eſt quod ſequitur: *Si aſcendero in cælum.* Si fie
ri poſſet ut abſque te poſſem in cælum aſcende
re, ut uel a cæleſtibus creaturis uellem ſine te il-
luminari, uel ut ibi poſſem a facie tua abſcondi,
tu illic es, illuminans ſupercæleſtes. Hoc enim q̃d
ipſi luminis habẽt, tu es. Et ideo ſi a te iuero, nec
illuminari, nec abſcondi ab eis potero. Et *ſi* lo-
caliter ad *infernum deſcendero*, ut uel ibi abſcon-
dar, ne tu me ibi punias, ibi aderis poteſtatem
tuam exercens. *Si ſumpſero pennas meas*. Nec in
hoc poſſum effugere præſentiam tuam, quia ſi
ſumpſero pennas meas, id eſt, agilitates uirtutũ,
quibus aliquis euolat in cœlum. ego dico, poſitus
in diluculo, id eſt, in primordiali illuminatiõe cõ
uerſationis, deſiſtendo eſſe animalis. *& habitaue
ro in extremis maris*, id eſt, ſpem ex toto ponam
in extremo maris, ſcilicet in portu & tranquilli
tate futuræ uitæ, quæ eſt extremitas huius mun
dani maris æſtuantis, tu illic es. Nam *manus tua*
illuc *deducet me*, id eſt, operatio tui auxilij ad hoc
me deducet, ut diluculo pennas ſumam, & hãc
ſpem habeam. *&* nõ ſolum deducet me ad hoc
operatio tua, ſed etiam *tenebit me dextera tua*, id
eſt, miſericordia tua faciet me ibi perſeuerare.
Hac autem occaſiõe in his uerbis ab eo loco, q̃
ibo a ſpiritu tuo, uidetur aliorum perſonas in ſe
tranſtuliſſe, ut perfectum exemplar iuſtitiæ, ſci-
entiæ & humilitatis ſe illis oſtendat. ut cum ille
qui natus erat alium illuminatorem formato-
rem inuenire uel pœnas, ſi a deo receſſerit, effu-
gere non poſſit, multo minus alij ſe hoc facere
poſſe credant. *Et dixi, forſitan tenebræ*. Ad inſtru
ctionem membrorum ſuorum loquitur, ne effu
giant, ſi quando patiuntur perſecutionem. licet
me ita formoſam & ſcientem feciſſes, tamen di-
xi, id eſt, intellexi & uidi quod ideo, quia me ita
decoraſti, id eſt, tenebræ, id eſt, iudæi, qui ſunt te
nebroſi, & ſecundum infidelitatem & peccata
aduerſantes luci, *conculcabunt me*, id eſt, dabunt
me in mortem. & hoc forſitan, id eſt, motu te-
merario, nulla prouiſione rationis. Quod non
fiet inutiliter, quia per hoc ipſum q̃d me in mor
tem dabunt, nõ tantum alij, ſed etiam *nox*, id eſt,
ipſi iudæi qui ſunt tenebræ, erũt *illuminatio mea*,
id eſt, illuminati a me, exiſtentes *in delicijs meis*,
id eſt, inter illos in quibus ego delector. In He-
bræo habetur, nox quoque lux erit coram me.
Quia tenebræ non obſcurabuntur. Vere illumina-
tio mea erunt, id eſt, a me illuminabuntur. quia
tenebræ, id eſt, iudæi non obſcurabuntur *à te*, id
eſt, tu illuminabis eos. Et quia tu eos illumina-
bis, ego illuminabo, qui olim erant tenebræ, id
eſt, iuſto iudicio tuo excæcati. Ac ſi dicat: Mea Ioh.10.
eſt illuminatio, quia tua, quoniam ego & tu unũ
ſumus, ſubaudis in ſubſtantia. Modo oſtendit
quanta erit illuminatio eorum ita. *& nox ſicut di
es illuminabitur*, id eſt, ipſi prius exiſtẽtes tenebræ,
illuminabuntur ad modũ apoſtolorum uel in ſi
militudinem claritatis diei. *ſicut tenebræ eius*, id
eſt, noctis, *ita & lumen eius*, hoc eſt, multum pec-
catores ſe eſſe recognoſcent: & in quantũ ſe pec
catis excæcatos recognoſcent, in tantum illumi-
nabuntur. *Quia tu poſſediſti*. Quaſi aliquis dice-
ret: Quare per mortem tuam potius illumina-
tio noctis fiet, quàm per mortem alterius? Ad
hoc reſpondet: Quia princeps huius mundi in
me non habet quicquam, quod in alijs non erit. Ioh.14.
Et hoc eſt quod dicit: Quia tu poſſediſti *renes me
os*, id eſt, tu poſſeſſor & cognitor fuiſti omnium
affectionum & delectationum mearum. & ideo
actualia peccata non commiſi. *ſuſcepiſti me de ute
ro matris meæ*, id eſt, patronum & defenſorem te
habui ex eo tẽpore quo fui in utero matris meę.
Et ideo originale peccatum non fuit in me, cum
omnes alij a te ſuſcipiantur in baptiſmate in re-
miſſione originalis peccati. *Confitebor tibi*. Et qa
immunis ſum ab actuali & originali peccato, i
bi confitebor, id eſt, tibi aſſcribam & te lauda-
bo. Et hoc etiam tibi aſſcribo, quod glorioſus
factus es per me, quia ſemper glorificaui te in
operibus meis *terribiliter*, id eſt, ita uiriliter mili
tiam tuam peregi, ut inſtar boni militis cæteris
fugiẽtibus, ipſe ſolus in campo omnibus alijs in-
cuterem terrorem, niſi bene operarentur, cum
in me haberent perfectũ exemplar iuſtitiæ, quẽ
uiderent eiuſdem conditionis & naturæ. Et ideo
etiam per meam mortẽ nox illuminabitur, quia
opera tua fuerunt *mirabilia* per me, quia huma-
nam rationabilem creaturam quæ per inobedi-
entiam Adæ quaſi infirmum aliquid & debile
reputabatur, ſecundum creationem oſtendi glo
rioſum aliquid eſſe & dignum admiratione, dũ
innocenter degebam, & æquali perfectione in-
cedebam. Et ſatis dignum fuit, ut per me natura
humana repararetur, per quem alta & mirabilia
oſtendebatur. Et ſicut opera tua hactenus fue-
runt mirabilia per me, ita etiam *anima mea nimis*,
id eſt, multum *cognoſcet*, id eſt, attendet ea eſſe
mirabilia, hoc eſt, non diſſimulabo a cognitiõe
eorum ſicut Adam. ſed in ipſo effectu, id eſt, in
ipſa perſeuerantia obedientiæ meæ, oſtendam
me cognoſcere opera tua mirabilia eſſe. *Non eſt
occultatum os meum*. In Hebræo habetur, nõ ſunt

operta oſſa mea a te. Exponit quomodo magnificauit deum, ſcilicet hoc modo, quia os meum, id eſt, fortitudo & robur a te mihi collatũ, quod eſt ratio & liberum arbitrium, non eſt occultatum, id eſt, non occultabitur *à te.* Ac ſi dicat: Gladium & arma quæ tu mihi dederis ad prælíandum, non reiiciam neque abſcondam, ſed more boni militis exercam uiriliter pugnando. Et determinat de qua fortitudine dicat, ſcilicet quam *feciſti in occulto*, id ẽ, in interiori meo, ubi eſt ratio. *Et ſubſtantia mea.* Quaſi aliqui dicerent: Non ſumus in tali loco ubi poſſimus uti uiribus noſtris. ſi eſſemus in paradiſo ſicut Adam fuit, nõ occultaremus. his occurrit. Quaſi dicat: Neque in hoc poteritis excuſari, quia in hoc etiam me habetis exemplar, quia ſubſtantia mea quam dixi os, id eſt, ratio & liberum arbitrium per quæ maxime ſubſiſto, non eſt occultatum etiam *in inferioribus terræ*, id eſt, in hac deiectione mortalitatis & paſſibilitatis. Adeo uero in ſuperioribus terræ exiſtens, quantum ad dignitatem, ubi facilimum ſibi erat rationem exercere, tamen occultauit, licet incommoditate non urgeretur, quia neque frigus neque calor impellebant eum ad defectum. *Imperfectum meum.* Quaſi aliquis diceret: Cum adeo perfectus fuiſti, quare ergo mortem ſubiſti? Reſpondet: Non uenit hoc ex aliqua culpa mea. ſed ex quo? quia *oculi tui uiderunt* imperfectum meum, id eſt, tibi placuit talis imperfectio mea ſecundum exterius, ut mortem ſubirem. Et ideo tibi placuit, quia *omnes* quicunque ſunt dies, id eſt, perfecte illuminati ſicut apoſtoli, *ſcribentur in libro tuo*, id eſt, in conſideratione mea, qui ſum eis propoſitus exemplar iuſtitiæ, ut eodem modo patiantur ſi neceſſe fuerit. Et in ipſa inſcriptione *formabuntur* ut ſint *dies*, id eſt, quædam forma & pulchritudo eis imprimitur uel imbuitur ad imitationem meam, ut ipſi ſint dies, & tum plures informentur eorum exemplo. Dictum eſt a ſimilitudine ſcribentis, qui ſcribendo facit formas ad ſimilitudinem alterius libri. Ipſi inquam formabuntur ad ſimilitudinẽ mei, *nemo* tamen formatus per eos ſubſiſtet, uel remanebit *in eis*, ſubaudis diebus. Hoc eſt dicere: Licet multi informentur miniſterio eorum, nullus tamen in eis remanebit, in hoc ut credat & fiduciam ſpei in illis ponat, & formam ſuam eis inſcribat, ſed in me. *Mihi autem nimis.* Nemo in eis, ſed in me. & hoc eſt, quod dicit: O *deus, amici tui*, id eſt, quicunque te diligent informatione apoſtolorum, nimis *honorificati ſunt*, id eſt, ſublimati uirtutibus & hoc mihi, id eſt, ad gloriam meam, non Pauli, neque Cephæ: uel aliorum. Et non tantum ab apoſtolis informati, mihi nimis ſunt honorificati, ſed etiam *principatus eorum*, id eſt, apoſtoli ipſi qui eis principantur, *nimis* confortati ſunt mihi, id eſt, hoc quod ita corroborati ſunt in interiori, erit ad honorem meum, quia mihi illud aſſcribent. Et ſi principes hoc egerunt, multo magis illi qui ſunt ſub principatu. *Dinumerabo eos.* Merito mihi aſſcribent quod ſunt, quia ego dinumerabo eos, id eſt, eligam ad militiam meam per certum numerum, de maſſa perditorum ſecernendo. Dictum eſt a ſimilitudine ducis uel imperatoris, qui milites idoneos in expeditionem eligit & ſcribit. *Et* ne pauci uideantur ſaluandi, quia dixi, dinumerabo eos, *multiplicabuntur*, id eſt, multiplices erunt *ſuper arenam*, id eſt, tot erunt quod minus quàm arena dinumerari poterunt. Arena enim eſt res ſubſiſtens in cognitione, homines autem pertranſeunt ab aſpectu noſtro, & ideo minus dinumerari poſſunt. Deo autem numerabiles ſunt. Hæc autem multiplicatio non tantum fiet per mortem meã, ſed etiã per reſurrectiõem meam. Et non ſolum poſt reſurrectionem hanc habebo potentiam, ſed etiam *adhuc* dicam, uiuens mortalis *ſum tecum*. quia ſicut tu es uerus deus, ita & ego. Per tecum, accipimus diuerſitatem perſonarum: p ſum, conſubſtantialitatem nominis ad æternam potentiam. Iſtud adhuc, accipitur ut illud in euangelio: Hæc dicebam uobis, cum adhuc eſſem uobiſcum. Luce. 24 *Si occideris deus peccatores.* 2. Theſ. 2 O deus pater, ſi tu iuſto iudicio occideris aliquos, ideo quia ſunt peccatores, dicẽns: o *uiri ſanguinum, declinate à me.* quod declinare, eſt permittere in peccatis præcipitari. & ideo ſcilicet declinate a me, *quia dicitis in cogitatione*, etſi non dicitis exterius. *Accipiant* Chriſtiani *ciuitates*, id eſt, collectiones & conſpirationes *ſuas in uanitate.* quia ſicut ipſi uani ſunt, ſic alios ducunt in uanitatem, ſcilicet ut amittant quæ uidentur, id eſt, temporalia, & adhæreant incertis, id eſt, æternis quæ non uidentur. quæ eſt hoſtilis irriſio, qua deprimebantur fideles dei, ſubaudis & ego occidam. *Nonne enim qui oderunt te domine, oderam?* Vere odio habui. Cuius odium nihil aliud eſt niſi interfectio. Et licet eos odio haberẽ in eo quod mali erant, tamen *tabeſcebam*, id eſt, dolore afficiebar *ſuper inimicos tuos*, id eſt, ſuper conſiderationem illorum, qui ſunt inimici tui. hoc eſt, tamen dolebam de perditione illorum, quia dilexi eos in hoc, quod tu eos feciſti. Ac ſi dicat: Quod tu feciſti in eis, dilexi: quod ipſi fecerãt, odio habui. *Perfecto odio oderã illos.* ne aliquis diceret, Tu qui dilectionem iubes, quare oderas illos? dicit, Ego oderam illos perfecto odio & iuſto, odiens in eis malum, & tamen pro eis tabeſcẽs. Et licet ita affectus eſſem pro eis, tamen *inimici facti ſunt mihi*, male affecti erga me. *Proba me deus.* Non orat perſeuerantiam in his, quæ de ſe ſuperius pronunciauit, dicens: O domine, proba me, id eſt, duc me in experientiam uoluntatis tuæ, id eſt, bonorum operum. Et quia hoc quod dicit, proba me, ambigue poſſet accipi, id eſt, tã de affectione quàm operatione, determinat dicens: *Et ſcito cor meum*,

id eſt, ita probes, ut ſcias utrum cogitationes & affectiones meæ dignæ ſint tua cognitione. uel ſcito, id eſt, dilige ipſas meas cogitationes, faciendo eas tales quæ iure diligantur a te. *Interroga me*, id eſt, deduc me in experientiam bonæ operationis. quod idem eſt quod, & proba me. *Et cognoſce ſemitas meas*, id eſt, talia fac me operari quæ digna ſint a te cognoſci. *Et uide ſi uia*. Proba uoluntates & ſemitas meas. Et uide, id eſt, hoc facias reſpectu miſericordiæ, Et licet miſericordiam prætendam, tamen ſi uia *iniquitatis in me eſt*, nec probes, nec cognoſcas. Et ſi non eſt, *deduc me in uia æterna*, quæ ad æternam uitam deducit, id eſt, fac me perſeuerare in uia tibi placita, donec ad æternitatem perueniam.

¶In finem pſalmus Dauid. CXXXIX.

ERipe me domine ab homine malo, à uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prælia. Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpẽtes, uenenum aſpidum ſub labijs eorum. Cuſtodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine uocem deprecationis meæ. Domine domine uirtus ſalutis meæ, obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Non tradas me domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. Caput circuitus eorum, labor labiorum ipſorum operiet eos. Cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent. Vir linguoſus non dirigetur in terra, uirum iniuſtum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis & uindictam pauperum. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo.

Iſte Pſalmus eſt Dauid, id eſt, fidelium uiriliter agentium, & reſpicientium in finem, id eſt, in CHRISTVM, in quo finis perfectionis & iuſtitiæ & innocentiæ & ſapientiæ habetur, ſicut oſtenſum eſt in priori pſalmo. In quo fideles inſtructi ab ipſo capite, fidei & iuſtitiæ perfectionem conſiderantes, multitudinem hæreticorum circumquaque acutis quæſtionibus ſibi prælia cõſtituere, & uenenum aſpidum eſſe ſub labijs eorum, orant in exemplum alijs ſimile periculum ſuſtinentibus, ut dominus eripiat eos a conformitate hæreticorũ & a perfidia eorum. Et ut poſtea ſecundum perſeuerantiam cuſtodiat eos de manu peccatoris diaboli, & ab hominibus iniquis.

E*Ripe me domine*. Tu domine qui potes, quia dominus es, eripe me potẽtia uirtutis tuæ *ab homine malo* ſiue a diabolo, qui peccatorum contagione pollutus, non iam cæleſtis dicitur angelus, ſed ab humo homo malus, ſiue ab hæreticis in ſeipſos peccantibus. *Et eripe me à uiro iniquo*, id eſt, ab eiſdem hæreticis in alios delinquentibus. *Qui cogitauerunt*. Quod ſuperius dixit ſingulariter, hic loquitur pluraliter, quia & una maſſa eſt eorum. & ſecundum ſingulos, ſunt multiplices. Ab his ergo domine oro ut eripias me, ne conformer eis. Qui cogitauerunt *iniquitates*, & tales iniquitates, quas non ex libris, neque ab aliqua autoritate, ſed *in corde* adinuenerunt ex induſtria, & poſt adinuentas *tota die*, id eſt, aſſidue *conſtituebant prælia* pugnis quæſtionum quibus nos impugnauerunt. *Acuerunt linguam*. Neceſſe eſt ut me eripias, quia non qualitercunque me impugnant, ſed in ipſis quæſtionibus ſuis acuerunt linguam *ſuam*, id eſt, acuta & ſubtili argumentatione, exiſtentes *ſicut ſerpentes*. Leuiter arrepunt, ut non ſentiantur donec percutiant. ita ipſi agunt quibuſdam inductionibus ſuis repentes, ut non poſſint decipi donec decipiant, nec incedunt recto tramite, ſicut nec ſerpentes, ſed flectunt de ſententia in ſententiã. Et non ſolum uulnerãt ſicut quilibet ſerpentes, ſed *uenenum aſpidum*, id eſt, in medicabilis error eſt *ſub labijs*, id eſt, ſub lingua *eorum*. *Cuſtodi me domine*. Repetit quod ſuperius dixit, eripe me, ut oſtẽdat maiorem neceſſitatẽ eripiẽdi. Ibi enim nõ determinauit, an in illa impugnatione eſſet contra ſe, an contra alios. Hic iam dicit de ſeipſo. O domine, inquit, cuſtodi me ſecundum perſeuerantiã, *de manu*, id eſt, de operatione uel de poteſtate *peccatoris*, eiuſdem ſcilicet quem ſuperius malum hominem dixit, ne efficiar imitator talium in prauitate uitæ. *Eripe me ab hominibus iniquis*, ab illis eiſdem, ne acquieſcam ſententiæ eorum. *Qui cogitauerunt ſupplantare*. Et multum neceſſe eſt ut me eripias ab illis qui cogitauerunt ſupplantare, id eſt,

præcipitare *greſſus meos*, id eſt, rectitudinem fidei qua incedebam. Et non tantum hoc cogitauerunt, ſed etiam abſconſe parauerunt *laqueum mihi*.i. multis bene & utiliter a me dictis, inſidioſe quærebant captionem. quia & ipſi *ſuperbi*, quod proprium eſt hęreticorum, multa bene & utiliter & rationabiliter exponebant, & quandam religionem habebāt, ut eo facilius poſſent perſuadere falſitatem. *Et funes extenderunt.* Et ut facilius illaquearent funes, id eſt, firmas & ualidiſſimas argumentationes, quas nemo poſſet rumpere ſine gratia dei adiutrice, contexerunt & extenderunt ad hoc, ut mihi eſſent *in laqueum*, id eſt, decepnonem. Et unde maxime timendi ſunt, *iuxta iter*, id eſt, iuxta autoritatem ſcripturarum ſanctarum, *poſuerant mihi ſcandalum.* id eſt, offendiculum, modo de euangelijs, modo de epiſtolis, modo de reliquorum patrũ ſcriptis exempla ducentes, & alio ſenſu exponentes. Ac ſi dicat: Tum ideo ſunt timendi, quia funes extendunt: tum ideo, quia ſæpe turbant autoritatem. Et bene dicitur, iuxta uiam: quia neque omnino ſunt in uia, neque omnino recedunt ab ea, ideo minus caueri poſſunt. *Dixi domino.* Conuertit ſe ad auditores, proponens ſe exemplum illis, & dicens: Et cum iuxta te me impugnarent, non ſum confiſus in ſapientia mea, nec in uiribus meis, nec extraneum quæſiui patronum, ſed contuli me ad dominum. & dixi tam uoce interiori, quàm uoce exteriori: O domine *deus meus*, id eſt, creator meus *es tu*. ſicut non potui ſubſiſtere in prima creatione niſi per se, ita non poſſum cuſtodiri niſi per te. Et ideo *exaudi uocem deprecationis meæ*, id eſt, confer mihi quod deſignat uox mea deprecatoria. *Domine domine uirtus.* Modo exponit quæ ſit deprecatio. Domine domine. quorum alterum eſt adiectiuum, alterum proprium. Ac ſi dicat: Tu domine, qui dominus es uere. tu dico, *uirtus* mea in impugnatione, quæ uirtus eſt effectrix ſalutis meæ in futuro. Quod inde probatur, quia hactenus mihi poſito *in die belli*, id ē, impugnatiōe hæreticorum *obumbraſti*, id eſt, obumbrationem & refrigerium mihi feciſti *ſuper caput meum*, id eſt, ſuper mentem meam, ne deficerem in æſtu tribulationis. Tu dico *domine*, *Non tradas* deſideriũ meum *peccatori*, id eſt, diabolo uel hæreticis, ſubaudis in poteſtatem, ut non acquieſcam eis. Deſiderium quippe meum ē, ut perſeuerem in ſynceritate fidei, ne corumpantur ſenſus mei, ſicut corrupti ſunt ſenſus Euæ, quando conſenſit ſerpenti. Et neceſſe eſt ut me non tradas, quia *cogitauerunt contra me*, id eſt, ad hoc ut contrarij mihi eſſent. Ideo ponit præteritum, ut innuat quia iam inceperunt, & adhuc in eo ſtant. *ne derelinquas me, ne forte exaltentur*, id eſt, ne doctrina eorum & magiſtratus dilatetur, & inde glorientur. In eo autem quod dicit, non tradas deſiderium meum, & ne derelinquas me, liberum arbitrium notat cum gratia. Ac ſi dicat: Ego ſecundum arbitrium perſto in pugna, tu ſecundum gratiam ne derelinquas me. *Caput circuitus.* Opus eſt ut non derelinquas, quia in hoc maxime timendum eſt, & cauendum ab eis, quoniam circuitus, id eſt, ambages diſputationum *eorum* operient caput, id eſt, ſummam erroris eorum, ut uix aliquis poſſit ipſos circuitus penetrare. Dictũ eſt à ſimilitudine ſerpentis, qui multis ſpiris operit caput, in quo uita ſua eſt, ne facile poſſit uulnerari in capite. Eodem modo hæretici ſententias muniunt diuerſis rationibus, ne poſſint labefactari, ut uiuat hæreſis eorum. Et exponit quod dixit, *labor labiorum ipſorum*, id eſt, uerba quæ cum multo labore adinueniunt, operient, id eſt, occultabunt *eos*. *Cadent ſuper eos carbones.* Hic oſtendit ſe non ex diffidentia oraſſe, ſed ad informationem aliorum. Oraui inquam ut non exaltentur. Et ita erit. Super quoſdam eorum cadēt carbones igniti deſolatorij, id eſt, autoritas apoſtolorum cæterorumq́ꝫ doctorum magno quodam pondere opprimet eos, ut non habeant quod contra hiſcāt, iuxta illud: Omnis Pſal.106. iniquitas oppilabit os ſuum. Et non tantum ſic opprimentur, ſed etiā *deijcies eos* a ſuperbia ſua, proijciendo *in ignem*, ut flamma ſpiritusſancti accendantur & illuminētur. Et quia opprimentur & inflammabuntur, ulterius *non ſubſiſtent in miſerijs*, id eſt, in erroribus ſuis. *Vir linguoſus.* Quidam illorum qui ſe humiliāt, illuminabuntur. ſed uir linguoſus, id ē, qui in loquacitate ſua permanet & ſuperbia, errorem ſuum defendere nitens. *non dirigetur* etiam *in terra*, ubi locus eſt directionis. ſed ſemper tortuoſe incedit, cadendo de errore in errorem. *uirum iniuſtum mala capient in interitu*, id eſt, non tātum pœna ei continget in præſenti, ſed etiam in interitu, id eſt, cum diſſoluetur a corpore, tunc comprehendēt eum mala, id eſt, tunc primum incipient pœnæ æternæ, quas hic quodam modo fugit. Hic incutit terrorem alijs, ne conformentur hæreticis. *Cognoui quia faciet dominus.* Vere iniuſtum mala capient, id eſt, hæreticum. quod ſcio ex hoc, quia cognoui quod faciet dominus *iudicium inopis*, id eſt, remunerabit in futuro humiles ſuos, *&* pauperes uindicabit, puniendo perſecutores qui eos impugnauerunt. Hoc ideo repetitum eſt, ut oſtendatur quia uere propter pauperes patientur pœnas. *Veruntamen iuſti.* In eo quod ponit uindictam, ſubintelligitur impugnatio pauperum. Ad hoc reſpicit illud ueruntamen, ita: licet iuſti impugnentur & puniantur, tamen *confitebuntur nomini tuo*, id eſt, indeſinēter te laudabunt. *&* ideo tandem in futuro *habitabunt cum uultu tuo*, id eſt, in præſentia tua permanebunt. uel cum filio tuo, qui eſt imago uultus tui. Aliter: Quaſi aliquis diceret, Vnde ſcis quia ui-

rum iniuſtum mala capient? Ait: Quia dominus hic faciet iudicium inopis, id eſt, iuſto iudicio ſuo hic flagellat quem recipit. *Et uindictam pauperum* ſubaudis faciet, id eſt, in pauperes ſuos hic uindicabit quicquid deliquerint. Et ſi modo non parcit ſuis, multo minus in futuro parcet iniuſtis. Sed tamen iuſti a laude tuá non deſiſtent, licet eos iudicio tuo punias. Et ideo tandem in futuro habitabunt cum uultu tuo, id eſt, cum filio tuo, qui eſt imago tua, de quibus ipſe dixit: Pater, uolo ut ubi ego ſum, ibi ſit & mi- Ioh.17.
niſter meus.

¶Pſalmus Dauid. CXL.

DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende uoci meæ, cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorũ. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum. Audient uerba mea quoniam potuerunt, ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, quia ad te domine domine oculi mei: in te ſperaui, non auferas animam meam. Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores, ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

Pſalmus Dauid eſt iſte, id eſt, perfectorum fidelium, qui hic orant omnem perfectionem uitæ, ſcili. et ut primo detur eis orare quod orandum eſt, & ea intentione qua oportet. & deinde detur eis bene operari, ita ut digni ſint exauditione, & adeo ſiant conſummati, ut nec peccent in lingua: aut ſi forte peccauerint, non excuſent: ad extremum, ut confirmentur in tribulationibus.

DOmine, *clamaui ad te.* O domine, qui es omnipotens. & ideo potes exaudire. clamaui. i. cum iniectione deuotionis oraui, reſpiciens *ad te* qui es miſericors. & quia potes, confer quod oro. Et quia nunquam eſt conſummatio in hac uita, clamaui, & adhuc clamabo. *Et cum clamauero ad te*, reſpiciens *intende uoci meæ*, id eſt, intenſum fac in exhibitione huius rei, quam deſignabit uox mea ſiue interior, ſiue exterior. *Dirigatur oratio mea.* Modo exponit quid clamet, ſcilicet hoc in primis oro, ut dirigatur oratio mea, id eſt, directa habeatur. Et quia directa poſſet haberi, quantum ad homines: ſubdit, *in conſpectu tuo*, id eſt, in beneplacito tuo, ut ubi placita habeatur, ut illa orem quæ oranda ſunt. Et quia adhuc poſſet orare quæ eſſent oranda, ſed non ea intentione qua deberet, quoniam multi hoc ſuperbiendi cauſa orant, adhuc determinat: *Sicut incenſum*, ut ipſa oratio fiat cauſa ſupernorum, id eſt, æternorum, ſicut fumus incenſi tendit ad ſuperiora. Hoc eſt dicere, Non tantum facias hos orare quod orãdum eſt, ſed etiam bona intentione, id eſt, reſpectu æternorum, ut ſi pro ſoſpitate oramus, ideo fiat ut melius inſiſtamus orationibus & alijs bonis actibus. Et non tantum oratio dirigatur, ſed *eleuatio manuum mearum*, id eſt, bonæ operatiõis meæ ſit *ſacrificium ueſpertinum*, hoc eſt, non tantum ſit completio matutini ſacrificij, id eſt, ueteris legis, ſed etiam nouæ, quæ obſeruata, eſt ſacrificiũ, id eſt, placẽs deo. Sicut aũt poſt nouam non ſequitur alia lex, ſic poſt ueſperum non ſequitur alia hora diei. ideo non ponit matutinum. Sed ponendo ueſperum, dat intelligi illud præceſſiſſe, per cuius ſolam completionem nemo poteſt ſaluari. *Pone domine cuſtodiam.* Et uſque eo domine promoue me in conſummationem, ut ponas cuſtodiam *ori meo*, ut ſciam quando & quibus ſit loquendum, quando uero tacendum. Et ne aliquis putaret eum ita orare cuſtodiam, ut nunquam deberet loqui, determinat. *Pone oſtium labijs meis*, id eſt, inſpira mihi illam uim interius, ut non ſemper aperiatur nec ſemper claudatur os meum, ſicut oſtium ad hoc eſt in domo, ut uiciſſim aperiatur & claudatur. Et non qualecunque oſtium, ſed oſtium *circunſtantiæ*, id eſt, quod circumquaque muniat omnes ſenſus corporis, ut non peccem in eis. *Non declines cor meum.* In hoc etiam exaudi me, ut non peccem in cogitatione. Et hoc eſt quod dicit: Non tantum pone cuſtodiam ori meo, ſed ſi contigerit me peccare, quod humanum eſt, non declines, id eſt, non permittas humiliari cor, id eſt, mentem meã eouſq́, ut deſcendat *in uerba malitiæ*. i. non tantum abſit a me locutio, ſed etiam non placeat mihi ſecundum cognitionem ſermo malitio-

ſorum hominum, quo ſe excuſant, peccata ſua uel fatis imputando, uel infirmitati humanæ cõditionis. Quæ uidentur uerba iuſtificantia, cum reuera ſint malitiæ. Et ſi contigerit aliquando ut me excuſem, non declines cor meum *ad excuſandas excuſationes* mei poſiti *in peccatis*, id eſt, non permittas me defendere excuſationem adductam ſiue in me, ſiue in alijs, nec aſſerere me bene dixiſſe. *Cum hominibus operantibus.* Quod ſi mihi hoc conceſſeris, ut dirigatur oratio mea, & ſit eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum. non communicabo, id eſt, nullam cõmunicationem habebo cum hominibus operantibus *iniquitatem.* & non tantum dico de minoribus, ſed etiam *non communicabo cum electis eorum.* quod maius eſt. Facilius enim conſentitur diuiti quàm pauperi. Aliter continuatur: Non declines cor meum, ut excuſem me in peccatis ſicut ſolent excuſare operantes iniquitatẽ. Quod ſi hoc feceris, non habebo communionem cum electis, id eſt, prælatis & præcipuis eorum. *Corripiet me.* Et ſi non declinaueris cor meum in uerba malitiæ, ut non peccem cogitando, nec in peccatis excuſando, ſequatur hoc bonũ, quod aliquis *iuſtus* corripiet me eccleſiaſtica diſciplina, ſcilicet ieiuniis, & quandoque uerberibus. & ideo corripiet me, quia ego me omnimodis accuſo. & *increpabit me* monitis & doctrinis, & hoc *in miſericordia*, quia ego intelligo miſericorditer fieri. Quod non agerem, ſi me excuſare uellem. Correptio inquam iuſti placebit mihi, & intelligam eam eſſe miſericordiam. ſed *oleum*, id eſt, adulatio *peccatoris non impinguet caput meum*, id eſt, non delectet mentem meam, id eſt, utinam non impinguet. Et hoc ideo dicit optando, quia multi etiam boni, adulatione malorum ſubuertuntur. Et idcirco propter difficultatem periculi non ponit illud enunciatiue, ſed orando. *Quoniam adhuc.* Reuera non communicabo cum principibus eorum, nec oleum peccatoris impinguet caput meum, quia potius ipſi communicabunt mihi. Quoniam adhuc ſubaudis erit, quod non tantum opera mea, ſed etiam *oratio mea in beneplacitis eorum* erit, id eſt, inter illa quæ placent illis, id eſt, placebit eis eadem orare, quæ & ego oro. ſcilicet ut recte orẽt, & bene operentur. Et hoc ualet ad intentionem, quia iſti fideles hic intendunt perfectionem orandi perſuadere. Et hoc eſt quod dixi: non tantum erit in minoribus, ſed etiã *iudices eorum*, id eſt, maiores & prælati, quorum eſt iudicare, *abſorpti ſunt*, id eſt, abſorbebuntur in eo quod deuincendi & deſtruendi ſunt ab eo q̃d ſunt, per hoc ſcilicet quod *iuncti ſunt petræ*, id ẽ, Chriſto per fidem. Non autem ſimpliciter ponit, oratio mea placebit ei, ſed addit adhuc, ut innuat breuitatem temporis. *Audient uerba mea.* Dicit qualiter adiungantur CHRISTO, ſcilicet per uerba prædicationis meæ, ad quæ audien & ſuſcipienda ipſi erunt idonei, *quoniam potuerunt*, ſubaudis eadem uerba, id eſt, præualuerũt in eis, & potentia & efficacia fuerunt ad perſuadendum. Quod in Hebræo habetur, quoniam decora ſunt. Quod ea dicitur affinitate, quoniam uerba decora ſolent eſſe ad perſuaſionem potentia. Hic exemplum dat alijs, ut ſolliciti ſint de ſalute proximorum, & prælatis de ſtudio prædicandi. *ſicut craßitudo terræ. Dißipata ſunt oſſa noſtra.* Huius uerſus principium cum fine præcedentis continuatur, ita: Quidam ſuſcipient mea uerba. ab illis uero qui non ſuſcipiẽt, diſſipabuntur oſſa noſtra *ſecus infernum*, id eſt, fortiores quique in nobis diſſipabũtur iuxta iudicium illorum, qui digni ſunt hoc nomine q̃d eſt infernus. Quæ diſſipatio erit ſicut craſſitudo *erupta ſuper terram*, id eſt, ſicut fimus eruptus, id eſt, diſperſus ſuper terram, reddit eam fertilem, ita mors noſtra fœcunditatem attribuit eccleſiæ, dum per paſſiones martyrum ad fidei fructum referendum fœcundatur, quia pro uno occiſo multi ſuccederent. In hoc præſcribit formam alijs, ne pati ſuffugiant, quoniam ſicut uita eorum eſt utilis, ita & mors. Et licet ſumus oſſa, tamen nõ confidimus in uiribus noſtris, ſed in ipſa diſſipatione noſtra geminata uoce per nimium affectum dicimus: *Domine domine*, licet corpus permittas affligi, tamẽ animam meam non permittas auferri, ut cedat in ſententiam eorum. Quod iuſtum eſt, *quia oculi mei*, id eſt, reſpectus intentionis meæ eſt *ad te*, non ad temporalia, nec ad patrocinium alterius. Et q̃a *ſperaui* ea quæ ſunt *in te*, non tibi diſſimilia, cuſtodi me. Exponit ſecũdum quid accipiendum ſit quod dixit, *non auferas animam meam. Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi*, id eſt, a promiſſionibus & blanditijs eorum, quibus me deuocare nituntur, ut neque munere, neque adulatione nos decipiant. & cuſtodi me ab *ſcandalis*, id eſt, a tormentis & manifeſta perſecutione *operantium iniquitatem*, quibus animam meam conantur auferre & ſibi conformare. *Cadent in retiaculo eius.* Ideo oro ut me cuſtodias, quia uideo quoſdam cadere, ſed non cadent niſi *peccatores*, qui ſunt in retiaculo eius, id eſt, iniquitatis, nõ illi ſcilicet q aliquãdo peccauerunt & deſierunt, ſed illi qui irretiti ſunt peccatis ſecundum conſuetudinem, & magis amant temporalia q̃ æterna. Et iuſtum eſt ut me cuſtodias, quia *ego ſum ſingulariter*, id eſt, in ſpe ſingulari, non in appetitu multiplicitatis, ſicut peccatores. ſed unã rem petij a domino. in qua perſeuerabo *donec tranſeam* de hac uita.

ℭIntellectus Dauid cum eſſet in ſpelunca. Oratio. CXLI.

VOce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus ſum. Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio. In deficiẽdo ex me ſpiritum meũ, & tu cognouiſti ſemitas meas. In uia hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi. Conſiderabam ad dexteram, & uidebam: & non erat qui cognoſceret me. Periјt fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine, dixi, tu es ſpes mea, portio mea in terra uiuentium. Intẽde ad deprecationem meam, qa humiliatus ſum nimis. Libera me à perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo; me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

Pſalmus iſte attribuitur domino IESV, qui ideo dicitur intellectus, quia hic deſignatur bona deuotio & operatio ipſius, quæ pertinent ad intellectualitatem, id eſt, ad diſcretionem. Pſalmus dico, qui eſt prolatus, cum eſſet poſitus in ſpelunca, id eſt, cum eſſet latitans in mortali & paſſibili corpore. Propter quod non cognoſcebatur à Iudæis eſſe deus. Vel cum eſſet in hoc mundo latitans, ubi neque malignus ſpiritus, neque Iudæi eum cognouerunt. Si enim cognouiſ-
1.Cor. 2. ſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Mittit autem nos ad hiſtoriam, ubi legitur quod
1.Re.24. cũ Saul perſequeretur Dauid, & ille ſe abſconderet, intrauit Saul fortuitu in eandem ſpeluncam ad purgandum uentrem. & Dauid clam accedens, abſcidit oram chlamydis eius. In myſterio uero CHRISTVS uerus Dauid partẽ ueſtis Saul abſcidit, dũ occultãs ſe in hoc mũdo, abſtulit diabolo partem partitus ſui, id eſt, quoſdam ex ipſis quos habuit in poteſtate ſua, & ex quibus ipſe quaſi quibuſdam ueſtibus uelabatur, in quo mundo ipſe diabolus intrauerat ad deponenda & emittenda fœda opera ſua. loquitur ergo in hoc pſalmo dominus IESVS, oſtendens qua deuotione & familiaritate habuerit ſe erga deum patrem, imminente tempore paſſionis ſuæ, & hoc ad inſtructionem membrorum ſuorum, ut eodem modo in tribulationibus unicam ſpem habeant in domino.

VOce *mea ad dominum clamaui*. Ego reſpiciẽs ad dominum, clamaui. i. intenſus fui uoce mea interiori i. in uoluntate & nimia dilectione. Et nõ ſolum intenſam dilectionem erga eum habui, ſed etiam *deprecatus ſum*, id eſt, oraui nõ ſtrepitu labiorum nec uoce aliena, ſed *uoce mea*, id eſt, attenta. Poſſet enim orare ſecundum prolationem, ita tamen, ut non ſua uoce ſecundum attentiõem, quia hac & illac diſtraheretur. *Effundo in conſpectu eius.* Oraui inquam, & non utcunque modo, ſed ita quod effundo, id eſt, explico & manifeſto *orationem meam*, cũ intentione orando. orationem dico, exiſtentẽ in cõſpectu eius, id eſt, in beneplacito eius, qs de illis rebus oro unde orandum eſt. *&* præter hæc *pronuncio tribulationem meam ante ipſum*, id eſt, loquor ſecum de tribulatione mea, meritum meum oſtendẽs, ut oratio mea audiatur. Oſtendo meritum, nõ propter humanum fauorem cõſequendum, ſed ante ipſum. i. ad beneplacitũ ipſius, uel ipſe exiſtens ante ipſum. i. in familiaritatẽ domini ſui. Et nõ per internunciũ, ſed ipſe idem loquitur ei. *in deficiendo ex me.* Tribulationem meã pronũcio. Et hanc ꝓnunciationẽ facio in deficiendo *ſpiritũ meũ*. i. in anxiãdo animã meã, uel in cõſiderati-one q̃d auxiliabitur ſpũs meus. ſicut dicitur, triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Vnde in He- Mat. 26.
bræo habetur, Dũ anxiatus erit ſpũs meus. quę defectio uel hæc anxietas erit ex me. i. ex ꝑmiſſione & uolũtate mea, qa poteſtatem habeo patiendi & non patiendi. Aliter: Reuera tribulationem meã ante ipſum ꝓnuncio, quia ſum in deficiendo. i. in deſtruendo & deſerendo uoluntates meas ex me. i. quæ poſſent ex natura carnis ſuboriri. Ac ſi dicat: Non ſic ꝓnuncio tribulationem, ut uelim eã remoueri a me, ſed potius in deficiendo ſpm̃ meũ. i. ut ita deſtruã uoluntatẽ meã. Quantũ enim ad naturã carnis, oĩa tendũt ad hoc, ut cõſeruent eſſe ſuũ quãdiu poſſunt. Et non tantũ intenſus fui in oratione & dilectione, ſed & bonis operibus inſtiti. & hoc eſt q̃d dicit, conuertens ſe ad dominũ cũ gratiarũ actiõe. *& tu cognouiſti ſemitas meas*. i. approbaſti bona opa mea. quia talia operatus ſum, q̃ digna eſſent tua cognitiõe. *in uia hac qua ambulabam.* Et cũ eſſem ſic deuot⁹, ſic orãs, ſic operãs, tñ in uia hac q̃ ambulabã. i. in tali meo ꝓpoſito quo ſemꝑ magis & magis ꝓmouebar ſcd̃m oſtenſionem operationis abſconſæ, putauerunt ſe abſcõdere *mihi laqueum*. i. periculum mortis. Et in hoc quod dicit abſcõdiſſe laqueũ ſibi, oſtẽdit maius meritũ & uirtutẽ ſuã: quia cum ꝓſciret & effugere poſſet periculũ mortis, tñ ſubſtitit. *Conſiderabam ad dexteram.* & ad cætera incõmoda etiã hæc acceſſit, qđ in hac ꝑparatione laquei conſiderabã ad dexterã. i. ad potiores meos, ſicut apoſtoli erãt. *& uidebam*. i. experiebar ſi qs eſſet in me digne reſpiciens. *& non erat* ſ. aliqs *qui cognoſceret me*. i. q me intelligeret & ꝓbaret deum, mecum rema

nendo & ſententiam pro me dando. *Perijt fuga.* Licet Iudæi laqueum mihi præpararent, & potiores mei non cognoſcerent, tñ perijt fuga à me, id eſt, non fugi, ſed ſubſtiti loco. *Et non* ſolum nullus qui cognoſceret me deum, ſed nec aliquis erat *qui requireret animam meam,* id eſt, qui intenderet quàm ſancte & iuſte ſecũdum humanam naturam uixerim, ut uel ſic bonum hominem me reputaret, & ideo pro me ſtaret. Hæc omnia multum ualent ad conformationem aliorum. *Clamaui.* Iterum membris ſuis formam præſcribit, quid in huius mundi anguſtijs agendum ſit. Quaſi dicat: Cum ipſi laqueum mihi abſconderent, & amici mei me dereliquiſſent: o *domine,* non ego patrocinium quæſiui, ſed *ad te* clamaui, dicens: *Intende ad deprecationem meam,* id eſt, intenſum te præbe ad conferendum hoc quod oro. Et hoc iuſtum eſt, quia *tu* qui omnipotens es & miſericors, *es ſpes mea,* quia non confido in uiribus meis, ſed in te. Et ideo etiam, quia *portio,* id eſt, hęreditas *mea eſt in terra uiuentium* hoc eſt, illi qui ſunt terra uiuentium, ſcilicet iuſti, ſunt hæreditas mea. Et pro illa hæreditate obtinenda preces effundo. Et non ob aliud patiar, niſi ut iuſti ſint hæreditas mea. Et neceſſe eſt ut intendas, *Quia humiliatus ſum nimis,* id eſt, uehemẽter, flagella, ſputa & alia multa patiendo. *Libera me.* Et præmittit qualiter uelit intendi deprecationi ſuæ, ita ſcilicet: libera me *à perſequentibus me,* ne uictus tribulatione, cedam in ſententiam eorum, & conformer eis. Quod ideo mihi eſſet formidandum, *quia* reputatione ſua *confortati ſunt ſuper me,* æſtimantes ſe mihi præualere. Sed non eſt iuſtum ut talibus ſatisfacias de me. Et non tantum oro ne in tribulatione uictus conformer eis, ſed etiam hoc. *Educ de cuſtodia animam meam,* id eſt, ut educas animam meam de cuſtodia, id eſt, corpus meum uiuificatum liberes de cuſtodito ſepulchro. Ponit animam pro corpore, uel partem pro toto. Licet enim animam nõ detinerent in cuſtodia, melius tamẽ dicit animã quàm ſi diceret, me uel corpus meum, quia poſſet intelligi corpus ſine anima ſublatum, ut miſeri adhuc iudæi aſſerunt. Educ inquam *ad confitendum nomini tuo,* id eſt, ad hoc ut inſtituam tibi tales, qui te laudent in conſideratione nominis tui. Et a quibus debeat fieri illa confeſſio, exponit. ſcilicet a iuſtis, qui *expectant me donec retribuas mibi,* id eſt, ut facias me reſurgere, retribuens mihi ſecundum obedientiam meam.

¶ Pſalmus Dauid quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalom. CXLII.

DOmine, exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in ueritate tua, exaudi me in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra uitam meã. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui. Notam fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomẽ tuum domine uiuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Pſalmus iſte attribuitur Dauid, id eſt, cuilibet fideli, qui iam incipit eſſe Dauid, id eſt, manu fortis, uiriliter reſiſtẽs peccato, cui prius ſuccubuit effœminatus. Pſalmus dico, compoſitus ideo, quando, id eſt, quia cum perſequebatur eum filius ſuus, id eſt, peccatum, quod ipſe ſibi genuit, quia non eſt ex deo immiſſum, ſed ex ſe. Prima enim perſecutio peccati, ꝙ impulſus fuit ad reatũ, fuit cauſa quare hanc orationem protulit, ut fœditas & inhoneſtas quæ ex perpetrato peccato generata erat in anima, cõdonaretur. Sequens uero perſecutio, quæ adhuc in ipſa pœnitentia impugnabat eum ex praua conſuetudine, eſt cauſa huius oratiõis, ne ſibi acquieſcát ſecundum conſenſum. Orat etiam ut detur ſibi facultas bene operandi.

DOmine, exaudi. O domine pater, quem dominum meum modo reputo, exaudi *orationem meam,* id eſt, concede mihi quod oro. *Auribus,* id eſt, potentia exauditionis tuæ *percipe obſecrationem meam,* id eſt, talem orationẽ quæ eſt obſecratio. Oratio dicitur, ubi ſimpliciter oramus. Obſecratio uero, ubi ſub adiuratione oramus, dicendo: per aduentum tuum, per crucem tuam, & talia. Et hoc non oro in conſideratione

meriti mei, quia nullo modo promerui, ſed *in ueritate tua*, id eſt, in conſideratione filij tui, per quem compleuiſti ueram promiſſionem tuam. Hoc eſt dicere: Eius merito & interuentu cōfer quod oramus. Quod ponit, in ueritate tua, eſt obſecratio. hoc uero quod ſequitur poſtmodū, uidetur ſimplex oratio eſſe. Et quomodo dicat eum eſſe ueritatem, ſubiungit, ut præſcius determiner, ita ſcilicet: *Exaudi me in tua iuſtitia*, id eſt, in filio tuo, in quo hanc ueritatem compleuiſti, ut per eum nos iuſtificares. iuxta illud Apoſto-

1.Cor.1. li, Qui poſitus ē nobis iuſtificatio & redemptio. *Et non intres in iudiciū.* Modo facit aliam orationem ita: Exaudi me inquam in iuſtitia tua. Et nō intres in iudicium meum *cum ſeruo meo*, id ē, non agas mecū iudicia rei, ut me punias prout mereor, ſed miſericorditer. hoc ē, cū ſim ſeruus tuus, ne mecū agas diſtricto iudicio tuo. Quod ideo mihi reformidandum eſt, quoniam non potero iuſtificari in conſpectu tuo, qui mortuus ſum in peccatis. etſi in cōſpectu meo uel aliorum hominum iuſtus apparerem, tamen in conſideratione tui iuſtus non eſſem, *quia neq; omnis uiuens*, id eſt, ſanctus & uere in uirtutibus uiuēs, *iuſtificabitur in conſpectu tuo*. hoc eſt, nullus adeo iuſtus eſt, in quo non inueniatur coram te aliquid emendandum. *Quia perſecutus eſt.* Ideo neceſſarium mihi eſt ut non intres mecum in iudicium, quia *inimicus*, id eſt, fomes peccati & praua ſuggeſtio uel diabolus, perſecutus eſt *animam meam* ſecundum impulſionem. Et non tantum impugnauit animam, ſed & *humiliauit uitam meam*, id eſt, deiecit a dignitate ſua, & debilitauit animam meam ſecundum conſenſum *in terra*, id eſt, in appetitu terrenorum & ſordibus uitiorum, quæ prius ſubleuata uirtutibus, alta petebat. dictum a ſimilitudine auium, quibus captis, alæ ligantur aut truncantur, ne poſſint auolare in altum. *Collocauit me.* Et non ſolum humiliauit uitam meam, id eſt, conſenſum & operationem, ſed etiam collocauit me, id eſt, quieſcere & perſeuerare me fecit, ſecundum cōſuetudinem *in obſcuris*, id eſt, in peccatis quæ excæcant animam, ſicut illuminant uirtutes. Collocauit, dico, *ſicut mortuos ſeculi*, id eſt, ſicut illos qui mortui ſunt in ſeculo, id eſt, in appetitu temporalium, & iam contemnunt & pro nihilo ducunt peccare. Et ideo neceſſe eſt ut non intres in iudicium mecum. *Et* quia deberent tanto magis propter hoc ſecum iudicialiter agere, ponit meritum ſuum, dicens: Ideo etiam non intres in iudicium mecum, quia *ſpiritus meus anxiatus eſt*, id eſt, anima mea doluit *ſuper me*. ſubaudis conſiderans, id eſt, reſpiciens humiliationem & deiectionem meam. Et quia poſſet anxiari, ut tamen non eſſet meritum, ſicut ille qui anxiaretur pro terrenis uel pro illata pœna, addit: *in me turbatum eſt cor meum*, id eſt, ratio mea ita anxiata eſt, ut illa anxietas ſit in me, id eſt, in libero arbitrio, ut ſicut ſpōte peccaui, ita & ſponte pœniteam. *Memor fui.* Spiritus meus turbatus eſt in me: tum ideo, quia deiectionem & fœditatem meam conſideraui: tum ideo, quia ex altera parte memor fui dierum antiquorum, id eſt, memoriam habui prioris ſtatus mei, ſcilicet innocentiæ & ſanctitatis, quæ prius erant in me, & hæc utraque cauſa mihi erant maximæ anxietatis. Cum enim aliquis reſpicit fœditatem in qua eſt, & econtrario ſpecioſitatem in qua fuit, eo magis anxiatur. Aliter: Ideo anxiatus ſum, quia memor fui *dierum antiquorum*, id eſt, damnationis quam in antiquis temporibus primus homo propter inobedientiam ſuſtinuit, & cum eo omne genus humanum, quia detruſum eſt in has miſerias paſſibilitatis & mortalitatis, pœnas quoque infernales. Et ideo mihi timui, ne ſi mili pœna multarer. Et hoc metuens, uel potius ad meritum contendens, *meditatus ſum*, id eſt, ſtudiū habui in *omnibus operibus tuis* adimplendis, quæ ipſe fieri præcepis. *Meditatus* ſum inquam de præterito, & in futuro meditabor *in factis manuum tuarum*, id eſt, in talibus operibus quæ tu operaris in me, & quæ nō poſſunt compleri niſi te operante. *Expandi manus.* Ideo etiam non intres in iudicium mecum, quia expandi manus *meas*, id eſt, affectiones meas *ad te* amplexandum, quas prius contraxi quando eram in fœtore uitiorum. Et in tātum te dilexi, quod *anima mea* tibi inhians, eſt *ſicut terra ſine aqua*, id eſt, ita deſiderat anima mea uenire ad te & *tibi* adhærere, ſicut terra ſicca deſiderat aquā. *Velociter exaudi me domine.* Hucuſque dedit cauſas propter quas orauit, ut non intret ſecum in iudiciū. Modo exponit per partes quod ſuperius laxe orauit, ita: Et quia meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & manus meas expandi ad te, uelociter exaudi me, id eſt, indilate delendo maculam quam contraxi ex præterito delicto. Iſtud autem Exaudi, in eo diuerſum eſt a ſuperiori, quia illud indiſcrete dictum eſt de omnibus, quæ in ſequēti ponuntur: iſtud uero tantum de remiſſione peccati, quod commiſit ante pœnitentiam. Exaudi inquam, Et hoc iuſtum eſt, quia *defecit ſpiritus meus*, id eſt, uoluntatem meā poſtpoſui, tua quotidie magis ac magis in me præualente. *Non auertas faciem tuam.* Et non ſolum exaudi me in remiſſione peccati, ſed non auertas faciem tuam, id eſt, remiſſis peccatis, conferas mihi ſpecioſitatem uirtutū quæ eſt in te, & quam tu inſpiras, quam prius auertiſti *à me*, ex quo peccando receſſi a te. Et ſi auerteris faciem tuam, *ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, id eſt, in infernum, uel de iudicio in iudicium. Hoc eſt dicere: Ideo rogo ne auertas faciem tuam, quia ſi auerſa fuerit, ex toto peribo. *Auditam fac.* In hoc etiam exaudi me, ut facias auditam *mihi*, id eſt, ut audiri me facias ad utilitatem meam. *miſericordiam tuam*, ſcilicet uocem illam qua deſignatur miſericordia tua, cum audierint iuſti: Venite benedicti patris mei. Cum Mat.25.

tocis iudicium erit *mane*, id eſt, in futura reſurrectione, cum poſt noctem & tenebras huius ſeculi, primum dies illa illuxerit. Et iuſtum eſt ut me in hoc exaudias, *quia* illam eandem miſericordiam *ſperaui* conſequi per *te*, non meis uiribus. *Notam fac*. Et ut illa miſericordia fiat mihi audita, hic interim fac *mihi* notam *uiam* præceptorum tuorum, non tantum ſecundum cognitionem, ſed etiam *in qua ambulem*, id eſt, ut ſæpe illam operatione frequentem. Quod te facere iuſtum ē, *quia animam meam leuaui ad te*, id eſt, tibi eam commiſi, ut tu eam dirigeres. Quod eſt ſubleuatio animæ. Iſtud idem ſignificat, quod & ſperaui in te, ſed aliter dictum eſt. *Eripe me*. Non ſolum notam fac mihi uiam tuam, ſed etiam eripe me in omnipotentia tua *de inimicis meis* interioribus, id eſt, de illicitis ſuggeſtionibus, ne mihi placeant. Et hoc merito, q̃a confugium feci *ad te*, non ad uires meas. & non ſolum eripe me de inimicis meis ne acquieſcam eis, ſed & poſtmodum *doce me facere uoluntatem tuam*, id eſt, doctrina tua faciat me complere ea quæ tu præcipis operari. quia non ſufficeret nõ acquieſcere prauæ ſuggeſtioni, niſi & bona operatio fieret. Et merito hoc expeto a te, *quia tu es deus meus*. & ſicut non potui ſubſiſtere prima creatione niſi per te, ita non poſſum perſeuerare in uoluntate tua, niſi per donum gratiæ tuæ. *Spiritus tuus*. Modo confiſus de miſericordia dei, ne uideatur ex diffidentia oraſſe, ad conſolationem & cõfortationem alijs pœnitentibus certum denunciat futurum, quod orauit dicens: O domine, ſic erit ut oraui. Spiritus tuus qui *bonus* eſt in natura ſui, mihi etiam effectus bonus, *deducet & me*, id eſt, commutabit de eo quod eram terra proferens ſpinas & tribulos, *in terram rectam*, id eſt, in hoc quod ſim terra fœcunda, apte reſpõdens bene ſerenti. Illa enim terra iuſta eſt, quæ reddit ſemen quicquid ei committitur. Et hoc non facies ex meritis meis, ſed *propter nomen tuum*, id eſt, gloriam tuam. *uiuificabis me in æquitate tua*, id eſt, in præceptis tuis, quæ dicẽda ſunt æquitas, qui prius mortuus eram in iniuſtitia. *Educes de tribulatione*. Et non tantum uiuificabis me ſecundũ reſtitutionem uirtutũ, ſed etiam educes *animam meam* de anguſtia prauæ conſcientiæ, condonando mihi peccatum. *Et propter hoc diſperdes omnes inimicos meos* interiores, prauas ſcilicet ſuggeſtiones, me circunquaque impugnantes. Et hoc non ex merito meo, ſed in *miſericordia tua. Et perdes omnes*. Non ſolũ prauas ſuggeſtiones diſperdes, ſed & omnes *qui tribulant animam meam*, ſiue interiores ſiue exteriores inimicos perdes, id eſt, inefficaces reddes. Quod iuſtum eſt, *quoniam ego ſeruus tuus ſum*, id eſt, quia uoluntates meas poſtpono, & tuas in omnibus exequar ſancti Ambroſii ſententia in Hexameron: Non ſemper malum eſt, non obedire præcepto. Si enim bonum eſt pręceptum, honeſta eſt obedientia. Quod ſi improbum eſt præceptum, nõ obedire utile eſt. Ergo non ſemper malum eſt, non obedire præcepto. Sed bono pręcepto non obedire, improbum eſt. Bonũ eſt autem & operatorium cognitione boni, maligni autem & non operatorium cognitione mali. Verum igitur bonum an malum ſit præceptũ noſcere debem⁹, quoniamquidem deus inquit: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſci- Ge.3.
ens bonum & malũ. Præceptum legis, Primo- Exo.13.
genitũ aſinæ mutabis oue. Aſinæ ergo primogenitum, hoc eſt, immũdum, iubet mutare oue, quæ munda & apta ſacrificio eſt. hoc ſecundum literam. Si quis autem ſenſum ſpiritalis legis altius proſequatur, conſiderabit quod aſina laborioſum animal ſit, ouis fructuoſum. Fructum ergo dicit mutandum labore, ut finis operis ſui ſit fructus. Aliter: Omnem laborem tuum, omnẽ induſtriam, puro & ſimplici commendabis affectu. Si autem non mutabis, redimes. Iubetur ergo ſecundum literam, ut animal aliud pro immundo animali offeratur, aut precium, ne inter decimas fructuũ uel minus aliquod, uel immundum uideatur offerri. Intellectus autem profundior, liberandam animam tuam docet, ut deſiſtat ab his quæ fructum non habent. Qui enim redimit, ſe liberat & quodam eximit debito. Relinquenda ſunt opera, quæ uerum fructum bonoſq; proceſſus habere non poſſunt. qualia ſunt omnia iſta mundana, quorum uſus non poteſt eſſe diuturnus. In quibus ipſe nudus & uere uacuus eſt effectus.

¶Pſalmus Dauid ad Goliath. CXLIII.

BEnedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugium meum, ſuſceptor meus & liberator meus. Protector meus & in ipſo ſperaui, qui ſubdis populum meum ſub me. Domine, quid eſt homo quia innotuiſti ei? aut filius hominis quia reputas eum? Homo uanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut umbra prætereunt. Domine, inclina cælos tuos, & deſcende: tange montes, & fumigabunt. Fulgura coruſcationem, & diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum eſt uanitatem, & dextera eorum

dextera iniquitatis. Deus, canticum nouum cantabo tibi, in pſalterio decachordo pſallam tibi. Qui das ſalutem regibus, qui redemiſti Dauid ſeruum tuum, de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ ut ſimilitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: beatus populus, cuius dominus deus eius.

Pſalmus iſte eſt Dauid, id eſt, cuiuſque fide-
lis, qui eſt manu fortis uel uiſu deſiderabilis.
1.Re.17. Dauid dico, pugnantis contra Goliam, id eſt, di
abolum & membra eius, id eſt, contra hæreti-
cos & omnia uitia interiora. Non ideo autem
ponit Goliā, quod interpretatio nominis hui-
us hic aliquid operetur, niſi ſecundum rei geſti
onem. Sicut enim carnalis Dauid interfecit Go
liam, & hoc in petra, ita in ſpirituali certamine
fideles CHRISTO mediante expugnant inimi
cos tam interiores quàm exteriores. Qui fide-
les agunt in hoc pſalmo, referentes gratiarum
actiones deo pro eo quod reddit eos ita doctos
in pugna, ut non ſuccumberent in impugnatio-
ne inimicorum. & hoc ad inſtructionem minus
perfectorum, ſcilicet ut cum impugnantur, o-
rent doctrinam præliandi a domino. Et cum
eam conſecuti fuerint, non in ſe, ſed in domino
glorientur.

B*Enedictus dominus.* Dominus pater qui do-
minus meus eſt ſecūdum gubernationem,
& *deus meus* ſecundum creationem, ſit benedi-
ctus, hoc eſt, glorifico eum, gratiarum actiones
referendo, & omnia quæ in me fiunt bona, ſibi
aſſcribendo: tum ex illa conſideratione, quia
dominus eſt in rebus, tum eo reſpectu quia eſt
creator meus, tum etiam ex beneficio mihi col
lato, ſcilicet quia *docet manus meas ad prælium*, id
eſt, quia inſtruit & facit me doctum ad prælian
dum contra acriorem & uehementiorem impu
gnationem, ſiue illa ſit interior, ſiue exterior.
Fit enim aliquando exterior impugnatio, quæ
magis eſt uehemens, ut impugnatio philoſophi
& ſubtilis hæretici. Aliquando non adeo uehe
mēs, utpote illa quæ fit ab indoctis hæreticis.
Eodem modo interior alia ſuggeſtio magis im
pugnat quàm alia. *Et* ideo ſit dominus benedi-
ctus, qui docet *digitos meos ad bellum*, id eſt, quod
doctū me facit ad bellandum cōtra remiſſiores
impugnatiōes ſiue interiores, ſiue exteriores, ut
mihi nō ꝓualeant. Sola ſimilitudo notāda eſt in
eo ꝙd ponit manus & digitos. Quoniam enim
res gladio cominus agitur & manibus, maius eſt
periculum, quàm cum ſagittis cæteriſq; miſſi-
libus eminus agitur, quia uitari facilius poſſunt:
ideoque ꝑ manus gladiatura, per digitos miſſili

um iactura deſignatur. *Miſericordia mea.* Miſeri
cordiam fecit dominus cum Dauid, quādo eum
ultimum de fratribus ſuis per Samuelem ad re 1.Re.16.
gale culmen elegit. Refugium, quando ei conſi-
lium dedit ut hoſtem ſuum deijceret, quem gla 1.Re.17.
dio non poterat. Suſceptor, quando fecit eum a 1.Re.18.
Saule ſuſcipi in generum. liberator, cum eum a 1.Re.19.
periculo regiæ indignationis eripuit. Prote- 1.Re.24.
ctor, cum in ſpelunca latens, in ſalutem regis ul
tionem ſuſcepit. Aliter: Inde dominus ſit bene-
dictus, quoniā eſt miſericordia mea, id eſt, quia
gratis inſtituit & doctum me fecit ad prælian-
dum. Licet enim ex meritis conferret doctri-
nam præliandi, tamen glorificandus eſſet: ſed
multo magis, cum ex ſola gratia hāc largiatur.
Et in ipſo prælio ita me animauit ſpiritu ſancto,
quod fuit *refugium meum.* quia cum quadam ſe-
curitate pugnaui, ut non timerem ultra ſuc-
cumbere. Non dicit ſe ex toto ſecurum, cum di
ctum ſit, qui ſtat, uideat ne cadat. ſed dicit hoc 1.Cor.10.
ad reſpectum prioris ſtatus, in quo uehemen-
ter timuit, & ad reſpectum alterius. ſicut ali-
quis ex graui infirmitate aliquantulum conua-
leſcens, diceret ſibi bene eſſe, cum tamen non-
dum ex toto liberatus eſſet. Et non tantum ex
hoc præſenti beneficio ſit benedictus. ſed etiam
ex primordiali beneficio, quia fuit *ſuſceptor*, id
eſt, procurator *meus* in baptiſmate, reſtituendo
debilitatem naturæ in libertatem rationis & li
beri arbitrij. Ideo etiā glorifico eū, quia fuit *libe
rator meus* .i. quia eripuit me ab inimicis perſe-
quentibus à tergo in baptiſmate, id eſt, ab actua
li & originali peccato. *Protector meus*, & ideo ſit
benedictus. quia cum poſt primordialem libe-
rationem inſurgerent inimici, fuit protector me
us ab incurſantib⁹ inimicis, ſcilicet uitijs, ne me
poſſent uulnerare. & ideo per præteritum dicit,
in ipſo ſperaui, ut oſtendat ſe dudum talem ſpem
habuiſſe, & pro præteritis beneficijs illa uera &
futura bona quæ ſunt in ipſo ſperare. Hæc eti-
am ſit cauſa benedicendi, quia ſubdit *ſub me*, id
eſt, mihi *populum meum*, id eſt, hæreticos uel alios
inimicos, meos factos, id eſt, mihi conformes.
Vel ſubiecit mihi populum, id eſt, uitia ex pro-
priæ carnis natura naſcentia. hoc eſt, fecit me do
minari omnibus meis illicitis motibus. *Domine,
quid eſt homo?* Non tantum benedico te domine

ex his beneficijs, quæ mihi ſingulariter contuli-
ſti, ſed etiam ex communibus, ex his ſcilicet, qa
quid eſt homo, id eſt, magnum & egregium ali
quid, magnæq́ dignitatis eſt homo: & hoc non
ex ſe, ſed *quia innotuiſti ei*, id eſt, quia teipſum no
tificaſti ei ſecundum fidem & cognitionem.
Aut potius eo reſpectu dicam, quid eſt *filius ho
minis*, id eſt, filius primorum peccatorum & fi-
lius perditionis, & qui erat filius mortis, quod
tu *reputas eum*? hoc eſt, memoriam eius habes,
illum iuſtificando, & alia chariſmata ei dando.
Si enim ſimpliciter attendo quia innotuiſti ho-
mini, magnum aliquid eum inuenio. Si uero il-
lud attendo quia reputas eum, id eſt, rememo-
ras. i. quia habes eũ in memoria, ponendo in bo
na deuotione & operatione, qui prius erat ob-
noxius perditioni, magis inuenio aliquid ma-
gnum illum. Sed ſi utrunque ſimiliter attendo,
multo magis eum magnum conſidero. Aliter:
Domine, qd eſt hõ? Remigius: Sub interrogati-
one & deſpectu dicendum eſt, quid eſt homo?
quaſi puluis qui nullam habet firmitatem. quia
innotuiſti ei inæſtimabile deitatis arcanũ. Aut
filius hominis? Idem reſpõdeatur, quia reputas
eum in ouibus tuis, in numero prædeſtinatorũ.
Homo uanitati. Ex eo quidem magnus eſt homo,
quia tu innotuiſti ei, & eum reputaſti. ſed per ſe
ſimilis factus eſt uanitati, id eſt, in primo parente
peccãdo fecit ſe ſimilem uanitati, id eſt, quodã-
modo accedit ad nihilum, id eſt, commutabile,
ut nihil efficeretur. Oſtendit in parte quomodo
ſimilis factus ſit uanitati. *Dies eius ſicut umbra præ
tereunt*. Ac ſi dicat: Inde poteſt uideri quia acceſ
ſit ad nihilum, quoniam dies eius, id eſt, uita eius
.i. hominis præterit ſicut umbra, quæ nunquam
permanet in eodem ſtatu. Et eodem modo ætas
ipſius uanitas eſt. Ipſe enim de infantia tranſit ad
pueritiam, inde in adoleſcentiam, poſt in iuuen-
tutem, inde in ſenectutem. A qua uanitate. i. a
quo defectu quandoq; ſubtrahetur, ſicut in ani-
ma eſt ſubtractus a quadã uanitate, id eſt, a pec
cato. *Domine, inclina cælos*. Facta gratiarum acti-
one pro ſe ſingulariter & pro communi benefi
cio, orat pro illis quos dominus nondum ſubli-
mes oſtendit, quibus nondum innotuit, dicens:
O domine, cum tantæ dignitatis ſint fideles tibi
ſeruientes, ſicut dictum eſt, ut etiam illi qui ad-
huc ſunt animales, efficiantur docti ad prælian-
dum. cælos *tuos*, id eſt, prædicatores tuos qui
ſublimes ſunt in cõtemplatione deitatis tuæ, in
clina, id eſt, fac conſcendere a ſublimitate intelle
ctus ad modum capacitatis infirmorum. *Et tali
modo deſcende*, id eſt, in quadam parte illis inno
teſce, ſaltem in hiſtoriali ſcientia, ut intelligant
de natiuitate & paſſione tua, qui nondũ conſcen
derunt ad illa ſupiora. Et quia pdicatio eorũ in-
efficax ſine operatiõe tua, *tange montes*. i. elatos
huius ſeculi, manu miſericordiæ interi⁹ ſolicita et
terrore futuræ pœnæ. *Et tali modo fumigabunt*,
id eſt, lachrymoſas preces emittẽt pro eo quod
in infidelitate perſtiterunt. Aliter: Domine, incli-
na cęlos. Remigius: Inclinatio celorũ fuit, quãdo
ad hominem honor ſupernorum deſcendit. *Ful
gura coruſcationem*. Et quia non ſufficeret ſola in
clinatio cælorum, addit: Fulgura coruſcationẽ,
id eſt, manifeſta miracula quæ illuminent men-
tes eorum. *Et diſsipabis eos*, id eſt, tali modo ſepa
rabis eos a maſſa perditorum. Et poſtquam de-
ſcenderis in innocẽtiam eorum ſecundum fidẽ,
emitte ſagittas tuas, id eſt, manifeſta eis præcepta
& inſtituta bene uiuendi, quæ dicuntur ſagittæ,
quia infigunt corda auditorum, & interimunt
uitia ſaluti contraria. Vel ſagittas dicit apoſtò
los, qui prædicatiõe quaſi pennata iacula homi
num pectora transfoderunt. *Et per* emiſſionem
ſagittarum *conturbabis eos* de præterita uita. Cũ
enim audierint, caſtitati & ſobrietati cæteriſq́
uirtutibus inſiſtendum, priorem uitam prauam
fuiſſe intelligent. *Emitte manum tuam*. Facta ora-
tione pro illis qui adhuc in dignitate ſua reman
ſerant, orat pro ſe ita: Non tantum oro pro cæ-
teris fidelibus, ſed etiam pro me. Emitte manũ
tuam, id eſt, manifeſtum fac mihi auxilium tuũ,
id eſt, de omnipotẽtia tua, ut ſicut potens es, ita
potenter opereris in me. & ſecundum hoc dico
emitte manum tuam, ut per potẽtiam tuam eri
pias *me de aquis multis*, id eſt, de doctrinis diuer-
ſis. In eccleſiaſtica enim doctrina non eſt multi-
plicitas, ſed una fides, unũ baptiſma. & ita oro Ephe. 4.
eripe, ut liberes me, id eſt, quadam libertate faci
as me contra agere, ne timeam ſubuerti. & non
ſolum *eripe me* de erroribus hæreticorum, ſed
& *de manu*, id eſt, operatione eorum qui aliquan
do fuerunt eccleſiæ filij, ſed modo ſunt alieni, re
cedentes ab unitate eccleſiæ. Aliter: Emit-
te manum tuam. Remigius: Manum dicit do-
minum ſaluatorem, quem uenire deprecatur,
ut liberet mundum. *de alto*, id eſt, de poteſtate
excelſo. De aquis, id eſt, de populis undoſis, &
quaſi procella concitatis. *De manu filiorum alieno
rum*, qui fidelibus parcere neſciunt, & diabolo
generantur. *Quorum os locutum*. Ideo rogo de do
ctrina eorum eripi, quia os eorum locutum eſt
uanitatem, mendacium ſcilicet, nõ ueritatem. Va
num eſt omne, quicquid ueritati contrariũ eſt.
Ideo oro eripi de conformitate eorum, quia *de-
xtera*, id eſt, operatio *eorũ* quæ uidetur bona, *de
xtera* eſt *iniquitatis*, id eſt, intendens ad iniquita-
tem. Ideo enim bene operantur, ut facilius deci
piant. Vel dextera, id eſt, proſperitas ipſorum,
unde eleuati, licentiam peccandi aſſumunt. *De-
us canticum nouum*. O deus, ſi liberaueris me de
aquis multis, *cantabo tibi* canticum nouum, id
eſt, laudabo te in obſeruatione nouæ legis. *Pſal-
lam* etiam *tibi*, id eſt, bene operabor ad honorẽ
tuum *in pſalterio decachordo*, id eſt, in anima con

corditer reſonante, in completione decem præceptorum ueteris legis. Ideo dicit, in anima pſallam, ut oſtendat quia in uoluntate & affectione bene operatur. Multa enim opera fiunt exterius, quorum anima non eſt particeps, quia nulla eſt in eis affectio. *Qui das ſalutem regibus.* Repetit orationem ſuam, ut oſtendat quia nõ põt aliunde ſaluari. Et ut neceſſitatem eripiendo oſtendat, *Eripe me*, inquit, *de gladio maligno*, id eſt, de erroribus hæreticorum, qui interimunt animam. Vel de gladio diaboli qui eſt malignus, quia diuidit a bonis. Chriſti uero gladius eſt benignus, quia ſeparat a malis. Sicut enim uerbum dei dicitur gladius anceps, & bonus eſt, quia de utroque teſtamento incidit ad ſalutem: ſic praua hæreticorum doctrina gladius eſt, quia de utroque teſtamento aſſumit. ſed malignus, quia totum ad damnationem redigit. Et merito te oro ut eripias, quia tu tantus es, quod das ſalutem ſubaudis omnimodam, ſcilicet hic ſecundum uirtutes & bona opera, & tandem gloriam æternam regibus, id eſt, hic ſe ipſos ſpiritualiter regentibus. Et tantus es & talis, quod *redemiſti David ſeruum tuum*, id eſt, unumquenque fidelem & tibi deuotum & uiriliter agentem, redemiſti per ſanguinem filij tui. Eripe me inquam de gladio maligno, *& erue me de manu filiorum alienorum.* Ideo hoc totum repetit, ut ſupponat multas cauſas, quare pro huiuſmodi periculo multoties orandum ſit, ita: Ideo domine neceſſe eſt ut eripias me de aquis multis & de manu hæreticorũ: quia *filij eorum ſicut nouellæ plantationes*, id eſt, cogitationes & ſententiæ eorum ſunt comparabiles arbuſculis nouiter plantatis. Exponit ſecundum quid ſint comparabiles illis, ita: *in iuuentute ſua* .i. in hoc quod quotidie nouæ inueniuntur. & cũ ueteribus ſententijs adiungũtur, comparabiles ſunt nouis plãtationibus, quæ nouiter factæ, numero aliorum ſæpius conferuntur. Et ideo neceſſe eſt ut me liberes. *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ*, id eſt, uerba eorum ſunt ornata, ſubaudis omni genere exhortationis. & non in parte tantum, ſed undique. Filios uocat cogitationes, & filias uerba, fœminino genere. ideo ſcilicet, quia filiabus maior cultus ſolet adhiberi, & ſicut magis ipſæ filiæ ſolẽt ineſcare homines, ſic uerba hæreticorum magis nocent quàm cogitationes. Si enim tantum cogitarent, nequaquã hæreſi ſua tot ſimplices & idiotas doloſe irretirent. Et ideo neceſſe eſt ut me liberes, quia uerba eorum ſunt *ut ſimilitudo templi*, id eſt, reuera ſimilia uerbis templi, id eſt, fidei. Sicut enim uiri catholici deum trinum & unum & quædam alia annunciant, ita & ipſi. & hoc modo uerba eorum ſimilia ſunt uerbis fidei, quæ fides ideo templũ dicitur, quia ſicut in templo hoſtiæ offerri præcipiuntur, ita in fide omnem bonã operationem deo offerre iubemur, & extra catholicam eccleſiam non eſt locus ueri ſacrificij. Et ideo neceſſe eſt ut me liberes, quia *promptuaria eorum plena*: quia in grammatica eorum, ubi multiplices ſententiæ continentur ad modum cellæ diuitis, in qua multa poculorum genera reconduntur. & inde, id eſt, ex ipſa plenitudine ſunt *eructantia*, id eſt, extra mittentia, ſubaudis multas argumentationes. eorum dico, tranſeuntium *ex hoc in illud*, id eſt, ex ueteri teſtamento in nouum, uel ex argumentatiõe in argumentationem, uel ex una ratione in aliam rationem. Et ideo neceſſe eſt ut liberes me, quia *Oues eorum* non dico ſimplices & idiotas, qui ſunt inter eos, ſed *fœtoſæ* oues, id eſt, magiſtri eorum alios in errorem parientes, ſunt *abundantes*, id eſt, multos fœtus habentes, ſubaudis non ſecundum illum ſtatum quo ingreſſi ſunt ad fidem, ſed *in egreſſibus ſuis*, id eſt, ſecundum illum ſtatum quo egreſſi ſunt a fide. Et ideo neceſſe ut me liberes, quia *boues eorum craſſæ*, id eſt, ipſi ijdem magiſtri eorum ſunt copioſi in diuitijs. & quod ſcientia nequeunt, nummorum impenſa efficiunt. Oues uocat magiſtros eorum, propter debilitatem nimiã animi: fœtoſas, quia alios in errorem pariunt: boues craſſas, propter nimiam deceptionem. Vacca etenim pinguis citius taurum decipit, quàm ouis arietem. Et ideo neceſſe eſt ut me liberes, quia *Non eſt ruina maceriæ*, id eſt, argumentationes eorum, id eſt, complexæ rationes dirui non poſſunt. Et ideo libera me, quia *neque tranſitus*, ſubaudis eſt in argumentationibus eorum, id eſt, multi quia reſiſtere nequeũt, ibi ſæpius capiuntur. *neque clamor in plateis eorum*, id eſt, iſtud non eſt cauſa, ſed ita continuatur: quamuis ſint ignominioſi & diuites & magiſtri aliorum, non eſt tamen clamor, id eſt, ſubtilitas & intenſio in rationibus eorum. Clamor enim & ſubtilitatem & intenſionem deſignat. Vnde ſæpius dominus in euangelio clamaſſe dicitur, non quantũ ad uocis altitudinẽ, ſed quantum ad orationis intenſionem & ſubtilitatem. Et ideo non ẽ clamor in rationibus illorũ. quia in plateis, id eſt, in amplitudine erroris & aliorũ uitiorum ſunt. Et ideo neceſſe eſt ut me liberes, quia *populum cui hæc ſunt*, uidelicet prædicta copia uerborum, ut poſſint tranſire ex hoc in illud, & diuitiæ, & quorum rationes a nullis uel à paucis poſſunt conſtringi, illum inquam populum talem ſtulti homines *dixerunt beatum*. Mea uero ſententia hæc eſt, quia ille eſt *beatus populus*, cuius *dominus* ipſe eſt idem quod eſt *deus eius*, id eſt, creator eius

¶Laudatio ipſi Dauid. CXLIIII.

EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt. Miſerator & miſericors dominus, patiens & multum miſericors. Suauis dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Fidelis dominus in omnibus uerbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Iuſtus dominus in omnibus uiis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Laudationem domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

In hoc pſalmo continetur laus attribuenda ipſi Dauid, id eſt, CHRISTO. In hoc autem tractatu quique fideles perfecti poſt apoſtolos, ex perſona ſua exhortantur alios laudare dominum ex conſideratione ſuiipſius. illos uero qui modo ideo ad hoc promoti ſunt, ut laudent dominum, propter ipſum admonent, ut ſaltem ex conſideratione operum eius laudent eum, ut ſic tandem promoueantur ad eum laudandū propter ipſum, ſic dicentes:

EXaltabo te deus meus rex, id eſt, domine qui es creator & rector meus, Exaltabo te ſcilicet actiua uita, ſcilicet ſecundum uirtutes & bona opera. & *benedicam nomini tuo*, id eſt, laudabo te ex conſideratione nominis tui, benedictione eunte *in ſeculum & in ſeculum ſeculi*, id eſt, laudabo te contemplatiua uita, quæ in præſenti agitur ſecundū quod poſſibile eſt, & in futuro perfectius habebitur. Et hoc faciens, *Per ſingulos dies*, id eſt, per ſingulas uirtutes *benedicam tibi*, id eſt, aſcribā tibi ſingulas uirtutes quæ mihi inerunt, ſiue in præſenti, ſiue in futuro. Vel ita: Benedicam inquā tibi. i. laudabo te (ut dixi) & actiua & contemplatiua uita, & hoc per ſingulos dies, id eſt, in proſperis & aduerſis. Et merito laudabo te, quia *dominus magnus* eſt, id eſt, ita potēs eſt, quod *magnitudinis eius*, id eſt, potentiæ, *non eſt finis*, id eſt, non poteſt alicuius creaturæ intellectu comprehendi. uel non eſt finis, id eſt, interminabilis eſt, quātum ad localem capacitatem. uel non eſt finis, ſcilicet ſecūdum tempus, id eſt, æterna eſt. & cum tantus ſit, eſt etiam *laudabilis* in natura ſua *nimis*, id eſt, plus quàm cogitari uel dici poſſit. Ego inquam laudabo te ex conſideratione tuiipſius, quia ſcio te magnum & laudabilem. alij uero qui ad hoc non ſufficiunt, laudabunt te ex conſideratione operum tuorum. & hoc, quandiu generatio generationi ſuccedit. Hoc ē q̄d dicit, *Generatio et generatio laudabit opera tua*, hoc eſt, laudabūt te ex conſideratiōe operum tuorum uidelicet cœli & terræ, maris & aliorum uiſibilium. & horum admiratione *potentiam tuam pronunciabunt*, id eſt, te potentem & laudabilem probabunt. & propter hæc *loquentur* ſcilicet inter ſe & alijs. *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ*, id eſt, magnificam gloriam, quam ſanctis tuis attribuis. Vel ita: Loquentur te magnifice glorioſum ex conſideratione ſanctorum tuorum. & inſuper *mirabilia tua narrabunt*, ut eſt reſurrectio mortuorum, & talia. & præter hæc *dicent* apud ſe interius & alijs *uirtutem terribilium tuorum*, id eſt, potentiam tuam, qua huiuſmodi uindictas operaris iuſto iudicio tuo, per quas terreant homines, ut in Anania & Actu.5.
Sapphira qui beato Petro mentiti ſunt, & in alijs. Et etiam *magnitudinem tuam narrabunt*, id eſt, potentiā tuā, qua tu in pręſenti ſanctos tuos p̄moues in omnem ſanctitatem, & propterea *eructabunt*, id eſt, plene enunciabunt, memoriam *abundantiæ ſuauitatis tuæ*, id eſt, abundantem miſericordiā tuam, per quam memor fuiſti hoc

facere, quorum ante uidebaris quaſi oblitus fu-
iſſe, uidelicet ſanctitatem, miracula, promotio-
nem ſanctorum tuorũ in uirtutes & bona ope-
ra. *Et iuſtitia tua exultabunt*, id eſt, exultãter pro
ferent iuſtitiam tuam, hoc eſt, terribilia opera
tua dicent eſſe iuſta, & ipſi dicent hæc prædicta
eſſe miſerationes domini, ſanctitatem, miracula,
promotiones ſanctorum in hac uita. Et recte,
quia ita eſt in re. Eſt enim *dominus miſerator*, id ẽ,
faciẽs omnes has miſerationes. *& eſt miſericors*,
& non utcunque, ſed *multum miſericors*. Poſita
hac uoce quæ eſt miſerator, dictum erat quia eſt
miſericors: ſed ideo hanc uocem ſuppoſuit, quia
uoluit addere, Multum miſericors eſt & *patiens*.
Patienter enim omnem peccatorem expectat,
& illum quem uidet nunquam eſſe conuerten
dum, & ideo tandem grauius puniendum: non
tamen ea intentiõe perdendum expectat, ut ſic
tandem acrius eum puniat, cum ſit pius & miſe
ricors: ſed ſumma & ineffabili clementia ſua il-
2. Tim. 2. lum patienter ſuſtinet, nec ſe ipſum negare po-
teſt, qui quod ſuum eſt, in præſenti omnibus mi
ſericorditer exhibet: licet peccator quod ſuum
eſt, uſque in finem negligenter operetur, unde
tandem iuſto dei iudicio acrius puniri promere
tur. *Suauis eſt dominus*, id eſt, dixi quia dominus
eſt miſerator, & ita eſt. Vere dominus eſt ſua-
uis, id eſt, miſerator *uniuerſis*, id eſt, huiuſmodi
hominibus, liberis & ſeruis, ſapientibus & ſtul-
tis, ſenibus & pueris, & alijs cuiuſcũque ſint con
ditionis & ſexus. Vel ita: Ipſe eſt ſuauis uniuer-
ſis, id eſt, multum miſerator. *Et miſerationes eius*
ſuper omnia opera eius, id eſt, ſunt ſuper huiuſmo
di opera eius, ut eſt caſtitas, & quælibet cæteræ
uirtutes. Multis enim, caſtitate & alijs uirtuti-
bus ab eo datis, uſque in finem digne perſeuera
re concedit. & ideo dictum eſt ſuper opera,
ac ſi diceret: præter hoc quod dat uirtutes, dat
etiam in eis perſeuerare. Poſtquam modo di-
cit, generatio & generatio laudabit dominum
ex conſideratione operum eius & ſanctitatis &
miraculorum, & hoc ex abundanti miſericor-
dia eum feciſſe eructabit, & hoc ipſum ſua au-
toritate aſſeruit, quia ipſe eſt miſerator & mi-
ſericors, dicit orando illud idem quod dixit
pronunciando, ita: *Confiteantur tibi domine o-*
mnia opera tua, id eſt, oro domine ut opera tua ui
ſibilia ſint materia hominibus confitendi tibi, id
eſt, laudandi te. & dixi quod ipſi loquentur te
glorioſum ex conſideratione ſanctorum tuo-
rum, & ſic eueniet. *Sancti tui benedicant tibi*, id
eſt, homines laudent te ex conſideratione ſan-
ctorum tuorum. *Gloriam regni tui dicent*. ab illo
loco ubi dixit, & iuſtitia tua exultabunt, uſ-
que ad hunc uerſum, eſt interpoſitio, quia ita conti
nuatur: Exultabunt (ut dixi) iuſtitia tua, & præ-
ter hoc dicent gloriam regni tui, id eſt, prædica-
bunt beatitudinem illius gloriæ, quam habitu-
ri ſunt illi qui erunt regnum tuum. *& etiam po-*
tentiam tuam loquentur, id eſt, pœnæ illius immen
ſitatem qua impij afficientur. Et ideo prædica-
bunt illam potentiam, *Vt notam faciant filijs ho-*
minum potentiam tuam, id eſt, ut hominibus illam
notam faciant, & ſic a uitijs terreant. Et ideo præ
dicabunt gloriam regni tui, ut notam faciant ho
minibus *gloriam magnificẽtiæ regni tui*, id eſt, ma-
gnificam gloriam, quam habebunt illi in qui-
bus regnabis. & ſic ad eam appetendam magis
accendantur. & propterea dicent: *Regnum tuum*
regnum omnium ſeculorum, id eſt, gloriam tuam
dicent eſſe gloriam datam aliquibus de omni-
bus ſeculis & de omnibus generationibus, a pri
mo iuſto uſque ad nouiſſimum iuſtum, nunc ſe-
cundum animam, & tandem ſecundum utrun-
que: hoc eſt, prædicabunt gloriam tuam eſſe
æternam. Aliud eſt, prædicare gloriam ſimplici
ter: aliud eſt, illam gloriam eſſe æternam. *&* hoc
prædicabunt, quia *dominatio tua in omni generati*
one & generationem, hoc eſt, pœna malis illata,
erit & in hac generatione, quæ modo dici po-
teſt omnis, ſecundum diuerſos ſtatus hominũ.
& in illa generatione quæ una erit, uidelicet in
reſurrectione, hoc eſt, æterna erit. Iam enim in-
cipit a primo iniquo, & pmanebit in æternũ. &
ne aliqs irrationabiliter fretus miſericordia dei,
putaret pœnam illam non eſſe perpetuam, con
firmat ſic: Vere utrunque erit æternum, & glo
ria iuſtorum, & pœna malorum. quia *fidelis do-*
minus, id eſt, uerax eſt *in omnibus uerbis*. Et ſi ipſe
uerax eſt in omnibus promiſſis *ſuis*, tunc & in ꝑ
miſſione gloriæ, & in comminatione pœnæ æter
næ. Hoc ualet quantum ad hoc, ne quis applau-
dat ſibi, dicens deum miſericordẽ eſſe, & ſic ne-
minem æternaliter punire. Et ne iterum alicui ui
deatur non recte agere, ſi pro temporali com-
miſſione æternam ſumeret uindictam, & ita uel
let remouere pœnam, dicit: *Et ſanctus in omnibus*
operibus ſuis, id eſt, non eſt ita ut tibi uidetur: ſed
iuſtus & rectus deus eſt, non ſolum in inferendo
pœnam æternam, ſed in omnibus quæcunque
operatur. Sola remotio eſt. & quia ipſe eſt ue-
rax in repromiſſione gloriæ, ideo *Alleuat domi-*
nus, id eſt, ad ſe leuat, id eſt, glorificat *omnes qui*
corruunt, id eſt, omnis modi corruẽtes ſcilicet in
peccata, alleuat dicit, iuxta illud: Nemo aſcen- Ioh. 3.
dit in cælum, ſcilicet per ſe, niſi filius hominis. Et
ut illos alleuet, in primis *erigit*, ſed ſecundum
remiſſionem peccatorum in hac uita, *omnes eli-*
ſos, id eſt, omnis modi confractos, ſcilicet in pec
catis. Et poſtquam erecti ſunt, *domine, oculi omni*
um, ſ. interiores, id eſt, ratio & liberum arbitri-
um, *ſperant in te*, id eſt, ſpem ſuam ponunt in te,
expectantes ut des illis eſcam, id eſt, doctrinam
ſpiritualem. Ipſi hoc expetunt, *& tu das eſcam il-*
lorum, id eſt, illis aptam & neceſſariam *in tempo-*
re opportuno, id ẽ, in hoc ſeculo, ubi opportunũ

eſt fideles ſpiritualiter doceri. Et in dando illis eſcam ſpiritualem, *aperis tu manum tuam*, id eſt, largus es. & eſt dictum a ſimilitudine alicuius manũ aperientis ad largiendum. *&* per hoc quia largus es, *imples omne animal benedictione*, id eſt, large imples omnem humilem & manſuetum ſpirituali doctrina. Et non ſolum dominus erigit illos, & dat abundanter eſcam ſpiritualem, ſed etiam *uoluntatem timentium ſe*, id eſt, diligentium ſe *faciet*, *& deprecationem eorum exaudiet*, id eſt, poſtulationem eorum, hanc ſcilicet, *ſaluos faciet illos*. Hanc ſalutem dabit illis, ſcilicet bonam uoluntatem & bonam operationem. Hoc inquam faciet *iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis*. & per hoc patet illum facturum uoluntatem eorum, quia & ipſe hanc talem uoluntatem haberi præcipit, & iuſtus eſt in his præcipiendis, id eſt, iuuabit eos. quia ipſe dat hæc mandata, tum quia iuſta ſunt, tum quia ipſi uolunt. & per hoc poteſt uideri quia faciet uoluntatem eorum, id eſt, quia non denegabit eis quæ uolunt, quia *ſanctus* eſt *in omnibus operibus ſuis*. Ipſe inquam faciet uoluntatem illorum, & deprecationem exaudiet. & hoc non diu prolongabit, ſed *prope eſt dominus*, id eſt, paratus eſt *omnibus inuocantibus eum*, illis ſcilicet qui eum inuocant *in ueritate*, id eſt, uera intentione, ſcilicet quæ expetenda ſunt, & qualiter expetenda ſunt poſtulantes. Et non ſolum faciet uoluntatem illorum, dando eis uirtutes & bona opera, ſed etiam *cuſtodit dominus omnes diligentes ſe*, id eſt, facit eos perſeuerare in ipſis donis. illos cuſtodiet, *& omnes peccatores diſperdet*, id eſt, peccatores commodis damnabit, hic ſecundum maiorem excæcationem, in futuro ſecundum æternam ultionem. Et quia hæc prædicta bona dominus faciet, ideo non ſolum cor, ſed etiam os meum *laudationem domini loquetur os meum*, id eſt, ea quæ ad laudem eius attinent, annunciabo. *&* meo exemplo *benedicat omnis caro* nomen ſanctum *eius*, id eſt, omnis modi carnalis laudet eum, ſcilicet benedictione duratura *in ſeculum*, id eſt, per totum ſeculum, *& in ſeculum ſeculi*, id eſt, per aliud ſeculum.

¶Alleluia Haggei & Zachariæ. CXLV.

LAuda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, pſallam deo meo quàm diu fuero. Nolite cõfidere in principibus, in filijs hominum in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in domino deo ipſius, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit ueritatem in ſeculum, facit iudicium iniuriam patientibus, dat eſcam eſurientibus. Dominus ſoluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Dominus erigit eliſos, dominus diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & uiduam ſuſcipiet, *&* uias peccatorum diſperdet. Regnabit dominus in ſecula deus tuus Sion, in generatione & generationem.

In hoc pſalmo admonent fideles perfecti minus perfectos, ut non confidãt in carnalibus dominis, ponentes in eis ſpem temporalis ſuſtentationis, qui nec uelle nec poſſe habent niſi gratia diuinæ permiſſionis, quæ confidentia multis fuit cauſa homicidij, & cætera nefanda operari: ſed deum laudent, & in eum tantum ſperent, a quo omnis ſalus procedit. Vt autem admonitio eorum commendabilior habeatur, primũ oſtẽdunt ſe in eo eſſe, ad quod alios hortantur.

L*Auda anima mea dominum*. Sunt hæc uerba cuiuslibet perfecti fidelis, ſe ipſum exhortantis, & ſibi reſpondentis propter diuerſas naturas, ſcilicet rationabilitatem & ſenſualitatem hoc modo: Tu anima mea, quæ ſenſibus tuis male utendo, a domino diſceſſiſti, lauda dominum ſcilicet bene utendo uiſu, auditu, & cæteris ſenſibus tuis, & ſic erit. Vere *laudabo dominum in uita mea*, id eſt, in omnibus ſenſibus meis, hoc eſt, in recta adminiſtratiõe ſenſuum meorum. Et hoc non ad horam ſcilicet, ſed *pſallam deo meo*, id eſt, laudabo deum meum, ſcilicet hoc modo, *quàm diu fuero* ſcilicet in hoc ſeculo. & eſt hic poſitus effectus pro cauſa, lauda pro confide. Confidentia enim cauſa eſt, ut aliquis laudet eum in quo confidit. Dixi quia laudabo, quare & uos laudate dominũ. Et ut illum laudare poſſitis, *nolite confidere in principibus*, id eſt, non ponite ſpem ueſtram in hominibus ea conſideratione, quia ſunt principes & potentes. *in filijs hominum*. Quaſi diceret: Licet ſint principes, non tamen alijs hominibus digniorem & honeſtiorem genituram uel natalẽ habuerunt. *in quibus non eſt ſalus*, id eſt, in quorũ poteſtate non ẽ ſalus temporalis, id eſt, neque uelle neque poſſe habent, ut uobis proſint in hoc mundo, niſi deus eis dederit. & ideo in illis ſperandum non eſt, ſed tantum in domino. Et per hoc patet quia illi nihil poſſunt ex ſe, quia *exibit ſpiritus eius*, ſcilicet principis ab eo,

& reuertetur in terram ſuam, id eſt, nõ ſolum morietur, ſed etiam redigetur ſecundum corpus in puluerem unde factum eſt. & tunc in ipſo exitu *peribunt omnes cogitationes eorum*, id eſt, non ſolum amittent uelle & poſſe alicui obeſſe & prodeſſe, ſed nec etiã inde ulterius cogitabunt. quare miſeri ſunt qui in eis confidunt. ille uero *beatus eſt, cuius* dominus *deus Iacob adiutor eius*, id eſt, qui eum quem habet creatorem, habet & adiutorem. & non alium deum, ſed illum qui eſt deus Iacob, id eſt, luctantium. Hoc dicendo, admonet qui a deo adiuuari uolunt, oportere luctari cũ uitijs, nõ ocio ſeſe dare aut uoluptati. Et inde conſtat quia deus adiutor erit eius, quoniam *ſpes eius in domino deo ipſius*, id eſt, quia ſperat in eum & non in alium. Et nõ fruſtra ſperat, quia ita potens eſt, quod *fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt*. Et quia omnia creauit ex nihilo, confidentem in ipſo facile poteſt adiuuare. Et non ſolum potens eſt, ſed etiam uerax. Hoc eſt quod dicit. *Qui cuſtodit ueritatem in ſeculum*, id eſt, ſimilis eſt alicui obtinenti illã uim animi, quod illud implet quod promittit. & hoc non ad horam, ſed per totum hoc ſeculum. & ideo non fruſtra ſperat in eum, quia ipſe tam potens eſt, quod *patientibus iniuriam*, id eſt, tribulationes ſcilicet pro nomine eius, *facit iudicium*, ſcilicet illos hic magis ac magis cuſtodiẽdo, & tandem glorificando, & malos puniendo & etiam *dat eſcam eſurientibus*, id eſt, ſperantibus in ipſo neceſſariũ uictũ, quãtũ ad corporis ſuſtẽtationẽ ſuggerit. Et præterea *dominus ſoluit compeditos*, ſcilicet praua conſuetudine peccati, ut libere ei ualeant famulari. Et non ſolum hoc facit, ſed etiam *illuminat cæcos* ſcilicet ſecundum moralem ſcientiam, quod neceſſe eſt omnibus ſaluandis: aliquos uero, uidelicet perfectiores, ſecundum ſpiritualem intelligentiam. & inſuper *erigit* ſcilicet ſecundum remiſſionem peccatorum *eliſos*, .i. fractos in peccatis. & poſtea illos *iuſtos* ſcilicet factos dirigit, id ẽ, promouet ad altiora, & deinde *cuſtodit aduenas*, id eſt, facit perſeuerare in bono illos qui hic ſe cognoſcunt eſſe aduenas & peregrinos. & *pupillum*, id eſt, illos qui a ſe uero patre per criminalia diſceſſerunt propter auaritiam. *Et uiduam*, id eſt, illos qui ſe a marito uero amando temporalia per cupiditatem diſceſſerunt, *ſuſcipiet*, id eſt, etiam illis condonabit peccata, ſi digne pœnituerint. *Et* non ſolum remittet, ſed etiam *uias peccatorum*, id eſt, prauas conſcientias quæ ſunt uia ad peccata, *diſperdet*, id ẽ, prorſus deſtruet. Nota hæc omnia quæ hic dicta ſunt, uidelicet quod dominus faciet iudicium iniuriam patientibus, & ſoluit & erigit, & cætera quæ ſequuntur, eſſe cauſas & quaſi probationes, quia ipſe uere potens eſt adiuuare ſperantes in ſe. *Regnabit dominus in ſecula deus tuus Sion*, id eſt, O Sion, hæc prædicta facit gubernator & creator in fidelibus ſuis. & hoc non horarie, ſed iſto modo regnabit in ſecula, id eſt, taliter operabitur in eis, quãdiu hæc ſecula erunt. Et non ſolum *in generatione* præſenti taliter regnabit in eis, ſed in generatione futura regnabit in illis, ſcilicet æternaliter illos remunerando.

¶Alleluia. CXLVI.

LAudate dominum, quoniam bonus eſt pſalmus, deo noſtro ſit iucunda decoraq; laudatio. Aedificans Ieruſalem dominus, diſperſiones Iſraelis congregabit. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocat. Magnus dominus noſter, & magna uirtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Suſcipiens manſuetos dominus, humilians autem peccatores uſque ad terram. Præcinite domino in confeſſione, pſallite deo noſtro in cithara. Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neque in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

In hoc pſalmo propheta exhortatur omnes fideles laudare dominum ex conſideratione ſpiritualium donorum, ſcilicet fidei & remiſſionis peccatorum, & perſeuerantiæ in bonis operibus, ſubdẽdo multas cauſas quare id facere debeant: ad hoc ſcilicet intendẽs, ut huic admonitioni aſſenſum præbeant. Dicit ergo ſic:

L*AVdate dominum, quoniam bonus eſt pſalmus*. In pſalmo tria ſunt: chordæ, ſonus, motus digitus. Per chordas, carnis ſiccationem: per ſonum, uirtutes: per motum digitorum, bonam operationem intelligimus. quibus modis propheta in loco ad laudem dei fideles hortatur, ita: Laudate dominum, agendo ei Pſalmum hoc modo, ut expoſuimus. & iuſtum eſt ut eũ ſic laudetis, quoniam pſalmus, ſ. hmõi bonus eſt. i. fructuoſus. & ideo *ſit* ſ. pſalmus datus

& uobis *deo noſtro*: quia *laudatio* ſcilicet huiuſmodi, eſt *iucunda*, id eſt, bene placens deo. Et *decora*, id eſt, honeſta in ſe ipſa. Hoc totum eſt dicere: Ideo agite pſalmum domino, tũ quia pſalmus utilis eſt, tum quia placet deo: quia honeſtũ eſt in ſe ipſo. Et ideo laudate dñm, quia *diſperſiones iſraelis*, id eſt, illos qui diſperſi ſunt ad diuerſas culturas idolorum, *congregabit* ſcilicet ſecundũ unitatem fidei, ad hoc ut ſint iſrael. Et ideo faciet illos hic eſſe iſrael, id eſt, fideles & bene operantes, ut ex illis tandem reædificet cæleſtem ieruſalem, quæ per apoſtaſiã & caſum primi hominis diminuta eſt. Hoc eſt quod dicit: *ædificans ieruſalem dominus*. Et ideo laudate, quia ipſe ſcilicet peccata remittendo, *ſanat contritos corde*, id eſt, dolentes & humiliter ingemiſcentes pro peccatis ſuis. *&* non ſolum hoc facit, ſed etiam *alligat contritiones eorum*, id eſt, reſtaurat & conſolidat rationem & liberum arbitrium illorum, ſ. in baptiſmo, & multos ex illis facit ſtellas. Et non ſolum facit illos eſſe ſtellas, ſed etiam *numerat multitudinem ſtellarum*, id eſt, cuſtodit illos in hoc quod ſtellæ ſunt, ſcilicet illuminati luce ſapientiæ ut perſeuerent. Numerat dicit, pro cuſtodit. Ad hoc enim res numeraſ, ut cuſtodiaſ.
1. Cor. 12. *&* præter hoc *omnibus eis nomina* uocans, id eſt, diuerſa dona attribuit. Alij enim ſecũdum Apoſtolum dat ſermonem ſapientiæ, alij genera linguarum. Et ideo laudate, quia *magnus* eſt *dominus noſter*, id eſt, omnipotens eſt deus pater. *& magna uirtus eius*, id eſt, filius eius ſimiliter magnus eſt. Et quamuis dicatur pater magnus, & filius magnus, tamen *ſapientiæ eius* ſcilicet filij, *non eſt numerus*, ſcilicet cum patre, id eſt, filius non facit numerum cum patre, hoc eſt, nõ ſunt duo quantum ad eſſentiam pater & filius, ſed quantum ad perſonas. Vt ergo fideliter poſſitis credere & intelligere patrem & filiũ diuerſas perſonas, & eandem penitus eſſentiam, eſtote manſueti. quia *ſuſcipiens manſuetos dominus*, id eſt, humiles promouet ad intelligendum, *humilians peccatores uſque ad terram*. i. ſuperbos & indignantes, quia non poſſunt intelligere illos deprimit uſque ad terram, id eſt, uſq; ad infidelitatem, ut nihil de domino niſi terrenum intelligant, licet prius aliquid intellexiſſent. Et ut dominus uos ſuſcipiat, id eſt, humiliet ſecundum intellectum, *præcinite domino in confeßione*, id eſt, primum confitemini peccata ueſtra domino, & deinde *pſallite deo noſtro*, id eſt, bene operamini ad honorem ipſius. & hoc *in cithara*. i. in mortificatione carnis ueſtræ. Et ideo laudate, quia ipſe *operit cælum nubibus*, id eſt, cælat arcana ſua in ſcripturis prophetarum *&* illud idem quod ibi occultum eſt, *parat terræ pluuiam*, id eſt, eccleſiæ ſuæ doctrinã, ſcilicet per prædicatores quibus ea reuelauit. & ideo laudate, quia ipſe *producit* de *montibus*, id eſt, de ſcripturis montium, id eſt, prophetarum *fœnum & herbam*, ſcilicet frumenti. i. hiſtorialem intellectũ & ſpiritualem, exiſtentia in ipſis montibus herbam, id ẽ, ſpiritualem intellectum *dat iumentis*. i. ſimplicibus & idiotis. ſcilicet *eſcã ipſorum*. id eſt, doctrinam illis conuenientem. Et nõ ſolum fidelibus de iudæis dat fœnum & herbã, ſed etiam *pullis coruorum*, id eſt, filijs gẽtium, qui erãt denigrati in peccatis ſcilicet, dat herbã & fœnum, id eſt, eſcam ſimiliter. & non omnibus, ſed *inuocantibus eum*, id eſt, tantum illis qui fideles ſunt & bene uiuunt. Illos, ut dixi, qui contrito ſunt corde, ſanat dominus, & manſuetos dirigit. ſed *non in fortitudine equi uoluntatem habebit*, id eſt, ſuperbos non diligit. Nec *in tibijs uiri beneplacitum erit ei*, id ẽ, nec diligit illos qui ſunt uiriliter agentes in luxuria. Per tibias denotantur luxurioſi, quia a renibus uſque deorſum maxime corpus uacat libidini. Vel per tibias poſſunt intelligi quælibet criminalia, quæ cum delectatione ſunt, præter ſuperbiam quæ denotatur in fortitudine equi. Tibiæ enim muſicum eſt inſtrumentum, delectatione coopertum. hos tales non diligit dominus, ſed diligentes ſe & ſperantes in ſe, illos diligit. Hoc eſt quod dicit: *domino* ſcilicet prouidenti & reſpicienti *ſuper timentes ſe*, id eſt, diligentes, *beneplacitum* eſt, id eſt, in illis. Et *in eis* ſcilicet beneplacitum eſt, *qui ſperant ſuper miſericordia eius*, id eſt, qui non confidunt de ſuis meritis, ſed de gratia ipſius. Aliud eſt diligere, aliud ſperare. ideo poſtquam dixit timentes, id eſt, diligentes, ſuppoſuit ſperantes.

¶Alleluia Haggei &
Zachariæ. CXLVII.

LAuda Ieruſalem dominum, lauda deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit eloquium ſuum terræ, uelociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittet uerbum ſuum, & liquefaciet ea; flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Qui annunciat uerbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

In hoc pſalmo rurſum exhortatur propheta eoſdem quos in præcedenti admonuit laudare dominũ, ſed ex diuerſa conſideratiõe. In illo em̃ illos inuitauit ad laudem ex ea conſideratione, qua dedit eis fidem & remiſſionem peccatorum, & reſtituit rationem & liberum arbitriũ, & plura quæ ſequuntur. In hoc autem illos admonet laudare dominum ex ea conſideratione, qua dedit eis optimos defenſores cõtra hæreticos, impugnantes utrunque teſtamentum, Vetus, ut Manichæi: nouum, ut Marcioniſtæ et plures alij, qui carnales obſeruantias legis inducere, & nouæ legis inſtituta ceſſare oportere cenſebant. & quia eoſdem hæreticos eccleſiæ aſſociauit. & tantæ perfectionis illos inſtituit, quod eorum prædicatione multos ad fidem conuertit. quod ſic incipit:

L*Auda ieruſalem dominum*, id eſt, o Ieruſalem, lauda om̃i dignitate uitæ dominum, id eſt, quia dominus eſt, id eſt, gubernator tuus. & *deum*, id eſt, quia deus eſt, id eſt, creator tuus. & talis *lauda* ut ſis *Sion*, id eſt, ſpeculans futura, non quærens temporalem, ſed tantum æternam remunerationem. Et ideo lauda, *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum*, id eſt, fortes & inuictos fecit defenſores prophetarum & apoſtolorum, qui tibi ſunt portæ, ꝑ quas ad fidem intraſti & ad omnem bonam operationem. Seras uocat, Auguſtinum, Gregorium, & alios ſanctos patres, ab ea ſimilitudine, quia ſicut ſeræ muniunt ea quibus affiguntur, ita contra omnem hæreſim ſancti patres prophetias & cætera diuinæ paginæ documenta ſententijs ſuis rationabiliter defendunt. Et ideo lauda, quia *benedixit filijs tuis in te*, id eſt, multiplicauit ſcilicet ſecundum promotionem & augmentum uirtutum & bonorum operum filios tuos manẽtes in te, id eſt, in tui conformitate. Vel ſic: Benedixit, id eſt, multiplices filios dedit tibi, in te manentes. Et ideo lauda, quia ipſe *poſuit fines tuos pacem*. i. hæreticos qui tibi ſunt affines, id eſt, neque in fide omnino, neque extra fidem omnino exiſtentes, poſuit pacem ipſam. antonomatice dictum eſt, id eſt, fecit tibi firmiter reconciliatos ſecundum unionem fidei & ueritatem. *&* ideo lauda, quia *adipe frumenti*, id eſt, ſpiritali intellectu ſcripturæ *ſatiat te*. Frumentum dicitur diuina ſcriptura. In frumento autem eſt & adeps & furfur. Per adipem allegoricus ſenſus, per furfur literalis tantum denotatur, quo ſoli iudæi utuntur. Dixi quia dabit tibi ſpiritualem intellectum, & ideo lauda, quia per illos quos ſatiabit adipe frumenti, emittet *eloquium ſuum terræ*, id eſt, extra mittet prædicationem ſuam ubique terrarum ſcilicet contra hæreticos. Et ideo lauda, quia *uelociter currit ſermo eius*, id eſt, tantæ ſapientiæ illos faciet, quod eorum prædicationi nemo reſiſtere poteſt, & breui tempore per multas nationes tranſibũt. Et ideo lauda, quia ipſe *dat niuem ſicut lanam*, id eſt, qui infrigidati ſunt uitijs, ita ſanctificat, quod per eos alios fouet. & calore ſpirituali calefacit ad modum lanæ aliquid calefacientis. *nebulam ſicut cinerem ſpargit*, id eſt, illos qui ſunt ignorantes ueritatem, facit eſſe cinerem, id eſt, ita illuminat, quod eorum uita & exemplo fertilem reddit eccleſiã, ad modũ cineris ſparſi ſuper terram, eam fœcundantis. Et ideo lauda, quia *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas*, id eſt, illos qui indurati ſunt in profundo niuis & nebulæ, uitiorum & ignorantiæ, faciet eſſe tantæ ſapientiæ, quod ſubtilius & perfectius ſcient prædicare quàm auditorum capacitas ualeat recipere. & ita replebit illos ſpiritu ſapientiæ, quod nullus aduerſariorum eorum prædicationi reſiſtet. Hoc eſt quod ſub interrogatione ponit, ut commendabilis ſit, ita: *Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?* id eſt, præſentiam illorum qui frigus erant, & tamen futuri eius. Quis ſuſtinebit; id eſt, quis contradicere poterit? ſcilicet nullus, ſicut ibi dictum eſt: Et non poterant reſiſtere Actu. 6.
ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. Et quod ipſe faciet niuem ſicut lanam, & nebulam ſicut cinerem, & cryſtallum ſicut buccellas, id eſt, illos qui ſunt indurati in niue & nebula, ſicut nebulã, hoc non ſolum fiet per prædicationem eorum, quos adipe frumenti ſatiabit, & per quos uelociter currit ſermo eius. ſed per hoc *emittet uerbum ſuum*, id eſt, filium ſuum quem ſemper & ineffabiliter a ſe emittit, in eis operari faciet. *&* ſic *liquefaciet ea*, id eſt, mollificabit eos, dando illis uirtutes & bona opera, & deſtruendo primum in eis duritiam uitiorum & interioris cæcitatis. & in hoc non ſolum filius operatur, ſed etiã ſpiritusſanctus. Hoc eſt quod dicit: *flabit ſpiritus eius*, ſcilicet in eis. *&* hoc modo, ſcilicet per operationem totius trinitatis & per prædicationem, quos diximus, illi hæretici qui prius erant nix, nebula, cryſtallus, cõuerſi ad fidem, *fluent aquæ*, id eſt, abundantes doctrinæ erunt illis ad modũ aquæ multum fluentis. quia per illos conuerſos iterum dominus annunciabit ſcilicet hominibus, *uerbum ſuum*, ſcilicet *iuſtitias & iudicia ſua*, id eſt, iuſta præcepta ſua, quæ ipſe iuſte fieri iudicat alios eorum quibus prædicabũt, faciens eſſe *iacob*, & alios faciens eſſe *iſrael*, id eſt, magis perfectos. *Non fecit taliter omni nationi*, id eſt, dixi quia hos tales conuertet, ſed tamen hoc non faciet omni nationi, id eſt, diuerſis ſectis hæreticorum. Omni, id eſt, ſecundum omnes partes. *& iudicia ſua*, id eſt, hoc ipſum quod alios eorum ſaluabit ex gratia, alios damnabit ex iuſtitia, non manifeſtabit, id eſt, non reuelabit eis, quare permittit ſic excæcari.

¶Alleluia Haggei & Zachariæ. CXLVIII.

Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelſis. Laudate eũ omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum, & aquæ *omnes* quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen domini. Qua ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Statuit ea in ſeculum & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit & non præteribit. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyſſi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Beſtiæ & uniuerſa pecora, ſerpentes & uolucres pennatæ. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cælum & terram, & exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius, filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi.

In ſuperiori Laudate, inuitat ꝓpheta omẽs fideles laudare dñm ex conſideratione ſpiritualium donorum, ſcilicet fidei & aliorum quæ ibi dicta ſunt. In altero autem, id ē, in Lauda Ieruſalem, rurſum admonet omnes laudare dominũ ex ea conſideratione, quia eccleſiam ſuam contra impugnationes hæreticorum firmiter munit, & eoſdem etiam poſtea ad fidem cõuertit. in hoc uero pſalmo inuitat fideles laudare dominum ex conſideratione omnium creaturarum, ſic dicens:

L*audate dominum de cælis*, id eſt, cæli ſint uobis materia laudandi dominum. Et quia in cælo ſunt & digniores & minus dignæ creaturæ, ſcilicet incorporeæ, ex conſideratione ſingularum inuitat laudare dominum, incipiens a dignioribus, ita: *Laudate eum in excelſis*, id eſt, ſupremæ & altiores creaturæ ſint uobis materia laudandi dominum. Et ſupponit illas altiores creaturas per partes, ita: *Laudate eum omnes angeli eius*, id eſt, uos nuncii eius ad fideles in terra demorantes. & non ſolum angeli, ſed etiam *omnes uirtutes eius*, id eſt, omnes cæleſtes ſpiritus eſtote materia laudãdi. Et nõ ſolum cæleſtia incorporea ſint uobis materia laudandi dñm, ſed etiã cæleſtia corporea, uidelicet *ſol & luna & ſtellæ*: tũ ex eo ꝙd ſunt, tum etiam quod ſulgorem ex eo emittent. Hoc eſt quod dicit, *Et lumen*. Cæli, id eſt, firmamentum & æther, ſcilicet complexi uis. *cælorum*, id eſt, ſeptem circulorum, ubi aplanes & planetæ fixę ſunt, ſint uobis materia laudandi dominum. Eſſe aquas ſuper firma- Ge.1. mento, ex Geneſi patet, ubi dictum eſt: Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et ideo laudate, *quia ipſe dixit*, id eſt, ſolo dicere, id eſt, ſola uoluntate ſua *facta ſunt*, ſcilicet omnia ſecundum rudem & informem materiam. *ipſe mandauit*, id eſt, uoluit, *& creata ſunt*, id eſt, ſingula prius confuſa, formas proprias receperunt. Et poſtquam creata ſunt, *ſtatuit ea in ſeculum & in ſeculum ſeculi*, id eſt, ſtatoria fecit ea, ſcilicet manſura per totum hoc ſeculum & aliud ſeculum. & inſuper *præceptum*, id eſt, legem & officium qualiter ſe haberent & quid agerent, iniunxit. *Et non præteribit*, id eſt, præceptum ſuum aliquid horum. ſed ad quod creata ſunt, iugiter adimplebunt. Facta ergo admonitione ut deum laudent ex conſideratione cæleſtium, iterum inuitat ad idem ex conſideratione terreſtrium, ita: *Laudate dominum de terra*, id eſt, omnia terrena ſint uobis materia laudandi dominum, uidelicet *dracones*, quæ ſunt præcipua animalia in terrenis. *Et omnes abyſſi*. Abyſſi dicuntur in hoc loco profundiſſimę foſſæ, ubi dracones cubant. *Ignis, grando, nix, glacies*, & *ſpiritus procellarum*, id eſt, uenti qui faciunt procellas. quæ ſcilicet omnia *faciunt uerbum eius*, id eſt, obſeruant præceptum eius, ſint uobis materia laudandi dominum. *Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri*, id eſt, & fœcundæ arbores & ſteriles. *beſtiæ* ſcilicet ſyloeſtres, *& uniuerſa pecora*, id eſt, domita animalia. *ſerpentes & uolucres* ſcilicet tum ex ea conſideratione quod ſunt uolucres, & ex ea quod ſunt *pennatæ*. *Reges terræ & omnes populi*, id eſt, ſubditi ipſorum, *principes & omnes iudices terræ*, id eſt, ſcilicet cum ſint principes, ſed tamen reipublicæ curam habentes. *iuuenes & uirgines*, hic notat diuerſos ſexus: *ſenes cum iunioribus*, hic diuerſas ætates. *laudent nomen domini*. i. omnia hæc ꝓdicta, ſint uobis materia laudãdi dñm. Et merito debetis eũ laudare ex conſideratione horum omnium, tum *quia exaltatum eſt nomen eius ſolius*: iuxta illud, Exaltauit eum, & dedit ei nomen quod eſt ſuper o- Phil.2. mne nomen: tum quia *confeſſio eius ſuper cælum & terram*, id eſt, laus eius in ſuperiori & inferiori creatura: tum quia tandem exaltabit *cornu populi ſui*. i. ſublimitatem ſuorum iuſte remunera-

bit. Laudate inquam, ſic dicentes alter alteri: *Hymnus*, id eſt, laus ſit *omnibus ſanctis eius*, id eſt, omnes ſancti laudent eum, ſcilicet omni dignitate uitæ, uidelicet illi q ex iudæis facti ſunt Iſrael, id eſt, fideles illi, qui ex gentibus additi ſunt illis alter paries. Hoc eſt quod dicit, *Filijs iſrael populo appropinquanti ſibi*, id eſt, ipſis filijs Iſrael. In quocunq; pſalmo habetur alleluia in principio, habetur alterum in fine ſecundum beatum Hieronymum.

¶Alleluia. CXLIX.

CAntate domino canticum nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum. Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum, & filiæ Sion exultent in rege ſuo. Laudent nomen eius in choro, in tympano & pſalterio pſallant ei. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalutem. Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Exaltationes dei in gutture eorum, *&* gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conſcriptum, gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

In hoc pſalmo propheta inuitat fideles ad laudem dei, ſupponendo eaſdem cauſas quas dixit in, Laudate dominum quoniam bonus, & quaſdam alias, ita:

C*Antate domino canticum nouum*, id eſt, cum iucunditate agite ad honorē domini canticum nouum. Et hæc laus eius, id eſt, illud nouum canticum ita ſit in uobis, ut ſitis *in eccleſia ſanctorum*, id eſt, in fide electorum. Eccleſia pro fide ponitur, ſicut alibi dictum eſt: Non eſt locus ueri ſacrificij extra eccleſiam, id eſt, fidem. Et cū aliquis *iſrael*, id eſt, perfectus egerit nouum canticum, ita ut ſit in eccleſia ſanctorum, *lætetur* ſcilicet nō in ſe, ſed *in eo qui fecit eum* ſcilicet talem, id eſt, huius gratiæ nihil ſibi aſſcribat, ſed deo. Et *filiæ sion*. Intranſitiue dictum eſt, id eſt, illæ filiæ quæ ſunt Sion, hoc eſt, quiq; perfectiores & præcipue ornati uirtutibus ad modū filiarū, quibus maior cultus diligentius adhibetur. Illæ inquā filiæ Sion, id eſt, futura ſpeculantes *exultent in rege ſuo*, id eſt, in conſideratione tanti rectoris, qui in hac dignitate uirtutum illos cuſtodit. Modo exponit quod ipſe dicat canticum nouum. ita dixi, ut cantent nouum canticum. i. *laudent nomen eius*. hoc eſt, laudent ſecundum quod expetit hoc nomen eius quod eſt dominus, ita ſcilicet, ut ſint *in choro*, id eſt, in concordia, id eſt, in dilectione dei & proximi. Et *in tympano*, id eſt, in ſeparatione omnium criminalium. Hoc enim denotatur per tympanum corio mortui animalis obuolutum, a quo quicquid humoris carnei inerat, perfecte eſt abſtractum. *Et pſalterio pſallant ei*, id eſt, laudent eum in anima ornata uirtutibus. Et ideo debent cantare domino hoc canticum nouum, id eſt, laudare eum in choro in tympano & pſalterio. *quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo*, ſcilicet huiuſmodi cāticum eſſe, quia hoc tale cāticum placet domino, tum etiā ideo qa ipſe tandem *exaltabit manſuetos in ſalutem*. in hanc ſcilicet, quod *exultabūt ſancti in gloria*. Et licet omnes participent eandem gloriam & idem bonum, tamen alij plus, alij minus, pro diuerſis meritis ſingulorum. Hoc eſt quod dicit, *lætabuntur in cubilibus ſuis*, id eſt, diuerſis ſuis donis, iuxta illud, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Iſtud ad hoc dictū ē, ut eo perfectius quiſque cātare ſtudeat, quo ſingulis pro eorum meritis audit reddenda eſſe ibi præmia. Iob.14.
Et ut ibi tandem poſſint exultare, hic interim ſint *exaltationes dei in gutture eorum*, id eſt, exaltent ut non eijciatur ab his uerbum dei. Et ut competenter ſciant annunciare, *in manibus*, id eſt, in poteſtate illorum ſint *gladij ancipites*, id eſt, uerbum dei quod eſt anceps, id eſt, confirmans ex utroque teſtamento ea quæ dicuntur. uel anceps, id eſt, interiores & exteriores ſordes. *Ad faciendam uindictam in nationibus*, id eſt, ad hoc debent habere ancipites gladios, ut ſubiugent ſibi aliquos de nationibus, id eſt, de diuerſis ſectis hæreticorum. illi dico, exiſtentes in nationibus, id eſt, inter ipſos hæreticos in hoc plurimum intendentes, ut ſicut ipſi de fidelibus aliquos ſubtraxerunt, ita iſti quaſi uindictam facientes, aliquos de infidelitate ſubtrahant. Et ideo, ut ſciant increpare de *populis*, illi dico, exiſtentes in populis. Populis & nationibus, idem hic ſignificat. Inter uindictam facere & increpare, eſt differentia. & ideo prius alligent *reges eorum in compedibus*, id eſt, magiſtros hæreticos inuincibilibus rationibus. *Et nobiles eorum in manicis ferreis*, id eſt, illos qui ſub ſpecie ſanctitatis inter ſe conuerſantes, & famoſi & inſignes habeantur. & ideo, *ut faciant in eis*, id eſt, de ipſis hæreticis *iudicium conſcriptum*, ut conſtitutum a multis patribus ſanctis, id eſt, ita de illis iudi-

cent, ſicut in ſcripturis ſanctorum pręceſſorum. & prӕterea debent eſſe in choro, in tympano & pſalterio & doctrina utriuſque teſtamenti. quia *gloria hӕc eſt omnibus ſanctis eius*, id eſt, iſta gloria quӕ eſt quantum ad me, qui etiam propheta magnӕ autoritatis ſum, comprobatur etiam eſſe autoritate omnium ſanctorum.

¶Alleluia. CL.

LAudate dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubӕ, laudate eum in pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene ſonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dñm. Alleluia.

In hoc pſalmo inuitat propheta omnes fideles laudare dominum tantummodo ex conſideratione futurӕ beatitudinis ſanctorum, ita:

L*Audate dominum in ſanctis eius*, id eſt, in conſideratione ſanctorum eius. Et determinat ſecundum quam conſiderationem debeant laudare dominum, ſic: *laudate eum in firmamento uirtutis eius*, id eſt, ea conſideratione, quod ſanctos ſuos ita confirmabit in uirtute, ut ulterius peccare non poſſint. Et ne aliquis putaret illos confirmandos eſſe in una uirtute tantum, addit: *Laudate eum in uirtutibus eius*, id eſt, in conſideratione multiplicium uirtutum, in quibus ſancti erunt glorificati, ſubaudis ſecundum animam. *Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius*, id eſt, ſecundum multiplicem glorificationem, qua magnificati erunt in corpore, uidelicet ſecundum nimiam agilitatem & decorem ipſius corporis & impaſſibilitatem, & multa alia. Modo exequitur per partes illam corporis beatitudinem, ita: *Laudate eum in ſono tubӕ*, id eſt, conſideratione illius perfectӕ uictoriӕ, quādo & mortis & omnis calamitatis fines erunt.
1.Cor.15. Vnde dictum eſt: Vbi eſt mors uictoria tua? ubi mors aculeus tuus? In principio belli & in fine tuba canitur. ideo hic pro uictoria ponitur. *Laudate eum in pſalterio*, id eſt, in conſideratione glorificationis animӕ, quӕ erit ſecundum perfectam ſcientiam & plenam dei cognitionem. *Et cithara*. i. in cōſideratione glorificationis corporis. *Laudate eum in tympano*, id ē, in ſeparatione corruptionum omnium. *& choro*, id eſt, in conformi beatitudine quam habebunt cum angelis. *Laudate eum in chordis*, id eſt, in ea beatitudine, quam per nimiam tribulationem huius mundi adipiſcentur. Tympanum notat ſeparationem omnium carnalium. Chordӕ autem illud idem in concordia, & plus, uidelicet quomodo ad id perueniatur. *& laudate eum in organo*, id eſt, in concordia diuerſorum donorum, quӕ licet diuerſa ſint, unanimiter tamen & ſine inuidia ſinguli eam poſſidebunt. Et eſt dictum a ſimilitudine organi, in quo & diuerſӕ fiſtulӕ ſunt, & tamen in ſono non diſſonant. *Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus*, id eſt, in fulgore & pulchritudine corporis ſanctorum, quod non mediocriter pulchrum erit, ſed ualde pulchrū. Per cymbalū, fulgorem & pulchritudinem: per bene ſonantibus, nimiam pulchritudinem notamus. Et *laudate eum in cymbalis iubilationis*, id eſt, in eo quod ſancti ex ipſa pulchritudine corporum ſanctorum, deum pfecte laudabunt. *Omnis ſpiritus laudet dominum*. i. non ſolum laudate eum ex ea glorificatione corporis, quod erit in tympano & choro & cӕteris prӕdictis, ſed etiam quod ſpirituale, id eſt, ad modum ſpiritus agile & ſubtile efficietur. Vel ita: Non ſolum laudate eum ex prӕdicta glorificatione corporis, ſed etiam ex omnimoda glorificatione animarū, quӕ tunc erit in ӕternum.

FINIS.

Coloniӕ ex officina Eucharij Ceruicorni, menſe Martio anni M. D. XXXVI. Paulo III. Carolo V. Ferdinando I. Chriſtianitati prӕſidentibus.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

ITa frui liceat beneuolentia tua ſtudioſe lector, ut nihil antehac ægrius nos habuit in excudendo quicquam, atque iſti in pſalterium commentarij. Nam neque archetypa plura, quod alias fere contigit, ſubſidio fuere: & unicum illud quo freti ſumus, quanquam ipſis literarum formis admodum familiaribus ſcriptum, tamen pallore atramenti & minij, diductione etiam unius uerbi in plura, aut plurium in unum coactione, adeo non fuit lectu facile, ne dicam intellectu, ut diuinatorē ſubinde potius aliquem expeteret quàm lectorem. Huic incommodo acceſſit & illud, quod deſcriptor aliquoties uocem non omnino diſſimilem, quod ad literas certe uel ſonum attinet, pro ſimili poſuerit: omiſeritq́ interim aliq́d, aut inutiliter peruerſeq́ addiderit. Ea uero moleſtia ſic affecit nos, ut lectionis difficultatem leuiter ferremus, imo nihili putaremus, dum ne qua tibi ſeu legendo ſeu intelligendo remora linqueretur. Sed ea res aliter ac ſperabamus, euenit. Quamuis enim plurima loca diſtorta ualde, ſubtili & intima cogitatione plana reddidimus, fieri tamen non potuit quin remanerent adhuc aliquot, haud ita noſtram limam recipientia: in quibus & te nobiſcum hærere maluimus, quàm uel addere quicquam temere, uel demere minus conſulto. In hæc ſi impegeris, ut neutiquam dubitare queas, noſtra ne an archetypi uitia ſint: quæ nobis inſcijs aut properantibus errata contigere, hic cum fide & ſine diſſimulatione ſubiectum iri curauimus: ut præter hæc aut his minora, quæ quem remorari poſſent, haud nobis, ſed exemplari primario referrentur accepta. In quibus colligendis ſi curioſiores aliquanto uidemur quàm fuit neceſſe, non id de nihilo eſt. Nam & Momis iſta ſcribuntur, & fit ſæpenumero q̧ uel una literula magnos autori bono faciat tumultus: quos, quantum in nobis, non cum periculo alterius celare, ſed confeſſione huiuſmodi cauere uolumus, quando re ipſa minus ualemus. Nec enim tam facile quàm putant quidam, in litera una & altera non labi. nec tamen ita ſtupidi ſumus, ut lectorem cordatum de his admonēdum putemus. propter minus cautos fiunt omnia, quanquam forte nec intellecturos, nec boni conſulturos. Cæterum ut ſequens errorum catalogus facilius intelligatur, quoniam ſuperficies ſeu paginæ libri iſtius fere in duas columellas ſecantur, niſi ubi pſalmus interponitur, hæc ſemper memoria teneantur oportet: Numerus prior indicat paginam. a, columellam illius paginæ anteriorem: b, columellam poſteriorem. Numerus ulterior demonſtrat paginæ collumellæq́ inuentæ lineam. Inde ſequitur uera lectio. Sicubi a uel b omittitur, in pſalmo deſignat erratū. lineæ oēs præter ſupremam quæ communem titulum continet, quantūlibet breues, numerantur. His regulis memoriæ mandatis, & correcto in primis numero 39. 40. 45. 46 88. facilis erit ſequentium intellectus. Illud hic obiter admonēdum ducimus, de autore commentariorum iſtorum ſententias uariare: Tritemij teſtimonio, quod nos ſequimur, Remigium eſſe: alterius cuiuſpiam, ſed qui & ipſe ignotus ſit, & cui fides non habeatur, Manegoldum: quod nomen diu quæſitum, inuentum eſt tandem in Supplementis Iſidori, ubi cuiuſdam Manegoldi mentio fit, ſed parum huc faciens, idq́ ſolum his paucis, hic de uerbo ad uerbum ſubiectis: Manegoldus quidam natione Teutonus, dum ſcholas regeret in Francia, primus ad hoc animum applicuit, ut diuinas ſcripturas in ſcholis exponeret. Cuius ſtudium multi imitantes, poſtea clariſſimi in hac diſciplina effulſere magiſtri. Hæc ibidem. Vtcunq; ſit, magnas oportet haberi gratias omnibus, qui ad theſaurum iſtum diu occultatum, proferendum laborauerunt: maximas uero F. Engelberto Royuer, domus S. Mariæ in Veteri monte ducatus Montenſis, profeſſo: qui ex bibliotheca eiuſdem cœnobij, idq́ autoritate uenerandi patris Andreæ Boelgen, felicis recordationis, qui tunc temporis ibidem abbas erat, archetypon hoc laborioſum, de quo iam dudum loquimur, tranſcribendum mutuo dedit. Nobis etſi nequaquam ultimæ debentur, q̧ magnos labores, ſumptus, moleſtiasq́ pertulimus, tamen ne petaces nimium ſimus, hoc ſat erit, ſi quo ſtudio liber hic à nobis publicatur, eo ſuſcipiatur à ſtudioſis.

14.b 44.gnans 16.b.31.quē 25.a 55.ntes ibid.b 25.pec- 30.b 36.dis ace 34. b 30.one, 38.b 58.damus 42.b 49.foris 43.a 39.quon ibid.b.39.inace 46.b 42.Quos 47.b 36.ſunt eū 48.a 44. Ac ſi 58.a 30.dil 66.a 52. non 77.b 13.ab 78.b.19.gge 82.a 18.lmis 90.a 31.ſtrā 92.a 45.us uiſ 102.b 37.centes ei hæreditabūt 104.a 53. ltatum 105.a 35.impaſſ.109.b 43.ſum 100.a 26.uam ibid.27.trem 111.b 24.rantia 113.b 16.cred 118.a 52.non ex 126.b 39.qa 127.a 42.nimiċ 128.a 31.bimus 129.b 1.tite 132.b 59.au- 134.a 36.Quaſi d. ibid.b 59.ut 135.45.exal 141.b 50.qui bo 142.19.runt 145.a 58.lum ibid.b 31.ti. Vel à 150.a 52.uitam 151.25.Exal 152.a 57.leonū ibid. b 9.incr 153.b 38.rum, qui in hac 159.b 30.inſir 160.b.57.cans 161.b 39.incar 163.b 4.rbo.ibid.40.caſum 164. a 50.ſicut 165.b 16.ut de ibid.60.etſi non 167.a 2.Inuia 173.b 17.ſuce 177.a 45.ymum 203.a 19.ſec 205.b 48. xteram 207.19.cornu ueſtrum 212.a 42.partem 213.a 10.mir 215.b.43.lit 219.a 16.reunt 226.a 39.ſedes 227.a 22.ūtur. ibid.39.nſe, 230.a 40.rum, dolo hær ibid.b 40.eduxi 235.a 57. de 249.a 3.ine ibid.39.rum ibid.b 52.tatur 252.a 20.à gen 255.b 12.ginta 256.a 53.eſſet ibid.b 47.per ſe 261.a 19.Eſt au ibid.b.15.inſt 267.a 9. apparere ibid.16.gniti 270.b 10.tibus 278.a 38.etiam 284.a 9.bunt 290.a 30.cordia 291.a 41.deum 293.b 42. tas et ibid.tatis. 244.b 55.cognit 301.a 2.tatur 302.b 1.quaſi 305.a 44.deat! 317.b 45.meum ibid.51.eſſe non 325.a 37.niſi il 330.b 50.eſt 332.34.concup.339.b 20.hoc 348.a 40.bonit 352.b 19.um, id eſt, uel 359.b 54.indeſi 362.b 24.anxiab 363.a 18.confir 361.b.3.enda 369.b 54 ſti hac.